Cynosura materiae medicae, seu brevis ac succincta methodus notitiam simplicium medicamentorum comparandi, desumta ab interna partium constitutione, ubi simplicia juxta partes suas constitutivas in certas classes distribuuntur, post denominationem succincta descriptio traditur, vires atque virtutes enarrantur, et modus dextre usurpandi monstratur / ante sedecim annos in lucem emissa brevibusque annotatis exornata Dn. Joh. Sigismundo Henningero ... Nunc diffusius explanata, et compositorum medicamentorum recensione aucta curante Johanne Boeclero.

Contributors

Hermann, Paul, 1646?-1695.
Henninger, Johann Sigismund, -1719.
Boecler, Johann Heinrich, 1679-1732.

Publication/Creation

Argentorati : Sumptibus Johannis Beckii, 1726.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/r4qt57h7

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



28,500/B

L. X
17/h

DN. PAULI HERMANNI

Medicinæ Doctoris & Professoris
Lugduno-Batavi

CYNOSURA
MATERIÆ MEDICÆ,

ANTE SEDECIM ANNOS IN LUCEM
EMISSA, BREVIBUSQUE ANNOTATIS
EXORNATA

à

DN. JOH. SIGISMUNDO HENNINGERO,

Med. Doct. & Prof. Publ. Ord. in Universitate
Argentoratensi,

NUNC

DIFFUSIUS EXPLANATA,

ET COMPOSITORUM MEDICAMENTORUM
RECENSIONE AUCTA,
CURANTE

JOHANNE BOECLERO

Philos. & Medic. Doct. Botan. atque Chym. apud
Argentinenses Prof. Publ. Ord. Capit. Thom. Canon.

ARGENTORATI,
Sumptibus JOHANNIS BECKII.

M. DCC. XXVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO
PERILLUSTRI,
GENEROSISSIMO ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO,
DOMINO,
DN. FRANCISCO JOSEPHO
DE
KLINGLIN,
GALLIARUM REGI A
CONSILIIS, SUPREMI, QUOD
COLMARIÆ EST, DICASTE-
RII REGII CONSILIARIO,
ET
EQUITI HONORARIO,
CIVITATIS REGIÆ
ARGENTINENSIS
PRÆTORI REGIO,
UT TOTIUS MAGISTRATUS AR-
GENTORATENSIS, ITA ET ILLUSTRIS COLLE-
GII QUINDECIMVIRALIS
PRÆSIDI GRAVISSIMO,

UT ET

RELIQUIS

LAUDATISSIMI MODO COLLEGII

DOMINIS ASSESSORIBUS,

VIRIS GENEROSISSIMIS MAXIMEQUE STRENUIS, MAGNIFICIS PRUDENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS ATQUE AMPLISSIMIS

MECÆNATIBUS GRATIOSISSIMIS

OPUSCULUM HOCCE SACRUM ESTO.

VIRI,
PERILLUSTRIS,

Generoſiſſimi maximeque ſtrenui, Magnifici, Prudentiſſimi, Conſultiſſimi atque Ampliſſimi, Domini Gratioſiſſimi.

QUod VOBIS hoc, quicquid eſt exigui operis, conſecrare ſuſtineam, non è longinquo allegandæ mihi veniunt rationes. Materia, quam continet liber, ſuppeditat arma, quibus morborum corpora mortalium infeſtans Lerna arceri atque debellari queat. Horum notitia deſtituti Medici cæcutiunt; his non ritè & dextrè fabrefactis in vanum abeunt & labores conſulentium, & miſeri ægrotantes de ſpe ſua concepta depelluntur. Sicut autem ſumma PATRIÆ PATRUM authoritate cautum eſt, ne in Apollineorum Virorum ordinem indigna reciperentur membra, ita prudentiſſimis COLLEGII præſertim VESTRI conſiliis & indefeſſa opera in tam optatum res Pharmaceutica perducta fuit ſtatum, ut & Argentoratum ſuis ſuperbire officinis, & incolæ æque ac advenæ ſalutaria nullo non tempore miſeriarum haurire queant levamina. Cum autem ad mandata VESTRA facilius in actum deducenda, Medicorum hac de

de re percipere mentem VOBIS placuerit, ad me quoque, cui ante plures annos Botanicæ reliquæque Materiæ Medicæ Doctoris publici munus concreditum fuit, immerentem licet, benignissimus sese extendit favor VESTER, ut haud indignum judicaveritis, qui sua manifestaret animi sensa. Obedivi, ut par erat, GRATIOSISSIMORUM PROCERUM jussibus, & in re charitatem proximi, imprimis ægrorum, suis ærumnis jam satis deplorandorum, concernente, juramenti, quo Regi, quo Magistratui, quo concivibus obstringor haud oblitus, absque ullo personarum (absit jactantia dicto) respectu libere, quicquid mysterii hic latebat, adaperui, nullatenus ringentes & nescio quo pruritu in vera revelantem debacchantes curans. Felix satis, quod VOBIS, MECÆNATES, ardor & labores mei qualescunque non displicuerint. Id quod summa, qua me prosequuti estis, munificentia VESTRA abundantissime contestata est. Tanto itaque beneficio mactatus ingratæ mentis scelus utique committerem, imo ingratissimis annumerandus forem, nisi beneficæ Liberalitatis VESTRÆ monumentum ponerem, gratitudinisque meæ testimonium ederem. Devotas itaque, quas possum, VOBIS, PERILLUSTRIS DN. PRÆTOR REGIE, GENEROSISSIMI MAXIMEQUE STRENUI,

atque

atque MAGNIFICI VIRI, rependens grates, ſubmiſſo animi cultu à VOBIS efflagito, levidenſe hocce grati animi ſymbolum ne aſpernemini. Suſcipite quæſo tenuem qualiscunque ingenii mei fœtum ſerena fronte, & haſce pagellas ſummæ benevolentiæ radiis colluſtrare haud gravamini. Ego ea ſemper veneratione atque obedientia incedam, ut collatis in me beneficiis non omnimodo indignus compaream, & ad ultimum uſque halitum admirabor magnas virtutes VESTRAS, in quarum laudes, PATRONI MAXIMI & hac eundum fuiſſet occaſione: verum cum & mea in dicendo tenuitas obſtet, & VOBIS bene potius mereri, quam illuſtrium factorum VESTRORUM encomia audire, innatum ſit; ideoque laudibus in vota converſis DOMINUM DOMINANTIUM ardentiſſimis ſuſpiriis adoro; VOS OMNES & SINGULOS, MECÆNATES OPTIMI, terque quaterque, & ex omni parte beatos, ad ſeros uſque conſervet annos. Conſervet quoque ILLUSTRE VESTRUM COLLEGIUM, dum ARGENTINA florebit, & curas, quas pro ſalute publica impenditis, conſiliaque VESTRA ſaluberrima, fauſtiſſimo ſemper coronet ſucceſſu. Tu imprimis, PERILLUSTRIS PRÆSES, virtutum magni, heu quondam, PARENTIS TUI ex aſſe hæres, qui meritis TUIS MAXIMI REGIS TIBI conciliaſti favorem,

qui

qui humanitate, affabilitate, juſtitia atque benignitate, omnium allicis animos, proſperitate TUA in Neſtoreos uſque annos fruere, indiesque nova gloriæ incrementa capeſſe, quo ARGENTINA TE florente, TE auſpice, TE dirigente exoptatiſſima omni tempore experiatur fata. DEUS vota rata habeat. VOS autem, PERILLUSTRIS, GENEROSISSIMI atque MAGNIFICI VIRI eum, quem ſummo VESTRO hactenus patrocinio complexi eſtis, in poſterum quoque eodem fovere haud dedignamini, qui tum demum felicitati meæ complementum acceſſiſſe arbitrabor, ſi & hocce obſequii & reverentiæ ſpecimine litatum VOBIS fuiſſe intellexero.

MAXIMORUM NOMINUM VESTRORUM,
PERILLUSTRIS DN. PRÆTOR REGIE,
VIRIQUE GENEROSISSIMI, MAXIME STRENUI, MAGNIFICI
atque PRUDENTISSIMI,

Cultor devotiſſimus atque
perpetuus

Johannes Bœclerus.

PRÆFATIO
DN. HENNINGERI b. m.
AD LECTOREM.

QUam vastus sit Materiæ Medicæ ambitus, & quanta cum difficultate notitia ejus acquiratur, quivis in hac re vel leviter versatus perspicit, & querelæ eorum hujus cognitionem sibi comparare allaborantium satis testantur. Tam late enim patet ac ipsa natura patet, & qua tota fere Physicæ pars specialis continetur.

Uti vero in vasto Oceano navigantibus contingit, ut navigationis viam ductu & indicio cynosuræ dirigant, quo iter feliciter perficiant, ita si præsens hoc opus sub titulo Cynosuræ Materiæ Medi-

cæ emiſero, non peccabo, quam facile enim viam monſtret, in hoc longo alias & anfractuoſo Materiæ Medicæ itinere, plures jam inſigni cum emolumento experti fuere.

Optavi propterea ſerio, jam à pluribus annis, ut hoc laudatiſſimum & cedris dignum opus, à quodam aliquando luci publicæ committeretur, cum Studioſa Juventus maximam inde utilitatem ſit perceptura. Sed cum hactenus nil tale videre contigerit, nam opuſculum ſub nomine Lapis Lydius Materiæ Medicæ emiſſum, non niſi deſcriptum obtinere potui, imo potius conſpexerim plures hinc inde in libris emiſſis Beati Autoris opera pro ſua uti, interim tamen apud plurimos magnificis elogiis hoc opus exornari, non inconſultum fore duxi, ut hunc laborem in me ſuſciperem.

Cum enim in Collegiis & Prælectionibus de Materia Medica à me habitis, Auditoribus meis hunc Authorem de meliore nota commendaſſem, atque ex hac cauſa ſæpius deſcriberetur, inſuper in poſterum, DEO vitam concedente juxta Authoris ductum Materiam Medicam tradere conſtitutum atque propoſitum ſit, ut & mihi hac ratione in-

inſtar Cynoſuræ inſerviret & deſcribendi onere Auditores meos ſublevarem, atque præterea Bibliopola promte operam ſuam promiſerit, denique hoc inſtitutum ab Experientiſſimis quibuſdam hujus Civitatis Medicis non inutile æſtimatum fuerit, eo promptius hoc ipſum in me ſuſcepi.

Confirmarunt ulterius me in hoc propoſito nonnulli ex Cl. Dn. Auditoribus, qui egregios ut in hoc ſtudio profectus publice oſtenderent, in Solenni Auditorio per penſa hoc opus pertractandum & defendendum non ſine ſui laude & fructu in ſe ſuſceperunt.

Certo igitur Tibi perſuaſum habeas, me nec lucri captandi, nec gloriæ aucupandæ gratia hoc ſuſcepiſſe, ſed ſolum commodum & utilitatem Studioſæ Juventutis, unicum mihi fuiſſe ſcopum præfixum. Id quod ſi hoc ipſo obtinuero eſt de quo mihi ſummopere gratulabor. Vale.

PRÆ-

PRÆFATIO BOECLERI.

PRodit iterum in lucem Cynosura Materiæ Medicæ Hermanniana, seu brevis ac succincta Methodus notitiam simplicium Medicamentorum comparandi, desumpta ab interiore partium, prouti Titulus præcedentis editionis tradit, constitutione, ubi simplicia, juxta partes suas constitutivas in certas classes distribuuntur, post denominationem succincta descriptio traditur, vires atque virtutes enarrantur, & modus dextre usurpandi monstratur. Reiteratæ autem impressionis causa priorum exemplarium defectus extitit, ut hoc suis meritis utique æstimandus Bibliopola, cujus sumptibus nunc rursus, Artis Apollineæ cultoribus tantopere hactenus adamatus & æstimatus, tractatus typis mandatur, contestatus fuit; qui illud insuper a me efflagitavit, ut commentatione quoque quadam Authoris illustrarem pronunciata. Annuendo honesto petito, non potui non declarare, opus succinctum

cinctum in usum publicum non melius posse expoliri, quam si prolixior simplicium traderetur historia atque expositio, remediorumque ex simplicibus in officinis Pharmaceuticis prostantium maximeque usualium conjungeretur enumeratio. Facile hinc ex ipso proposito, ni fallor, patere æquo judici poterit, me manum calamo minime admovisse eum in finem, ut novi authoris gloriam aucuparer. Nam cum plures hominum ætates non sufficiant ad intimius investigandas res naturales, in usum Medicum cedentes, utique aliorum autopsia, experientia, atque doctrina in iis tradendis acquiescendum est. Quare nemo quoque vitio vertere poterit, meos qualescunque in illustrando authore labores, dum ex fide maxime dignis Authoribus, Medicis æque ac Naturalis Historiæ, ut & Peregrinationum Scriptoribus ea, præsertim quoad exotica, excerpta atque collecta, quæ veritati quam maxime conformia comparuerunt, insuperque, quæ author vel studio vel forsan ob temporis angustiam, tum nominis, tum originis, tum virtutis, tum etiam remediorum & inde præparatorum ratione, omisit, suppleta fuerunt. Conspicientur hinc varia Græco, Latino, Gallico atque Germanico idiomate expressa nomina. Cernentur etiam rebus, imprimis plantis sui assignati characteres. In quibus describendis il-

luſtris Botanici Gallici magni ſcilicet TOURNEFORTII, *quem olim docentem audire contigit, quemque etiam poſt fata in aureis ſuis ſcriptis vel ipſa invidia admirari cogitur, adhæſi doctrinæ. Quamvis enim & ipſum hominem, per conſequens & in re Botanica quandoque hallucinatum fuiſſe negari non poſſit, in eo tamen quam maxime excelluit, quod ipſo Rajanæ Methodi propugnatore acerrimo* DILLENIO *teſte, circa ſpecialia & inferiora plantarum genera, notasque characteriſticas valde accurata ſit & curioſa* METHODUS TOURNEFORTIANA. *Additæ inſuper ſunt ex eodem denominationes ſpecierum hujus vel illius plantæ, quæ maxime in uſum trahuntur, locorumque, ubi proveniunt colligique poſſunt, mentio injecta, tempore florendi non omnimodo inſuper habito. Quæ porro ex ſingulis tum plantis, tum animalibus, tum mineralibus uſurpentur partes, recenſitæ fuerunt. In enarrandis virtutibus paulo prolixior videri poſſem & quandoque nimium tribuens. Aſt cum ad complendam materiam Medicam virium notitia quam maxime neceſſaria ſit, vix non omnia fuerunt alleganda attributa: & licet, hæc vel illa facultas, ſuſpecta & in quibusdam ſubjectis fallax deprehendatur, non tamen exinde ſequitur, hoc remedium in ſubjecto cholerico*

lerico ſperatum non habuit ſucceſſum, ſed potius noxium extitit, ergo in temperamento phlegmatico aut ſanguineo prodeſſe quoque non poteſt. Quam ob rem virtutes quoque quadantenus dubias allegare non dubitavi, refutatis & rejectis opinionibus ſuperſtitioſis & ridiculis. Adjectus etiam legitimus, quantum per experientiam tum propriam tum alienam conſtitit, ſimplicibus utendi modus. Tandem præparatorum & compoſitorum ex ſimplicibus Medicaminum, nominibus Latinis, Germanicis, atque Gallicis inſignitorum, factus fuit ſermo. Plurimorum elaboratio in nuper edita PHARMACOPOEA ARGENTORATENSI *evolvi poterit, interim ex eadem virtutes atque doſes propriis verbis hic repetere conſultum judicatum fuit, ne imprimis, ubi elaborationis Methodo ſupersedere poſſumus, laborem duplicare cogeremur. Nemo etiam inique, ut ſpero, interpretabitur, quod authorum, vix non ſemper allegatorum, verbis ipſiſſimis uſus fuerim. In notis Hemmingerianis, quas cancellis incluſas deprehendes, nihil immutavi. Adinvenies etiam hinc inde intermixta tum curioſa, tum etiam non omnibus nota remedia, quæ forſan & jucunda & utilia eſſe poterunt. Cæterum B. L. Tibi perſuadeas me eum ſemper præfixum habuiſſe ſcopum,*

ut

ut conatus mei æque in ægrotorum, ac in artis filiorum commodum cederent. Humani autem à me nihil esse alienum bene gnarus, me, si lapsus fuero erraveroque, amice præsertim monitus, quantum in viribus erit, corrigere allaborabo. Quod si autem labores mei non plane displicuerint, & ab iis quoque in posterum aliqualis redundare possit utilitas, suo tempore supplementum omissorum ab authore simplicium & compositorum, in lucem, eadem, qua nunc usus fui, methodo incessurus, emittam. Deus largiatur divinam suam gratiam.

PROOE-

PROOEMIUM.

MAteria Medica dicitur nobis omne id, quod corpus noſtrum alterare & immutare poteſt, ſeu alimentoſum ſeu medicamentoſum, ex qua Medici ſelectiora eligunt.

Quatuor inprimis adminicula hic conſideranda veniunt. Primum ſuppeditabit ipſa ſimplicium Etymologia, ex qua ſæpe latens vis erui poteſt, v. c. in conſolida, tuſſilagine, hepatica, pulmonaria. Alterum petemus ex frequentiſſima ſimplicium inſpectione & uſu. Tertium deſumemus ab exploratione ſaporis & odoris; ſic odor fragrans calorem & vim aperiendi notat; conſiſtit enim hic in particulis ſubtiliſſimis, quæ celeriorem Sanguinis motum, & per conſequens calorem producere aptæ ſunt natæ. Hic odor fragrans, ſi ſuavis fuerit, denotat vim cardiacam, ſin vero fragrantiam odoris

gravitas ſimul comitetur vis Uterina ſignificabitur, conſtant enim ſimilia particulis quidem ſpirituoſis, minus tamen volatilibus ſed fixioribus. Quoad ſaporem, quæcunque habent acrem, calida ſunt, & aperientia; quæ amarum, calida quidem ſunt, fixiori tamen ſale conſtabunt; quæ dulcem, ſunt temperata ſed viſcedine donata; quæ acidum & auſterum refrigerant & adſtringunt. (Novem ſpecies ſaporum recenſentur; Acerbum, auſterum, acidum, dulce, unctuoſum ſeu pingue, ſalſum, amarum, acre, inſipidum. Qua de re conferri meretur Davidis Abercrombii Nova Medicinæ tum Practicæ tum ſpeculativæ clavis, ſive ars explorandi Medicas plantarum ac corporum quorumcunque facultates ex ſolo ſapore, Londini 1685. edit.) Quartum denique à cujusque plantæ nota eſſentiali & charactere deſumitur, unde etiam omnes plantæ, quæ eandem habent notam eſſentialem, ejusdem ſunt facultatis: ſic omnes herbæ bacciferæ ſunt diureticæ, ſic omnes herbæ umbellatæ ſunt ſale volatili oleoſo prædítæ.

Cognoſcuntur itaque virtutes plantarum omnium maxime Ratione, Experientia, & Analogiſmo.

Mate-

MAteria medica alias definitur per seriem medicamentorum e triplici regno, minerali, vegetabili atque animali petitorum, quæ debito modo adhibita vitam atque sanitatem vel conservare, vel morbis labefactatam refocillare atque restaurare possunt.

Discrepant itaque medicamenta ab alimentis. Hæc namque in similem corpori nostro substantiam converti apta nata, illa vero tali mutationi inepta sunt corpusque nostrum alterant & quidem in melius, quo ipso medicamina distinguuntur a venenis, quæ in pejus mutant, corrumpunt atque destruunt. Accidit autem quandoque ut alimenta æque ac medicamenta in venena degenerent, hæc vero salubrem nanciscantur effectum præsertim si consuetudo accedat, cujus rei plura possent allegari exempla. Sufficiat nunc Metallifossor iste septuagenarius Tyrolensis, qui, observante b. m. Parente meo, singulis diebus frustulum arsenici devoravit, hoc remedio se vitam prolongare sibi aliisque persuadens. Ex his facile patet dari alimenta medicamentosa & vice versa medicamenta alimentosa, quæ quatenus corpus alunt & augent alimenta, quatenus vero insigni aliqua qualitate afficiunt, medicamenta vocantur. Nec desunt alimenta venenosa & venena alimentosa, rarissime imo nunquam in

usum trahenda, sicuti quoque cautissime mercari debemus cum medicamentis venenosis, & venenis medicamentosis, id quod vel unius arsenici, quo scelesti quidam Empyrici in viscera humana grassantes interne in febribus aliisque morbis, externe vero in ulceribus, cancro, &c. nefario ausu usi fuere, exemplo edocemur.

Quod ad primum adminiculorum ab authore recensitorum attinet, optandum fuisset, ut omnibus remediis adeo convenientia fuissent imposita nomina, ut virtutes illorum manifeste ex etymologia paterent: ast quot magnificis superbiunt titulis, quæ insignita tamen per nomen vi vel plane destituuntur, vel non nisi in exiguo gradu eandem possident. Cujus rei causa non parum quoque in neglecto, quod secundo loco annotatur, adminiculo quærenda, dum observato vel unico remedii cujusdam, forsan per accidens tantummodo agentis, effectu, statim ei nescio quæ virtus specifica assignatur, cum tamen illam demum exosculari debeamus experientiam, qua sæpissime & constanter posito eodem subjecto, iisdemque circumstantiis, eodem quoque modo medicamentum vires suas exseruisse constat. Cui experientiæ deinde merito jungenda venit ratio, ut omnia rite dijudicentur.

Tertium adminiculum si consideretur, odori atque sapori

ſapori merito juxta WEDELII *amœnit: Mat. Med. connectitur Color, quippe qui in particularum potiſſimum ſulphurearum, a quibus colores quoad magnam partem ex mente Chymicorum dependent, plus minus latentium majorem minoremve præſentiam & exinde dependentem agendi facultatem nos deducit.*

Circa odorem id paucis notandum, quod non tantummodo per ſe, ſed & a poſteriori innoteſcat, quando corpora vel accenduntur, vel teruntur vel diſſolvuntur, cum partes odorem conſtituentes haud raro ab aliis ita ſint irretitæ, ut extricationem ſummopere poſtulent.

De ſapore non ſolum dictus ABERCROMB *conſulatur, ſed & curioſi adeant celeberrimum* WILLISIUM, *atque* WEDELIUM in amœn. Mat. Med. *aliosque plures tum Medicos tum etiam Phyſicos.*

Quartum adminiculum a charactere plantarum deſumptum adeo non firmo ſtat talo, ut ſæpiſſime exceptionem patiatur maximam: ſic Groſſularia eſt baccifera ſed tamen adeo non diuretica, ut potius in diabete ſive nimio urinæ fluxu commendetur. Sic Liguſtri baccæ magis adſtringunt quam ut laticem urinarium pellant.

Hiſce quatuor detegendi remediorum virtutes

fontibus merito jungitur iſta methodus, qua ex varia cum aliis corporibus combinatione natura alcalina, acida atque ſalſa patefit, quæ Medico vel eam ſolummodo ob cauſam, ne in præſcribendis formulis offendat, ſummopere neceſſaria videtur. Erudite hac de re magnus iſte Botanicus Gallus TOURNEFORTIUS, in præfatione Hiſtoriæ plantarum circa Lutetiam Pariſiorum *naſcentium diſſeruit.*

Et certe quid gratius conſpici poterit? quam ſyrupi Violarum color cæruleus in momento in rubicundum rubinumque æmulantem ab affuſo aut commixto acido converſus; ſuccus Ricinoidis ſeu Heliotropii tricocci itidem cæruleus mox rubeſcens; charta etiam cærulea rubedine infecta, quamprimum corpus naturæ acidæ affricatur. Quibus ex experimentis de prædominante in corporibus acido judicium ferri poteſt. Quid porro jucundius exhibebitur? quam ejusdem cærulei ſyrupi, ut & vini rubri in virorem a commixto corpore alcalino immutati ſpectaculum; unde de urinoſa conſtitutione judicare eſt, quæ porro ulterius confirmatur, dum cum acidis effervescunt mixta. Quid tandem nigredine in infuſione Gallarum ab injecto Vitriolico corpore producta curioſum oculum magis recreabit? ut plura alia ſilentio nunc præteream.

Quod attinet ad analogiſmum quem rationi & expe-

experientiæ jungit author, quamvis minime negari possit, quod signaturis rerum quæ interius latentem virtutem extrinsecus quasi signatam exhibent, nimium a multis & vix non ad superstitionem usque fuerit attributum, interim tamen ex comparatione plantarum cum partibus corporis humani, vel cum morbo aut etiam ex alia analogia occasionem suppeditari ad eruendam virtutem Medicam WEDELIUS *aliique satis demonstrarunt. Valet autem & hic quam maxime, ne quid nimis.*

Tandem nec analysis Chymico-Physica spernenda, quippe quæ ad interiora Naturæ adyta deducit, & causas virium quibus medicamina gaudent ob oculos ponit.

Illud hac occasione silentio præterire nequeo, quod celeberrimus Academiæ Regiæ Scientiarum socius Dn. GEOFROY *omnes plantas ferreis patriculis, a quibus vis vel aperitiva vel adstringens dependeat, scatere asserat, id quod altiorem adhuc investigationem mereri videtur.*

PARS

PARS PRIMA.

REGNUM VEGETABILE EXHIBENS.

CAPUT PRIMUM.

DE RADICIBUS.

RADICES SALE VOLATILI OLEOSO CONSTANTES.

Acori vulgaris.
Indici.
Zedoariæ.
Galangæ majoris.
minoris.
Zinziberis.

Conveniunt in cruditate acida, Colica, obſtructionibus menſium, ſcorbuto, hydrope, vertigine, ſingultu, cordis palpitatione.

ACORI RADIX.

ACori veri [ſeu CALAMI AROMATICI OFFICINARUM] C. B. P. radix eſt, oblonga, paululum compreſſa, in ſuperficie quaſi geniculata, foris ex flavo rubeſcens, intus alba, fungoſa, ſaporis acris ſuaviter amari-

amaricantis & aromatici, odoris fragrantis. [Refertur ad herbas aquaticas graminifolias non culmiferas flore ſtamineo, foliis iridis modo ſitis, hoc eſt acie folii cauli obverſa, aromaticis, odoratis, ſpica ſimplici eleganti juli ſpecie, ſeminibus in julum ſeu nucamentum coactis.]

Ob ⊖ volatile [acre] oleoſum [aromaticum] penetrantiſſimum ſuccurrit acidæ cruditati Ventriculi, in torminibus abdominis inde ortis, obſtructione Menſium ê vitio Ventriculi, in ſcorbuto & hydrope pro confortante.

Primo vere effoſſa radix diutius fert ætatem ac aliàs.

Acorus in ſubſtantia rarius exhibetur, conditus vero frequentius, ſi vero datur crudus, datur à gr. v. ad xv. conditus vero à ℈j. ad ʒj.

Ubi deſtillatur radix hæc cum ▽, ſi deguſtaveris aquam ingratiſſima eſt, ſi oleum, nauſeoſum, ſemper ingratiſſimum, contra fixum radicis in fundo remanens optime ſapit. Infuſum acori fit in ⌒u Juniperino qui optimus, vel in Spiritu vini, ad pint. j. additur acori ℥j. Admiſcetur quoque morſulis.

Stimulatur acorus granis paradiſi. Temperatur partim dulcibus, partim minus acribus. Convenit in torminibus colicis ortis à cruditatibus acidis, item in ructibus moleſtis e. c. ℞. acor. condit. ℈j. Caſtor. gr. ix. l. x. Laud. opiat. gr. ij. flaved. Cort. aurant. cond. ʒj. add. Syr. Cortic. aurant. q. ſ.

Etiam in morbis ſoporoſis acorus externe exhibetur. e. c. ℞. rad. pyretr. ſaxifrag. acori ana ℥j. ſummitat. origan. Mj. ſem. cardamom. min. ℥ß coq. in ſ. q. ▽æ, colatur. cap. ℥viij add. ⊖ gemm. ʒij f. Clyſter. Si non ſat acris, poteſt ſtimulari pulpa colocynth. ʒj. linteolo involuta.

In Epithematibus contra Paralyſin ſive reſolutionem nervorum: ℞. acor. ℥j rad. pyretr. ℥iß helen. Zedoar. Zinzib.

ana ʒß. ſummit. hyperic. fol. majoran. ſpicæ. ã. p. ij affund. ſpir. Vin. vel. ℞ C. C. ſuccinat. vel ℞ Terbinth. ad emin. 3. vel 4. digitor. fiat infuſum Paralyticum externum. Hoc enim ſpirituum influxu ceſſante vellicantur nervi, ut rurſus ſpiritus influant.

ACO-

ACORUS, Kalmus/ Ackerwurtz/ Julus, uti notat RAJUS, rariſſime geminus, floſculis dum ſe explicat pallidis muſcoſis inodoris quadrifoliis plenus: is paulatim deinde incrementum ſumit; donec humani fere digiti longitudinem craſſitudinemque acquirat, frequentibus tuberculis virentibus tam eleganti ſerie diſpoſitis ut recentem Pinaſtri conum æmulari videatur.

Gaudet locis humidis, & juxta fluenta longe felicius provenit.

Radices ſiccatæ ut bene monet idem RAJUS gratiorem ſpirant odorem, nam (ut recte PLINIUS) recentium virus majus.

Non ſolum in cruditate acida ſed & in omnibus affectibus ventriculi a cauſa, ut loquuntur, frigida, pituita viſcida, flatibus &c. oriundis prodeſt. Hinc non inepte SIMON PAULI pronunciat, quod omnibus Electuariis Stomachicis & intemperiem ventriculi frigidam corrigentibus addi deberet, dummodo palato arrideret.

Remedium uterinum conſtituit, in paſſione hyſterica, dolore colico a paſſione hyſterica oriundo, obſtructione menſium ab humorum cruditate dependente conveniens.

Acorus quòniam in anorexia & dyſpepſia conducit vocatur Germanicé Zehrwurtzel. Vim habet quoque acorus alexipharmacam curandi & præſervandi a morbis contagioſis. CLUSIO teſte incolæ in extrema Lithuania a Tartaris edocti radicem acori plerumque circumferunt & aquam non prius bibunt, quam in ea acori radix fuit macerata, ſuadet hinc SIMON PAULI viris caſtra ſequentibus, qui ſæpe corruptiſſimas aquas bibere coguntur, ut Tartaros imitentur. Quum etiam ex hac cauſa nautis jamdudum innotuerit, ut ſibi ea vel nauſeam arceant, vel præcaveant ne aquæ putridæ imo jam verminantes exitio ſint, appellari conſuevit Radix Nautica.

FALLO-

FALLOPIUS multos lotii ſuppreſſione laborantes acori decocto ex vino tenui ſanitati ſe reſtituiſſe gloriatur. Cerebrum confortat & vertigini medetur fere tanquam ſecretum, ut docet de MAYERNE. Virtus aphrodiſiaca quoque fuit adſcripta, quare a quibusdam Radix Venerea fuit nominata. Maſticata halitum oris emendat. In morbis ſoporoſis non externe tantum ſed & interne conducit. In vino cocta radix hæc teſtibus tumentibus imponitur. Succum expreſſum oculis inſtillatum oculorum caligini mederi aſſerit Dioſcorides.

PROSTANT.

Acorus conditus eingelegter Calmus/ *Calamus aromaticus condit.*

Confectio Calami aromatici, überzuckerter Calmus / *confection de Calamus Aromaticus, ou Calamus aromaticus confit.*

Electuarium diacorum Calmus- oder Ackermans-Lattwerg / *Electuaire diacorus.* Nervorum ægritudinibus confert, acuit ſenſus & memoriam, ſedat dolores capitis, peculiare eſt remedium frigidarum, uti loquuntur ægritudinum, maxime catarrhalium, ſenibus admodum conveniens. Hydropicos quoque juvat. Electuarium hoc ex aromatibus quam maxime conſtans datur ad drachmas duas ad unciam unam uſque & ultra.

Sunt qui extractum inde parant & ad ſcrupulum ad drachmam ſemis & ultra commendant, alii oleum deſtillatum tanquam carminativum, anodynum, uterinum atque nervinum uſurpant. Alii eſſentiam extrahunt. Qui autem Sali per incinerationem ex acoro parato peculiares tribuunt vires, non adeo exacte ſapiunt.

ACORUS INDICUS.

[Acorus Aſiaticus radice tenuiore. Herm. Catal. de quo ibi ita: acorus hic omnibus partibus convenit cum Europæo, excepta ſola radice, quæ tenuior eſt, & compactior, ſuperficie crebrius geniculata, odore & ſapore gratiori. Sponte ſua luxuriat in Malabara & inſula Zeylan, Incolis Vazabu & Vazumbo audit.

Cum priore viribus convenit. vid. Garz. ab Horto aromat. hiſt. lib. 1. cap. 32.]

(CALAMUS AROMATICUS.

De quo ex prælectionibus MStis Hermanni Samuel Dale Pharmacolog. p. m. 337. ita loquitur: Calamus Aromaticus veterum eſt plantæ Ægyptiacæ (Alpin. Exotic. Caſſabel Darrira dictæ; quæ tetrapetala eſt, ſiliculis oblongis, acuminatis, in baſi cauliculatis, ſeminibus nigris minutiſſimis refertis) cauliculi tenues, geniculati, foris pallide flaveſcentes, intus candidi, includentes medullam fungoſam, levem, ſimilem telis aranearum in ſe collapſis, ſaporis acris, ſuaviter amaricantis, odoris aromatici & fragrantiſſimi. Itaque non eſt radix ſed arundo aut cauliculi odorati.

Deſcribit hanc plantam Proſper. Alpin. de plant. Exotic. l. 2. c. 7. p. m. 195. & de uſu Medico agit idem Alpin. de Medicina Ægyptiorum libro quinto. Aliàs de calamo odorato Dioſc. l. 1. c. 17. ingreditur compoſitionem theriacæ, ſed hodie noſtris officinis eſt incognitus; & loco ejus recipitur acorus verus.)

De hac & præcedente planta, cùm rara in noſtris terris ſit avis, adeoque non multum imo plane non in uſum veniat, multos miſcere ſermones opus non eſt.

ZEDOARIA.

Eſt Zedoariæ Chinenſis radix, tuberoſa, brevis, compreſſa, foris cinerea, intus candida, quando cortex exterior eſt detractus, paucis fibris intertexta, ſaporis amaricantis aromatici, odoris fragrantis ad camphoram aliquantum accedens. Folia ad curçumæ folia accedunt, ſuntque palmæ magni-

magnitudine, fert florem in peculiari ſpica ut galanga, quos flores ſequuntur loculamenta terna.

Conſtat ☋e volatili oleoſo acriore penetrantiore & ſpirituoſiore acoro, propterea ſe altius extendit, ut ſimul ſudorem moveat, phlegma contumax Pulmonum potenter diſcutiat, & colicæ convulſivæ hyſtericæ medeatur. Nauſeam tollit vel odor ſolus, vel ſi ſub Lingua teneatur, vel ſi externe Ventriculo applicetur vel ſola vel cum fermento. In vindicando ſanguine â malignitate tanquam panacæa habetur, aliis loco ſtimuli additur, eſt alexipharmacum egregium. In aſthmate etiam convenit, in nauſea poſt crapulam.

Sal volatile â curioſis deſtillatur, aqua ingrata quidem, ſed maxime ſudorifera, unde pro ▽ alexipharmaca uſurpo. [Conf. Hermann. Hort. Lug. Bat. ſub titul. Zinziber latifolium ſylveſtre. Zerumbet Garz. ab Hort. l. 1. c. 47. ubi hanc plantam prolixe deſcribit, & inter alia hæc de deſtillatione habet: Sale volatili oleoſo aromatico abundare hujus aromatis radicem, probat inter alia ejus deſtillatio. Tranſmittit enim per alembicum ▽ fragrantem, cum ſufficiente oleo, cui, ſi recens fuerit deſtillata, innatat ſal volatilis paucus forma nivis aut Camphoræ.]

Doſ. gr. vij ad ℈ß in ſubſtantia, condita vero ℈j. in infuſo ad ʒij, edulcoratur vel ſaccharo vel melle.

Zedoariæ optimus ſtimulus eſt camphora, quod quaſi à priori illis notum, qui recentem effoſſam examinarunt, qui dicunt, quod omnino ſpiret camphoram.

Specificatur in colica cum Caſtoreo, ut & in affectibus Uterinis.

℞. Zedoariæ ʒj Camph. ℈j ſacch. cand. ʒj vel ij. M. f. pulv. pro novem doſibus, ſingulis diebus una, contra omnes malignitates.

℞. Zedoar. ℈ß. ſacchar. ʒß. M. f. pulv. ſumendus ex aceto contra nauſeam.

℞. Zedoar. ʒß. ♎ ſerpill. gt. j. Laud. opiat. gr. j. Conſerv. roſar. ♁lat. ʒj Syr. acetoſ. Citri q. ſ. M. f. bolus in quavis nauſea & vomitu.

ZEDUAR, ZADURA, Ξαδύρα, Zittwer / Zittwer-Wurtz / Zedoar / ZEDOAIRE.

De hac radice non adeo omnes authores inter ſe conveniunt, quidam Zedoariam longam inter & rotundam diſtinguunt, alii adhuc addunt tuberoſam. Plurimi in eo conſentiunt, quod longa & rotunda ex una eademque proveniant planta: Longa inferior radicis pars eſt, ſuperiore locum occupante rotunda & magis tumente, quæ deinde in fruſta ſciſſa ad nos adfertur. Meretur hac de re conferri Samuel *Gotthilff* MANITIUS *in libello de ætatibus Zedoariæ.* Radix hæc hoc habet vitii quod cariei imprimis ſit obnoxia, affertur ex India Orientali præſertim China, Bengala &c.

Virtus hujus radicis ſtomachica inſignis eſt atque carminativa, vermibus inſuper quam maxime adverſatur, præſertim ſi cum ☿rio dulci maritetur.

Sunt qui ad contagium arcendum Zedoariam ſub lingua detinent, alii veſtibus apponunt ad profligandas tineas.

OFFICINÆ NOBIS DE ZEDOARIA EXHIBENT.

Aquam Zedoariæ, Zittwer-Waſſer / *Eau de Zedoaire*, & quidem vel cum aqua, vel ut plurimum cum vino deſtillatam, quæ uſibus allegatis inſervit.

Extractum Zedoariæ, Zittwer-Extract / *Extraict de Zedoaire*, cum Spiritu Vini paratum, cujus *doſis ad* ℈j. ʒß *& ultra.*

Oleum Zedoariæ, per deſtillationem paratum, Zittwer-Oel / *Huile de Zedoaire*, quod ad aliquot guttas aſſumptum ad ſupra notatos ſcopos deprædicatur: Sunt qui radices haſce ſaccharo condiunt & Zingiberi condito præferunt. Ingreditur Zedoaria Acetum Bezoardicum & varias alias compoſitiones.

GALANGA MAJOR ET MINOR.

Galanga duplex eſt, major & minor. Major eſt planta Indica Banchabe dicta, radix tuberoſa, pollicem [& amplius, imo

imo duos interdum] craſſa, nodoſa, inæqualis, in ſuperficie circularibus geniculis donata, [cortex] flaveſcens, [aut fuſcus] intus palleſcens, ſaporis acris aromatici, [aliquantum ingrati] odoris, [quodammodo] fragrantis.

Minor eſt plantæ indicæ Lagondi dictæ radix tuberoſa, nodoſa, majora ſimilis, ſed tenuior, digiti craſſitiem adæquans, odoris fragrantioris & jucundioris quam in galanga majore.

Galanga minor quæ efficacior eſt majori, relinquit poſt acredinem, intenſiorem ſtypticitatem, unde temperatior eſt, & in vertigine à vitio Ventriculi, in torminibus abdominis & doloribus poſt partum ſpecifica eſt, cæterum nervis & ſpiritibus commendatiſſima eſt, in ſingultu quoque & cordis palpitatione. [Ad claſſem iridum â nonnullis utraque planta refertur, quod ex foliorum ſimilitudine & zonis in radice circulariter cinctis probant.]

Minor nonnihil viſcidi habet in receſſu ſeu adſtringentiæ nonnihil, cerebro gratior eſt quam acorus, ad ſeptimum vel duodecimum annum poteſt conſervari. Fruſtula ſeu gemmæ radicis ſolent decerpi à Chinenſibus, iterumque plantari, etiam ſeminibus multiplicantur. In india orientali galangam conditam habent. Cum bucella panis & butyri capiunt pulverem galangæ mulieres indicæ in doloribus poſt partum.

Datur à ℈ß ad ℈j in ſubſtantia. in infuſo velut acorus. juvatur zedoaria, helenio.

Specificatur in vertigine Doronico, cumino. Stimulatur Caſtoreo, ſale ſuccini, laudano opiato in doloribus poſt partum.

Pro juvene ſcotomia jejuno Ventriculo ſurripiente & exinde in vertiginem incidente.

℞. Galang. Zedor. ana ℈j caſtorei gr. vij ℥ chamom. deſt. gt. ij f. pulv. exhibendus ad ℈ß ſingulis mane.

℞. Galang. q. v. M. cum ▽ plantag. fac epithema, impone regioni cordis, ad cordis palpitationem tollendam.

℞. Galang. ʒj ſem. aneth. ʒß f. infuſum ex vino ad ſingultum, cochleatim exhibendum.

℞. Galang. ℈j. croc. orient. gr. v. exhibe in vino vel ▽ cinamom. in doloribus poſt partum.

℞. Rad. doronic. ſem. cumin. galang. min. ana gr. xv. add. pro ſtimulo gt. j. ℥ d. cinam. dari poteſt in vertigine.

vel.

℞. Galang. ʒß. doron. ʒj zinzib. chin. cond. ʒij ſem. cumin. ℈j ℥ d. cumin gt. iiij conſerv. flor. anthos ʒß. ſyr. flor. tunic. q. ſ. f. Elect.

ZINZI-

Galgant/ du GALANGA.

Sicuti de Zedoaria ita & de Galanga nondum inter authores convenit, quibusdam utramque ſpeciem ad Iridum genus ob radicis præſertim convenientiam referentibus, aliis vero majorem iridibus accenſendam eſſe cenſentibus, minorem frutici folia myrtum æmulantia gerenti annumerandam pronunciantibus. Major in Java & Malabar, minor vero in Chinarum præſertim regione provenire fertur.

In minori Galanga, quam majori præferunt, jubent imprimis reſpicere ad colorem qui foris ruffus & ſubfuſcus, intus vero ex flavo ruffeſcens eſſe debet. In eligenda Galanga præſertim minori reſpici debet, præter dicta, ad gravitatem denſitatem atque colorem.

Cum galanga adeo roboret ventriculum, ejusque affectibus medeatur, Paracelſo alter ſive externus fuit appellatus ventriculus. Nautis ad nauſeam & vomitum reprimendum conducit, nec deſtituitur virtute emmenagoga & inſtar aliorum aromatum virtute quoque

quoque aphrodiſiaca. In ore detenta & maſticata non ſolum ejus anhelitum emendat, ſed & ſalivam fortiter movet, adeoque tanquam apophlegmatizans in morbis ſeroſis catarrhalibusque uſui venire poteſt, ſicuti quoque in remediis errhinis atque ſternutatoriis galanga uti licet. Sacculis porro cordialibus ſtomachicisque immiſcere galangam nefas minime erit.

Parabantur olim ex Galanga ſpecies diagalangæ, quæ ad dictos ſimilesque affectus multum celebrabantur, ſed hodie exoluerunt. De Galangæ in indiis conditæ ſpeciebus non licet quoque facere plura verba, quia iisdem quoque deſtituimur. Indi tanquam condimentum in variis ferculis ut & in acetariis adhibent.

ZINZIBER.

Eſt radix tuberoſa, nodoſa, ramoſa, brevis, & paululum compreſſa, pallida, fibris crebrioribus dotata, ſaporis aromatici acerrimi fervidi, inſtar piperis, odoris [aliquantum] fragrantis.

Variæ ſunt ſpecies Zinziberis, quæ tantum differunt ratione fibrarum, quo vero plures fibræ, eo ignobilius, quo pauciores eo præſtantius, ſed hæc ultima ſpecies rarius in officinis proſtat, radix enim multas habet fibras & eſt lignoſior. [Planta ſimilis eſt iridi, unde à nonnullis appellatur Iris latifolia tuberoſa, Zinziber dicta, flore albo.]

Cum Zedoaria convenit, excepto camphorato odore, hinc tanta vis alexipharmaca ipſi non ineſt. Gratius quidem eſt, ſed acrius & calidius & magis deſiccativum. Corrigit purgantium vehementiam præcipue agarici. Melancholicis & Cholericis largior uſus Zinziberis non conducit, quia humores nimis exſiccat, & ad motum ineptiores reddit.

Corrigitur acidis blandis, quia habet Naturam alcalinam, nempe rob ribium, berber. ſucco limon.

In morborum declinatione mire appetitum reſtaurat.

Recens effoſſa vim habet laxandi alvum, præcipue ejus

ſuccus expreſſus, ſed ſicut in ſemine coriandri recens malignitas tractu temporis evaneſcit.

Zinziber in ſubſtantia datur à gr. v. ad xv. conditum vero ad ℈j. vel ʒß [& ultra] de cætero uſurpatur ut Zedoaria.

Feliciter quoque datur decoctum Zinziberis conditi ex aqua, in tuſſi ex materia viſcoſa in Pulmonibus hærente.

℞. Zinz. cond. ℥ß. conſerv. abſynth. ℥iiij ⌒ ⊕li vel ♁is per campan. q. ſ. ad gratum acorem M. f. conditum, ſumendum in languido appetitu in declinatione Morbi.

℞. Agaric. ℈j. troch. alhand. gr. v. Zinz. gr. x. f. pulv. purgans pro j doſi. [Agaricus non facile in forma pulveris ob levitatem exhibetur, melius in infuſo vel vino medicato.]

℞. Gran. Till. gr. iij Zinzib. gr. vij. M. f. pulv. pro una doſi. Robuſtis exhibetur ſpecifice contra hydropem. Indi pilulas parant cum mucagine tragacanthi.

RADI-

Ξίγγιβερ, Ξινγγίβερις, Γιγγίβερις, ZINGIBER, GINGIBER, Imber/ Ingkwer/ Ingber/ GINGEMBRE.

Zingiber C. B. Pin. ad Irides à MORISONO refertur ſub ſequente nomine. Iris latifolia tuberoſa Zingiber dicta flore albo Moris. Ab aliis vero Arundo humilis clavata vocatur.

In india Orientali, China, Malabar, Ceylon aliisque locis provenit, & delatum in Indiam Occidentalem, novam Hiſpaniam, Mexicanum regnum, Inſulam Cubam, Inſulas Philippinas Braſiliam & præſertim Inſulas Antillinas, feliciter ibidem quoque hodie ſuccreſcit, & exinde ad nos devehitur, ſunt tamen qui Orientalem præferunt.

Radix, quæ ſolum in uſum venit, colligitur foliis plantæ areſcentibus, & poſtmodum ad ſolis ardorem aut in fornacibus exſiccatur. A quibusdam luto, creta aut rubrica obducitur, ut eo melius à corruptione

ptione præſervetur, hinc proſtabat Zingiber album & rubrum ita dictum, non quod ſint duæ diſtinctæ ſpecies, ſed tantum coloris externi ab aſperſa creta vel rubrica provenientis ratione. Eligi autem debet Zingiber recens, ſiccum quidem ſed non extreme aridum, carie vermibusque minime corroſum.

Duplex ab authoribus recenſetur *Zingiber Mas & fœmina* ſed ad nos unica tantum defertur ſpecies.

Recens effoſſum non adeo acris eſſe dicitur, adeo ut cum aliis herbis minutim conciſum ex oleo ſale & aceto acetarii loco uſurpentIndi.

Tanquam condimentum aromaticum multis admiſcetur ferculis, ſed multi non delectantur Zingibere.

Ventriculi affectibus, imprimis à frigida, uti loquuntur, cauſa pituitoſisque craſſisque humoribus, & laxitate fibrarum atque flatibus adverſatur. Sunt qui in affectibus uteri variis commendant. Hinc Colicæ hyſtericæque paſſionis ſedandarum ergo fumus Zingiberis fiſtula inſtar Tabaci ter vel quater de die hauriendus à Boyleo commendatur. Ob vim reſolventem in affectibus ſeroſis cachecticis catarrhalibus &c. prodeſt. In oculorum etiam morbis præſertim ſuffuſione profliganda & acie viſus roboranda multum commendatur externe ſi uſurpetur. Zingiber maſticatum ſalivam copioſe ciet, Scorbuticis quoque inſigni eſt auxilio & variis medetur ſymptomatibus, unde nautis commendabile.

IN OFFICINIS EX ZINGIBERE PROSTAT.

Zingiber conditum eingelegter Jmber/ *condit de Gingembre.* Conditur autem vel in India ipſa vel apud nos more conſueto, ad uſus prædictos, ut & ad Venerem ſtimulandam ſterilitatemque arcendam: ad præcavendum quoque contagium aſſumitur. Præterea occurrit *Zingiber coctum*, gebachener Jmber/ *Gingembre cuit*, cujus deſcriptionem videre eſt in Pharmac. Argent. claſ. 4. p. 36. quod cum aromatibus & Saccharo in morſulos redactum ſtomacho præſertim firmando dicatum eſt. Oleum deſtillatum, extractum, eſſentia & imprimis Sal Zingiberis vix amplius parantur.

Hoc tandem notandum quod plurimas hoc aroma ingrediatur compoſitiones Theriacam Mithridatium, Diaſcordium & plures, alias Formulæ purgantes ex agarico granis Tilli & Zingibere hic allegatæ noſtris in regionibus non videntur adeo appropriatæ.

RADICES SALE VOLATILI DULCEDINE JUNCTA CONSTANTES.

Imperatoriæ.
Angelicæ.
Mei.
Leviſtici.
Nizin vel Niſi.

Locum habent in ophthalmia, colica, paſſione hyſterica, cardialgia, lypothymia, confortanda memoria, lochiisque promovendis.

IMPERATORIA SEU OSTRUTIUM.

Eſt imperatoriæ majoris C. B. P. radix oblonga, pollicem craſſa, ſcirrhoſa [rugoſa] & geniculata, foris fuſca, intus alba [fibris lateralibus exornata] ſpirituoſior penetrantior & amarior ſuperioribus, unde & ſalibus fixis conſtat. [Refertur ad plantas umbellatas ſeminibus nudis binis ſequentibus ſingulos flores.]

Radix de cætero coincidit cum angelica, ſtimulus eſt cæteris radicibus aromaticis. [Sapor acris aromaticus calefaciens & vellicans linguam, odor fragrans.]

In Colica hyſterica convulſiva, tympanitide, tanta ſæpe agit cum violentia, ut freno opus habeat, nempe Leviſtico, Meo, alterave dulci & viſcoſa radice, in febribus intermittentibus præcipue tertiana & quartana ſpecificum eſt, ut & in morbis ſoporoſis.

Datur

Datur â gr. xv. ad ℈j. in ſubſtantia. à ʒj ad ʒij in infuſo.

Modus conjungendi, ſtimulandi, ſpecificandi videatur ex formulis.

℞. Imperat. ℈ß. angelic. ℈j. Mei gr. vij. M. f. pulv. in colica paſſione, addi poteſt ♌ d. mac. gt. j. vel ij. Laud. op. gr. ij. poſſunt & addi Caſtorei gr. v.

℞. Imperat. angelic. ana ʒiij Zinzib. Zedoar. ana ʒj bacc. laur. exc. ʒij l. iij flor. chamom. ʒj f. infuſ.

℞. Imperat. gentian. Chin. Chin. ana ℈ß ⊖ prunell. abſynth. Cent. min. ana gr. j. M. f. pulv. pro una doſi contra quartanam & omnes febres intermittentes.

Ita potiſſimum dicta a viribus, vocatur etiam ASTRANTIA atque MAGISTRANTIA quod quaſi magiſtra ſit reliquorum alexipharmacorum Meiſterwurtz / Keyſerswurtz / Magiſtrantz / Oſtritz. IMPERATOIRE, OTRUCHE.

Eſt plantæ genus flore roſaceo & umbellato, pluribus ſcilicet petalis conſtante nunc cordiformibus nunc integris calyci inſidentibus; calix florum abit in duo ſemina plana, fere ovata leviter ſtriata & marginata involucrum plerumque deponentia, candida & plena.

Intelligitur hic Imperatoria major C. B. Pin. 156. Imperatoria Joh. Bauh. 3. part. 2. 137. Aſtrantia Dod. Pempt. 320.

In locis montoſis ſponte provenit. In Gallia pluribus in montibus præſertim Aureis Averniæ reperitur, frequentiſſima eſt in montibus Annanienſibus ſupra Tridentum. Occurrit in Alpibus Stiriacis atque Carinthiacis aliisque locis. Colitur in plurimis hortis, præfertur tamen à multis ea quæ creſcit in montibus. Floret Junio. Radix quæ potiſſimum in uſu colligenda Vere.

Vires ejus deprædicantur alexipharmacæ inſignes, in febribus & morbis malignis; ſed reſpiciendum utique & hic ad clima, victus rationem morbi naturam & conſtitutionem ægri.

In cruditatibus ventriculi acidis & pituitoſis locum utique habere poteſt, ut & in affectibus pectoris, aſthmate ſimilibusque à pituitoſa tenacique materia ortis. Nec deſtituitur virtute cephalica in affecti-

affectibus præſertim phlegmaticis: Medetur ſpaſmo aliisque nervoſi generis morbis. Renes à craſſis humoribus liberat, urinam ciet, negotiumque menſium promovet. A quibusdam tum interne adhibita, tum externe recens diſſecta & pollicibus tam manuum quam pedum alligata in epilepſia præſertim infantum commendatur, uti videre eſt in Eph. NAT. CUR. Dec. I. ao 4. & 5. obſ. 42. Res autem ſufficienti experientia nondum comprobata. Decoctum radicis imperatoriæ præſertim cum vino auſtero paratum doloribus dentium medetur. Maſticata radix anhelitum emendat & remedium apophlegmatizans ſat præſtans præbet. In vulgus notum & apud mulierculas decantatiſſimum pro arcendis catarrhis oculos, aures, pectusque infeſtantibus, profliganda itidem ophthalmia, amuletum dum radicem recentem in taleolos fruſtave diſſecant, atque filo mediante de collo in regione dorſi ſuſpendunt, & quando fruſta exſiccata ſunt, renovant appenſionem. Hoc certum eſt quod quo calidioris naturæ ſit ſubjectum eo citius radicis exſiccentur fruſtula. Amuletum quoque hoc collo circumdatum in angina aliisque faucium inflammationibus non absque ſucceſſu uſurpari docet HOFFMANNUS IN SCHROEDERUM, qui inſuper vaporem imperatoriæ maſticatione & anhelitu oculis inſpiratum ophthalmiam mitigare, & fruſtulum hujus radicis circa aures impoſitum catarrhis ex quibus viſus debilitas & aurium tinnitus oritur, mederi aſſerit.

Imperatoriam recentem cum cepis aut allio contuſam cum ſale commixtam & cataplaſmatis inſtar vertici raſo impoſitam, inflando inſimul naribus pulverem radicis ſiccatæ, in morbis ſoporoſis apoplexia v. gr. aliisque laudat ZUINGERUS. Tandem ſilentio quoque non prætereundum quod pro arcendo contagio in ore detineatur imperatoria.

Sunt qui contendunt ſerpigines tolli etiam inveteratas, ſi ex pulvere aſtrantiæ & tantillo adipe ſuillo concinnetur linimentum ut eo inungantur, quem in finem utiliter quoque remiſcetur aceto aſſerente SIMONE PAULI, IN QUADRIPART. BOT.

In officinis noſtratibus neque aqua, neque oleum, quod ex imperatore elici poteſt, neque aliud præparatum proſtat.

ANGE-

ANGELICA.

Eſt Angelicæ ſativæ C. B. P. radix oblonga, aliquantum reſinoſa, ex capite craſſiori in fibras ſæpe pollicares, vel tenuiores diviſa, foris ex flavo rubeſcens, medulla interior alba, ſaporis acris ſuaviter amaricantis, cum quadam blanda dulcedine, odoris fragrantis aromatici & ſpecifici. Conſtat ☉e volatili ♌ſo, adjuncta dulcedine quadam, quibus incluſæ particulæ anodynæ. [Jungitur plantis Gymnodiſpermis umbellatis.] Symbolizat cum Zedoaria & imperatoria, aſt temperatior eſt, & ob ſui blanditiem ad dulce vergentem, opus ſuum cum quadam vi anodyna abſolvit; eandem ob cauſam ſingulare quid efficit in vitiis Pulmonum, [unde & Germ. Bruſtwurtz dicitur] & omnibus Uteri affectibus, ut & in Colica hyſterica, cordis & ſpirituum vitiis.

Zedoariæ, Zinziberi, Imperatoriæ ſi jungitur, gratiam peculiarem conciliat eaſque temperat.

Jungitur ſuperioribus radicibus frequenter, ſtimulatur Camphora.

Datur ut ſuperiores radices in ſubſtantia, frequentius tamen in infuſo, non raro etiam in extracto feliciter datur.

Poteſt dari in Colica â vitio Ventriculi ab acido acri humore orta ſeq. m.

℞. Extr. angelic. ʒß. ▽ flor. chamom. ℥ij [vel ▽ Carm. Schrœd.] Syr. ê Cortic. aurant. ʒij l. ℥ß. ſi Dolores urgeant, non ſufficit, ſed ſtimulo opus habet Laud. op. gr. j. l. ij. Si Colica hyſterica ſimul, add. Tinctur. Caſtor. ʒj. Idem etiam in Colica convulſiva convenit, additur Clyſteribus contra Colicam vel ſimplicem vel compoſitam.

INFUSUM ANGELICÆ.

℞. Angelic. Zedoar. galang. ana ʒij Caſtor. ʒj Camph. gr. XV.

gr. xv. add. liq. Corn. Cerv. ſuccinat. ad eminent. 3. vel 4. digitorum. f. Eſſent. vel Tinctur. doſ. gt. XX. XXX. ad 50. ſi magis anodyn. expetas add. Laud. Op. ℈j.

Oleum Angelicæ egregie inſervit loco balſami Uterini, aqua deſtillata non adeo eſt ingrata, nec oleum.

MEUM.

Angelick / Engelwurtz / ita dicta vel à ſuaviſſimo radicis odore vel à mira & angelica quaſi contra venena & morbos venenatos atque peſtilentiales facultate. Ob modo dictas virtutes vocatur quoque Radix Spiritus Sancti, heiligen Geiſt Wurtz. Appellatur quoque germanice ob vim becchicam Bruſt-Wurtz / Lufft-Wurtz. A quibusdam Coſtus niger ab aliis Smyrnium nominatur. Gallis ANGELIC & ANGELIQUE audit.

Angelica ſativa à Tournefortio ad Imperatoriam refertur. Eſt itaque Imperatoria ſativa Tourn. J. R. H. cl. 7. S. 4. gen. 1. Angelica ſativa C. B. Pin. 155. & J. B. 3. p. 2. 140. Angelica major Dod. pempt. 318. Dantur quidem & aliæ ſpecies Angelicæ ſylveſtris, montana & aquatica, quæ licet non ſpernendæ ſint tamen non æque in uſum ac ſativa trahuntur. Interim ad uſus Medicinales ſativa æque ac montana ex Bohemia affertur. Floret Junio, radix colligenda antequam ſtolones producat, & quidem ex mente HOFFMANNI IN SCHROED. Sole in Geminis & Luna in cancro exiſtente. Bene autem ſiccari debet, quoniam alias facile corrumpitur. Ingreditur officinam radix Angelicæ, rarius ſemen, quod odoris fragrantis & ſaporis acris deprehenditur.

De Angelicæ virtutibus audiri meretur H. GRUBE DE MED. SIMPL. COGNOSC. S. 7. Art. 2. ita differens. In Angelica ſe manifeſtè prodit ſub lingua guſtantis triplex ſapor, acris, dulcis, amarus, ex quo ſapore triplici, quid in angelica ſit tota agere ſive temperie ſeu ſubſtantia, innoteſcere quodammodo poteſt; hoc eſt vis quæ huic ineſt radici & cordialis ſic dicta & alexipharmaca ex modo recenſito ſapore triplici ſat commode ac facili negotio poteſt explicari. Angelica enim qua acris craſſum ſanguinem attenuat, incidit, eumque reddit mobiliorem, vique adeo diaphoretica ad ambitum corporis prolicit, quicquid datur in ſanguine vitioſi vel maligni; ſuppetias

tamen

tamen ferunt eandemque actionem insigniter nobilitant, quæ huic itidem insunt amarities pariter & dulcedo, hæc quidem acrimoniam temperando, & convenientem sanguini consistentiam, si deest, largiendo, illa vero cum partibus suis tenuibus, tum terrestribus virtutem diaphoreticam juvando, adeoque partes ad expellendum seu per sudorem seu per urinam irritando, illis vero crassum humorem incidendo & ad excernendum aptiorem reddendo. Hoc est quod Galenus appellat, agere tota substantia, non aliis enim agit angelica qualitatibus nisi tenuitate substantiæ. Sed eadem quo actio evadat nobilior à dulcedine perficitur ac amaritie.

Ad pestis contagia vix alia dicitur præstantior tum in curatione tum in præservatione. Assumitur pulvis ad drachmam usque in convenienti vehiculo vel etiam butyro inspergitur. Masticatur in ore & subinde deglutitur, vino infunditur vel aceto maceratur, quin & trita vestibus inspergitur aut iisdem insuitur ne facile contagio inquinentur. Medici & Sacerdotes cum infectis conversantes ad præcavendum contagium eam sub lingua gestant, sæpissime trochiscos ingreditur ad modo dictum scopum paratos sublinguales. Vis contra animalium rabidorum morsum nondum exacte comprobata est. Ad morbos à veneficiis & fascino ortos laudatur quidem à quibusdam imprimis à TABERNÆMONTANO, qui prolixe hac de re disserit medicamentaque ad hunc finem facientia, quæ angelica ingreditur, tradit, tum interna tum etiam externa, imprimis emplastrum ad incantationes & tumores à veneficiis ortos, quod emplastrum de Angelica nominat. Consentit FUCHSIUS qui hanc radicem tanquam Amuletum infantibus contra fascinationem appendere jubet. Sed sicuti ejusmodi morbi eruditis haud pauca dubia pariunt, ita & remediorum contra eosdem commendatorum decantata virtus sufficienti experientia destituitur & multum in imaginatione consistit. Magis certa angelicæ in respiratione difficili, tussi & asthmate à pituitosis, viscidis lentisque humoribus imprimis ortis, facultas existit, ubi notandum monitum CASPARI HOFFMANNI DE MEDIC. OFFIC. l. 2. c. 15. quod in affectibus pectoris conducat radix quæ adhuc humidiuscula est, quæ enim nimis sicca est & acris officit expectorationi crassorum & lentorum humorum; contra in discutiendis flatibus validior est, modo alvus non sit strictior. Ab eodem Hoffmanno in discutiendis thrombis sanguineis, vulneribus inter-

nis & tumoribus obſcuris laudatur. Menſes præterea movet, fœtum pellit & in doloribus poſt partum conducit, præſertim eo in caſu, ex conſilio Camerarii, ubi mulieres à ſuaveolentibus non lædunt. Sunt qui angelicam ad ſcorbutum commendant. Ad vermes ſerpentes aliaque animalia ex corpore expellenda deprædicat ſupra citatus TABERNÆ MONTANUS, qui ſe pulvere ex partibus æqualibus radicis angelicæ & raphani ruſticani parato, quem per 4. dies doſi unius cochlearis in vino diſſolutum exhibuit, ſe talem effectum præſtitiſſe aſſerit. Fœtorem oris corrigit, & ipſum quoque allium reprimit, Odontalgiæ medetur, & ebrietatem ſi particula fabæ magnitudine comedatur arcere fertur. Externe ulceribus ſordidis inſpergitur & balnea uterina ingreditur.

OFFICINÆ EX ANGELICA NOBIS EXHIBENT HÆCCE PRÆPARATA.

AQUAM *Angelicæ* deſtillatam ex integra planta Angelick-Waſſer EAU D'ANGELIQUE 2. *Oleum Angelicæ* deſtillatum Angelick Oehl / *Huile d'Angelique*, quod ex tota planta vel etiam ex ſolo ſemine vel radice, quæ carioſa etiam oleum ſuppeditat, obtinetur & in affectibus mulierum, colica, cardialgia, inflatione ventriculi aliiſque abdominis paſſionibus interne & externe uſurpatur. Balſama ſtomachica cordialia æque ac hyſterica frequentiſſime ingreditur. Ex eodem facili quoque negotio cum ſaccharo parantur Elæoſacchara & rotulæ ſublinguales.

Extracti Angelicæ, quod cum ſpiritu vini paratur doſis eſt ad ℈ß ad ʒß.

Sunt qui conſervam Angelicæ conficiunt, radices condiunt aut ſaccharo incruſtant: alii vinum aut mulſam ea inficiunt, qui omnes melius incedunt, quam ii qui radicem aceto præparant, aut ſal Angelicæ per incinerationem paratum peculiariter atque ſpecifice laudant.

BALSAMUM ANGELICÆ SENERTI R. Extract. Angel. ʒj Mann. ſel: ʒij. Miſ. ſuper igne lento, adde ♃ Angelic. deſt. ʒjß Miſc. pro balſamo.

TROCHISCI SUBLINGUALES IN CONTAGIO.

R. Rad. Angel. pulv. ʒß Zedoar. ʒij Cort. Citr. ʒjß macis ʒß ſacchar. optim. ʒvj. ♃ deſt. rut. gtt. viij. Angel. Junip. aa. gtt. v. cum Gumm. Tragacanth. in ▽ angel. ſolut. formentur Trochiſci.

MEUM.

MEUM,

Eſt Meum foliis anethi C. B. P. radix oblonga, digiti craſſitie, foris ferruginoſa, intus pallida, & aliquantum reſinoſa, ſaporis & odoris ad angelicam & leviſticum accedentis. Ob vim anodynam ſuperior eſt, quam angelica, ſed ob acredinem remiſſior quam angelica, hinc ab angelica non niſi remiſſiori gradu differt. Ob ſui nimiam fragrantiam nonnullis moleſta eſt & odioſa, pectoris anguſtias & gravedinem capitis augens, hinc in doſi conſideratiore exhibenda. In pectoris Pituita acriori temperanda & evacuanda admodum conducibilis eſt. [Itidem annumeratur plantis umbellatis ſeminibus nudis binis ſequentibus ſingulos flores.]

Datur ut angelica, aſt in doſi parciori, juncta cum imperatoria.

Detenta ſub Lingua, arcet in multis paroxyſmum hyſtericum, nempe.

℞. Mei ʒj. imperat. ʒß. f. l. a. paſta cum ▽ appropriata.

Clyſteribus in Urinæ ſuppreſſione cum congeneribus feliciter jungitur. v. c.

℞. Mei. Leviſtic. Angelic. ana ℥ß. Chærefol. Mj. coque in ▽. Colatur. ℥viij. add. ♁ chamomill. vel amygd. dulc. ℥j. ⊖ ʒj f. Clyſter.

LEVIS-

Μῆον, μεῖον, à tenuitate foliorum, MEU, MEUM ATHAMANTICUM, quod ab Athamante Rege inventum ſit, aut quod in Athamante creſcat. Vocatur quoque RADIX URSINA, ANETHUM URSINUM, FOENICULUM URSINUM, FOENICULUM PORCINUM Wilder Sau-Fenchel/ Beeren-Fenchel / Mutter-Wurtz / Hertz-Wurtz / imprimis autem Beer-Wurtz / Bär-Wurtz / Gebeer-Wurtz / appellatur, vel quod capillata ſit, aut quia matricis dolor, à mulieribus detenta in ore hac radice, ſedari credatur. Aliis dicitur Tordylium Seſeli Creticum,

Daucus Creticus ſed non admodum bene. Eſt planta flore roſaceo & umbellato plurimis ſcilicet petalis conſtante in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum oblongis hinc gibbis & ſtriatis inde vero planis. Adde folia tenuiſſime laciniata coſtæ innaſcentia.

Meum foliis anethi C. B. Pin. 148. Meum vulgare ſive radix urſina I. B. 3 part. 2. 11. Meum Dod. Pempt. 30. Fœniculum Alpinum, perenne capillaceo folio odore Medicato Tourn. I. R. H. cl. 8. ſ. 2. gen. 2.

Creſcit in multis Italiæ Hiſpaniæ Galliæ & Germaniæ locis montanis & quidem campeſtribus & apricis, in montibus Languedociæ, Provinciæ, Delphinatus, Averniæ, Burgundiæ, in alpibus itidem & montibus Pyrenæis. Copioſe reperitur in Sylva Hercynia. Floret Junio & Julio. Radix, quæ ſola in uſu eſt, ſub finem Julii aut Auguſto colligi debet.

Radix Meu tanquam reſolvens & roborans & attenuans in affectibus ſeroſis præſertim à cauſa uti loquuntur frigida ortis conducit, flatus inſigniter pellit unde & in ſuffocatione Hyſterica & doloribus poſt partum conducit: Menſes lochia & urinam movet. Specifice laudatur à quibuſdam in fluore albo, præſertim aqua exinde deſtillata, ſi quotidie mane & veſperi aliquot hauriantur cochlearia, quam vim etiam tribuunt oleo deſtillato, cui & lac adaugendi virtutem adſcribunt ordinario autem neque oleum neque aqua in officinis reperiuntur. Externe partes roborat tumoreſque reſolvit & diſcutit, ingreditur ſacculos cataplaſmata & balnea. Ob vim, quæ ei tribuitur, alexipharmacam plures in compoſitiones recipitur, Theriacam, auream Alexandrinam &c.

LEVISTICUM.

Eſt Liguſtici vulgaris C. B. P. radix oblonga, pollicari craſſitie, in fibras craſſiores diviſa, foris fuſca, intus pallida, ſaporis acris aromatici ſubdulcis, odoris jucundi & fragrantis, nonnullis gravis & molefti. [Semina oblonga, compreſſa, ſtriata, ſaporis acris aromatici ſubdulcis, odoris fragrantis. Eſt ſimiliter planta umbellata ſeminibus nudis binis flores ſequentibus.]

Differt

Differt à Meo acredine remiſſiore, dulcedine vero viſcoſiore & pertinaciore. Cæterum ſpecifice in ictero laudatur, dum vel ſua dulcedine acriorem Bilem mitigat, aut Bilem in inteſtinis cunctantem incidit & promovet, ob eandem rationem diureticum audit & antihyſtericum.

Cunctantibus à partu lochiis medetur, & olim à muliere quadam Anglicana pro ſecreto habitum.

Exhibetur velut Meum & angelica ℞. Leviſtic. ʒß exhibe ex ſucc. Leviſtici recenter expreſſi cochl. j. ad retenta lochia, tali modo exhibuit fœmina illa Anglicana. Raius in hiſt. plant.

℞. Leviſtic. ℥ß Mei. Zedoar. Zinzib. ana ʒij Cinam. ʒiß vel ij. herb. abſynth. Meliſſ. ana Mj. Cort. aurant. Citr. ana ℥ß affund. vin. ſ. q. fiat infuſum anticthericum, præprimis quando à Bile viſcidiore ortum habet.

NINZIN

Λιβυϛικὸν, λιγυϛικὸν LIBYSTICUM, LIGUSTICUM, LASERPITIUM, GERMANICUM Liebſtöckel / Badkraut / quod in balneis multum uſurpetur. LEVECHE, ACHE DE MONTAGNE: à Tournefortio ad Angelicam refertur: eſt itaque planta flore roſaceo umbellato plurimis ſcilicet petalis conſtante in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum oblongis craſſiuſculis apii ſemine majoribus hinc gibbis & ſtriatis inde vero planis. addantur folia alata in partes ſat amplas diviſa Angelica montana perennis paludapii folio Tourn. J. R. H. cl. 7. S. 2. g. 4. Liguſticum vulgare an Libanotis fertilis Theophraſti C.B. Pin. 157. Liguſticum vulgare foliis apii J.B. 3. p. 2. 121. Leviſticum vulgare Dod pempt. 311. Laſerpitium Ang.

Colitur in hortis, floret Junio & Julio, ſemen Auguſto matureſcit. In uſum veniunt folia radix & ſemen. Radix Majo, folia æſtate & ſemina Auguſto colliguntur. Incidit, aperit, Stomachica eſt planta, vulneraria, alexipharmaca & uterina, Obſtructionibus

bus hepatis atque Lienis medetur, in aſtmate tuſſi aliiſque affectibus catarrhalibus conducit. Flatus diſſipat colicamque curat. Cum Lochiis medeatur non mirum quod & menſes pellat. Ad morſus venenatorum animalium à Macro commendatur, ſed iſta virtus nondum extra controverſiam poſita. Plebs per caulem trahit potum in aſthmate tuſſi &c. ſicque aſthma, tuſſim & anginam arceri & præcaveri putat. Externe in inſeſſionibus & balneis utiliter adhibetur ad ciendam urinam calculos & menſes, nec non excalefacienda membra. Ad tumores, luxationes ſugillationes & relaxationes conducit. FELIX WÜRTZ radicem ſole cancrum ingrediente lectam tanquam amuletum ad ariduras partium commendat. Uſurpatur porro hæc planta in variis cataplaſmatibus Emplaſtris & unguentis. In eryſipelate nihil probatur ſuffitu ex radice Leviſtici & folio Sabinæ melius.

Semen, quod vermibus imprimis adverſari aſſeritur, nigro urinam colore inficere fertur, quod alii de radice quoque pronunciant.

Tuſſi pecorum mederi herbam recentem pabulo commixtam refert SCHWENCKFELT.

IN PHARMACOPOLIIS PROSTAT *aqua* deſtillata ex herba cum radice & floribus Liebſtöckel-Waſſer *Eau de Leveche*, quæ ſupra allegatis virtutibus gaudet inſuperque inſigniter coſmetica cenſetur. Qui oleum & extractum deſiderant haud difficili negotio ea obtinere poterunt, ſal per incinerationem velle parare ſupervacaneus labor eſt.

NINZIN.

Eſt plantæ Japonenſis & Chinenſis dictæ Gin-Sen, vel Genſing, radix oblonga, digiti minimi craſſitie, ut plurimum bifida, aliquando multifida, circa finem filamentoſa, intus & extus flaveſcens, quæ ſpecies inter cæteras in M. N. C. contentas optima, ſaporis ſubdulcis, ſubacris, ſubamaricantis & aromatici gratiſſimi, odoris ſuavis.

[De hac radice Genſingh. vid. Andr. Cleyerus M. N. C. Dec. II. Ann. 4. obſ. 2. p. 3. ad 6. it. Chriſtian. Menzelius M. N. C. Dec. II. Ann. 5. obſ. 39. p. 73. ad 79. ubi etiam figuras ex herbariis Sinicis & aliis authoribus producit. D. Mich.

Bernh. Valentini in Muſ. Muſeor. l. 2. ſ. 2. c. 9. p. 163. allegat Noſtri D. Hermanni Colleg. Mat. Med ubi putat eſſe ſpeciem Siſari Montani, quia ex ſemine ex Japonia accepto ſimilis planta excrevit, licet viribus radicem Ninſeng non æquaverit, id quod tamen diverſitati telluris adſcribit. Interim hoc certum, figuram in M. N. C. à Menzelio exhibitam à Siſaro montano non adeo abludere.]

Plukenetius Phythograph. Londini Fol. 1691 edita optimam habet figuram. Bontius vero valde erroneam.

Sua ſponte naſcitur in Japan & China, provenit etiam in regno Siam, naſcitur in declivioribus non in montanis, ut quidam volunt. Autumno [& hyeme] collecta planta longe eſt præſtantior, quam ſi vere colligas. Diu poteſt conſervari, cariſſima etiam eſt in India Orientali ℔j. ſo. Imperial. Utuntur veluti Thée in India.

Temperatiſſima eſt & gratiſſima, inter angelicam, meum & leviſticum, & propter hujus temperiem convenientiſſimam, habet analogiam cum ſangine humano, proinde polychreſta habetur, in ſpecie tamen commendatur in colica, Lypothymia, convulſione, confortanda memoria. In vertigine laudatur, quia motum inordinatum ſpirituum reſtituit, & ratione ſuavitatis compeſcit, unde horis matutinis maſticatur.

Datur ex infuſo ▽æ ferventis, ut & in pulvere à ϑj. ad ϑij.

℞. Rad. Ninzin. ʒj infund. ▽ fervent. ℥v. infuſum cape ad colicam Nephriticam, Ventriculi debilitatem & roborandam Naturam.

℞. Rad. Ninzin. ʒj angel. ʒß ſantal. Citr. ϑj f. infuſ. ▽ ferventiſſ.

℞. Rad. Ninzin. ϑij vel ʒß flaved. Cort. aurant. Citr. ana gr. vij. Laud. op. gr. j. Caſtor. gr. v. M. f. pulv. add. conſerv. chamom. f. bolus, in colica paſſione egregius.

℞. Rad.

℞. Rad. Ninzin. ʒß conf. alkerm ʒß ambr. gryſ. ℈ aurant. ſolut. gr. v. M. f. Elect. polychreſtum in capitis affectibus. Hoc utebatur Generalis Indiæ ſingulis mane.

RADI-

Quum radix hæcce ob maximum pretium rara pro uſu ſit in hiſce terris avis, non opus erit pluribus de ea differere & quæ vel in EPHEM. N.C. vel in BREYNII diſſertatione de hac planta, vel in DECKERI Exerc. pract. annotantur, recenſere. Interim non nauſeam movebit, ſi pauca de iis, quæ ENGELBERTUS KEMPFERUS IN AMOENITATIBUS EXOTICIS FASCIC. 5. claſſ. 3. de illa habet, delibemus.

Ob polychreſtam radicem omnium Orientis, ſi Theam excipimus, celebratiſſima planta eſt, Siu Siin vulgo Niſii, Nindſin & Dſin, Dſom, Sinice Som, Tartarice Soaſaii, Siſarum montanum Coræenſe radice non tuberoſa in Katajæ (provinciæ Siamſai) Coreæque montibus nata. Hujus plantæ umbelliferæ floſculis albis præditæ & recens natæ radicula eſt unica ſimplex paſtinacæ ſimilis triuncialis, auricularis digiti craſſitie fibris paucis capillata, carnoſa, albida ambientibus rimulis ſubtiliſſimis intercepta inferne nonnunquam in duo crura diviſa, ex quo charactere ei nomen natum eſt Nindſin i. e homini ſimilis, ac fiducia credulis, quod radicale manducantis humidum (ita loquuntur) augere ac vitam prolongare valeat; unde hæc bifurca radix magni conſtat & in uſum Medicum præ cæteris eligitur. Odorem præbet paſtinacæ luteæ, ſaporem, ſiſari noſtratis, minori tamen & gratiori cum dulcedine, quam ipſam exigua quædam ac fere imaginaria amaritudo temperat. Facultates harum radicum à Japonibus & Sinenſibus recitantur variæ, ex quibus palmariæ ſunt quod roborent, pinguefaciant, renibus conducant adeoque & pulmonibus ex eorundem viſcerum quod docent conſenſu. (Hiſce virtutibus vis aphrodiſiaca ex Deckero addi poteſt.) In pulverem redactis paucis medicamentis, nullis omnino cordialibus non admiſcentur. Collectio radicis fit ineunte bruma, qua appetente in Siamſai aditus omnes excubiæ occupant, quæ fures à collectione arceant. Ad uſum ut fiant idoneæ, præparatione opus habent, quæ hæc eſt. Recens effoſſæ triduum macerantur in aqua

aqua dulci vel melius in aqua cocta oryzæ ſecundaria frigida, maceratæ in aheno operculato ſuſpenduntur in vapore ſuper igne; Tum exſiccatæ ab ima parte uſque ad medium duram rufam reſinoſam ac quaſi translucidam acquirunt faciem quæ ipſa bonitatis nota eſt. Fibras majores eodem modo præparant. Doſis eſt Maas unum ſive drachma nna cum dimidia vel pro re nata major. Venditur optimæ radicis unum Catti (i. e. quinque quadrantes libræ Belgicæ) Teilis ſive Joachimicis plus minus centum.

Hancce radicem qua Oriens ſuperbit, hodie etiam in America reperiri recentiores oſtendunt.

RADICES CONSTANTES SALE VOLATILI OLEOSO AROMATICO, MIXTIS PARTICULIS TERREIS ET SALINIS FIXIS.

Radix Valerianæ.
Serpentariæ Virginianæ.
Coſti albi.
Cyperi longi & rotundi.
Spicæ nardi & Celticæ.
Vincetoxici.
Helenii.
Ireos Florentinæ.
Curcumæ.
Petaſitidis.
Carlinæ.

Conveniunt in Hyſterica paſſione, Epilepſia, Ophthalmia, Apoplexia, Lethargo, Scorbuto, febribus intermittentibus, tuſſi, Urinæ ſuppreſſione, Menſibus, fœtu mortuo

lochiiſque pellendis, nec non ſtrumis tollendis. doſ. ʒß. in infuſo vel decocto à ʒij ad ℥ß.

VALERIANA.

Eſt radix Valerianæ hortenſis, phu folio Oluſatri Dioſc. C. B. P. oblonga, rugoſa, ſuperficie geniculata, digitum craſſa, foris ex cinericio fuſca, intus pallida, numeroſis fibris dotata, ſaporis acris, aromatici, odoris fragrantis & gravis, ad Nardum accedens. [Uſurpatur etiam in officinis Valeriana ſylveſtris major. C. B. P. n. IV. it. Valeriana paluſtris minor. C. B. P. n. VIII.] [Refertur ad gymnomonoſpermas, ſeminibus pappo criſtatis, floribus monopetalis in muſcariis umbellam mentientibus diſpoſitis, foliis conjugatis.]

Radix hæc effodienda, quando folia incipiunt prodire: feles maxime delectantur hac radice.

Acredine ſuperioribus radicibus eſt remiſſior, ſed amarior, odoreque gravior, & nonnihil adverſa, hinc tanquam antepileptica & Uterina celebratur, in imbecillitate viſus ſingulare quid obtinet.

Datur in ſubſtantia à ϑj ad ʒß in infuſo à ʒj ad ʒij. ob ſalia fixa commodius in decocto exhibetur, ob ſui adverſitatem in nonnullis movet Vomitum & ſedes. In Epilepſia datur cum ▽ flor. tiliæ, in Uteri vitiis cum ▽ Matricariæ: cum ſucco limonum data ante paroxyſmum, ſæpe tollit febres intermittentes.

℞. Rad. Valerian. ℥ij. ſem fœnicul. ℥iß Camph. gr. x. M. f. infuſ. in debilitate viſus, & nebulis ante oculos, ex vino exhiberi poteſt tam interne, quam externe applicatum.

℞. Rad. Valerian. Serpent. Virginian. ana ℥j Camphor. ʒj Spir. vin. ℔ſat. q. ſ. f. Eſſ. ſ. Tinctur. Bezoardica, contra Epilepſiam

pilepſiam ex obſtructione Uteri, addita Caſtorei 3iß fit Tinctura Uterina.

℞. Rad. Valerian. 3ß ⊖ Volat. C. C. gr. xv. Camph. g. ij. M. f. pulv. exhibetur ex ▽ Ceraſor. nigr. contra Epilepſiam. [Duobus potiſſimum in caſibus radix Valerianæ laudatur, 1. in viſus debilitate, qua de re legi merentur ea quæ habet Tabernæmont. in ſuo herbario. 2. in Epilepſia. vid. præter plures alios Panarol. Pentec. 1. obſ. 33 qui Epilepticorum optimum remedium nominat. Et Dan. Crüger C. N. C. Dec. II. ann. 7. obſ. 78. p. 140.

SER-

A Valerio quodam ſeu potius à Latina voce valeo, quod viribus eximiis valere exiſtimetur vocatur *Nardus agreſtis & Theriacaria quoque dicitur* Baldrian *Valeriane*, eſt planta flore monopetalo infundibuli formi multifido & calyci inſidente, qui abit in ſemen ut plurimum oblongum fere planum, pappis inſtructum. Ex ſuperioribus patet tres potiſſimum Valerianæ ſpecies eſſe uſuales.

Valeriana hortenſis Phu folio Oluſatri Dioſcoridis C. B. Pin. 164. Valeriana major odorata radice J. B. 3. p. 2. 209. Valeriana hortenſis Dod. Pempt. 349. Vocatur alias Phu magnum, Phu verum, Phu Ponticum, Großer Baldrian / Groß-Garten Baldrian / *Grande Valeriane.*

Valeriana Sylveſtris major C. B. Pin. 164 Valeriana Sylveſtris magna aquatica J. B. 3. p. 2. 210. Valeriana Sylveſtris Dod. Pempt. 349. Appellatur etiam Phu Germanicum Phu Officinarum, Baldrian / groſſer Wilder Baldrian / Gemeiner Baldrian / Katzen-Kraut / Katzen-Wurtzel / Augen-Wurtzel / Valeriane.

Valeriana paluſtris minor C. B. Pin. 164. Valeriana minor pratenſis vel aquatica J. B. 3. p. 2. 211. Valeriana minima Dod. Pempt. 350. Kleiner Baldrian / Kleiner Wilder Baldrian / *Petite Valeriane.*

Prima Species reperitur in altis ſylvoſis montibus ſed raro, in ſylvis rariſſime occurrit, colitur ut plurimum in hortis, reliquæ duæ ſpecis in pratis aliiſque locis humidis conſpiciendas ſe præbent. Florent Majo, Junio & Julio. Præfertur Valeriana hortenſis, in-

terim & ſylveſtris major & ſylveſtris minor cum ſucceſſu uſurpari poſſunt. In uſum autem præcipue venit radix, quandoque herba. Calefacit, attenuat, aperit, diaphoretica, diuretica atque alexipharmaca eſt, in obſtructionibus viſcerum quoque commendatur, vim præterea obtinet vulnerariam in ulceribus internis & externis. In ſcabie præſertim retropulſa & in Lepra laudatur. In aſthmatis paroxyſmis ferocibus ut & in paſſionibus Hyſtericis mirum exinde vidit effectum TOURNEFORTIUS IN MAT. MED. l. 3. de plant. uſual. ubi jubet ut unciæ uni radicis Valerianæ affundatur libra aquæ ferventis, quæ poſt extractionem factam ſucceſſive hauriri debet.

Ridiculum eſt putare feles deperire hanc radicem quod acumen viſus roborandi facultate polleat. Hoc non negatur, quod feles, circa ſuſpenſum ex filo valerianæ fruſtum ita ut non plane illud attingere queant, miris ſaltibus jucundum præbeant ſpectalum, ſed hoc provenit ab effluviis odoriferis; qua de cauſa etiam Maro vero tam avide inhiant. Contra epilepſiam ubi doſis ejus ad ʒß ad ʒiß ſi exhibere vis, opus eſt, ut ejus continuetur per tempus uſus præmiſſis & interpolatis purgantibus. An ejus vis Ophtalmica tanta ſit ut particula radicis in ore detenta acutius videre faciat penes experientiam relinquitur, ſicuti etiam nondum comprobatum eſt Valerianæ vulgaris radicem vel collo ſuſpenſam vel in media vola compreſſam inſigniter corroborare congredientem cum muliere. Adhibetur alias pro amuleto & contra incantationes, contra quas quoque interne uſurpatur.

Fabula eſt araneas majores ſubducta radice Valarianæ lapides emittere conf. SIM PAULI IN QUADRIPART. BOT. ſub Valeriana.

IN NOSTRATIBUS OFFICINIS NON PROSTAT niſi *aqua Valerianæ* Baldrian-Waſſer / *eau de Valeriane*. deſtillata ex integra planta, quæ imprimis virtute ophtalmica ſuperbit. Alias ingreditur Theriacam pluresque alias compoſitiones.

SERPENTARIA VIRGINIANA.

Eſt ariſtolochiæ violæ fruticoſæ foliis, cujus radix ſerpentaria dicitur [it. Ariſtolochia, Piſtolochia, ſeu Serpentaria

taria Virginiana caule nodoſo] rädix tenuis, fibroſa, vincetoxico vulgari candidior, plures fibræ ex uno capite prodeuntes, ſaporis acris incidentis & amaricantis, odoris & ſaporis vincetoxico & valeriana fragrantioris & gratioris. [Figuras exhibet Plukenet. Phytogr. Tab. 15. 78. 148. conf. etiam Hermannus noſter Paradiſ. Batav. p. 260.]

Subtilior & gratior valeriana & penetrantior eſt, hinc in febribus intermittentibus & quartana hodie celebratur, jungitur Chinæ Chinæ, gentianæ, aliiſve, ſtimulatur ℈e abſynth. ammoniac. additis etiam ſi opus ſit purgantibus.

Sociatur quoque tanquam ſingulare medicamentum contra Apoplexiam & Lethargum, ut & ſcorbutum, ſi adſint febres intermittentes.

℞. Rad. Serpent. Virg. ℈j Cort. Chin. Chin. ʒß Macer. in vino abſynth. ad eminent. iij. digitorum, capiatur totum ante paroxiſmum, præmiſſis tamen vel purgantibus, vel Vomitoriis.

℞ Rad. Serpent. Virg. Gentian. ana ℈j ℈ abſynth. ngr. xv. ad febrem tertianam, ſi Vomitus conjunctus exhiberi poteſt cum ſucco limonum vel cum gr. j. Laud. op. vel pil. de cynogloſſa, de nocte vero cum Nuce Moſchata toſta. ſeu ex conſerv. abſ.

℞. Rad. Serpent. Virginian. Gentian. ℈ abſynth. ana ℈ß jalap. ℈ß troch. alhand. gr. v. Diagryd. gr. iij. cape ex vin. abſynth.

℞, Serpent. Virgin. ʒj. Cort. Ch. Chin. ʒii fol. ſenn. ℥j. affund. vin. pint. ß vel. Cereviſ q. ſ. quando ægri capiunt de ſenna ℥ß non purgat, ideoque ad ℥j vel ℥iß. radix enim ſerp. virg. aufert vim purgantem ſennæ. [Alexipharmaca eſt, morſum canis rabidi ſanat, ab Hydrophobia defendit. Certiſſimo & præſentaneo remedio eſt adverſus lethiferos morſus Boicininga dicti. Unde & forte ſerpentaria dicta.]

VIPERINA VIRGINIANA COLUBRINA, CONTRAYERVA VIRGINIANA, Virginiſche Schlangen-Wurtzel / oder Schlangen-Mord VIPERINE VIRGINIENNE

Radicis hujus quamvis rarius uſurpetur vires in ipſis quoque febribus continuis & malignis, variolis & morbillis celebrantur. Adeo dicto ſerpenti adverſa eſſe fertur ut ejus rictui oblata ipſum in fugam ſtatim conjiciat, ſi non plane enecet. Doſis ejus eſt in ſubſtantia ad gr. x. ad ℈j. in infuſo vero ad ℈ij. ʒj.

Ingrediens eſt decantati hodie lapidis de Goa quem Chriſtoph. Ludov. GOEKELIUS in diſſertatione inaug. de radice hac ſequentibus deſcribit verbis ℞. Rad. Contray. ʒij. ſerpent. Virgin. ℈jv. margar. orient. pp. ocul. 69. pp. corall. rubr. pp. ſuccin. alb pp. Corn. Cerv. ſin. △ lap. bezoar. orient. ana ʒij. Chel. 69. ad pondus omnium. Cum ſufficienti quantitate gelatinæ viperarum vel unicornu marini impaſtatus pulvis & aliquot auri foliis immixtis maſſam præbet globulis inde parari conſuetis ex brunno ſubviridescentibus & micul aureis conſpicuis ʒvij. vel unciam unam ordinarie pendentibus & hodie communiter lapidum Bezoar de Goa nomine venientibus. Datur ad gr. xij & ultra in morbis prædictis ſimilibuſque.

COSTUS.

Eſt radix oblonga, craſſitie pollicari, dura lignoſa, cortice craſſo, pallido, medulla denſa, buxei coloris, ſaporis acris, amari aromatici, odoris fragrantis accedentis ad iridem florentinam.

Tres ejus dantur ſpecies, arabicus, niger & buxeus, inter quas tantum vulgaris albus officinalis eſt, violaceo odore inficiens urinam. [Nonnulli Canellam albam, pro vero Coſto arabico habent, quem propterea Coſtum corticoſum, vel ventricoſum nominant. Sed ſpeciem Coſti non eſſe Paul. Hermann. in Colleg. MSt. oſtendit, allegante ita Mich. Bernh. Valentin. Muſ. Muſeor. l. 1. ſ. 2. c. 17. p. 175.]

Dulcis

Dulcis ſpeciebus cæteris uſitatior, Salia ſua utraquē fovet in blanda quadam glutinoſitate, à quà temperatur, & proinde inter expectorantia refertur, ſuumque opus tam per diaphoreſin, quam per diureſin abſolvit.

Ob odorem cerebro haud moleſtus Cephalicis ac Uterinis incidentibus adnumeratur. Externe vero ℥ Coſtinum Paralyſi medetur.

Datur in pulvere â ℈j ad ʒß in infuſ. ad ʒij. pro ℥viij vini.

In difficili expectoratione cum tuſſi & dolore capitis.

℞. Rad. Coſt. helen. ir. florent. ana ʒij imperat. ʒj paſſul. min ℥j. f. infuſ. ex vino, vel bland. decoct ex ▽ Mulſa.

℞. Raſ. lign. ſaſſafr. ʒj Cort tamariſc. ℥ij rad. ir florent. coſt. helen. ana ʒvj bacc. junip. ℥j f. decoctum ad aquas hydropicas per diureſin evacuandas.

CYPE-

κόστος Coſt = Wurtzel.

Triplex præſertim in officinis proſtat COSTUS ARABICUS SIVE VERUS DULCIS atque AMARUS, de quibus admodum inter ſe diſſentiunt Authores, quibusdam tanquam ſpecies inter ſe diſtinctas, & quemlibet coſtum ex peculiari planta prognatum eſſe cenſentibus, aliis tantummodo coſtum pro ratione regionum, in quibus provenit, differre opinantibus. His autem haud pauci refragantur, non niſi unicam coſti ſpeciem reperiri eamque ſolummodo ratione ætatis diſcrepare aſſerentes. Hoc certum eſt quod ſicuti de aliis exoticis ita de coſto nihil adhuc indubitanter diſſeri poſſit. Stomachicum quoque atque carminativum remedium eſt, ut & alexipharmacum, unde Theriacam ingreditur. In viſcerum quoque obſtructionibus, & febribus in uſum trahitur. Ex coſto varia proſtabant præparata, oleum videlicet coſtinum deſtillatum, & electuarium Caryocoſtinum, quæ tamen in uſum amplius non veniunt. Viget ſolum adhuc EXTRACTUM MAROCOSTINUM, EXTRAIT MAROCOSTIN, ex

ex quo facile parare licet Pilulas multum decantatas ab authore suo Minderero, ad plures humani corporis morbos tum curandos tum præservandos. Agunt evacuando & alterando. Dosis est ad ℈j ad drachmam.

CYPERUS LONGUS ET ROTUNDUS

Cyperus longus, est Cyperi odorati radice longa, sive Cyperi officinarum C. B. P. radix oblonga, tenuis, nodosa & geniculata, contorta, fractu contumax, foris subnigra, intus albicans, saporis suavis subacris & aromatici paululum exsiccantis, odoris fragrantis, ad nardum accedentis..

Cyperus rotundus, est Cyperi rotundi orientalis majoris C. B. P. radix rotunda, olivæ magnitudine & figura, foris rufa, scabra, intus alba, pluribus ex uno capite tenuibus quasi filis dependentibus, saporis & odoris ejusdem cum Cypero longo.

In Germania etiam reperitur Cyperus rotundus [Cyperus rotundus vulgaris C. B. P. n. iij.] sed nullarum est virium. Cyperus longus præstantior est rotundo, congruit cum galanga, sed non tam acris est & plus habet adstringentiæ, hinc Ventriculum à relaxatis fibris debilitatum mire confortat, & eandem ob causam ingreditur gargarismata ad mobiles dentes firmandos.

[Est planta gramini folia, flores staminei dispositi in juba, caule triangulo]

Datur in substantia ad ʒß in decocto & infuso velut aliæ radices.

℞. Rad. Cyper. galang. cubeb. summit. absynth ana ʒß. santal. r. ℈ß ⁰⁰ cinanom, gt. iiij. irroretur ⌒u ⊕li, extrahitur ad debilem Ventriculum cum Vomitu à relaxatis fibris.

℞. Rad. Cyper ir. florent. ana ʒij Nuc. cupress. ℥ß gland. quern

quern ʒj flor. balauſt. Mj malicor. ʒiij alum ʒj coq. ex ▽ ferrariorum q. ſ. add. ſyr. myrtin. q. ſ. f. gargariſma ad firmandos mobiles dentes in cauſa ſcorbutica, & uvulam relaxatam confirmandam.

SPICA

Κύπειρος, κύπειρος, quod radices quædam vaſculum puſillum repræſentent, Cyper-Wurtzel / wilder Galgant / wohlriechende Binſen / SOUCHET. Cyperus conſtat flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus conſtante in capitulum ſquammoſum collecto; in ſquammarum autem alis oritur piſtillum quod deinde abit in ſemen plerumque triangulare. Reſpiciantur quoque caules triangulares. Cyperus odoratus radice longa ſive Cyperus officinarum C. B. Pin. 13. Cyperus longus odoratior habitior Lob. Icon. 75. Cyperus paniculа ſparſa ſpecioſa I. B. 2. 501. κύπειρος μακρός lange Cyper-Wurtzel / langer wilder Galgant Souchet long.

Cyperus rotundus Orientalis major C. B. Pin. 13. Cyperus Syriaca & Cretica rotundave Ioh. Bauh. 2. 502. Cyperus rotundus Hodveg. Ægyptiorum Alp. de pl. Æg. c. 37. κύπειρος στρόγγυλος, runde Cyper Wurtzel / Souchet rond.

Sicut prima ſpecies in Gallia, præſertim Provincia, Italia & Germania etiam, quamvis paulo rarius in locis paluſtribus reperitur, ita altera ex India Orientali, imprimis Ægypto accerſitur.

Ab Authore præfertur Cyperus longus, alii è contra rotundum meliorem eſſe autumant. Optime faciunt ii, qui radices ſive longas ſive rotundas eligunt denſas plenas graves odoratas minimeque carioſas.

Calefaciunt ſiccant roborantque, menſes & urinam pellunt, in hydrope commendantur. Vim obtinent carminativam, in difficili reſpiratione tuſſi atque orthopnœa conducunt. Apud Ægyptios juxta Alpinum maximos ad Medicinam uſus habent radices Cyperi rotundæ: præcipue ad ulcera oris & pudendorum ſananda familiariſſimum tum pulvis tum combuſtarum cinis eſt remedium. Maſticatæ emendant oris halitum.

Ingrediuntur varias compoſitiones cordiales, ſtomachicas, alexipharmacas.

Doſis in ſubſtantia ad drachmam ſemis, in infuſo ad drachmas duas.

SPICA NARDI.

Eſt vel Indica vel Celtica. Spica Nardi Celtica eſt ſpecies Valerianæ, vid. Cluſ. [rarior. plantar. hiſtor. l. 4. c. 39. p. 57.]

Spica Nardi Indica ſeu potius Gangetica; [Nardus Indica, quæ Spica Nardi & Spica Indica officinis C. B. P.] eſt radix oblonga, digiti craſſitie & longitudine, comoſa, quaſi ex marcidis foliorum nervis vel nervoſis filamentis convolutis congeſta, colore ex fuſco rubeſcente, ſaporis amari, acris aromatici, odoris Spica Celtica gratioris ad Cyperum accedentis.

Spica Celtica ſunt Nardi Celticæ vel rectius Valerianæ Celticæ [Nardi ſpuriæ Narbonenſis C. B. P] radices fibroſæ, capillares, nigricantes, cum foliis parvis ex viridi flaveſcentibus, ſaporis acris amaricantis, odoris fragrantis graviuſculi.

Nobilior eſt Spica Indica ac Celtica, virtute ſuperans Cyperum & Valerianam, ob odorem penetrantiorem & graviorem & ⊖ia penetrantiora. Utero & capiti eſt dicata.

Exaltatur ejus vis Caſtoreo & Camphora, aſarum ſpecifice corrigitur Spica Nardi.

Datur in infuſo & decocto velut aliæ radices.

℞. Spic. utriuſque ana ʒiß. aſari ʒij in robuſtis ʒiij vel iiij coquatur in vino vel Cereviſia leviter, ad Menſes, fœtum mortuum & lochia pellenda.

℞. Spicæ utriuſque Valerian. ana ʒj Camphor. gr. v. Caſtor. gr. viij. f. pulv. antihyſtericus cum vino enulato, cum ▽ chærefol. matricariæ in obſtructionibus Menſenterii; ubi eſt Cachexia cum tabeſcentia Corporis una cum Curcumæ ʒj præſcribitur.

Indi habent ☉ Nardinum egregium Nervinum.

VIN-

Νάρδος κελτικὴ SPICA ROMANA, NARDUS CELTICA, NARDUS GALLICA, NARDUM CELTICUM, NARDUS ALPINA Celtiſcher Nardus/ langer ſpick/ Magdalenen Kraut/ Magdalenen Blumen NARD CELTIQUE. Refertur à Tournefortio inter Valerianæ Species.

Valeriana Celtica Tourn. I.R H. cl. 2. ſ. 3. g 4. Nardus Celtica Dioſcoridis C. B. Pin. 165. Nardus Celtica I. B. 3. part. 2. 205. Nardus Alpina Cluſ. Hiſt lvij Non itaque eſt Nardus ſpuria Narbonenſis C. B. P. In alpibus Germaniam ab Italia ſeparantibus, montibus Genuenſibus, Tyrolenſibus itidem Carinthiacis & Stiriacis provenit. Floret Auguſto; in uſum ſuppeditat præſertim radicem cum foliis. Radix juxta Schrœderum colligenda Julio & Auguſto recens, jucundi odoris radiculis numeroſis cohærens non fragilis & plena. Sicca omnino non poteſt bene repurgari præ friabilitate.

SPICA NARDI INDICA Judianiſche Spicanarden/ NARDUS IND'CA VULGARIS, SPICA INDICA. Spica vocatur quod ſpicæ ſimilitudinem habeat. SPICA NARD. Ex India Orientali advehitur. Utraque Nardus præter virtutes allegatas calefacit, attenuat, aperit, unde ſtomachica, nephritica & alexipharmaca eſt, quapropter in Ventriculi morbis, renum affectibus, urinaque pellenda ut & menſibus ciendis proficua eſt, nec deſtituitur virtute anthelmintica. Exterius quoque adhiberi poteſt in fomentis balneis atque lixiviis. Rarius autem in uſum trahitur niſi quod & Spica Celtica & Indica quæ ultima, non niſi excluſa, uti monet Charas, parte media, & excuſſo pulvere, partibusque excrementitiis omnino emotis, adhiberi debet, in Theriacam recipiatur.

IN OFFICINIS PROSTAT

Ex Spica Nardi per infuſionem paratum OLEUM NARDINUM Narden-Oehl *Huile de Nard*, quod calefacit, digerit, reſolvit humores craſſos, membris tremulis paralyticiſque ſuccurrit, & in paſſione hyſterica quoque conducit.

VINCETOXICUM.

Sunt Aſclepiadis flore albo C. B. P. radices albicantes, tenues, fibroſæ, plures ex uno capite prodeuntes, ſaporis

acris, amaricantis, nonnihil nauſeoſi, odoris graviuſculi. Una tantum ſpecies eſt officinalis. [Refertur ad plantas ſiliquoſas unicapſulares polyſpermas, ſiliquis poſt ſingulos flores monopetalos quinquevariam diviſos, ſingulis univalvibus ſuperiore parte hiantibus, unico alveolo ſemina plura pappoſa lanugine criſtata & multiplici ſerie imbricatim invicem incumbentia continente, inſtructis.]

Valerianæ & Nardo accedit, aſt viribus longe eſt remiſſius, fovet quoque aliquid nauſeoſi, hinc Vomitum levem nonnullis movet, præcipue ſi ſit recentius.

In incidendo Pulmonum muco, in tollendis ſtrumis cæteriſque tumoribus per Urinam educendis virtutem habet. [Vincetoxicum ſcrophularum eſſe remedium appropriatum, dum maxima vi penetrandi præditum, ſuaque ſubtilitate lympham incraſſatam attenuat, ut per glandulas commode tranſcolari denuo poſſit, prolixe probat Joachim. Georg Elſner. C. N. C. Dec. I. ann. I. obſ 57. p. m. 153. hanc ob cauſam etiam in hydrope curanda laudatur, videri meretur Georg Tob. Dürr. C. N. C. Dec. II. ann. 7. obſ. 58 p. 105. & Caſp. Hoffmann. ap. Laurent Scholz. conſil. 337. p. m 951.]

Datur in ſubſtantia ad ʒj. decocto & infuſo ab ʒß ad ʒj.

℞. Vincetoxic. ʒj ▽ Mulſ. ʒiij vel iiij coquatur ad formam ſyrupi, poteſt exhiberi infanti in tuſſi ſtomachali, ubi evacuatio per vomitum locum habet.

℞. Vincetoxic. ſerpent. virgin. Valerian. ana ʒj raſ. lign. ſaſſafras bacc. Junip. ana ʒß. Macera in vino, poſt leniter coquatur. ad ſtrumas & Urinas promovendas.

Contra coſtarum dolorem Poterius [Cent. I. cap. 83.] ſequenti modo uſus fuit vincetoxico.

℞. Rad. vincetoxic. ʒiß folior myrti Mj. ſem. hyperic. rhabarb. elect ana ʒiß f. decoct. in ſ. q. ▽æ communis, in cujus colaturæ ʒvj. diſſolv. ſyr. capill. ♀is ʒiß.

HELE-

Ita dictum quod toxica seu venena vincere soleat. Ασκλήπιας, ASCLEPIAS vocatur ab Æsculapio. Herbariis audit HIRUNDINARIA, quod ex mente I. B. acutæ & apertæ ejus siliquæ cum candida lanugine volanti hirundini ferme similes sint. Schwalben-Wurtz / DOMPTE VENIN.

Juxta Tournefortium ex floris monopetali cum pani formi & multifici calyce surgit pistillum postica floris parti cui respondet capitulum quinque fidum quod abit in fructum ex duabus vaginis plerumque constantem membranaceis à basi ad apicem dehiscentibus multo semine fœtis Pappis instructo ac placentæ squammatim affixo. Istud bene notandum quod Asclepias lacte careat. Species, quæ in usum venit, est

Asclepias albo flore C. B. Pin. 303. Asclepias sive Vincetoxicum multis floribus albicantibus I. B. 2. 138. Vincetoxicum Dod. Pempt. 407.

Crescit in sylvis, locis itidem altis arenosisque montibus, floret Junio Julio & Augusto. In usu præsertim radix rarius semen, & folia.

Vincetoxici virtutes alexipharmacæ in peste, febribus malignis, venenis morsibus animalium rabidorum adeo celebrantur, ut etiam ejus decoctum à quibusdam præferatur decocto *Scorzonoræ*.

In affectibus Chronicis præsertim à colluvie serosa ortis, deprædicatur. Mensium promovet negotium & palpitatione cordis atque Lipothymia laborantibus auxilio est. TRAGUS decoctum radicis hujus in vino hydropicis maximopere commendat.

Semina ad calculum laudantur: externe in ulceribus sordidis & malignis purificandis, in ulceribus mammarum & ictibus animalium venenatorum curandis, discutiendis tumoribus & infarctubus aliisque stasibus ut & roborandis partibus tota planta juvamen præstare asseritur. In officinis nullum exinde occurrit præparatum.

HELENIUM.

Est Helenium vulgare C. B. P. radix oblonga, crassa, foris fusca, intus pallida, pinguis, saporis acris amaricantis, aromatici, odoris fragrantis.

[Annumeratur plantis floribus compositis discoideis, pap-

pappeſcentibus non lacteſcentibus]

Helenii ☿ia pinguendi & reſinæ incluſa ſunt, hinc in Colica, Paralyſi, pareſi, ſcabie, tuſſi, tremore membrorum, præcipue à Mercurialibus orto, conducit, relinquit ob pinguedinem lubricantam vim anodynam & apertam alvum.

Ob analogiam quam habet cum Bile, ſupplet ejus defectum, & vitia emendat

Datur commode cum ▽ propria deſtillata, quæ teſte Febure [Chim. part. 2 ſect, 1. pag. m. 290.] ☿e volatili copioſo eſt imprægnata & liquorem ſ. ☿ C. C. æmulatur: ſeu vino enulato.

N. ſat fragrans ▽ ex helenio deſtillatur, ſi non ▽ in ſuperflua quantitate addatur.

In Chloroſi ſpecificum medicamentum audit, condita radix vel per ſe, vel in tabulis vel in morſulis, vel in decocto pro expectorante. In ſcorbuto ſtimulatur Cortice Winterano. In Colica ab acido præſertim & flatibus orta flavedine corticum aurantiorum. Externe tam ejus decoctum, quam unguentum laudatur in ſcabie. Vis plurima concentrata in ejus reſina videtur, quæ & in Uteri ruptura ex partu difficili ſpecifica audit.

℞. Rad. helen. flaved. Cort. aurant & Citri ana ℥j coq. in vino, decocto add. Cort. Winteran. ʒiß, datur in ſcorbuto, cum dolore colico & Paralyſi.

℞. Helen. condit. Zinz. Chin. cond. ana ℥iiij paſſul. Corinth. ℥ij f. decoctum ex ▽, in tuſſi chronica commendatur.

℞. Rad. helen. bardan. fœnicul. ana ℥iiij f. ex ▽ decoct. contra tremores artuum ex mercurialium medicamentorum ſumtione.

℞. Gumm. helen. ℥ij thereb. ℥iij ♁ hyperic. ℥iiß. Myrrh. ſang. Dracon. ana ʒj M. f. Balſ. quo inungantur pudendorum rupturæ poſt partum.

IRIS

ΕΛΕΝΙΟΝ ita vocatum vel quod ex Helenæ à Paride abreptæ lachrymis natum, vel quod Helena contra ſerpentes remedium prima oſtenderit, vel ab inſula Helena, uti apud I. Bauhinum videre eſt, appellatur: alias, PANAX CHIRONIUM ENULA ET INULA, Officinis, ENULA CAMPANA, audit. Alant-Wurtzel/Alant/AUNEE, ENULE CAMPANE.

A TOURNEFORTIO inter ſpecies aſteris recenſetur, eſt enim planta flore radiato embryonibus in ſemina pappoſa abeuntibus, & thalamo affixis inſidente & calyce ſquammoſo comprehenſo. Vocatur

Aſter omnium maximus, Helenium dictus Tourn. I. R. H. Claſ. xiv. ſ. 1. gen. 1. Helenium vulgare C. B. Pin. 276. Helenium ſive Enula campana I. B. 3. 108. Helenium. Dod. Pempt. 344. Loca uliginoſa amat, floret Julio præſertim. In uſum venit radix quæ vere & autumno effoditur & in taleolos ſecta ſiccatur.

Præterquam quod Helenium attenuet, aperiat, abſtergat, diſcutiat & calefaciat, vires inſuper diaphoreticas & alexipharmacas poſſideat, ſpeciatim in multis ventriculi & pectoris affectibus prodeſt, & tuſſientibus aſthmaticis valde proficuum exiſtit, quo in caſu vel ejus pulvis cum ſaccharo canto miſcetur, vel in infuſis atque decoctis adhibetur.

Aurifabri vaſorum Argenteorum deaurationibus vacantes hacce radice tremorem & curant & præcavent. Non dicam multa de virtute, qua juxta Rondeletium gaudet, exhilarandi, illud tantum monendum, quod adverſus contagium adhibeatur & etiam cruda maſticetur. PLATERUS helenium tanti fecit ut Aroma Germanorum appellarit. In raucedine vel ſimplici vel etiam cum aliquali tuſſi conjuncta decoctum helenii cum vino addito melle calidiſſime potum conducit.

OFFICINÆ PHARMACEUTICÆ ASSERVANT AQUAM ex radice deſtillatam Alant-Wurtzel-Waſſer / *Eau d'Aunee*,

RADICES ENULÆ CONDITAS, eingelegte Alant-Wurtzel / CONDIT DE RACINE D'AUNEE,

Eſſentiam Enulæ Alant-Wurtzel-Eſſentz *Eſſence de Racine d'Aunée*, quæ ad guttas viginti triginta & ultra adhibetur, &

Extractum Enulæ Alant-Wurtzel Extract/ *Extrait d'Aunée.*

Multum quoque in uſum trahitur *Vinum Enulatum* Alant-Wein / *Vin d'Aunée* per infuſionem in vino cum uvis vel etiam muſto

musto paratum, quod præter supra dictas vires sic dictis frigidis humidisque pectoris vitiis medetur, unde Salernitani canunt.

Enula campana reddit præcordia sana,

Tandem quoque notandum quod sequens Unguentum enulatum multum laudetur in scabie. ℞. Radicis Enulæ campanæ ℔ ß. Argenti vivi, Terebinth. claræ, Olei absinthii coct. ana ʒiij Axungiæ suillæ ℔ij Msc. pro lubitu Mercurius poterit omitti.

IRIS FLORENTINA.

Est Iridis albæ Florentinæ C. B. P. radix oblonga, tuberosa, digitum crassa, paululum compressa, saporis amaricantis, acris, subpinguis, odoris fragrantis violacei.

[Annumeratur plantis enneapetalis tricapsularibus, foliis ensiformibus cauli obversis, radice tuberosa]

Iris Florentina Enula mitior est & jucundior, sed pinguior, gustu tamen in recessu nonnihil fastidiosa, præcipue si recens sit, hinc alvum puerorum magis lubricat, & certis in conditionibus Vomitum movet. In tussi quoque convenientior & moderatior est, movens simul Urinam, eamque violaceo odore inficiens, passiones torminosas & pavorosas infantum compescere & ad somnum disponere dicitur, si cum Croco exhibeatur.

Ob substantiam levem, farinaceam & porosam absorbet, abstergit, hinc ossibus denudatis & capillis humentibus inspergitur.

℞. Ireos florent. ℈j. Croc. or. gr. v. sem. fœn. ℈ß M. f. pulv. pro 2. dos. exhibetur cum ▽ Mulsa vel cæteris paribus etiam cum oxymell.

Exhiberi potest infantibus in torminibus abdominis cum alvo adstricta & noctes simul inquietas habentibus.

℞. Rad. ir. flor. gr. xv. oxymell. ʒiij datur infanti pro leni purgante.

℞. Rad.

℞ Rad. ir. flor. ʒß exhibe ex ſyr. violar. ʒß ſacch. alb. ʒj. ▽ Borragin. ʒiij. dari poſſet in raucedine.

℞. Rad. ir. florent. ariſtoloch. rotund. ana, in oſſibus denudatis, ſi caries ſimul adſit. ℞ Rad. ir. florent. ʒj. Euphorb. ϑj [addi poſſ. ℥ d. caryoph. gt. iiij.]

Florentiniſche Veil- oder Violen-Wurtz / IRIS DE FLORENCE. Confunditur quandoque cum Iride Illyrica, ſed rectius ab aliis diſtinguitur.

Novem petala non obtinet ſed gaudet flore Liliaceo monopetalo in ſex partes ſecto, cujus piſtillum tribus inſuper petalis eſt inſtructum, uti ex TOURNEFORTIO infra de iride noſtrate demonſtrabitur. Eſt itaque

Iris alba florentina C. B. Pin. 31. Iris flore albo I. B. 2. 719. Majo florere dicitur. Sola radix in uſu

In aſthmate & tartaro pulmonum & obſtructionibus viſcerum prodeſt. Pulveribus cypriis & cephalicis immiſcetur ut & pulveribus dentifriciis atque ſternutatoriis. Maſticata halitum oris emendat, ad condituras cadaverum adhibetur, veſtibuſque inſpergitur ad tineas arcendas. Sunt qui ad delendas cutis maculas commendant. Ob fragrantiam aromatariis & unguentariis multum in uſum venit.

IN OFFICINIS PROSTANT

Sic dictæ *ſpecies* ſeu pulvis *diaireos* Veiel-Wurtzel Species *poudre de l'Iris de Florence compoſée*: ex iride, ſpeciebus diatragancathi frigidi & ſaccharo paratæ. Adhibetur hoc remedium ad tenaces in pulmonibus humores incidendos, & ad facilitandam expectorationem, difficilemque reſpirationem tacere fertur. Exhibetur ad ϑi ad ϑij. cum tempore autem rancorem contrahit: cum ſaccharo facile in *tabulas diaireos* Ireos-Täffelein / *tablettes diaireos* redigitur, quæ & ex ſimplici pulvere Ireos parari poſſunt.

CURCUMA.

Vocatur & Crocus terreſtris. (Indicus) Eſt radix oblongâ, parva tuberoſa, nodoſa, intus & extus crocei coloris

ſaporis ſubacris, ſubamaricantis, pinguis, odoris ad Zinziber accedentis, aſt debilioris. [Quibuſdam dicitur radix Zinziberis facie intus flava.]

[In horto Acad Lugd. Batav. radicem ita deſcribit: conſtat radice tuberoſa, tereti, in tranſverſum acta, Zinziberis facie, craſſitie digiti, ex multis propaginibus, cum circularibus in ſuperficie Zonis geniculatim conflata, aliquot craſſiuſculas fibras ex geniculis demittente, ponderoſa, foris pallida & modice ſcabra, intus crocea, ac temporis decurſu in puniceum inclinante, ſolidam quaſi ex condenſato croceo ſucco preſſius compacta, guſtus acris amaricantis aromatici pinguis, odoris fragrantis.]

Duæ ſunt ſpecies, prima radix longa, altera radix tuberoſa (& rotunda) illa maxime in uſum venit.

Figura, quæ extat in Bontio, nihil valet, eſt enim Cannæ Indicæ, in iis etiam locis naſcentis, ubi Curcuma provenit, quæ forſan cauſa erroris fuit. (in Hort. Lugd. Batav. ita noſter: folia curcumæ, foliis cannæ indicæ junioris adeo ſimilia, ut à rudioribus non facile ab invicem diſcerni queant. Hoc errore ductum video Bontium, qui Hiſt. Nat. & Med. l. 7. c. 30. loco curcumæ delineavit cannam indicam in India frequentem, hortis noſtris ſatis familiarem.]

(Sub eodem genere ſummo merentur reponi, & ſimili omnino fructificatione gaudent, Bangala Indorum, cardamomum majus & minus, Coſtus Arabicus, utraque Galanga, Zedoaria, Zerumbeth Garciæ, Zinziber: Hermann. ibid. Notæ ſunt radix tuberoſa, folia lata oblonga, alternatim poſita flores tetrapetali difformes, vaſcula ſeminalia tricapſularia.)

Matureſcit foditurque radix poſtquam flores exaruerunt.

Curcuma pinguior eſt, quam iris florentina, aſt virtute

tate aromatica gratior & penetrantior. [Donatur ſale oleoſo volatili, partibus blandis viſcoſis immerſo, id. ib.] Hinc tanquam polychreſta ab Indis inter ciborum aromata eſt recenſita ſeu recepta.

In ictero & vitiis Bilis ſcilicet defectu & inertia ejus, felicius datur quam helenium.

Ex noſtris obſervationibus in facilitando partu ſingularis eſt.

Datur ut iris florentina & helenium, frequentius in ſubſtantia, quam infuſo. Extra ſub forma unguenti applicata medetur nervorum doloribus. Sternutatoriis quoque admiſcetur.

℞. Curcum ʒß. Croc. or. gr. v. ⊖ volat. C. C. gr. vij M. f. pulv. exhiberi poteſt in ictero, orto à Bile viſcoſiore & minus acri. vel

℞. Curcum ʒß ⊖ abſynth. ℈j M. f. pulv. contra icterum, exhibendus in ▽ Chelidonii majoris.

℞. Curcum. ʒj. Croc. or. ℈ß. Laud. op. gr. j. M. f. pulv. ad part. facilitandum, cui addi poterunt Caſtorei gr. v. & radix Coſti nigri ad ʒß.

PETA-

Arabibus CURCUM, TERRA MERITA, quoniam terræ induratæ ſimilis magnas poſſidet virtutes, Gilb-Wurtz / Gelbſucht-Wurtz / ab effectu, Gallis *Curcume* dicitur

Ad Cannacori ſpecies à Tournefortio refertur & vocatur Cannacorus radice crocea ſive Curcuma Officinarum Tourn. I. R. H. cl. 9. S. 2. Gen. 8. Crocus Indicus Arabibus Curcum Officinis noſtris radix Curcumæ dicta Bont. 116. Curcuma ſive Terra merita Officinarum radice crocea I. B. 2. p. 2. 746. Florem inquit TOURNEFORTIUS ex quatuor petalis conſtare affirmat HERMANNUS, at flos ille ex Indiis allatus & ſiccus monopetalos & multifariam

ſciſſus mihi viſus eſt. Ex India Orientali, in qua frequentiſſime occurrit, ad nos advehitur.

Præter vires allegatas pollet quoque virtute attenuandi, detergendi, urinam calculum & menſes pellendi, conducit in Hydrope & cachexia. Calculos quoque veſicæ felleæ evacuare fertur. Quum tingat inſtar croci non tantummodo ab Indis ad tingenda fercula adhibetur, ſed & Tinctoribus atque æris fuſilis opificibus inſervit. Curioſum eſt quando Mercurium per Viride æris coagulatum aureo colore mediante hac radice inficiunt.

Olim in Officinis proſtabant ſpecies diacurcumæ, quæ tamen rectius appellari debebant ſpecies diacrocu, cum nihil de Curcuma ingrederetur, aſt hodie exoluerunt. Datur in ſubſtantia ad drachmam ſemis, in infuſo ad ʒj & ultra.

PETASITES

Eſt Petaſitidis vulgaris & majoris C. B. P. radix oblonga, digitum craſſa, ramoſa, reſinoſa, foris fuſca, intus albicans, ſaporis acris aromatici, amaricantis, odoris fragrantis.

(Refertur ad gymnoſpermas, floribus compoſitis, pappeſcentes & lacteſcentes.)

Salia ſua penetrantia & ſpirituoſa in reſina fovet, quare aſthmaticis & hyſtericis convenit.

In Morbis malignis & peſte excellens eſt alexipharmacum, (unde & Peſtilentz-Wurtzel appellatur) & propterea Theriacalia, Tincturas Bezoardicas ut & aquas & aceta prophylactica ingreditur.

Stimulatur Zedoaria, Imperatoria, maxime vero Camphora, vis conſiſtit in reſina, vel cortice reſinoſo, qui ad ʒj ex vino vel aceto exhibetur, datur etiam in extracto per Spir. Vin. facto.

℞. Petaſit. angel. Zedoar. Valerian. ana ʒj affund. Spir. Vin. Camphorat. vel acet. deſt. ad eminent. ij. vel iij. digitorum, f. Eſſent. vel tinct. alexipharmaca, cochleatim, ſingulis

lis diebus capienda, contra peſtem.

℞. Petaſit. helen. ana ʒij liquirit. ʒj ficuum n. viij f. cum aqua & vino decoct. pectorale, ubi metus malignitatis ſimul ſubeſt.

Πεταστίης ab amplitudine folii πέταστον ſive galerum referente, Germanice Peſtilentz-Wurtz à virtute vocatur, appellatur etiam Regen-Krafft / Neun-Krafft-Wurtzel / Schweiß-Wurtzel. HERBE AUX TEIGNEUX, PETASITE. Ad herbas flore floſculoſo & ſemine pappis inſtructo pertinet.

Petaſites major & vulgaris C. B. Pin. 197. Petaſites vulgaris rubens rotundiori folio I. B. 3. 566 Petaſites Dod. Pempt. 597. In AlpibusPannonia item Auſtria & Stiria locis humidis reperitur, floret veris initio, & quidem flores priùs naſcuntur quam folia.

In uſum ſubminiſtrat radicem.

Vires quoque poſſidet diaphoreticas, unde in decocto adhibetur in variolis & morbillis. Menſes præterea & urinam movet, vermibuſque adverſatur. Externe ad bubones & ulcera maligna vel contuſa radix viridis, vel unguenta & emplaſtra exinde parata commendantur. Verrucis quoqe venereis medetur inſperſus hujus radicis pulvis.

A quibuſdam Coſto ſubſtituitur.

CARLINA.

In Sylvis Miſniæ & Hercyniæ provenit. Eſt Carlina acaulos magno flore C. B. P. radix oblonga, digiti craſſitie, ut plurimum in ſuperficie carioſa & foraminulenta, colore foris rufo, intus albido, ſaporis acris, odoris gravis & fragrantis.

(Refertur ad herbas pappoſas non lacteſcentes, flores perfecti compoſiti diſcoidei)*

Raro præſcribitur à Medicis, forſan ob ignorantiam ejus uſus.

Carlina Meo, Leviſtico & Pyrethro quodammodo reſpondet,

ſpondet, ſed ingratior eſt & penetrantior. Ob nimiam fragrantiam multis moleſtum Capitis dolorem vertiginem & nauſeam infert. Helmontius etiam vult ſomnum impedire. [De ea agit Helm. in tumul. peſtis ſub finem: cujus verba hæc ſunt: quicquid in peſte agendum eſt, id feſtinanter curandum eſt. Ideoque ne tenax intus hoſpitium Peſtis ſibi ſumat, procurandum, ut imago non dudum intus fluctuet peſtilens, ſed tota ſupellex foras per ſudorem proliciatur & excidat. Carlina enim Imperatori (Carolo Magno, unde & Carolina ſeu Carlina dicta) ab Angelo oſtenſa dicitur pro peſte exercitus, forte ideo dicitur Carduus angelicus, quod primus ortus imaginis peſtilentis circa ſtomachum ſopores, nauſeas febrem vomitum & cephalalgias ſuſcitet. Ixia (ita vocatur ſuccus Carlinæ vel viſcum radici illius herbæ adhærens,) vero ſomnum arceat, multoque magis ſopores contra naturam. Ideoque extractum Carlinæ recentis non fore infœcundum recenti peſti ſperant.

Interim Hyſtericis quibus odor non infenſus eſt mire conducit, ut & in peſte præſervanda. Potentiſſime movet ſudorem, eoque nomine Herpetem cutaneoſque affectus ex fundamento curat, per ipſum enim ſudorem expellit acidum illud corroſivum herpetis.

Jungitur Pyrethro in infuſis & decoctis ad Paralyſin, præcipue Linguæ.

Decoctum etiam commendatur ad dolores Hypochrondiacos. Vomitum quoque quibuſdam moviſſe teſtis eſt Hoffmann. in Clave, (inquit: Carlinæ decoctum quibuſdam etiam Vomitum movet in brodio carnis factum, ut non raro obſervavi in praxi.) In decocto datur doſi parciori, in infuſo largiori.

℞. Carlin. ʒj angelic. ʒij Caſtor. ʒß. Camphor. ϑß. M. f. pulv.

pulv. pro vj. doſibus ad paſſionem hyſtericam.

℞. Carlin pulveriſ. ʒß ad ʒj ſingulis diebus contra herpetem, ſeu cape ejus decoctum. vel

℞. Carlin. ʒij. Cort. lign. ſaſſafr. ʒiij. f. pulv. ad vj. doſes.

In Cachexia icteritia. ℞. Carlin. ʒj ♁ vol. C. C. gr. ix. f. pulv. exhibendus in ▽ deſtil. Chelid. Maj. (De radicis Carlinæ vi defatigante conferri meretur Eman. König. C. N. C. Dec. II. ann. I. obſ. 196. p. m. 401.)

Χαμαιλέων, eo quod folia pro diverſo radiorum illapſu varium quoque exhibeant colorem, dicitur; an autem ſit χαμαιλέων λευκὸς an μέλας, CHAMÆLEON albus vel niger inter authores non omnimodo convenit. Vocatur quoque CARDOPATIUM Ebers-Wurtz/ apri Radix. CARLINE, CHAMELEON BLANC, CHARDONERETTE.

Pertinet ad herbas flore radiato, cujus diſcus expetalis planis componitur, gaudentes. Uſualis autem eſt.

Carlina acaulos, magno flore albo C. B. Pin. 380. Carlina acaulos I. B. 3. 64. Carlina altera Dod. Pempt. 2. 727. In locis montoſis aſperis & incultis provenit, floret Julio & Auguſto. Radix colligenda eſt tempore verno. Carlina vi quoque diuretica gaudet menſes & urinam movet, vermes necat, obſtructiones hepatis & lienis reſerat, unde in ictero & hydrope celebratur. Laudatur quoque in dyſenteria epidemica inteſtinorumque torminibus

Quoad uſum externum, verba ſunt ETTMÜLLERI, ſubtilioris & ſublimioris Philoſophiæ ſcrutatores Magica mediante hac radice præſtare tentant dum Carlinæ, imprimis nigræ, vim quaſi magneticam tribuunt, quod nempe ſi debito tempore, (inter bina ſcilicet Mariæ feſta inter 15. Auguſti & 8. Septembris) collecta, poſteaquam effoſa magneti impoſita fuit, geſtetur ab aliquo cum altero converſante, ille alterius robur ac vires acquirat, ſocius defatigetur in itinere ſuſcepto, item quando in collo geritur ab altero conjuge, invita una parte, faciat ut hæc valde debilitetur, inque hoc fere omnes authores conveniunt, imo nonnulli dicunt illam radicem ejuſmodi vires quoque obtinere in brutis, adeo ut in equili, ſi appendatur

datur equo vel in os immittatur, derivet in se omnes reliquorum vires, ut valdopere fortis & generosus evadat, reliquis delassatis: Sunt qui cum hac radice transplantationis modo volunt derivare vires & robur ex equo in hominem; quin & vim genitalem alterius roborari alterius minui posse. Quidam etiam dicunt, quod eadem radix secum gestata aliquem Veneri indulgentem non defatigari in actu Venereo exercendo sinat, sed alacriorem potius exinde reddat. Usurpatur quoque pro arcenda sterilitate.

RADICES CONSTANTES SALE AROMATICO BLANDO SEU MITIORI, CONSTANTES VIRTUTE DIURETICA APERIENTE, ET BLANDE SUDORIFERA.

Fœniculum.
Apium palustre.
Petroselinum.

Hæ radices rarissime sudorem movent, ut plurimum Urinas.

FOENICULUM.

Est fœniculi vulgaris Germanici C. B. P. radix oblonga, recta, digitum crassa, pallida, saporis subdulcis, seu cortices hujus radicis, subacris, aromatici & tenuis, odoris fragrantis.

(Pertinet ad umbellatas seminibus nudis binis sequentibus singulos flores, ut & sequens apium palustre, & petroselinum.)

Fœniculum ob salia dulci viscositate temperata, Urinam movet & nonnunquam sudores, specificum est contra Variolas & Morbillos. Confert quoque ad promovendam Chylificationem, & lactis generationem, nempe incidendo, &

& per Urinam educendo acida viſcida, à quibus generatio lactis impeditur. N. Cave ne ad lactis generationem medicamenta adhibeas nimis Urinam pellentia, tum enim materiam lacti dicatam ad renes & per Urinam protrudunt.

Tollit quoque tremores membrorum à Mercurio ortos, velut helenium & bardana.

In uſum trahendus potius cortex radicis quam interior ſubſtantia, datur potius in decocto quam in ſubſtantia.

In Variolis & Morbillis juvatur ſcordio, ſtimulatur ℈e C. C. in diureſi vero ligno & baccis juniperi.

℞. Rad. fœnicul. ʒiiij. ſem. fœnic. ʒj. f. decoct. ad lactis generationem in mammis. vel

℞. Rad fœnicul. ʒij vel ſaxifrag. ʒß. flor. ſambuc. Mj ſummitat. aniſ. vel fœnicul. p. j.

℞. Rad fœniculi vel potius Cort. ʒii. ſcord Mß vel j. lent. excort. ʒß caric. ping. n. v. M. f. decoct. ex quo exhib. ℈ C. C. ℈ß. contra Variolas & Morbillos, poteſt addi Caſtor. ad gr. vij. quod in Morbillis ſingulariſſimum.

℞. Cort. fœnicul. ʒiß vel ij. bacc. junip. ʒiij lign. junip. raſp. ℔j macera, & coque leni △e, cui adde ſyr. radic. ʒ. aperient. ad gratiam, ſ. ſ. us ℈is dulc. quantum videtur.

APIUM

Μάραθρον Græcis dicitur παρὰ τὸ μαραίνεσθαι à marceſcendo, quod ubi inaruit ad plurima condimenta aptiſſimum ſit. Fœniculum vocatur, quod ſatum magno cum fœnore ſemen reddat, vel quod quaſi fœnum in hyemes arefactum & marcidum reponatur, Fenchel/ Germanice, Gallis FENOUIL audit.

Fœniculum eſt planta flore roſaceo umbellato, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante & calyci inſidentibus, qui abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum oblongis craſſiuſculis, hinc gibbis & ſtriatis, inde vero planis. Addantur folia in lacinias capillaceas diviſa coſtæ innaſcentia.

Ex variis Fœniculi ſpeciebus in uſum in noſtris regionibus præſertim

veniunt Fœniculum vulgare Germanicum C. B. Pin. 147. fœniculum Dod. Pempt. 297. &

Fœniculum vulgare minus acriori & nigriori ſemine I. B. 3. part. 2. 2. Fœniculum vulgare Italicum ſemine oblongo guſtu acuto C. B. Pin. 142. Fœniculum ſive Marathrum vulgatius Adv. 347.

Creſcit locis aridis, vere erumpunt folia floret Julio & Auguſto. Semen Autumno perficit.

In uſum venit tota planta', Radix, caulis, herba cum floribus & ſemen de quo infra ſuo loco

Radix eſt una ex QUINQUE RADICIBUS APERIENTIBUS MAJORIBUS quæ ſunt Radix APII, ASPARAGI, FOENICULI, PETROSELINI, RUSCI. Commendatur hinc in obſtructionibus viſcerum, cachexia, Ictero Hydrope &c.

Caules fœniculi replentur Saccharo Cando trito, & poſtmodum orificiis cera clauſis ſuſpenduntur in cella, ſic extillat aqua ophthalmica haud ſpernenda vel per ſe vel cum aqua roſarum aut euphraſiæ guttatim oculis inſtillanda.

Folia quoque quæ iiſdem ac radix gaudent virtutibus, oleum ſuppeditant, ex quo egregium deinde paratur ad roborandum viſum & varios oculorum affectus remedium. Fit ſequentem in modum.

℞ Folia fœniculi recentia cum caulibus tenerioribus q. ſ. antequam ſemen compareat, incide minutiſſime, immitte in doliolum cum aliquot manipulis ſalis communis & fermento panis, affunde aquam calidam & fermenteſcere permitte, qua vigente fermentatione deſtilla per veſicam aut M B. ſic cum aqua aſcendet oleum ſumme volatile & æthereum. Hujus jam olei ℞. guttas viginti circiter, tere cum ſaccharo cando, & poſtmodum in aqua Roſarum albarum diſſolve; ſic habebis aquam ophtalmicam inſignem in nubecula, incipiente catarrhacta, ſimilibuſque affectibus ut & in viſu debili confortando, à qua tamen debemus abſtinere in inflammationibus & aliis oculorum affectibus à ſanguine acri provenientibus. Sunt qui ex planta incinerata parant Sal quod tamen præ reliquis ſalibus plantarum fixis peculiare nil obtinet.

APIUM PALUSTRE.

[Eſt apii paluſtris & apii Officinarum C. B. P. radix pollicem

cem craſſa, albicans, à craſſiori capite in numeroſas fibras divaricata, ſaporis ſubacris, odoris fragrantis.]

Apium fovet aliquod volatile fumoſum, capiti adverſum, veluti Sium aquaticum quod Epilepſiæ obnoxiis aliquando nocet, diureſin potentius excitat quam fœniculum, & propterea pellendo materiam lactis ad renes, ejus redundantiam minuit & coagulum reſolvit.

Datur in decocto cum congeneribus, & applicatur quoque externe ſub forma Cataplaſmatis.

Semper debet eſſe recens, aliàs nihil valet.

℞. Rad. apij ℥ij petroſel. ℥j ſem. apii petroſel ana ℥j fol. apij Mij ſem. cumin. ℥iß coque in vino & aceto in formam cataplaſmatis, quod applica mammis ad lactis redundantiam, add. ſperma ceti, ſi lac ſit coagulatum.

PETRO-

Apium dicitur ab apice, quia olim apices id eſt capita victorum in certaminibus eo coronabantur, alii ab apibus dictum volunt, eo quod apes apio & petroſelino delectentur. Σέλινον à Lunæ dominio vocatur, ELEOSELINUM ab ἕλος palus & σέλινον apium. PALUDAPIUM, HYDROSELINUM, APIUM RUSTICUM Epf/Eppich/Gemeiner Eppich/Waſſer Peterlein/Brauner Peterlein/Merck/Waſſer Merck/Jungfrau Merck ACHE

Pertinet ad plantas umbelliferas cujus calyx abit in duo ſemina exigua & ſtriata, cujuſque folia in alas ſunt diviſa ſeu coſtæ ramoſæ innaſcentia: eſt autem

Apium paluſtre & apium officinarum C.B.Pin. 154. Apium vulgare ingratius I. B. 3. part. 2. 100. Eleoſelinum Dod. Pempt. 695.

Humentibus locis apium provenit. Floret Julio.

In uſu ex hac planta ſunt ſemen de quo ſuo loco, & radix, petroſelini radici non admodum abſimilis, quæ refertur inter 5. radices aperientes majores. attenuat, abſtergit, reſolvit, convenit in morbis chronicis & obſtructionibus. Menſes movet & calculum pellit, Ictero medetur & vim habet ulcera oris & gingivarum aliarumque partium cum hordei decocto addito melle roſato egregie detergendi

Quidam ex hac planta deſtillant aquam quam contra hydropem ſingulariter laudant.

PETROSELINUM.

[Eſt Apii hortenſis ſeu Petroſelini vulgo C. B. P. radix oblonga, recta, craſſa albida, fibris lateralibus donata, ſaporis ſubacris & aromatici, odoris fragrantis.]

Recentiſſimum debet eſſe. Multi Epileptici non ferunt ejus odorem. [Hinc etiam Tabernæmontanus mulieribus gravidis, puerperis & lactantibus Petroſelini uſum prohibet, ne infantes Epilepſia, vel motibus convulſivis corripiantur. vid. l. 1. ſect. 3. c. 25. p. m. 266.]

Petroſelini radix validior eſt Apio, de cætero cum hoc convenit.

Datur ut apium.

℞. Rad. Petroſel. ℥iij ſem. petroſel. ℥ß. fol. petroſel. Mj. rad. utric. min. ℥i f. ex ▽ decoct. diureticum, quod ſi nimis & cum dolore pellat urinam, add. rad. ſymph. & althææ ana ℥ij vel iij. RADI-

---

Πετροσέλινον dictum quod in locis præruptis petroſis & Montanis petroſelinum Macedonicum creſcat. Noſtrum enim in hortis provenit: σελινον dicitur à Luna, ſunt enim qui morbum epilepticum ſeu lunaticum producere putant, ſed hoc non perpetuæ veritatis eſt, & contra experientiam pugnat. Pluries enim, ubi Sebizius in tract. de alimentis loquitur, apud nos & herba & radix petroſelini cum brodiis atque carnibus ſine ulla noxa manducatur. Ideoque effectum iſtum, ſi qui eſt, Paludapio rectius adſcribere poſſumus. Vocatur alias APIUM HORTENSE, APIUM VERUM, APIUM DOMESTICUM, Peterſilgen/ Peterlein / Garten-Eppich. PERSIL. Genus Petroſelini vide ſub Apio: in uſu Sunt

Apium hortenſe ſeu Petroſelinum vulgo C. B. Pin. 153. Apium hortenſe multis quod vulgo petroſelinum, palato gratum planum

I. B.

I. B. 3. part. 2. 97. Apium hortenſe Dod. Pempt. 694. &
Apium vel Petroſelinum criſpum C. B. Pin. 153. Apium hortenſe multis quod vulgo Petroſelinum palato gratum criſpum I. B. 3. part 2. 97. Apium criſpum, Apium multifolium, Tab. Icon. 90. Colitur in hortis floret Junio & Julio.

In uſum ſuppeditat radicem, folia, & ſemen quo de inferius.

Radice, quæ eſt ex numero radicum aperientium majorum, æque ac herba ceu condimento in culinis utimur; variis autem ferculorum generibus, juribus & brodiis carnium, piſcibus, pulticulis piſorum oryzæ hordei, &c. admiſcentur tum radices tum imprimis folia. Hinc Salernitani canunt

Salvia, Sal, Vinum, Piper, Allia, Petroſelinum
Ex his fit Salſa, nec erit commixtio falſa.

Præter virtutes internas cum apio communes externe quoque dyſuriæ medetur. Euporiſton quarumdam muliercularum eſt, quando ablactare infantes volunt, folia petroſelini vel in butyro frixa vel cum aceto mammis, poſtmodum fortiter conſtringendis, ad lac ſupprimendum applicare.

IN OFFICINIS PROSTAT *aqua Petroſelini* Peterſilgen-Waſſer / *Eau de Perſil*, ex integra planta deſtillata, ut & Sal per incinerationem paratum Peterſilgen-Saltz / *Sel de Perſil.*

RADICES SALE VOLATILI AROMATICO SPIRITUOSO ET PENETRANTE ET PAUCO ACIDO VOLATILI CONSTANTES.

Et proinde tam ſudoriferæ, quam diureticæ, acidum rancidum ſcorbuticum corrigentes.

Armoracia ſeu raphanus ruſticanus.
Arum.
Scylla.
Pyrethrum Italicum & Germanicum.

ARMORACIA SEU RAPHANUS RUSTICANUS.

[Est raphani rusticani C. B. P. radix oblonga, pollicis crassitudine ac etiam crassior, colore albo, gustu acerrimo, sinapi haud absimili, odoris nullius.

Pertinet ad plantas siliquosas bicapsulares cum septo intermedio, flore tetrapetalo.)

Armoracia ratione sui salis penetrantis & spirituosi, juncto pauco acido volatili, ⊖ia sylvestria quævis, acido viscido putridove muco immersa tam per diuresin quam per diaphoresin educit, & proinde in scorbuto ab acido rancido oriundo, it. in Paralysi & morbis soporosis specifica est: & in appetitu tam prostrato quam aucto singularissima est.

In soporosis affectibus plantis pedum sub Cataplasmatis forma applicatur. Additur quoque diureticis loco stimuli. Juvatur in scorbuto cochlearia, trifolio fibrino, nasturtio, cortice Winterano.

Stimulatur aro, sem. sinapi, erucæ, aliisque acribus.

Temperatur sero lactis, Cichoreo succo aurantior. Citri, passulis &c.

Nunquam datur in decocto, aliàs salia volatilia evanescunt. Datur ejus rasura in Electuariis & in infuso, cum sero lactis vel vino. Vel datur ejus succus ad ʒj.

℞. Rad. armorac. rasp. Mß. fol. cochlear. Mj. Cort. Winter. ʒij Vin. alb. q. s. vel ℔ij. f. infusum, potest exhiberi in casu scorbutico cum dolore artuum à frigore orto: dos. ʒv. l. vj bis de die.

Raphanus rusticanus si mensæ apponitur, tum corrigitur rasura amygdalarum dulcium, & saccharum superinspergitur.

℞. Rad. armorac. trifol. fibr. Nasturt. rec. ana Mj. Cort. Winteran. ʒiij s. infusum ex Vino vel sero lactis.

℞. Rad.

℞. Raſ. rad armorac p. ij. flaved. Cort. Citr. ʒij. ſucc. cochlear. ʒß ſyr. aurant. q. ſ. f. Elect.

RADI-

Græce ῥαφανὶς ἄγρια dicitur, vocatur RAPHANUS RUSTICUS, RAPHANUS MAJOR, RAPHANIS ſeu RADICULA MAGNA, RAPHANUS MARINUS Meer-Rettich / *Grand raifort, raifort ſauvage.*

A TOURNEFORTIO ad cochleariam refertur & vocatur Cochlearia folio cubitali Tourn. I. R. H. cl. 5. ſ. 2. g. 4 Raphanus ruſticanus C. B. Pin. 96. Raphanus Sylveſtris ſive armoracia multis I. B. 2. 851. Raphanus Ruſticanus craſſa radice Lapathi folio Lob. Icon. 320.

Calculoſis prodeſt, menſes pellit, vermes & educit & necat in vino infuſus vel ejus ſuccus, conducit hydropicis ἀνὰ & κατὰ evacuando. Jejuno ventriculo ſumptus adverſus venena laudatur; crudus ejus ſuccus cum Spiritu vini à nonnullis pro ſingulari antipeſtifero extollitur. Succus cum aceto & melle vomitum ciet. Conducit in Lienteria & fluxu cœliaco. Sæpiſſime decoquitur cum carnibus, Gallinis atque piſcibus, utque ſaporem obtineat mitiorem panis ſiligineus cui ovi vitellum permixtum tritus ein Eyer-Wecken / Gatteau, additur: externé in febribus inungitur ſuccus ſpinæ, vel pulſibus aut plantis pedum radix cum ſale applicatur.

Nocet cholericis calidiorisque conſtitutionis hominibus, oculis quoque obeſt.

RADICES SALE VOLATILI ACERRIMO ABSQUE OLEO GAUDENTES.

ARUM.

Eſt Ari vulgaris C. B. P. radix rotunda, tota alba, nucis avellanæ magnitudine. Aron ab ſal acre valde ſubtile volatile, cruditates acidas, auſteras & terreſtres viſcidaſve, & ex his natos Morbos potenter diſſolvit, & per diureſin educit. Hinc ſtomachicum & thoracicum excellentiſſimum eſt, junctum

ctum acidis volatilibus ſeu ſpirituoſis fit antiſcorbuticum & ſanguinem congrumatum feliciter diſſolvit.

Quando acetum affundimus, radix efferveſcit, ad alcalicum igitur magis accedit, quam cæteræ plantæ.

Ejus extractum [ſeu potius radix cum Spir. Vin. camphorato ſubacta] extra membris applicatur Paralyticis.

Datur ob nimiam ſui acredinem nunquam recens ſed ſiccatum, donec ejus acredo ſit temperata. Præparatur etiam aceto, quod tamen nimis partes acres invertit. Omnium optima præparatio eſt cum vino, quod ratione blandæ aciditatis non adeo caſtrat particulas ſalinas.

Additur tanquam ſtimulus medicamentis terreis, acida abſorbentibus. Datur præparata à ʒß ad ʒj.

℞. Rad. ari præpar. ʒß f. pulv. ſumendus ex vino rhenano in anorexia.

℞. Rad. ari præpar. C. C. p. p. ana ℈j M. f. pulv. ad tollenda tormina ventris ab acido orta, addi poteſt Laud. op. gr. j.

℞. Rad. ari ʒß acet. deſtil. ℥j datur in caſu ab alto ad ſanguinem coagulatum, addi poteſt ſperma Ceti & oculi 69. Pulveres ad caſum ingreditur loco ſtimuli.

℞. Rad. ari p. p. ʒj ireos flor ʒß. flor. ♃. benz. antihect. Pot. à ℈ß- Mf. pulv. contra vitia pulmonum doſ. ℈j.

℞. Rad. ari p. p. ʒß ▽ deſtil. ari cochl. j. exhibe ad excitandos ægros in Morbis ſoporoſis.

Diuretica ſit maxime, ſi ipſis conjungitur.

SCILLA

Ἄρον, dicitur & JARUS, PES VITUL', BARBA ARONIS, SACERDOTIS VIRILE, SERPENTARIA MINOR, DRACONTIA MINOR, ALIMUM, LUPHA, Aron / Aron-Wurtz / Pfaffenpint / Teuſcher Imber / ab acrimonia ſaporis, Fieber-Wurtzel / Zehr-Wurtzel / Freß-Wurtzel / Magen-Wurtzel / ob vim ſtomachicam, Germanice appellatur. Gallis audit PIED DE VEAU, VIT DE CHIEN,

Per-

Pertinet ad Plantas flore monopetalo auris Asininæ vel Leporinæ forma.

In usum promiscue veniunt sequentes species

Arum vulgare non maculatum C. B. Pin. 195. Arum Tabern Icon. 746. &

Arum maculatum maculis candidis C. B. Pin. 195. Arum I. B. 2. 783. Dod. Pempt. 328. &

Arum maculatum maculis nigris C. B. Pin. 195. Crescit locis pinguibus & campestribus, folia erumpunt Martio, flores Majo & Junio. Radix quæ unice officinalis est colligi debet Martio, Aprili & Majo.

Recens radix adeo acris est & caustica, ut masticata fauces magis quam piper adurat, sitimque vix delebilem excitet. Eundem fere effectum præstant folia, semen autem nulla plane acrimonia pollere fertur.

Exsiccata radice hac nulla magis reperitur alba & farinacea, ita ut farinam æmuletur non tam colore quam affectionibus aliis. Communis olim authorum sententia fuit, arum sal habere volatile acerrimum & penetrantissimum, & juxta authorem nostrum ad alcalicum accedens, ast juxta cel. WEDELIUM, qui peculiarem de hac radice exaravit dissertationem, ex lbj. radicis medica arte Chymica prodiere spititus aciduli cum sale tartari effervescentis instar spiritus tartari minimum ʒvj. Olei partim limpidi partim fundum petentis spissi nigri empyreumatici ʒij ℈ß. capitis mortui seu carbonum ʒiij ß. ʒß. equibus salis alcalici ʒ ß præter spissi butyrosi olei reliquias in vase recipiente inhærentes cui & retortæ partim reliquæ adhæsere pondere non assequendæ particulæ partim filtro & in auras evanuere nec tam accurate mensurari vel obtineri potuere. Audiamus etiam SOCIETATEM REGIAM PARISIENSEM cui Arum continere videtur sal simile spiritui armoniacali artificiali, resultanti ex combinatione spiritus salis armoniaci & nitri ad punctum saturationis: ceu & succus igne exhalatus spiritum urinosum exhibet, si sali tartari admisceatur & analysi chymica liquorem acidissimum & sal volatile concretum copiosum stillat una cum oleo phlegmate & terra copiosis, ex quorum alias unione succus ejus viscosus resultat. Videmus hinc quam contrarii inter se sint authores, Saniores facile litem diriment

Arum, verba sunt laudatissimi superius allegati WEDELII, emollit, lubricat, aperit, incidit, attenuat, resolvit, abstergit, penetrat, sum-

mum remedium eſt ad viſcedinem craſſitiem & quietem humorum pituitæ bilis tartarique ipſius tollendam, corrigendam, ſubigendam, remedium obſtructionum ſummum & tantum non earumdem velut panacea. Cum hepaticum atque ſpleneicum ſit medicamentum, ſuccurrit cachexiæ, ictero, Hydropi, febribus quotidianis, tertianis & imprimis quartanis. Conducit in Malo Hypochondriaco Chloroſi & pallidis virginum coloribus menſium & hæmorrhoidum ſuppreſſione. Mulieribus inſuper hyſtericis epilepticis peculiariter convenire dicitur. Vi becchica in aſthmate orthopnœa tuſſi infarctuque pulmonum prodeſt. In raucedine & interceptione vocis à catarrhis præprimis oriunda multum præſtat: in caſu magno ab Helmontio magnum vocatur remedium. In calculo valde laudatur renes mundificando & confortando. Virtus præterea alexipharmaca Aro adſcribitur ut & cordialis atque aphrodiſiaca. Nec deſunt qui hujus radicis uſum in herniis curandis ſingulariter laudant. Virtute ſua ſtimulante alvum quoque ſegnem corrigit relaxat atque expurgat leniter, quam vim Urſum noſſe authores ſcribunt: cum enim ipſi ex ipſorum mente tota dormiatur hyems ſimulac ſpeluncis prodit aro veſcitur, cujus acrimonia inteſtinum illi aperitur. Sunt qui pro uſu alimentario quoque commendant arum, dum vel panes eodem condiunt, vel etiam folia ari acetariis permiſcent, aſt nemo facile ejuſmodi conſultores imitabitur. MATTHIOLUS paraſitos hac radice à menſis arcere jubet, cum tanto fauces afficiat ardore, ut amplius vorare nequeant. Extinguitur autem producta hoc modo oris gulæque moleſtiſſima ſenſatio lacte multo, aut etiam recenti butyro ſucceſſive deglutito.

Externe commendatur ad ulcera varii generis, maligna etiam phagædenica & carcinomàtoſa imo ad ipſum cancrum. Ad bubones peſtilentiales & carbunculos quoque laudatur à TRAGO, imprimis ejus folia. Cum oleo tumentibus applicatur hæmorrhoidibus. Strumas quoque diſcutit. Cum fimo bubulo ad dolores podagricos à DIOSCORIDE deprædicatur. Celebratur quoque ejus uſus coſmeticus, cutem enim abſtergit unde & ſaponibus additur. Pulvis hinc ari cum ſaliva ſubactus ad ſerpigines & herpetes facere aſſeritur. Aqua ari deſtillata ad faciem erugandam illuſtrandamque multis effertur laudibus. Sunt etiam qui ad peſſos & ſuppoſitoria paranda hanc radicem adhibent.

In

IN PHARMACOPOLIIS PROSTAT *Radix ari* cum vino per maceratio-nem *præparata*. Hanc præparationem alii cum aceto inſtituunt. WEDELIUS pro obtundenda acrimonia tanquam genuinum corrigens Spiritum vini ſuadet, hujus enim, uti loquitur, acceſſione, vim corroſivorum Spirituum acidorum & urino-ſorum fortiorum conticeſcere, vel Spiritus Nitri dulcis, & ſalis dulcis exemplo notum, ſed quid opus ejuſmodi præpara-tione: qui ari vires non retuſas expetit, is radices à ſordibus, fibris & pellicula exteriore liberatas rite exſiccet & aſſervet. Et certe radix pulveriſata merito quoque præferenda ſic dictæ feculæ ari ſeu pulveri farinaceo ex radice cum aqua contuſa collecto, & na-tivo ſuo ſucco orbato, licet & hanc feculam non omni plane virtute orbatam eſſe conſtet.

Baſin porro conſtituit arum decantati *Pulveris Stomachici Birck-manni*, qui in cruditatibus ventriculi anorexia & dyſpepſia conduc-cit & in affectibus quoque pectoris incidendi gratia convenit. Da-tur vel per ſe ad drachmam uſque vel communiter inſtar tragæ poſt paſtum aſſumi poteſt. Ingreditur etiam hæc radix pulveres cachecticos Quercetani aliorumque ut & varia unguenta Citrinum Agrippæ &c. Spiritum Ari acidulum ob vires antiſcorbuticas dia-phoreticas, diureticas, ſtomachicas valde deprædicat WEDELIUS.

℞. Pulv. Rad. Ari ʒß foliorum menthæ ʒiij. abſynth. ʒj. Mellis, Succi cydoniorum ana q. ſ. f. electuarium pro laxandis cachecticis admodum proficuum.

℞ Rad. Ari, Sacchar. Cand. ana qu. pl. Syrup. violar. q. S. fiat linctus conducens in raucedine.

℞ Arſenici cum Spirit. Vin. infuſione vel combuſtione correcti ʒj. radicis dracunculi majoris ſeu revera Ari ʒij. fuliginis Camini ſplendentis ʒiij. Mſc. f. pulvis ſubtiliſſimus in vaſe bene clau-ſo ſervandus. Arcanum hic pulvis benedictus alias vocatus, fuit re-medium ad cancros etiam exulceratos curandos. Caute mihi vi-detur mercandum eſſe ut cum omnibus arſenicalibus ita & cum hoc pulvere benedicto.

SCILLA

EST Scillæ vulgaris radice rubra C. B. P. radix bulboſa magna, pugnum craſſa, cœpacea ex pluribus tunicis ſeu la-mellis compacta, inferius multis craſſis fibris prædita, ſaporis acris amari, odoris nullius.

Refertur ad plantas tricapſulares hexapetalas, floribus in ſpicis longa ſerie diſpoſitis]

Scilla præter acredinem cum aro communem poſſidet amaritiem ingratam, & nonnihil nauſeoſam, hinc præter virtutes aro communes movet Vomitum & alvum. Velut arum in pituitoſis affectibus opportune exhibetur.

Cruda eſt valde acris, exurens fauces, hinc ſiccatur in Sole & clibano, præparatur ut arum, in ſubſtantia nunquam datur.

Datur in infuſo cum melle, ▽ Mulſa, item ex aceto. Hinc proſtat acetum, mel. & oxymell. ſcillitic. loch de ſcilla, in quibus omnibus exhibetur. [vid. Geſnerus in epiſtolis ſuis hinc inde.]

Pro vomtu citando, acuitur ♃ iatis, aſaro, temperatur ℥ amygd. dulc. [in aſthmate acetum ſcyllitic. optime jungitur cum ſyrupo violarum.]

℞. Oxym. ſcill. ℥j Vin. ſcill. ℥ij M. f. vomitorium blandum, addi poteſt ℥ amygd. dulc. ℥ß.

℞. Oxym. ſcill. ℥j M. f. vomit. cui corectorii loco addiur ▽ Cinamom. ℥ß

RADI-

Σκίλλα velà σκέλλω arefacio quoniam locis aridis provenit vel àσκύλλω moleſtus ſum, ob acrimoniam. SCYLLA, SQUILLA, Mäuſ-Zwiebel / Meer-Zwiebel / SCILLE OIGNON MARIN: à TOURNEFORTIO inter Ornithogali recenſetur ſpecies

Ornithogalum maritimum ſeu Scilla radice rubra Tourn. I. R. H. claſſ. 9. ſ. 4. g. 9. Scilla vulgaris radice rubra C. B. Pin. 73. Scilla rufa magna vulgaris I. B. 2. 615. Pancratium Dod. pempt. 691. Scille rouge &

Ornithogalum maritimum ſeu Scilla radice alba Tourn. I. c. Scilla radice alba C. B. Pin. 73. Scilla Dod. Pempt. 690. Scillæ magnæ albæ I. B. 2. 618. differt hæc à priori foliis minoribus & radice minore ſed albicante.

Scillæ

Scillæ reperiuntur in Hiſpania Luſitania Inſulis Baleàribus Sicilia, Apuleia & maxime ad loca maritima. In uſum autem utraque ſcilla ſuam ſuppeditat radicem menſe Julio colligendam ſucci plenam. Multi autem præferunt ſcillam albam ſed rarior eſt. Sunt qui dicunt meliorem eſſe illam radicem, quæ alteri connexa eruitur. Solam enim & ſingularem perhibent eſſe venenatam ſicuti quoque cultrum ferreum ſi eo diſſecetur veneno inficidicunt hinc ſuadent ut dividatur ligno vel ebore. Scillæ præparationem, qua maſſæ panis involuta in clibano coquitur, haud immerito rejicit Zwelfferus. *Acetum ſquilliticum* Meer-Zwiebel-Eßig / *Vinaigre de Scille* aſtmaticis & in obſtructione bronchiorum conducit. Doſis eſt ad unciam ſemis ad uncias duas. Purgantium quoque vim refrænat. Veteres acetum Scilliticum vix non pro panacea habuerunt. *Oxymel Scylliticum* Sauer-Honig mit Meer-Zwiebel / *Oxymel, de Scille compoſé* datur ad drachmam, unciam unam & ultra. Scylla ingreditur Theriacam.

RADICES SALE ACRI FIXO ABSQUE OLEO CONSTANTES.

PYRETHRUM.

Pyrethri duæ ſunt ſpecies, Italicum & Gallicum. Eſt Pyrethri flore bellidis C. B. P. radix tenuis, oblonga, foris fuſca, intus pallida, [ſaporis acris fervidi, odoris nullius.]

Utrumque pyrethrum ob acredinem ſuam Linguæ pertinaciſſime inhærentem & fontes ſalivales aperientem, Salivam copioſe educit, hinc in odontalgia ab obſtructione & Catarrhis orta ſpecificum. Ob eandem penetrantem acredinem nervos vellicantem, eorumque obſtructiones aperientem, in Morbis ſoporoſis & aphonia efficaciſſimum eſt.

Datur ejus ſubſtantia ad ʒß additur quoque decoctis, infuſis clyſteribus; jungitur ſaxifrag. aro, ſcillæ. Carlin. Colocynth. ciclam. &c.

℞. Rad. pyrethr. ʒß ſucc. abſynth. q. ſ. f turunda intruden-

da cavo dentis, contra dolores ortos vel à Catarrhis, vel vermibus. vel

℞. Pyrethr. ʒj ♁ origan. gt. v· Camph. gr. x. mucilag. tragacanth. q. ſ. f. turunda cavo dentis intrudenda.

℞. Rad. Pyrethr. utriuſque ſaxifrag. rec ana ʒj coq. in ▽ ſeu vino, affunde ▽æ deſtill. ari & ſcillæ q. ſ. vel infunde ari & ſcillæ, ana ʒj f. apozema, detinendum in ore, in loquela amiſſa.

℞. Rad. Pyrethr. utriuſque ʒj ſummit. orig. Mj. pulp. colocynth. in pet. lig. ʒj. coq. in ▽ add. colatur. Hier picr. ʒß Tinct. Caſtor ʒij ⊖ vol. ſuccin. ʒj vel ⊖ gemm. ʒij f. Clyſter acris ad excitandos Apoplecticos.

RADI-

Πύρεθρον ita dictum à fervido ſapore & ignea vi urente. Herba ſalivaris', Dentaria Bertram / Zahn-Wurtz / Speichel-Wurtz / Geiffer-Wurtz / Pyrethre ou racine Salivaire

Ex agro Tunetano per Italiam ad nos advehebatur unde Italicum appellatur.

Unica tantummodo in uſu eſt ſpecies nempe dicta. Interne vix uſurpatur niſi quod pro venere ſtimulanda à quibuſdam celebretur.

Laudatur in Gargariſmate in batracho ſeu tumore collecto ſub lingua infantum. ET MÜLLERUS refert, quod, ſi pulvis radicis pyrethri cum pinguedine coturnicis permiſceatur, & hoc inungatur membrum virile, quando quis vult coire cum fœmina, hinc fiat ut membrum appareat ſolito majus, & mulier denuo videatur eſſe virgo. fides ſit penes authorem

℞. Ligni Sanct. ʒß. Rad. pyrethr. ſemin. Staphiſagriæ ana ʒij. incid. pro decocto odontalgico.

RADICES SALE ACRI ABSQUE OLEO TAM FIXO QUAM VOLATILI CONSTANTES.

Pimpinella Saxifraga.

Eſt Pimpinellæ ſaxifragæ majoris umbella candida C. B. P. radix

radix candicans tenuis, emittens ex capite craſſiori nonnullas fibras, ſaporis acris, odoris nullius. Sponte proveniens, habet majorem acrimoniam præ illa, quæ in hortis colitur.

Saxifraga pyrethro cui propemodum accedit remiſſior eſt, aſt ob acredinem quodammodo piperatam ſalubre ciborum aroma.

Præterquam quod in Morbis ſoporoſis cum pyrethro convenit, diureticum inſigne eſt, & juncta Uterinis anodyna, dolores poſt partum tollit, eorumque materiam peccantem educit per Urinam.

Contra tremores artuum a ℘ialibus ortos laudatur una cum Fœniculo. Datur in decoct. infuſ. & Clyſter. in ſubſtantia ad. ʒj

Schenkius obſervat quod mammis applicata copioſe lac generarit, ſed non multum fidei adhibetur huic obſervationi. Hujus ▽ deſtillata conveniens vehiculum medicamentorum diureticorum.

Radix ſaxifragiæ exhibetur cum extracto Caſtorei in ſanguine congrumato & viſcido ex lochiis retentis.

In Hydrope & difficultate Urinæ ſequens convenit remedium: ℞. Rad. ʒ. aperient. ʒiij ſaxifrag. ℥ij cort. fraxin. rec. ℥j. bacc. junip. ℥ß. f. decoct. ex vino.

Radix

PIMPINELLÆ VEL BIMPINELLÆ nomen ſortita eſt à foliorum binis ordinibus pinnatim ſive plumatim digeſtis. Vocatur etiam BIPENNULA, PAMPINULA, PAMPINELLA. PETRIFINDULA porro atque SAXIFRAGA audit, quoniam petras findere fertur, potius autem exinde nomen habet, quoniam calculum frangere creditur. Appellatur denique TRAGOSELINUM à Τράγος Hircus & σέλινον Seſi nu quaſi diceres SELINUM HIRCINUM, APIUM HIRCINUM, non tam à viroſo hircumque olente odore, quam quod hirci ea delectentur, aut quod hac planta nutriti hirci ſanguis & carnes eximium ſint

calculoſis

calculosis ictericis & hydropicis præsidium, Grosse Pimpernell / Stein-Peterlein / Bocks-Peterlein / Pfeffer-Wurtz / ob acredinem. BOUCAGE. PERSIL DE BOUC.

Pertinet ad plantas umbelliferas floribusgaudentes rosaceis petala inæqualia & cordiformia habentibus seminaque exigua & striata relinquentibus. Plures ejus sunt species, in usu tamen potissimum est

Tragoselinum majus umbella candida Tourn. I. R. H. Class. 7. s. 1 g. 10. Pimpinella saxifraga major umbella candida C. B. Pin. 159. Saxifragia Hircina major I. B. 3. part 2. 109. Tragoselinum majus, Pimpinella major. Tabern. Icon. 88.

Gaudet locis arenosis apricis & incultis sed pinguibus, floret Julio & Augusto. In usum ex hac planta veniunt potissimum radix quandoque folia & semen de quo infra

Pimpinella hæc alba attenuat, aperit, abstergit, sudorifera & alexipharmaca insignis ut & sanguinem depurans atque vulneraria. In affectibus Chronicis & acutis, morbis catarrhalibus & serosis, febribus itidem quibusvis nec non in ulceribus internis & externis prodest. In dysenteria decoctum ejus laudatur. Virtute Lithontriptica, si quæ est, gaudere fertur, obstructiones tollit menseſque ciet. Externe resolvit atque discutit, abstergit quoque maculas cutis, in mundificandis vulneribus conducit, sunt etiam qui laudant ad extrahendos è corpore globulos aliasque res extraneas. Decoctis vulnerariis merito immiscetur. TABERNÆMONTANUS refert Pimpinellam hanc equis datam vel cum avena vel etiam in infuso cancrum equorum certo sanare.

Dubitat quadantenus author de virtute lac provocandi. Notandum autem merito, quod SEBIZIUS IN TRAGUM asserit, Pimpinellam Saxifragam majorem, alteram sive Tragoselinum minus ea facultate esse præditum, ut si solum ejus herba ex nutricum collo suspendatur, aut inter mammas dependeat eis spatio sex horarum tanto impetu ad mammas propellatur lac, ut opus sit herbam removere.

Folia annotante HOFFMANNO IN SCHROEDERUM incisa & in vino infusa epota vini acidum corrigunt.

Ad hujus radicem, verba sunt CASPARI BAUHINI, in quibusdam locis grana reperiuntur, quorum medulla in colorem rubeum mutatur, cujus ad tincturam carmesini usus est, monentibus Lacuna & Anguillara, & coccus radicum quibusdam dicitur. Sunt qui hæc

grana

grana Coccionellam ſylveſtrem aut in granis appellant.

Deſtillant quidam ex radice & integra herba florente Junio ac Julio menſe collecta aquam, alii radices condiunt iiſque deinde in electuariis ſtomachicis & alexipharmacis utuntur.

IN NOSTRATIBUS OFFICINIS PROSTAT *Eſſentia Pimpinellæ*, Pimpernell-Eſſentz / *Eſſence de Pimpernelle*, ex radice cum Spiritu Vini rectificato parata, quam ob virtutem diaphoreticam & alexipharmacam in febribus continuis benignis & malignis cæteris paribus ut & in ſcabie commendant. Doſis guttæ viginti, triginta &c.

Radix Graminis.

Non graminis cujuſvis, ſed graminis canini arvenſis ſeu graminis Dioſcoridis C. B. P. Germ. Queck-Graß. [Radix tenuis admodum, longa, geniculata, alba, ſaporis ſubdulcis, cum aliquali in receſſu acrimonia, odoris nullius.]

Temperatior videtur ſaxifragia, ideo non tantum lene eſt diureticum, ſed in atrophia & affectione hypochondriaca deobſtruens eſt, laudatur quoque tanquam anthelminticum.

Ingreditur infuſa & decocta, nunquam vero exhibetur in ſubſtantia. Aqua deſtillata appropriatum menſtruum eſt & vehiculum diureticorum, deobſtruens anthelminticum, ſtimulatur ſaxifragia. In vermibus jungitur filici, oſmundæ, ſemini ſantonici aliiſve.

℞. Rad. Gramin. ℥ij. utric. min c. tot. Mj. f. decoct. in atrophia & macie, ubi materia peccans educenda per Urinam.

℞. ☿ dulc. gr. v. ſi ſit puer 6. vel 7. annorum ▽ gramin deſt. cochl. ij. contra vermes puerorum.

℞. ☿ viv. ℥j affund. ▽ deſt. gramin. pone in digeſtione per 24. horas, decanta ▽ & exhibe contra vermes, ſingulis diebus.

℞. Thereb. Venet ℥ß. vitell. ov. q. ſ. Cum ▽ gramin. ℥vj

f. Emulſ. diuretica in iſchuria renum, addi poteſt Tinct. Caſtor ʒß. Mell. ʒj. Ad ʒß Thereb. addi poteſt ſucci limonum ʒß.

RADI-

GRAMEN à gradiendo quia radices multum per terram gradiuntur. GRAMEN abſolute ſic dictum, ut SCHROEDERUS ait, Officinis graminis ſpeciem denotat, quam Diſcorides ἄγρωσιν καλὲξοχὴν vocat, eſtque GRAMEN CANINUM ſeu ARVENSE, GRAMEN CANARIUM MEDICATUM, Gras/ Rech- oder Queck-Gras/ Hunds-Graß/ Wurm-Gras/ Tzwecken/ CHIENDENT

Pertinet ad plantas flore apetalo, cujus piſtillum abit in ſemen ſubrotundum vel oblongum parum admodum farinaceum calyce obvolutum, gaudentes. Species Graminis quæ hic intelligitur eſt Gramen loliaceum radice repente ſive Gramen Officinarum Tourn. I. R. H. claſs. 15. ſ. 3. g. 8. Gramen Caninum arvenſe ſive Gramen Dioſcoridis C. B. Pin. 1 Gramen repens Officinarum torte triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile I. B. 2. 457. Gramen Dod. Pempt. 558.

Floret Julio & Auguſto, in arvis & ſatis, ubi uti & in hortis multum incommodi parit.

In uſu potiſſimum eſt radix colligenda Majo vel Septembri, quæ refertur inter RADICES QUINQUE APERIENTES MINORES, quæ ſunt Radix GRAMINIS, RUBIÆ, ERYNGII, CAPPARIS, ONONIDIS.

Commendatur quoque hæc radix in calculo.

Eaſdem vires quoque foliis tribuunt & adhibent in obſtructionibus viſcerum, ſuccum ex planta integra hæmoptyſin curare ferunt. Secundum allegatum SCHROEDERUM extrinſecus herba adhibitur in dolore capitis leniendo (ſeligunt gramen ſeptem nodorum) in oculorum inflammationibus ac defluxionibus (has ſedare dicitur gramen trium nodorum decreſcente Luna evulſum ac collo circumligatum) in auribus purulentis in odontalgia in tumoribus podagricis diſcutiendis. In Gallia omnia fere decocta pro potu ingreditur.

AQUA GRAMINIS ex radice menſe Majo collecta deſtillatur, Queck-Gras-Waſſer/ *Eau de Chiendent.*

℞. Rad. graminis, Cichorii, petroſel. aſparag. urticæ minoris cum

cum herba omn. recent. ana q. ſ. pro decocto vernali Hoffmanniano pro Hypochondriacis & atrophia laborantibus ex venarum lactearum obſtructione.

RADICES SALE BLANDO BALSAMICO CONSTANTES.

Salſaparilla.

China.

Sunt Smilacis aſperæ Peruanæ ſive Salſæparillæ C. B. P. radices tenues, calami craſſitie., longæ, ſarmentoſæ, plicatæ & rugoſæ, ex flavo pallidæ, intus candidæ, ſaporis & odoris nullius evidentis niſi farinacei.

Chinæ duæ ſunt ſpecies 1. Chinenſis 2. Africana ſeu Pſeudochina. Eſt Smilacis aſperæ Chinenſis Lampatam dictæ radix craſſa, tuberoſa, lignoſa, aliquantum reſinoſa, pallide rubeſcens, intus candida, ſaporis terreſtris, leviter adſtringentis.

Salſæparillæ & Chinæ effectus probat ſal blandum, quod in farinacea ſalſæparillæ ſubſtantia, & in ſubſtantia chinæ nonnihil reſinoſa latet, & in utriuſque radicis decocto manifeſte ſe prodit. Hoc cum tenuiſſimarum partium, & ſanguini noſtro naturali valde analogum ſit, ſalia ſeu ſpiritus non tantum exaltat, ſed & acida quævis pertinaciſſima etiam, remotiſſimis partibus inhærentia, à quibus Lues ♀ea, arthritis, ſcorbutus, atrophia, phthiſis aliique Morbi oriuntur, infringit, & cum blanda vi anodyna per diaphoreſin expellit.

Radix Chinæ penetrantior & ſpirituoſior quam Salſæ parillæ, utraque prius maceranda, in decoctis, lento △e factis vaſe probe clauſo, exhibetur, ſpecificatur foliis chamæpitis, & in variis morbis exhibetur.

℞. Rad. Chin. ſalſæparil. ana ℥iiij. Chamædr. Chamæp. ana Mj. ſi dolores intenſiores add. flor. chamom. p. iij. rad. liquir. ʒij. vel iij datur in arthritide & podagra.

℞, Rad. Chin. ℥j. coq. in ▽æ ℔ij ad medietatem f. apozema, add. fol. chamæp. pugillos aliquot, exhiberi poteſt in morbis chronicis contumaciſſimis.

℞. Rad. Chin. ℥j. raſ. C. C. turion. ſ. conor. abietis. ℥iß. coq. in ▽ ſ. q. f. decoct. in ſcorbuto cum Paralyſi.

℞. Rad. Chin. ſalſæparill. ana ℥ij. Cort. lign. Guajac. ℥iß vel ij lign. ſaſſafras ℥j add. ☿ viv. ♃ij crud in petia ligat. ana ℔ß. coq invicem. f. apozema in Morbis ♀eis, ſingulis diebus bis vel ter ſumendum.

RADI-

SARSAPARILLA, ZARZAPARILLA, ex duobus verbis eſt compoſitum vocabulum, Zarza vel Sarſa dumus & parra vitis atque parilla vitilla, quaſi planta media inter vitim & dumum, Sarſaparill/ SARSAPAREILLE, SALSEPAREILLE, SARCEPAREILLE.

Smilax aſpera Peruana ſive Salſaparilla C. B. Pin 296. Smilaci affinis Salſaparilla I. B. 2. 117. Sarcaparilla officinarum. Smilax viticulis aſperis Virginiana folio hederaceo leni Zarça nobiliſſima Pluken: Juapecanga vulgo çarçaparilla Piſon 258. Mecapatli Paratla Hern. 288.

Radix tantum in uſu. Ex pluribus Americæ locis præſertim ex Peru. Mexico, Braſilia &c. affertur. Eligenda radix nigrior, recens non carioſa, fractu contumax, quæque aſſulatim frangitur & ponderoſa eſt, quæ autem carioſa eſt & dum frangitur pulverulenta exiſtit inutilis exiſtimatur.

In ſcabie, malo iſchiadico, aliiſque affectibus catarrhalibus & rheumaticis, hydrope, pectoris affectibus, febribus &c. prodeſt, ut & in ſcrophulis. Uncia una vel duæ decoquuntur in libris tribus vel quatuor aquæ ad dimidiæ quantitatis conſumptionem.

IN OFFICINIS PROSTAT

Extractum Sarſaparillæ Sarſaparillen *extract Extrait de Sarſapareille* cum vino paratum

China

CHINA.

Ita dicta à regione ex qua defertur ad nos, Chinna, Cina, Pockenwurtz / Esquine

China radix C. B. 296. Cina Cinna Cæsalp. 423 China radix I. B. 2. 120. China Orientalis seu Smilax aspera Chinensis Lampatam dicta Herm. Reperitur quoque in America, Nova Hispania, Peru &c. præfertur tamen Orientalis quæ ex China advehitur. Sub Carolo quinto primum frequentius in usum duci cepit.

Temperari debet China ne nimium exsiccet & inflammet viscera.

RADICES CONSTANTES SALE VOLATILI BLANDO CUM TEMPERATA TENUI VISCOSITATE.

Orchis seu Satyrium.

Orchis est vel rotunda seu testiculorum forma, vel palmata manusve referens. Utraque ejusdem virtutis. Sunt radices rotundæ, succulentæ albidæ compressæ paululum, viscosæ, subdulces, odoris seminalis.

Utriusque orchidis vim aphrodisiacam seu ♀em stimulantem docet Experientia & Ratio, à substantia subdulci & viscida subministrari semini generando materiam, ab ejus sale blando volatili, sperma seu Urinam redolente excitari orgasmum in semine, & titillationem in partibus genitalibus.

[Refertur ad plantas tricapsulares flore monopetalo rictu & labio vario constante]

Datur in substantia vel cruda ad ʒj. it. condita, vel in essentiam redacta cum ⌐u formicarum, addita essentia ambræ. Juvatur Eryngio, nuce juglande condita, exterior cortex nucis juglandis optimus est, constat enim ⊖e aromatico cujus interior pulpa plane expers est; priapo cervi. Stimulatur formicis alatis, ▽ Magnanimitatis, it. se-

mine ſinapi, erucæ, ſpeciebus diambr. ℞u roſar. ambrato.

℞. Rad. ſatyr. cond. ℥j Elect. diaſatyr. Nuc. jugl. cond. flaved. cort. aurant. cond. ana ℥ß Eryng. cond. conſerv. roſar. r. ana ℥j ſem. eruc. ʒij ambr. gryſ. gr. v. fol. ☉ri n. iiij ſyr. gran. cherm. & Cinam. ana q. ſ. f. Elect. ad ♀em languidam excitandam.

℞. Coagul leporis ℥j ſatyr. cond. ℥ij ℥ majoran. gt. XII. amb. gryſ. ʒj ſyr. cherm. q. ſ. f. Elect. cap. ad ʒj. c. Eſſ ſatyr. præcipue ad conceptionem promovendam, commode autem capiuntur illa medicamenta mox poſt fluxum menſium & quidem ante introitum lecti.

In Italia recipiunt radicem recentem ſatyrii, exprimunt ſuccum, & miſcent cum vitello ovorum capiunt que ſingulis horis matutinis.

[De Mumia Satyrii aphrodiſiaca conferri meretur Henr ab Heer obſ. 9. p. m. 133. ſatyrium inter analeptica medicamenta à nonnullis refertur.]

RADI-

Duo nomina Orchidis & Satyrii hodie confunduntur, à Veteribus vero quibuſdam diſtinguebantur, ita ut ſpecies quæ radicem bulbuloſam eamque geminam obtinerent orchides, quæ vero tantum unicam Satyria appellarentur. ὄρχις aut ὄρχης quoniam radix teſticulum alicujus animalis repræſentat, aut Veneris deſiderium excitat. Σατύριον a Satyris libidinoſis vocatur, κυνόσορχις. CYNOSORCHIS TESTICULUS CANINUS. SERAPIAS, quod flores inſecta fœcunda & laſciva referant à Serapi Alexandrinorum Deo qui impudente laſcivia colebatur. Morio quoque audit. Vocatur etiam à quibuſdam PALMA CHRISTI, Knaben-Kraut / Stendel-Kraut / Stendel-Wurtz / Creutz-Blumen / *Satyrion*, *teſticule de Chien*

Orchis eſt plantæ genus flore polypetalo anomalo, ſex petalis diſſimilibus conſtante, quorum quinque ſuperiora ita diſponuntur ut galeam

galeam quodammodo æmulentur] inferiori multiformi variaſque figuras repræſentante. Calyx autem abit in fructum ſeu utriculum, tribus feneſtris pervium, quibus totidem adhærent valvæ ſeminibus fœtæ minutiſſimis ad inſtar ſcobis

Diverſiſſimæ ſunt hujus plantæ ſpecies, quæ in pratis, collibus, ſylvis, montibus umbroſis, apricis, ſiccis humidis &c. naſcuntur, diverſoque tempore Vere, Æſtate, Autumno florent. Communiſſime in uſum trahuntur, quæ radiçe gaudent bulboſa & quidem imprimis ſequentes ſpecies.

Orchis morio mas foliis maculatis C. B. Pin. 81. Orchis major tota purpurea maculoſo folio I. B. 2. 763 Teſticulus Morionis mas, Dod. Pempt. 236.

Orchis morio fœmina C. B. Pin. 82. Teſticulus Morionis fœmina Dod. Pempt. 236. Cynoſorchis morio fœmina Lob.

Reliquæ etiam in uſum trahi poſſunt, quamvis non inferioris virtutis ſint reliqui teſticuli præſertim qui odoris ſunt boni & grati, etiam teſticulus hircinus quem ad opus generationis aptum magis eſſe vel ſolus odor prodit. Aſſumendi autem ſunt notante I. BAUH. non ambo bulbi, ſed durior plenior & ſucci plus habens, flaccidior ac rugoſior minus idoneus eſt. Eſt autem plenior non ſemper qui major, ſed non raro minor, ſi videlicet bulbi colligantur priuſquam ſtirps defloruerit, aut cum primum caulis erumpit. Non enim ſuculentior alterum magnitudine ſuperat priuſquam ſemen maturari cœperit. Nam alternis annis unus bulbus intumeſcit alter vero reſidet ac perit, ac cum durior ac ſucco plenior creſcere incipit, alter flacceſcit rugaſque contrahit, donec maturato ſemine una cum foliis & cauliculis ſubinde totus ſubſideat, ac pereat, eo qui interea crevit vegeto ac ſucci pleno & viciſſim.

Præter virtutem aphrodiſiacam, etiam vi confortante memoriamque roborante gaudet, uterum ad conceptionem diſponit, nec in dyſenteria plane ſpernenda. In febribus ab aliis, podagra, epilepſia & ulceribus mundificandis laudatur. Quamvis autem in his præſertim ultimis affectibus non tantam laudem mereatur, attamen inter remedia dubia cum neotericorum quodam non plane referenda. Suo relinquo loco & ulteriori experientiæ, an, ſicuti radices bulboſæ ſeu ſuculentæ Venerem ſtimulant, rugoſæ atque flaccidæ Venerem imminuant In ſubſtantia & quidem in pulvere dantur ad ʒj. Sunt qui ex Satyrio præſertim maculoſo aquam deſtillatam faciei

IN OFFICINIS PROSTANT

ciei nitorem conſervare, maculas atque lentigines delere aſſerunt.

Radices Satyrii conditæ Eingelegte Stendel- oder Knaben-Wurtz/ *condit de racine de Satyrium* &
Electuarium. Diaſatyrii aut *Diaſatyrionis* Ständel-Wurtz-Lattwerg oder Hochzeiter-Lattwerg/ *Electuaire Diaſatyrium*, quod analepticum venditatur medicamentum, conſumptos & emaciatos reficiens, ſemen augens & Venerem languidam concitans, contra renum & veſicæ imbecillitatem valet, remorantem Urinam promovet, datur doſi magnitudine nucis moſchatæ ad unciam dimidiam. Maximam ſuam vim habet ab aromatibus. Sunt qui ex Satyrio quoque eſſentiam parare jubent. Multum hæc planta eſſet facienda, ſi verum eſſet, quod quidam ſcribunt, quod ſi palmæ Chriſti radix in thoro ponatur, ubi conjuges diſcordes ſunt, egregie & faſcino quaſi eorum animi componantur.

RADICES SALE BLANDO FIXO, TENUI VISCOSITATI INCLUSO CONSTANTES.

Scorzonera.
Eryngium.
Bardana.
Cichorium.

SCORZONERA.

[Scorzonera tum latifolia, tum anguſtifolia C. B. P. eſt radix oblonga, digiti craſſitie, foris pallida, intus alba, ſaporis ſubdulcis ac grati, odoris nullius.]

Alia ſcorzonera ad nos transfertur ex Hiſpania, cui noſtra viribus plane non convenit, caret enim virtute aromatica.

Quæ

Quæ in noſtris officinis proſtat, gaudet ſale blando tenui viſcoſitati involuto, quo acria quævis & acida mulcet & temperat, unde in phthiſi, macie, ictero, febribus malignis, variolis & morbillis laborantibus tam medicamentum, quam alimentum eſt.

Datur in ſubſtantia cocta cum brodio carnis pro alimento, condita vero pro medicamento. Jungitur egregie C. C. ſalſæparillæ cichorio. Decoctis acrioribus additur tanquam temperans.

℞. Scorzon. Siſar. paſtinac. maj. ana coq. in brodio, exhibetur hecticis & tabe conſumtis, temperat enim ſanguinem acriorem.

℞. Scorzon. ℥ij Cichor. ℥j pomum integr. Citri ſimul decoque pro potu ordinario in febribus.

℞. Rad. ſcorzon. ℥iiij f. decoct. c. ▽ quo capiat caſtor. gr. v. l. Eſſent. Caſtor. aut Tinctur. Myrrh. gr. xv. contra variolas & Morbillos.

℞. Scorzon. ℥ß hord. mund. ℥j coq. in ſ. q. ▽ fontan. add. Syr. roſar. vel violar. q. ſ. ut & ⏦ ♎is per camp. q. ſ. ad gratiam f. julapium refrigerans in Morbis quibuſvis calidis.

ERYN.

ESCORZONERA à voce Catalaunica Eſcorzo Vipera cujus morſui & aſſumpta & externe applicita mederi creditur, unde etiam VIPERARIA, SERPENTARIA, SCORZONERA Scorzoneren/ Schlangen-Mord/ SORZONAIRE.

Pertinet ad plantas flore ſemifloſculoſo & ſemine pappis inſtructo calyce oblongo ſquamoſo comprehenſis. In uſum præſertim venit

Scorzonera latifolia ſinuata C. B Pin. 275. Tragopogon Hiſpanicus ſive Eſcorzonera aut Scorzonera I. B. 2. 1060. Scorzo-

nera major Hiſpanica 1. Cluſ. Hiſt. cxxxvii. Colitur in hortis & agris, floret Majo & Junio.

Ob vim alexipharmacam in morbis peſtilentialibus, venenis, morſibus viperarum & ſerpentum commendatur. Vim quoque antepilepticam, contra vertiginem & cephalalgiam habere creditur, In uteri quoque morbis conducere aſſeritur, aſt vires non ſemper reſpondent.

IN OFFICINIS PROSTAT

AQUA deſtillata ex radice, Scorzoneren-Waſſer / *Eau de Scorzonere*, in affectibus prædictis multum in vulgus commendata. Proſtant etiam

Radices Scorzoneræ conditæ eingelegte Scorzoneren / *Racine de Scorzonere confite.*

ERYNGIUM.

[Eſt Eryngii vulgaris C. B. P. radix longa, pollicem craſſa, foris nigricans, intus alba, in medio nervo ſolidiore flaveſcente repleta, ſaporis ſubacris dulcis, odoris nullius. Refertur ad plantas ſeminibus ſolidis & floribus pluribus in capitulum digeſtis.]

Eryngii vis potior in cortice conſiſtit, ob levem amaritiem potentior eſt ſcorzonerâ, unde incidendo & fluxile reddendo ſerum, id per Urinam elicit, cæterum ſcorzoneræ viribus reſpondet.

Non facile poteſt in pulverem teri, niſi ſiccetur, ſed tum abit omnis vis, hinc radix in decocto & condita datur. Veneris quoque incentivum blandum eſt, & ad gonorrhæam ſimplicem commendatur à Welſchio [ſyllog. obſerv. Marcell Cumani obſ. 44. p. m. 64.]

℞. Rad. Eryng. ℥ij bacc. junip. ℥j f. decoct. ex quo ℞. ⊖ geniſt. gr. xv. contra difficultatem Urinæ cum ardore.

℞. Rad. Eryng. Scorzon. ana ℥ij Cichor. bardan. ana ℥j Sarſa-

ſalſæparill. ℥ß ſem. fœnicul. ℥j f. decoct. antiphthiſicum, addi poteſt colaturæ ♎⊖✱ci vel ⊖ volat. ꝏſ. Sylvii ſecundum judicium Medici M. c. Syr. d. Symph. Fern. v. c. ad ℔j decocti ℥j. ſyrupi.

BAR-

Ἠρύγγιον, ερύγγιον, ERINGIUM, LYRINGIUM, ERINGUS, IRINGUS, ACUS VENERIS, CAPITULUM MARTIS, CENTUM CAPITA, CARDUUS LEPUSCULUS, CARDUUS VOLUTANS ACULEATUS, ASTER INGUINALIS, Manns-Treu/ à virtute aphrodiſiaca, Raben-Diſtel/ Bracken-diſtel/ Stech-Wurtzel/ CHARDON A CENT TETES, PANICAULT, CHARDON ROLAND

Herbis floribus umbellatis in capitulum conglobatis gaudentibus accenſetur.

Species uſualis eſt

Eryngium vulgare C. B. Pin. 386. I. B. 3. 85. Eyngium campeſtre Dod. Pempt. 730. gaudet locis herboſis & arenoſis, floret Julio. Refertur inter 5. radices aperientes minores.

Radix in uſu: colligenda Sole exiſtente in cancro.

Vires quoque alexipharmacæ adſcribuntur & ob aperientem virtutem in nephritide, hepatis, Lienis, & menſium obſtructionibus celebratur.

Sunt qui radices ſaccharo condiunt pro ſcopo aphrodiſiaco.

Græci quidam Philoſophi, ut I. BAUHINUS docet, Eryngium quaſi ἐρύγην id eſt ructum dictum autumant, quod capræ, quæ morſu ſurculum Eryngii præciderint, vel deglutierint, cunctum gregem pone ſequentem quaſi ſtupore attonitum ſiſtant, donec Eryngium ructu rejecerint.

Sunt qui aquam deſtillatam eryngii vel per ſe vel cum aqua nucum hauſtam in febribus, purificando ſanguine, ictero & tumore œdematoſo commendant: contuſa radix & cataplaſmatis inſtar umbilico impoſita abortum dicitur præcavere.

BARDANA.

Eſt Lappæ majoris, Arcii Dioſc. C. B. P. radix oblonga, craſſa, foris nigricans intus alba, ſaporis ſubdulcis, acris & amaricantis, odoris fere nullius, pertinet ad plantas capitatas pappeſcentes, floribus fiſtuloſis.]

Quod potentior ſit Eryngio judicatur ex eo, quia majorem habet amaritiem, præſtat ſi radix recens uſurpatur. Cortex radicis acrimonia majori gaudet, quam interior ſubſtantia radicis.

Primo anno enata digiti craſſitie eſt effodienda, altero enim anno cauleſcit radix, ſuntque vires in floribus & caule.

Bardanæ radix Eryngio potentior, hinc non tantum Urinam movet, eamque ſæpe turbidam reddit, ſed etiam ſudorem movet, & ſanguinem congrumatum reſolvit, propterea in Pleuritide, phthiſi, atrophia, arthritide pro ſpecifica habetur.

Datur in ſubſtantia ejus raſpatura recentior à ʒj ad ij, in pulvere vix habet uſum. Datur & in decoctis. D. Herm. ſæpe ægrotis ab alto delapſis præſcribit. ▽ deſtillata vel potius decoctum eſt vehiculum conveniens in qua raſura radicis bardanæ contra pleuritidem exhibenda eſt.

℞. Rad. bardan. ʒij. herb. Chamædr. Chamæp. ana Mj. coq. in lacte, exhibe contra arthritidem.

℞. Raſ. bardan. ʒij cape ex decocto proprio bardanæ in pleuritide.

℞. Raſ. bardan. ℈j. dent. apr. mand. luc. piſc. ana ℈ß. ft. ♎is gr. v. ♃ diaph. gr. x. vel xv. M. f. pulv. ſumendus ex decoct. bardanæ bis vel ter de die in Pleuritide.

CI-

Ἄρκτιον, Bardana ἀ βάρδος via cum ubivis reperiatur Ἄρκειον, προσωπὶς aut προσώπιον, PERSONATA quoniam per morem veterum in ludis

ludis ne agnoſcerentur ejus foliis faciem occultabant. LAPPA major à λάβειν capere quoniam veſtimentis adhæreſcit, Groſſe-Kletten / Butzen-Kletten / Roß-Kletten / GLOUTTERON, GLETIERON, HERBE AUX TEIGNEUX

Eſt plantæ genus flore floſculoſo ſemine pappis inſtructo brevibus, calyce ſquamoſo hamato ac veſtibus hærente comprehenſis. Lappa major, arctium Dioſcoridis C. B. Pin. 198. Perſonata ſive Lappa major, aut Bardana I. B. 3. 570. Perſonata Lappa major, Bardana Lob. Icon. 588. creſcit paſſim ad vias publicas & urbium pomœria, floret Junio & Julio.

Folia ſemen & imprimis radix in uſu quam etiam tempore verno comedere quidam ſolent.

FORESTUS arthritico deſperato decumbenti ſummo cum fructu exhibuit decoctum Bardanæ unde album inſtar lactis minxit & evaſit

Laudatur in calculo, pulmonum affectibus aſthmaticis, ulcera renum repurgat ut & glandulas meſaraicas. Commendatur quoque tanquam alexipharmaca adverſus peſtem morboſque malignos, unde Medici Auguſtani aquam ſuam Bardanæ compoſitam maxime commendant, imprimis autem ejus vis ſanguinem mundificandi & per conſequens Luem etiam Veneream curandi maximopere celebratur & quidem ratione hujus ultimi ſcopi tantopere decoctum radicis Bardanæ æſtimat SIMON PAULI, ut ipſi lignorum decocto præferat, præſertim in emaciatis & raræ texturæ ægris: Quartanarios quoque decoctum ex vino albo juvat.

Radices comeſtæ & decoctum earumdem externe applicitum faciunt bonum Longolium referente HOFFMANNO ex EPIPHANII FERDINANDI obſervatione

Externe usurpatur hæc radix in lotionibus & balneis ad ſcabiem, trita cũ ſale morſibus canis rabidi adhibetur: applicatur quoque plantis pedũ hydropicorũ ſed non multum præſtat; ſtrumas quoque ac tumores reſolvit. Sunt qui dicunt radicem in lixivio aut aqua coctam capillos flavo colore tingere. MIZALDUS ſupra caput poſitam Bardanam prolapſum uteri curare aſſerit, ſed fides ſit penes authorem. Ovibus tuſſientibus & equis fere cæcutientibus à mulomedicis ſuadetur. Folia vulneribus inveteratis & articulis luxatis imponuntur. Folia quoque reſolvunt egregie & illorum vim in tumoribus genuum multum laudat

Chomel. Frixa porro dolores podagricos mitigant, & in unguentum cum butyro æque ac radix redacta ambuſtis medentur. Curioſum eſt quod hæc planta igni injecta inſtar Nitri ſtrepitet

CICHORIUM.

Eſt Cichorii ſylveſtris ſeu officinarum C. B. P. radix oblonga, circuloſa, dum recens lacte turgida, ſaporis ſubacris ſubadſtringentis, amaricantis. Radix Cichorii ſativi minus medicamentoſa.

[Jungitur plantis ſeminibus ſolidis ſeu non pappeſcentibus & lacteſcentibus floribus planipetalis.]

Conſtat ℮ diuretico admodum blando, & ferme tanquam polychreſtum tum medicamenti tum alimenti loco variis in morbis laudatur, præcipue ubi reſolvendum, temperandum. adſtergendum eſt. Hinc in inflammatione faucium, ictero, obſtructionibus vaſorum lacteorum, in ſanguine acri & acido temperando, in nimia ſiti, ingrato ſapore oris, feliciter adhibetur, additur quoque medicamentis purgantibus juſto acrioribus aliiſve, ut & antiſcorbuticis & antimelancholicis.

Datur in ſubſtantia vel ſaccharo condita, vel decocta in aqua vel brodiis carnium, junctis appropriatis, datur & ſuccus cum ▽ deſtillata. Taraxaco tanquam genuino analogo jungitur.

℞ Rad. Cichor. Mj. paſſul. min. ʒß vel j. coq. in ▽ Colatur. infund. ferment. panis petiis except. q. ſ. repone donec fermentet, fit potus egregius pro ſiti fallenda.

℞. Rad. Cichor. ʒij. tarax. chelid. maj. fragar. ana Mj. coq. in vino vel ▽ in ℔j. Colatur. infund. fol. ſenn. ʒvij f. apozema alterans & temperans univerſaliter ſanguinem.

RA-

κιχώριον, σέρις, CICHOREUM, CICHOREA, INTYBUM ERRATICUM INTYBUM AGRESTE, INTYBUM RUSTICUM, SOLSEQUIA, SOLSEQUIUM, SPONSA SOLIS, AMICA SOLIS, HERBA SOLIS, ROSTRUM PORCINUM Wegwarth / quasi viarum custos: Wegweiß / quod secus vias locaque inculta crescat. CHICOREE. Pertinet ad plantas flore semifloſculoso semine angulato quasi cuneiformi umbilicato & nullis pappis instructo gaudentes

Cichorium non modo in hortis colitur sed & secus vias ac locis incultis exit, mense Julio & Augusto cum floribus reperitur, usuales quam maxime species sunt

Cichorium sylvestre sive officinarum C. B. Pin. 125. Cichorium sylvestre Picris Dod. Pempt. 635. Cichorium sylvestre I. B. 2. 1007. Chicorée sauvage

Cichorium sylvestre flore albo C.B.Pin. 126.

Quamvis etiam usurpari possint sed cultu mitiores.

Cichorium sativum C. B. Pin 125. I. B. 1007. &

Cichoreum sativum flore albo C. B. Pin. 125.

Flores folia & radix in usum tum cibarium tum medicum cedunt & quidem radices teneræ succulentæ & molles tempore verno & autumnali adhibentur in acetariis ut & folia. Cum pro præstantissimo hepatico à quibusdam æstimetur, in cachexia hydrope bilioſisque morbis cõmendatur. Laudatur quoque ut stomachicũ atque febrifugum. Hæmorrhagiis mederi censetur radix, præsertim festo nativitatis Mariæ eruta, imo sub lingua solumodo detenta ad hæmoptysin facere fertur. Cichoreum equis cachexia laborantibus cum avena exhibitum prodesse asserit HOFFMAN: IN SCROED. Ridiculum est quod quidam dicunt Cichorii flore albo prædiți radicem vel per se vel cum usnea cranii humani assumptam corpus ita obfirmare ut ab omni ictu liberum sit. Flores cumulo formicarum sepeliti cæruleum colorem in rubrum absque miraculo mutant. Radix adhibetur in jusculis refrigerantibus ut & in Decocto sic dicto avenaceo.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Cichorii ex floribus & foliis Wegweiß / oder Wegwarth-Wasser / *Eau de Chicorée*, multum laudata in febribus.

Conserva Cichorei florum Wegweiß-Blumen-Zucker *Conserve de fleurs de Chicorée.*

Radices

Radices Cichorei conditæ eingelegte Wegweiß/ oder Wegwart-Wurtzel/ *Condit de Racine de Chicorée.*

Syrupus de Cichorio simplex Wegwart-Syrup/ *Syrop de Chicorée simple.* modo dicta remedia ad refrigerandum & humectandum ut & ad bilis acrimoniam temperandam commendantur.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro laxierender Wegwart Syrup mit Rhabarbara/ *Syrop de Chicorée avec de la Rhubarbe*, qui laxat bilemque evacuare creditur, ipsis etiam infantibus exhiberi potest ad humores vitiosos educendos, in ipsis etiam torminibus infantum & exinde ortis convulsionibus epilepticis ad scorias biliosas acres eliminandas. Dosis à drachmis duabus ad uncias duas. Multi cum Hartmanno, Schrœdero &c. ex floribus cæruleis parant aquam quandam ophtalmicam, dum eos vitro immittunt angusti orificii, obturant optime & massæ panis circumvolutum committunt clibano, ut pinsatur cum pane, hinc exprimunt ac destillant in M. B. Hanc aquam vel palpebris solummodo mane & vesperi illitam vix non in omnibus oculorum morbis imprimis in visu confortando & conservando laudant.

RADICES SALE BLANDO DIURETICO CONSTANTES.

Asparagus.
Ruscus.
Ononis.
Rubia tinctorum.

ASPARAGUS.

[Sunt Asparagi sativæ C. B. P. Radices spongiosæ, longæ rotundæ ex uno capite in plures fibras sese diffundentes, saporis subdulcis subacris, odoris nullius. Est planta baccifera foliis capillaceis tenuissimis, alternis. Floribus

bus ſubrotundis parvis, propendentibus, radice fuſiformi]

Blandum ſuum ſal diureticum in blanda mucagine fovet & contra icterum, alioſque Morbos chronicos cum appropriatis exhibetur.

Vis conſiſtit in cortice radicis recentis, ut & julis ſeu novellis germinibus quæ ratione ſpiritus vegetantis, quo turgent, ♀em ſtimulare creduntur.

Ob ſui mucaginem in quam reſolvuntur germina nocent iis in quibus temperamentum eſt acidiuſculum, ſunt & viſcoſiores.

℞ Rad. aſparagi. ℥i gramin. ℥ij. bacc. junip. ℥iiij f. decoct. diureticum ex vino & aqua.

Ex decocto aſparagi datur etiam ☿ vivus vel dulcis contra lumbricos, infantibus & adultioribus, ſed decoctum ex ▽ graminis præſtat in hoc caſu.

RUS.

Ἀσπάραγος, ἀσφάραγος, quia ex aſperis virgulis naſcitur & ſapore aſperitatem gutturis lenit, vel quod vox, ut monet SEBIZIUS, generica aſparagus, qua veteres tenella & ſucculenta cujuſque ſtirpis germina expreſſere, facta fuerit ſpecialis, & ad turiones ſparagi juxta officinas καὶ ἐξοχὴν applicita. Quibusdam MYACANTHA i. e. murina ſpuria quia tam tenuium & ſpiſſarum ſpinarum eſt ut μῦας mures arceat, aliis HERBA CORALLI à baccis rubentibus audit germanice **Spargen / Sparglen /** Gallis ASPERGES appellatur

Eſt plantæ genus flore roſaceo ſenis petalis prædito, piſtillo in fructum mollem ſeu baccam globoſam ſeminibus duris fœtam, abeunte ut & foliis tenuibus conſtans.

In uſum cedit

Aſparagus ſativa C.B. Pin. 489. Aſparagus hortenſis & pratenſis J. B. 3. 725. Aſparagus hortenſis Dod. Pempt. 703.

Colitur in hortis & agris humido pingui beneque ſubacto

ſolo. Turiones vere prodeunt, Junio & Julio floret, Septembri baccæ matureſcunt.

Turiones aſparagi præſertim qui ſunt craſſi corpulenti ſuccique pleni magnæ gulæ delectamento, cum juſculis butyro ſale & pipere aliove coctos, aut cum aceto, oleo & ſale & pipere conditos comedi nemo eſt qui ignorat.

Aſparagi non diu debent coqui alias fiunt pulpa, unde ad deſcribendum celerem alicujus rei ſucceſſum utuntur ſequenti proverbio, citius quam aſparagi coquitur.

SERENUS ratione aſſumendi hoc ſuadet

Aut caput aſparago cum vino ſume vetuſto
Seu mavis appone, modus conducit uterque

QUERCETANUS refert quod in viris augeant Venerem, in fœminis extinguant. Excitant appetitum, ut loquitur Sebizius, ciborum, leniunt alvum hepar & renes oppilatos aperiunt urinam cient Veneriſque injiciunt aculeos; hoc tamen habent vitii quod urinam admodum fœtidam & turbidam reddant id quod noſſe Medici intereſt. HELMONTIUS exinde aſparagos ad productionem calculorum facere autumat, refutatus propterea ab HOFFMANNO in SHROEDERUM. Nollem tamen & ego præſertim in diſpoſitione calculoſa horum turionum uſum multum ſuadere.

Radix, quæ alias in uſum Medicum venit, inter 5. radices aperientes majores refertur, ictericis & calculoſis quoque commendatur, adeo autem inſignem vim obtinere vix videtur.

In odontalgia & gingivarum laxitate quoque commendatur. Referente SIM. PAULI, qui ſucco aſparagi recente ſeſe inungunt tuti creduntur à puncturis apum.

IN OFFICINIS OCCURRIT

Aqua Aſparagi, ex integra planta cum baccis menſe Septembri collecta, deſtillata Spargen-Waſſer / *Eau d'Aſperges*, ſed vix amplius in uſu

RUSCUS.

[Eſt Ruſci C. B. P. radix craſſa, obliqua, implexa, fibras crebras longas albas demittens, ſimiles fibris aſparagi, an-

annumeratur plantis bacciferis.]

Ruſcus viſcoſitate qua aſparagus turget, caret, & propterea tutum & blandum eſt diureticum, imo potentius quam aſparagus, ut in ſpecie antihydropicum audiat. Datur in decoctis.

℞. Rad. ruſc. ℥iiij coq. in ▽ communi, decocto adhuc calenti infunde fol. ſenn. ℥j. f. apozema. Eſt medicamentum Riverii contra arthritidem.

℞. Rad. ruſc. ℥iiij ir. florent ʒij f. decoct. ex ▽, ſi radix ir. flor. non ſufficit, poſſunt addi fol. ſennæ, exhiberi poteſt in hydrope, ubi parcius mittitur Urina.

ONO-

MYRTACANTHA, Ὀξυμυρσίνη i. e. MYRTUS ACUTA, quia folia myrti acuta & ſpinoſa ſunt, μυακάνθα quia arcendis muribus aptiſſima, SCOPA REGIA, CHAMÆMYRTUS, MYRTUS SYLVESTRIS, Buxus PUNGENS Rußcken / Brußcken / Mäuß-Dorn / Myrten-Dorn / HOUX FRELON, PETIT HOUX, FRAGON, BOUIS PIQUANT, HOUSSON. Eſt plantæ genus flore monopetalo campaniformi & globoſo, piſtillo in fructum mollem globoſum uno vel altero ſemine plerumque duro fœtum abeunte, gaudens.

In uſu eſt

Ruſcus Myrtifolius aculeatus Tourn. I. R. H. Claſ. 1. S. 2. g. 3. Ruſcus J. B. 1. 579. Ruſcum Dod. Pempt. 744.

Creſcit copioſe in Italia, apud nos in hortis colitur. Locis gaudet aſperis. Primo vere turiones promit, autumno ſemen.

Radix quæ eſt albicans ab initio ſaporis dulcis mox amari inter 5. aperientes majores recenſetur, & hinc non tantum in hydrope ſed & ictero atque menſium ſuppreſſione commendatur. In ſtrumis & ſcrophulis diſcutiendis hæc radix ad ʒj ſingulis mane vel ſola vel cum radice Scrophulariæ aut filipendulæ aſſumpta deprædicatur.

Cum ſaccharo ex baccis Ruſci parant quidam conſervam quam juxta RIVERIUM in urinæ ardore & gonorrhœa virulenta admodum deprædicant. Datur ad ʒij. ℥ß pro doſi.

ON ONIS.

[Sunt Anonidis ſpinoſæ flore purpureo C. B. P. radices albidæ, fractu contumaces, lignoſæ, ſaporis & odoris nullius. Pertinet ad leguminoſas papilionaceas, ſiliquis unicapſularibus, ſingulis ſequentibus ſingulos flores tetrapetaloides.]

Ononis ſal ſuum diureticum ligneæ quaſique terreæ ſubſtantiæ incluſum habet, hinc præter virtutem diureticam habet quoque vim abſorbentem & abſumentem ſarcocelen & ramices carnoſas.

Datur cortex, in quo vis major quam in interiori ſubſtantia, ex decoctis & infuſis. Stimulatur ſale proprio vel geniſtæ.

Rad. ononid. ℥iiij herb. ononid. Mij f. infuſ. ex vin. Malvat. deſtilletur, deſtillatum novis radicibus & foliis affunditur, & ponitur in digeſtione, & cochleatim cum ☉e proprio vel geniſtæ à gr. vij. ad xv. contra calculum exhibetur.

℞. Cort. rad. ononid. ʒj exhibe ex decocto proprio per integrum menſem ad curandam ſarcocelen.

RUBIA.

Ὄνωνις, quod aſinis opituletur. Ὄνωνος, Ἄνωνις, quod nullam utilitatem præbeat. ANONIS, RESTA BOVIS, REMORA ARATRI, quod inter arandum radices illius longiſſimæ & fibroſæ boves aratrumque remorentur; Heckel-Kraut / Hau-Hechel / Heu-Hechel / Ochſen-Brech / Pflug-Sterz / ARRET BOEUF, BUGRANE, BUGRANDE. Vocatur etiam ACUTELLA, URINALIS, URINARIA HERBA, quod urinam ſtrenue moveat, unde equites Stall-Kraut vocant, eo quod decoctum ejus equis mejere nequientibus bibendum offeratur.

Eſt planta flore papilionaceo ex cujus calyce ſurgit piſtillum quod abit in ſiliquam turgeſcentem. Semina ut plurimum reniformia

formia & folia terna ſingulis pediculis inſident, quandoque tàmen in eadem planta naſcuntur etiam folia ſingularia.

In uſu eſt potiſſimum illa ſpecies quæ maxime communis.

Anonis ſpinoſa flore purpureo C. B. Pin. 389. Anonis ſive reſta Bovis vulgaris purpurea I. B. 2. 355. Anonis Dod. Pempt. 743. Naſcitur in campeſtribus, dumetis, arvis ſecus vias, floret Julio & Auguſto.

Radix hæc 5. radicibus aperientibus majoribus annumerata caute, ut bene TOURNEFORTIUS monet, in eo caſu ubi calculus jam formatus in renibus èxiſtit, uſurpari debet ne majores excitentur cruciatus.

Sunt qui aſſerunt Turiones Ononidis inſtar aſparagi coctos urinam ciere reneſque & hepar reſerare. Sunt qui decoctum hujus radicis in hæmorrhoidibus cæcis leniendis, putredine oris ac dolore dentium ſcorbutico commendant

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua ex integra planta cum radicibus eruta Hauhechel-Waſſer / *Eau d'Arretbœuf*, ut & *Sal.* Hauhechel-Saltz/ *Sel d'arretbœuf*, quod præ reliquis ſalibus fixis nihil peculiare obtinet.]

RUBIA.

[Eſt rubia tinctorum ſativa C. B. P radix oblonga, tenuis, ſucculenta, extus & intus rubicunda, ſaporis ex dulci amaricantis & adſtringentis, odoris nullius.

Refertur ad ſtellatas, ſeminibus poſt ſingulos flores nudis binis, foliis ad ſingula caulium genicula pluribus, radiatim decuſſatis.]

Si inculta naſcitur parum rubedinis habet & ad uſum tinctorum minus apta, ſed ad uſum Medicum optima. Rubia partium tenuiorum quam ononis, & proinde virtutis potentioris, viſcerum ſimul obſtructionem reſerat, & ſanguinem congrumatum potenter diſſolvit, quam ob cau-

ſam vulneraria cenſetur. Datur ad ʒj in pulv. in | dec. ad ʒ ij.

℞. Rad. rub. ocul. ♋. ana ʒj. ſperm. Cet ϑj. ♁ vol. ſuccin. ϑß. M. f. pulv. pro ij vel iij doſibus contra caſum ab alto, ubi metus ſanguinis congrumati, ſimul gr. j. vel alterum moſchi detineatur in ore.

℞. Rad. rub. ʒiiij Cin. ſtip. fabar. Mß. coq. in ▽ f. apozem. diureticum, in difficultate Urinæ ſeu iſchuria à ſanguine congrumato.

RADI-

Ἐρυθρόδανον, Ἐρυθρὸν RUBRUM quaſi ἐρύθρη ῥίζα rubra radix, RUBIA TINCTORUM quoniam iis ad tingendum inſervit, Röthe/ Färber Wurtz / Färber-Röthe GARANCE

Planta eſt flore monopetalo campaniformi patente & multifido, calyce abeunte in fructum ex gemellis baccis conſtantem ſemine fœtis ut plurimum umbilicato, ut & foliis verticillatis gaudens Rubia tinctorum ſativa C. B. Pin. 333. Rubia ſativa I. B. 3. 714. Rubia Dod Pempt. 352.

Solo pingui fœcundoque gaudet, æſtate floret ſemenque producit.

Radix quæ una eſt ex ϛ. aperientibus minoribus, colligenda Majo & Junio ex Rubia ſativa, ubi deinde reſiccata in uſus Medicorum & Tinctorum venit.

Conducit in ictero hydrope & menſibus retentis. A TOURNEFORTIO multum commendatur in affectibus hyſtericis præſertim cum dimidia parte ſuccini & croci ♂ mixta. Laudatur a quodam ad herniam tum externe tum interne uſurpata

RADICES AMARÆ SALE FIXO CONSTANTES.

Conveniunt virtute cum ♁ibus volatilibus ♌ſis, verum

rum rigidiora ſunt & potentiora, ut in morbis chronicis pertinaciſſimis, & auſtera acida putrida validius infringunt, ac per diureſin & diaphoreſin expellunt.

GENTIANA.

[Eſt gentiana major lutea C. B. P. Radix longa, craſſa, foris fuſca, intus ex flavo rufeſcens, ſaporis intenſe amari, odoris nullius. Pertinet ad plantas bicapſulares flore monopetalo uniformi.]

Gentiana ob amaritiem intenſiorem & ⊖ fixum rigidius & potentius in ſpecie confert in febribus intermittentibus, & ab his orta ventriculi debilitate, expellit quoque lumbricos, quibus amara adverſa ſunt, & ratione virtutis alcalinæ, contrariatur acidis putridiſve in quibus vermes nidulantur.

Sub ſpecie turundæ fiſtulis intruditur, quia laxior radicis ſubſtantia à ſuſceptis ex fiſtula humoribus intumeſcens eam ſenſim dilatat, & quia ⊖ acre callum ulceris fiſtuloſi exedit ſeu abſumit: eandem ob cauſam pulvis ejus fonticulis ubi fluere deſinunt inſpergitur, vel ſub forma globuli inditur.

In theriacam recipitur: ex ſolo melle & hac radice fac theriacam: in hydrophobia laudatur ſpecifice; ob nimiam ſui diaphoreticam & diureticam exſiccantem vim obeſis & pinguioribus convenientior eſt quam emaciatis.

℞. Rad gentian. ʒß ⊖ abſynth. gr. xv. in robuſt. ad ℈j commodiſſime in pilulas redigitur cum extract. inſpiſſato abſynthii q. ſ. f pil ⊙ fol. involvend. Conveniunt in omnibus febribus intermittentibus ſeu tertianis ſeu quartanis.

℞. Rad. gentian. ſerpent. virg. Cort. Chin. Chin. ana ℈ß. ⊖ prunell. ℈ß. vel gr. xv. M. f. pulv. vel prædicto modo

do poteſt redigi in pilulas.

Cum ſaccharo ℈ni poteſt exhiberi in ▽ graminis contra vermes.

℞. Rad. gentian. ʒiij. ſerpent. virgin. ʒß. Cort. Ch. Chin. ʒiij flor. cent. min. p. j. pip. long. ʒß. M. f. vin. medicatum, cui in alvi adſtrictione adde rad. Jalapp. (folior. ſennæ) ʒß. helleb. n. ʒiij. paſſul. exacin. ʒj f. infuſum vel vinum medicatum.

RADI-

Γεντιάνη ab inventore Gentio Illyriorum rege appellata, Entzian/ Bitter-Wurtz / GENTIANE.

Eſt plantæ genus flore monopetalo campaniformi vel patente vel tubulato & multifido cujus piſtillum in fructum membranaceum ovato acuminatum bivalvem unicapſularem ſeminibus fœtum plerumque planis orbiculatis & marginatis abit.

Ex variis gentianæ ſpeciebus uſualis præcipue eſt

Gentiana major lutea C. B. Pin. 187. Gentiana vulgaris major Ellebori albi folio I. B. 3. 520. Gentiana Dod. Pempt. 342.

Gentiana hæc major in montium pratis ac paſcuis variis in locis obſervatur florens Junio ſemen maturans Auguſto. Radix Auguſto & Septembri colligitur eſtque maxime uſualis.

Ob virtutem alexipharmacam ruſticorũ eſt Theriaca & propterea contra peſtem morboſque peſtilentiales maximopere cõmendatur Ob vim aperitivã cõmendatur in obſtructionibus viſcerũ hepatis atque lienis Ictero, hydrope, urinæ menſiũ obſtructione, Chloroſi paſſione hyſterica. Doſis interne eſt ad ʒß ad ʒj in ſubſtantia, bolo aliove modo ut occultetur amariſſimus ſapor. Externe egregie vulneraria eſſe dicitur, in vulneribus mundificandis cumque Theriaca in morſu canis rabidi aliiſq; vulneribus venenatis imponitur. Non tantum Theriacam ſed plures alias ingreditur compoſitiones Mithridatium, Diaſcordium, acetum Theriacale &c.

Ab Agricola commendatur ad longævitatem vitæ, ſi quotidie portiuncula aſſumatur. Cortici Chinæ Chinæ nonſolum addi ſed & ſubſti-

tui

tui poteſt docentibus illud ipſis ruſticis

IN OFFICINIS ASSERVATUR

Aqua Gentianæ deſtillata Entzian-Waſſer/ *Eau de Gentiane.* Sed ſi dicendum quod res eſt non tantarum videtur eſſe virium & potius præferendus ſuccus expreſſus ad ʒj. ℈jv. &c. aſſumendus: vel ſaltem eligi debet *Extractum Gentianæ*, Entzian-Wurtzel-Extract / *Extrait de Gentiane* cum ſpititu vini paratum quod ad febres intermittentes quaſvis, morbos inſuper omnes ab acido oriundos, hydropem præterea ſuffocationem aſthma &c. deprædicatur. Doſis ejus per ſe eſt ad grana xv. ℈j &c. vel miſcetur etiam cum aliis.

RADICES SALE FIXO CUM PAUCO SALE VOLATILI CONSTANTES INCLUSO RESINÆ.

Peucedanum.
Fraxinella ſeu Dictamnus albus.
Ariſtolochia.
Filix utraque.
Oſmunda.

Huic ☉i conjuncta eſt reſina, quæ ad ſtrobilos pini & abietis accedit. Unde quoque judicatur participare de blanda quadam volatili aciditate, qua ſtrobili pini gaudere videntur, idcirco convenit in Uteri obſtructione, in ſedandis doloribus, incidendo pulmonum muco.

PEUCEDANUM.

[Eſt Peucedani Germanici C. B. P. radix craſſa, lon-

ga, ſuperius coma prædita, extus nigreſcens, intus albeſcens, ſaporis pinguis acriuſculi, odoris ſulphurei.]

Datur ut ſuperiores radices.

℞. Rad. Peuced ſtrobil pin. & abiet. ana ℥ij herb. chamæp. M^{ß}. f. decoct. ex ▽ vel vino, ad quoſcunque dolores, & obſtructiones Uteri tollendas: remedium fuit Plateri.

FRA-

Πευκέδανον, πευκέδανες quod folio ſit pinus, vel à piceo fœtore dictum, FOENICULUM PORCINUM Sau-Fenchel/ Haar-ſtrang/ à coma quæ ſupra radicem cernitur, QUEVE DE POURCEAU, FENOUIL DE PORC. Refertur ad plantas roſaceas umbelliferas. Calyx abit in duo ſemina plana fere, ovata leviter ſtriata & marginata. Peucedanum Germanicum C. B. Pin 149. Peucedanum minus Germanicum I. B. 3. p. 2. 36. Peucedanum fœniculum porcinum Lob. Icon. 781.

Non tantum in montoſis locis atque umbroſis ſed & in pratis humidis aridiſque etiam in ipſa Alſatia provenit, floret Julio & Auguſto. In uſu eſt radix colligenda potiſſimum autumno, quo tempore quandoque radici ſuccus concretus adhæret. Rectius autem verno tempore quoniam magis ſucco plena legitur. Effoſſu quidem difficilis eſt, & juxta TRAGUM dum effoditur graviſſimum ſpirat odorem, ita quidem ut niſi monitus quis illam aggrediatur lædatur odore: qua de cauſa veteres priuſquam illam colligerent caput & nares roſaceo perfundebant ne capitis dolore premerentur & vertiginem ſentirent. Aſt memini aliquoties erutam fuiſſe radicem nullo ſubſequente incommodo.

Multæ huic radici adſcribuntur vires tum internæ tum externæ. Ob virtutem autem attenuantem aperientemque ad obſtructiones viſcerum & morbos inde dependentes imprimis in affectibus pectoris à materia craſſa tenaci viſcidaque ortis, tuſſi aſthmate ut & nervinis affectibus celebratur, quo in caſu gelatina ex radice præparata aut conſerva radicis maxime extollitur, cui & virtus antihyſterica tribuitur & antihypochondriaca. Sunt qui in ore detentam radicem ſuffo-

focationem uteri tollere asserunt. Extrinsecus quoque maximopere commendatur in ulceribus sordidis etiam inveteratis curandis. Sic quoque lixivium radicis capillos promovere dicitur, ne dicam de aliis viribus, quas affingunt, sed tamen sufficienti experientia nondum comprobatis, dum vix in usum trahitur hæc radix æque ac tota planta. Dosis interim radicis exsiccatæ est ad drachmam semis &c. In infuso & decocto majori in quantitate adhibetur. Multi autem succum superius dictum præferunt.

FRAXINELLA.

[Est dictamni albi vulgo sive fraxinellæ C. B. P. radix, seu potius radicis cortex crassiusculus, albicans, cannæ in modum convolutus, saporis amari.]

Fraxinella plus habet ⊖is volatilis quam Peucedanum, quod arguit bituminosus & aromaticus odor, propterea etiam cortex, in quo vis concentrata est ad partum facilitandum, excludenda lochia, maxime laudatur, ob intensam sui amaritiem contra lumbricos exhibetur. Datur ut cæteræ radices.

℞. Rad. fraxinell. ʒiij. N. M. ℈ß. M. f. pulv. exhibetur ex vino vel ▽ puleg. ad facilitandum partum, loco stimuli add. Castor. gr. v. borrac. gr. v.

℞. Rad. fraxinell. ʒiij aristoloch. ℥j. castor. ʒj. f. infusum ad passionem hystericam tollendam, it. ad remoras mensium & fœtum expellendum.

ARI-

FRAXINUS PUMILA, ob foliorum similitudinem, Aesch-Wurtz / Aescher-Wurtz / DICTAMNUS ALBUS propter radicem albam, DICTAMNUS GERMANICUS, DICTAMNUS VULGARIS Weiser Diptam / Gemeiner Diptam / FRAXINELLE

Est plantæ genus flore polypetalo anomalo vaginis insequenti-

 bus

bus in capitellum collectis capsulam aduncam complectentibus, quæ vi elastica bifariam dissilit, cornuum arietis in modum se inflectit, seminibusque ut plurimum turbinatis scatet.

Fraxinella Clusii Hist. 99. Dictamnus albus vulgo sive Fraxinella C. B. Pin 222. Fraxinella Officinis dictamnus I. B. 3. 494.

In usum quoque trahi potest altera species sed rarior est.

Fraxinella niveo flore Clus. Hist 100. Crescit Fraxinella odore se commendans gravi in Gallia, Italia atque Germania & quidem in montibus & collibus, solo gaudet lutoso & saxoso. Colitur etiam in hortis, floret Junio.

Usurpatur pro scopo Medico sola radix, virtutibus præter allegatas gaudens siccante, aperiente, alexipharmaca. Cordialis atque Cephalica est maxime in affectibus serosis. Imprimis contra Epilepsiam laudatur. Sunt qui gravidis circa medium tempus suadent pulverem radicis fraxinellæ cum polenta ac nuce moschata ad partum facilitandum & secundinarum faciliorem solutionem, sed quid si abortus sequeretur. Quidam aquam ex floribus destillatam ad faciem clarificandam deprædicant.

ARISTOLOCHIA.

Aristolochia rotunda cæteris aristolochiis præstantior, sal fixum paucumque volatile in substantia pinguiori fovet, propterea in tussi, asthmate, facilitando partu, mensibus pellendis, scabie, incidit, aperit & anodyna est. Recipitur quoque inter vulneraria, & in clysteres ad Morbos soporosos, it. in cardialgia cum ovo sorbili data specifica audit.

Aristolochia longa ⊖ia sua in substantia laxa & nonnihil spongiosa gerit, unde simul imbibit, absorbet & abstergit, hinc veluti gentiana fistulis dilatandis intruditur sub specie turundæ.

Aristolochia tenuis remissiorem habet amaritiem, ast si sit recens intensiorem acredinem volatilem & penetrantem, quo nomine cæteris aristolochiis additur tanquam stimulans.

Ari-

Ariſtolochia cava ♁ fovet in ſubſtantia farinacea ferme in mucilaginem fatiſcente, & à multis præfertur ariſtolochiæ rotundæ, præcipue quoad vim anodynam & mulcentem, ſi nempe ſit recens.

Ariſtolochia fabacea remiſſior eſt & debilior quam cava, ob ſui ſubſtantiam farinaceam majorem habet vim exſiccantem & abſorbentem quam cæteræ Ariſtolochiæ, unde illam ſolent eligere Chirurgi in denudatis oſſibus.

℞. Ariſtol. ir. flor. ana ʒj. f. pulv. tenuiſſimus oſſibus denudatis inſpergendus, ubi vero jam nigreſcunt oſſa, add. Euphorb. ℈j in principio gangrænæ frequenter uſurpatur.

℞. Ariſt. rot. ʒj. cape ex vino enulato contra ſcabiem cum aſthmate & doloribus.

℞ Ariſt. rot. ℈ij Myrrh. gr. xv. borrac. ℈ß. Caſtor. gr. vij. Croc orient. gr. v. f. pulv. in partu difficili; ſumi poteſt ex vino.

℞. Rad. ariſt. rot ʒj. ſumatur ex ovo ſorbili calido contra cardialgiam, quod mire deprædicatur.

℞. Ariſt. cav. ir. flor. helen. ana ℈j. f. pulv. capiendus ex oxym. ſcyll. ▽ puleg. contra aſthma ſcorbuticum cum doloribus.

℞ Rad. ariſt. cav. gentian. ana ℈j ☿ dulc. rit. par. gr. xv. f. pulv. pro ij vel iij doſ. ſumi poteſt ex ▽ graminis contra lumbricos.

FILIX.

ARISTOLOCHIA quaſi ἀρίστη ταῖς λόχοις ἢ ἁλαῖς λοχεύσαις quoniam ad lochia optima & parturientibus & puerperis opem ferat Oſterlucey / Hohl-Wurtz / ARISTOLOCHE

Quinque ab Authore hic recenſentur ſpecies quarum tres priores propriè ad Ariſtolochiam, reliquæ vero duæ ad fumariam pertinent.

Eſt autem Ariſtolochia plantæ genus flore monopetalo anomalo tubulato& lingulato plerumque adunco, cujus calyx abit in fructum membranaceum ut plurimum globoſum ovatum vel cylindraceum, in loculamenta ſex diviſum, ſeminibus fœtum compreſſis ſibi invicem incumbentibus.

Tres ſpecies Ariſtolochiæ hic recenſitæ ſunt

Ariſtolochia rotunda flore ex purpura nigro C. B. Pin. 307. Ariſtolochia I. B. 3. 559. Dod. Pempt. 324. Runde Oſterlucey/ Ariſtoloche ronde.

Ariſtolochia longa vera C. B Pin. 307. Ariſtolochia longa I. B. 3. 560 Dod. Pempt. 324. Lange Oſterlucey / Ariſtoloche longue.

Ariſtolochia Clematitis recta C. B Pin. 307. Ariſtolochia Clematitis vulgaris I. B. 3. 560. Ariſtolochia Clematitis Bætica Cluſ. Hiſt. LXXI. Ariſtolochia altera radice tenui Cæſalp.

Hujus tamen Ariſtolochiæ tenuis loco ab aliis recipitur radice quoque tenui prædita

Ariſtolochia piſtolochia dicta C. B. Pin. 307. Ariſtolochia polyrrhizos I. B. 3. 561. Piſtolochia Dod. Pempt. 325.

Ariſtolochia authoris cava eſt

Fumaria bulboſa radice cava major, flore rubro dilutiore C. B. Pin. 143. Fumaria bulboſa radice cava flore purpuraſcente I. B. 3. 204. Radix cava Dod. Pempt. 327. Ariſtolochia vulgaris rotunda Trag. falſche Hohl Wurtz/ Runde Hohl-Wurtz/ Hertz Wurtz/ Donner-Flug / *Racine creuſe*: hujus rurſus diverſæ ſunt ſpecies flore potiſſimum differentes ſed promiſcue uſuales.

Ariſtolochia tandem fabacea eſt Fumaria bulboſa radice non cava minor C. B Pin. 143. Radix cava minor Dod. Pempt. 327 Kleine Hohl-Wurtz / Kleine Hahnen-Sporn / Ariſtolochia Bulboſa radice ſolida calcari & folio criſtato I. B. 3. 205. Ariſtolochia rotunda vulgaris ſolida Trag.

Ariſtolochia rotunda annotante JOHANNE BAUHINO creſcit pingui ſolo in pratis & humidioribus agrorum marginibus Hiſpaniæ, Narbonenſis Galliæ, Languedociæ, Provinciæ, Italiæ, floret calidioribus in regionibus ineunte vere. In Germania vero ubi in hortis colitur Majo & Junio flores promit. Longa quoque campeſtribus locis inter ſegetes & in quibuſdam vinetis, reperitur in Gallia Narbonenſi

bonenſi & etiam in Hiſpania, apud nos in hortis alitur. Clematitis obſervatur quoque in hortis in quibus ſuo reptatu valde moleſta. Reperitur etiam in pleriſque Galliæ, Hiſpaniæ, Ungariæ Germaniæque locis. Ariſtolochia piſtolochia in regionibus quoque calidioribus provenit, floret cum reliquis.

Fumariæ bulboſæ ſpecies occurrunt in dumetis locis frigidis & opacis, ut & in vinetis: primo florent vere, imo, haud raro, citius.

Ex his plantis in uſum præſertim cedunt radices & ſæpius etiam folia.

Ariſtolochia rotunda, quæ etiam fœmina audit, definiente Dale, eſt radix craſſa rotunda, rugoſa & tuberoſa, foris fuſca intus lutea ſaporis triſti amarore guſtum afficientis.

Ariſtolochia longa, quæ maſcula quoque appellatur juxta eundem, eſt radix oblonga rotunda, craſſa, rugoſa, foris fuſca intus ſublutea ſaporis itidem amari & acris odoris non ingrati.

Ariſtolochiæ Clematititi tenuis eſt radix multiſque fibris capillata odore non ingrato ſapore amaro.

Ariſtolochia autem polyrrhizos ex radicis, ut loquitur BAUHINUS, argumento nomen invenit, quæ ex plurimis junceæ tenuitatis, buxei coloris radiculis in unum tandem caput coeuntibus eſt compoſita. Fumaria bulboſa alia eſt radice bulboſa cava, lata, ſeſſili, fibris aliquot donata colore intus foriſque buxea, ſapore amaro interdum non maior nuce juglande, alias pugno maximo major, quaſi ex compluribus bulbis compacta, continuis tamen. Alia vero eſt radice bulboſa non cava rotunda, avellanæ magnitudine interdum minore, interdum majore, membranula quæ facile trahenti cedit inveſtita, foris buxea ſubalba intus, amara cui fibræ capillares aliquot adnatæ.

Quod virtutes radicum Ariſtolochiæ concernit licet non cum APULEIO, hyperbolice tanti Ariſtolochiam aſtimante, ut dicat Medicos ſine ea nihil feliciter curare poſſe, ſentiam, attamen haud parvi pendenda. Ob vim alexipharmacam Theriacæ eſt ingrediens ubi diſputant quænam proprie recipienda ſit, aliis rotundam, longam aliis, quibuſdam Clematititem nonnullis piſtolochiam recipientibus. Sicuti autem minime peccant qui vel longam vel rotundam ſeligunt, ita quoque ii non redarguendi, qui Clematititi piſtolochiam cum Charas præferunt. Cephalica quoque habetur atque hepatica unde in ictero conducit. In ſeroſis quoque affectibus, cachecticis, hydropicis & œde-

œdematoſis utilis exiſtit. Ventriculo dicitur eſſe admodum amica. In aſthmate Scorbutico ad mucilaginem tartaream reſolvendam maximopere extollitur. Vis uterina ad partum lochiaque promovenda adeo celebratur ut tam efficaces aſſerantur longa & polyrrhizos præſertim, ut radices utriuſque pari momento partim intro dato partim in peſſario admoto elicuerint fœtum jam ſeſquidiem fruſtra erumpere conatum, fœtuſque involucra lacerata enixam puerperam tridui cruciatibus pene enectam: eoque multus omnium uſus apud Monſpelienſes, verba ſunt adverſariorum PENÆ & LOBELII. Vis ejus vulneraria ſummopere quoque celebratur, dum non tantum ad vulnera recentia ſed etiam ulcera ſordida & antiqua putreſcentiaque adhibetur, humores, ichoroſos abſorbet & imbibit, ſordes extergit, vermes necat ſpiculaque extrahit. Imprimis in tibiarum ulceribus etiam cacoœtheis pulverem Ariſtolochiæ in aqua veronicæ decoctũ, petia exceptum & applicitum, vel etiam ſolum decoctum adhibitum multum profuiſſe teſtatur S. PAULI in Q. B. Hinc etiam veterinarii tam radice quam herba frequentiſſime in ulceribus & vulneribus equorum utuntur. Et quis ignorat commune plebejorum vulnerarium eſſe imponere folia Ariſtolochiæ vel per ſe vel in vino &c. decocta. Ejus uſus quoque eſt externus in ſcabie tam in decoctis quam linimentis. Sicuti quoque ejus pulvis in ſcabie humida, ſerpigine, herpete inſpergitur. Non ſolummodo autem externe hanc vim exſerit ſed & interne conducit, tumores & abſceſſus internos rumpendo & aperiendo juxta SENNERTUM & FERNELIUM, ſanguinis grumos diſſolvendo, & exulcerationes præſertim pulmonum curando, teſte HOFFMANNO in SCROEDERUM, laudatur quoque in procidentia uteri. Sunt qui dicunt eo in caſu ubi magis attenuandum rotundam, ubi vero magis abſtergendum longam eſſe recipiendam, aſt hæcce differentia non nimis religioſe eſt attendenda.

Fumaria bulboſa viribus cum Ariſtolochia fere convenit.

OLEUM ANTEPILEPTICUM HOFFMANNI

℞. Rad. Ariſtol. long. rec. & optim. mund. ℥j. Caſtor. Euphorb. ana ʒj. ol. oliv. ℥iij vel ℥jv. circiter: radix Ariſtolochiæ inciſa prius coquatur & demum reliqua addenda ſunt ingredientia, invicem mixta tecta operculo coquenda & demum per linteum colanda. Oleum hoc in inſultu Epileptico & ſingulis lunæ quadraturis mane ac veſperi ſpinæ dorſi à nucha incipiendo uſque ad coxendicem inunctum miſa præſtare dicitur in ipſo paroxyſmo & extra paroxyſmum.

FI-

FILIX.

[Filix mas ſeu non ramoſa dentata C. B. P. & fœmina ſeu ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis C. B. P. eſt radix craſſa, ramoſa, fibroſa, foris nigricans intus pallida, multis appendicibus involuta & implexa, ſaporis primum ſubdulcis inde amariuſculi ſubadſtringentis, odoris nullius.

Jungitur plantis epiphylloſpermis, floribus muſcoſis & ſeminibus pulverulentis averſa foliorum parte adnatis, exiguis veſiculis per maturitatem in binas partes diſſilientibus incluſis, foliis diviſis.]

Filix utraque ♁ ſuum fixum particulis terreis & viſcidis incluſum habet, laudatur tanquam aperiens in affectu hypochondriaco aliiſque morbis chronicis; In pellendo calculo & nephritide ut & in vermibus expellendis ſingularis habetur. Decoctum ejus ſuper vermes effuſum eos necat; quia oleoſum eſt & vermibus aërem non concedit. Expreſſa mucago membris ambuſtis mire medetur.

Contra lumbricos datur in ſubſtantia, ſtimulatur ☿dulci ſem. cinæ ſeu ſanton. it. in morbis chronicis datur in decocto.

Vis plurima conſiſtit in julis ſeu novellis germinibus.

℞. Rad. filic. oſmund polypod. ana ℥ij herb. capill. ♀ Mj. paſſul. corinth. ℥ß. ♁ ♀ri ℥ß. coq. ex ▽ communi, decocto calenti add. Epithym Mj. caryoph. arom. ʒß. f. apozema contra morbos chronicos, add. ſyr. capill. ♀is. q. ſ.

℞. Rad. Filic. fœmin. ʒj ☿ dulc. gr. x. f. pulv. cap. ex ▽ gramin. pro ij. doſ. excipe melle & fac bolum.

OSMUN-

Πτέρις & πτέριον Græcis dicta ab alis avium, quarum ſpeciem ejus folia in ramulis diſpoſita referunt, Farn/ Faren/ Farn-Kraut/ Wald-

Wald-Fahrn / Stein-Fahren / FOUGERE

Est ex herbis quæ floribus carent & quarum fructus foliis innascuntur, cujusque folia ex aliis foliis componuntur costæ utrinque adhærescentibus in pinnulas seu foliola ad nervum ferme plerumque sectis. Accedit propria quædam facies. Cum duplex filix in usum potissimum veniat, altera mas πλεὼς simpliciter dicta, fœmina altera θηλυπλεὼς & νυμφαία πλεὼς dicta, merito hic notatur quod curiose de utriusque semine annotavit magnus TOURNEFORTIUS in I. R. H. Filicis scilicet maris vulgaris fructus foliis innascuntur bino plerumque ordine pinnulis affixi clavi ope, altera parte retusi: detracta vel corrugata membrana quadam convexa, quæ ferri equini formam habet, sese oculis objicit numerosa congeries vesicularum ferme ovatarum annulo elastica vi donato munitarum, cujus contractione rumpuntur illæ seminaque fundunt minutissima. Filicis fœminæ vero & aliarum specierum fructus seu vesiculæ ovatæ occurrunt in sinubus quibusdam, namque autumno pinnularum margo plerumque producitur incurvatur & complicatur

Filix ubique sylvis & neglectis incultisque; innascitur agris, testante Horatio dicente: Neglectis urenda Filix nascitur agris. Marcescit sub Hyemem, nova vere erumpunt folia tota æstate in vigore futura

Species usuales sunt sequentes

Filix ramosa major pinnulis obtusis non dentatis C. B. Pin. 357. Filix major & prior Trago sive ramosa repens I. B. 3. 735. filix fœmina Dod. Pempt 462. Fougere femelle ou fougere commune &

Filix non ramosa dentata C. B. Pin 358. Filix vulgo mas dicta sive non ramosa I. B. 3. 735. Filix mas Dod. Pemp. 462. Fougere mâle.

Utriusque radix in usu, & iisdem viribus gaudent, quamvis quidam marem alii fœminam præferant. Colligi autem debet tempore autumnali: Radix hæc imprimis latis tineis enecandis inservit, ubi vel ad ʒj pro dosi adhibetur cum aqua mulsa, vel decoquitur, & decoctum exhibetur. Addi pro ratione circumstantiarum possunt purgantia Scammoneum, Helleborus niger aliave. Vis ejus splenetica à quibusdam quoque celebratur. Calculosis atque podagricis commendatur ejus decoctum. Subjectis frigidis filix censetur esse inimica, gravidis abortum procurare, & mulieribus steri-

litatem

litatem inducere fertur. Externe folia ejus recentia in pileo vel capite geſtata caput dolore afficere aſſerunt; alias ejus farina ulceribus humidis inſpergitur. Tempore annonæ panis quandoque ex hujus radicis farina paratur, ſed guſtus admodum ingrati. Sunt qui pro laxanda alvo commendant decoctum ℥j radicis filicis in duabus libris aquæ. Folia cimices abigere dicuntur. Quod ſi equus conciderit, neſciasque qua ægritudine laboret, tunc particulam hujus radicis linguæ ejus ſubjice eoque facto equus confeſtim utrimque dejiciet recrementa rurſuſque conſurget, teſtante Trago. Ex filice incinerata parari vitra notiſſimum æque eſt ac illud quod agris inſpergatur cinis filicis pro fœcundatione. Superſtitioſum plane eſt, quod quidam nebulones de filicis ſemine deblaterant, quod ſcilicet una ſolſtitiali nocte imprimis Divi I. BAPT. feſtum præcedente floreat eademque hora cum defloruit maturum in terram ſemen cadat, ideo niſi quiſpiam tunc adfuerit nec videri florem nec colligi ſemen poſſe. Hoc certum eſt ſemen adeſſe, aſt vana ſunt & nugæ quæ de hoc ſemine dem ſo genannten Fahr-ſamen / proponuntur. Curioſum eſt illud, quod in radice majore tranſverſim & oblique diſſecta menſibus præſertim Julio & Auguſto collecta aquila biceps nigricans compareat, cui experientiæ (fruſtra contradicit Welſchius ſe nunquam niſi ſequentes numeros arithmeticos 11 vel 10 reperiſſe aſſerens. Utrumque autem verumeſſe poteſt, numeri comparent in radicibus tenerioribus & horizontaliter diſciſſis, Aquila autem in majoribus & oblique ſeparatis conſpicitur.

OSMUNDA.

Filix ramoſa non dentata florida C. B. P. Filici analoga eſt, aſt temperatior & blandior, fovens in mucagine nonnihil ☉is volatilis, quare ſpecifice commendatur in rachitide.

Mucago ejus ad curandam herniam in pueris extra applicata approbatiſſimum remedium: Vis omnis conſiſtit in julis & in radicis medulla.

℞. Jul. Oſmund. coq. c. lacte, cape ſingulis diebus contra rachitidem.

℞. Osmund. medull. ʒiij. Cort. Winter. ziij. herb. capill. ♀ Mj. coq. ex ▽et vin. f. decoct. contra rachitidem.

RADICES PURGANTES.

Constantes particulari textura & figura, poris membranarum tum ventriculi & intestinorum, tum particularum sanguinem constituentium è directo contraria, vehentes simul auram subtilem sanguini inpermiscibilem & hostilem.

SALE

FILIX FLORIDA, FILIX PALUSTRIS Waſſer-Farn / OSMONDE FOUGERE AQUATIQUE. Est plantæ genus floribus carens cujus fructus in uvam quodammodo colliguntur. Fructus autem sunt capsulæ sphæricæ, quæ fibrarum contractione rumpuntur seminaque fundunt minutissima.

Osmunda vulgaris & palustris Tourn. I. R. H. cl. 16. S. 2. g. 1. Osmunda regalis sive filix florida Park. Theat. 1038. Filix floribus insignis I. B. 3. 736. Filix ramosa non dentata florida C. B. Pin. 357. Filix palustris Dod. Pempt. 463.

Nascitur locis riguis ac palustribus ut ait I. BAUHINUS non raro in fossis aquas habentibus, in humidis quoque sylvis. Hyeme folia marcescunt radice restibili.

Fructum quidam pro flore habuerunt, ex radice longa nigricanteque præsertim in usum trahitur pars radicis media subcandida.

Præter vires filici communes laudatur imprimis tanquam vulneraria & cæsis, ruptis & ex alto delapsis summopere commendatur. Sanguinem enim coagulatum dissolvere & foras expellere dicitur.

SALE

SALE VOLATILI GAUDENTES

Asarum.
Cyclamen.
Hermodactyli.
Rhabarbarum.
Rhaponticum.

ASARUM.

[Est Asari C. B. P. radix tenuis, fibrosa, ex fusco rufescens, saporis acris nauseosi, cum aliquali adstrictione, odoris ad Nardum accedentis, unde & Nardus sylvestris appellatur.]

Asarum gaudet ☋e purgante acri, fixo potius quam volatili, & styptica terra, quod confirmat odor, sapor, modus exhibendi & præparandi, in recessu habet quandam vim adstrictoriam.

Datur in substantia à ℥ß. ad ʒj. & ℈iiij. movet vomitum & sedes. Vomitus autem volatilitatis, sedes fixitatis argumentum sunt. Datur in infuso & decocto à ʒij. ad ʒiij. in extracto à ℈j. ad gr. xxv. in infuso rarius vomitum, sedes vero frequentius movet, fortiori igne coctum vel tostum vim purgativam amittit, ac diureticum & uterinum fit.

Melancholicis ex asaro pessima accidunt symptomata, serosis & biliosis plurimum contulisse experientia probat: hinc in hydrope, hydrocephalo, ictero, febribus intermittentibus conducit. Riverius & Timæus extollunt in doloribus ischiaticis, coxæ, alii vero in asthmate tanquam specificum remedium. Ob odoris nardini graveolentiam vir-

tutis uterinæ indicem, Menſes, fœtum, lochia pellit & promovet. Pro ſcopo purgante datur ʒj. pro Utero movendo in minori quantitate gr. vij. ad ℈ß.

Toti huic radici non eſt confidendum, in quibuſdam officinis planta extat inſipida, plures non purgavit radix etiam in ſylveſtribus proveniens, contra in quibuſdam adeo vehementer, ut ultra ℈j. non liceat aſſumere.

Conjungitur, ſtimulatur, corrigitur variis medicamentis appropriatis, uterinis & thoracicis additur pro ſtimulo.

℞. Rad. galang. ℈ß. aſari ʒß. ⊖ ♀ri gr. v. l. vj. M. f. pulv. capiendus ex oxymell. ℥j.

℞. Rad. aſari ʒij. gentian. ℥ß. centaur. min. pug. j. coq. leniter cum Cereviſ. ex hoc decocto cape ⊖ abſynth. ℈j. contra febres intermittentes, præprimis contra quartanam.

℞. Rad. aſari ʒj. calam. arom. ℥ß. curcum. ʒj. caryoph. ℈ß. f. infuſum cum vino antiictericum & hydropicum.

℞. Caſtor. ℈ß. borrac. Ven. gr. xv. rad. aſari. gr. v. M. f. pulv. excipiendus conſerva florum ſtœchad. vel quocunque ſyrupo ſpecifico, f. bolus in Obſtructionibus Menſium.

CY-

Ἄσαρον à σάρω orno & particula privativa α derivatur, eo quod olim in coronas non aſſumebatur. Vocaturalias ASARA BACCARA, BACCARIS, NARDUS SYLVESTRIS & NARDUS RUSTICA ob odorem, VULGAGO juxta Macri Æmilii verſum

Eſt aſaron Græcis Vulgago dicta Latinis, Haſel-Wurtz / CABARET OREILLE D'HOMME, OREILLETTE, RONDELLE, GIRARD ROUSSIN, NARD SAUVAGE.

Eſt planta flore ſtamineo ex calyce tripartito ſurgente, cujus calycis

eis posterior pars abit in fructum utplurimum angulatum in sex loculamenta divisum seminibusque fœtum oblongis.

Asarum C. B. Pin. 197. Dod. Pempt 358. I. B. 3. 548.

Amat montium opaca atque umbrosa loca & plerumque sub corylis in Germania, Gallia &c. invenitur. Herba perpetuo viret, Aprili & Majo interdum tamen & autumno flores & nova etiam folia promit.

In usu sunt ex Asaro radix & folia hederæ provectioris ætatis similia, rotunda, pinguia & læto virore splendentia. Colligitur asarum nunc vere nunc sub finem Augusti initiumque Septembris.

Juxta ACADEMIAM REGIAM SCIENTIARUM analysi Chymica Spiritus Urinosi volatilis haud parum prodit, plurimum olei & nonnihil liquoris imprægnati copioso acido & terreo.

In quartana veluti panacæa habetur si scilicet ante paroxysmum ad ʒß ad ʒj exhibeatur. Dosis foliorum n. 6. 7. 8. 9. in infuso & decocto. In viscidis crassis lentisque humoribus pulmoni inhærentibus conducit. Interdum folia infunduntur & liquor per expressionem separatus pro purgante per inferiora & superiora usurpatur. Folia contusa pulsibus imposita febrem curare dicuntur. Eadem ut & radices in lixivio decoquuntur ad confortandum cerebrum & memoriam, ad nigredinem capillis conciliandam & alopeciam curandam commendantur. Sunt qui dicunt lepores & alias feras sese esu Asari curare.

OFFICINÆ ASSERVANT

Aquam asari destillatam Haſel-Wurtz-Waſſer / *Eau de Cabaret ou d'Oreillette*, sed non magni est momenti aut usus: olim etiam reperiebatur Electuarium diasarum FERNELII ad ʒj ad ʒß dari solitum. Sed hodie exoluit.

CYCLAMEN.

Est cyclaminis orbiculato folio inferne purpurascente C. B. P. radix tuberosa, crassa, orbiculata, carnosa, foris nigra, intus albicans, saporis acris pungitivi exurentis, ingrati, odoris nullius. Constat particulis ⊖nis volatilibus, quæ

quæ avolant cum ſeneſcit, cum terreſtribus, quibus includuntur catharcticis.

Planta eſt tricapſularis, pentapetala, (petalis ad ungues junctis) ſeminibus anguloſis in capſulis rotundis.

Radix recens eſt valde acris, ubi vero exſiccata, nulla acredo percipitur. Purgat cum inflammatione Ventriculi, faucium & ani, ubi nulla purgantia in hydrope effectum dedere uſurpatur.

Particulis purgantibus vehementioribus gaudet quam aſarum, & proinde robuſtioribus datur pro purgando ſero & bile. Ob ſui penetrantiam ſuccus abdomini hydropicorum applicatus aquas educit, unde unguentum de arthanita ingreditur, quod ſequentibus ſtimulatur ɪ. ℥ colocynth. per infuſionem facto.

℞. Unguent. d. arthanit. ʒj. ℥ colocynth. q. v. inunge totam abdominis regionem. ɔ. ℥ ex granis Tilli, quæ ſuppetunt ℥ acerrimum pauciſſimis notum, penes Medicos Indos ſecretiſſimum. Additur quoque Clyſteribus ad excitandos ſoporoſos. Quidam ad ſuppoſitoria recipiunt cum aloë, ad promovendum fluxum hæmorrhoidum.

Licet cum violentia ſumma expurget humores, tamen tardioris eſt operationis, propter particulas terreſtres ut propterea raro in uſum trahatur. Stimulatur aſaro, diagrydio, ♀ro. Plebeii robuſti capiunt ejus ſubſtantiam ad ʒj. pro decocto ʒß. Sed tutior modus exhibendi eſt extracto facto cum ℞ vini vel aceto à ℈j. ad gr. xxv. xxx.

℞. Extr. cyclam. ℈j. ⊖ ♀ri gr. vij. vel ℈ß. diagryd. gr. v. oxymell. q. ſ. f. bolus. in hydrope, ubi alvus purganda.

℞. Extr. Cycl. ʒß. oxym. ʒij. corigitur ▽ cinam. ʒß. f. hauſtus in hydrope.

HER-

κυκλάμινος, κυκλάμινον, CYCLAMINUS ob radicem & folia orbiculata, κισσάνθεμον, κυσσόφυλλον TUBER TERRÆ, RAPUM TERRÆ, UMBILICUS TERRÆ, TERRÆ MALUM, RAPUM PORCINUM, PANIS PORCINUS, porci enim hanc radicem comedunt, PANIS FAUNI, ARTHANITA Zicklamen / Schwein-Brod / Sau-Brod / Erdſcheiben / Erdrüben. PAIN DE POURCEAU.

Eſt plantæ genus flore monopetalo rotato globoſo in quinque partes ſurſum revolutas ſecto, cujus piſtillum abit in fructum fere globoſum membranaceum bifariam dehiſcentem ſeminibus fœtum utplurimum oblongis & angulatis placentæ affixis.

Variæ etiam hujus plantæ ſunt ſpecies, in uſu autem eſt præſertim ſequens. Cyclamen orbiculato folio inferne purpuraſcente C. B. Pin. 308. Cyclaminus folio rotundiore vulgatior I. B. 3. 551. Cyclaminus orbicularis rotundifolius Dod. pempt. 337.

In montibus Rheticis, in Pannonia & Auſtria multum reperitur. Apud nos colitur in hortis, floret Junio & Julio Auguſto & Septembri

In uſu eſt radix colligenda Autumno. Vix aliter uſurpatur quam in *unguento de Arthanita* quod vocatur Germanice Cyclamen-Salb/ *onguent de pain de pourceau.* Unguentum hoc egregium quoque eſt reſolvens ad infarctus & tumores ſcirrhoſos viſcerum.

HERMODACTYLI.

Eſt Colchici radice ſiccata alba, C. B. P. radix rotunda, ruberoſa, cordis figura fere conſpicua, avellanæ magnitudine, compreſſa, albida, ſaporis dum recens acerrimi, dum annoſa ſubdulcis farinacei paulum viſcoſi vel lenti, odoris nullius.

Radix non niſi ſiccata apud nos habetur.

Hermodactylus recens Θem volatilem purgantem in farinacea mollecula ſubſtantia fovens, pituitam & ſerum per vomitum & alvum purgat, ſiccatus vero vel toſtus, & proinde Θibus volatilibus orbatus, propter annoſitatem ſæpe omni virtute catharctica orbatus eſt.

In Ægypto ob blandam viſcidam farinaceam ſubſtantiam cedit præſertim feminis emaciatis in nutrimentum, veluti ari radix & colocaſia [conf. Proſp. Alpin. de plant. exotic l. 2. c. 18.]

In oriente datur recens cum Zinzibere, ſumunt hermodact. ʒß. Zinziber. ϑß. Zinziber additur propter excrementitiam ejus viſcoſitatem tormina cauſſantem. Omnes Medici Indorum ſolo Zinzibere purgantia ſua corrigunt.

Siccatus qualis in officinis proſtat, non niſi cum cæteris purgantibus fortioribus præſcribitur, contra arthritidem & podagram.

Hermodactylus commendatur in gutta ſerena tanquam ſpecificum, ſeq. modo.

℞. Hermod ʒß. exhibe ex ▽ fœnicul. ad gutt. ſerenam, quæ fit à nervo optico obſtructo vel compreſſo à materia viſcida.

℞. Hermod. ϑj turbith. gialap. ana gr. viij. Diagr. gr. iij. Zinz. ϑß. M. f. pulv. ad podagram, ubi alvus eſt adſtrictiſſima.

RHA-

Ἑρμοδάκτυλος quaſi Mercurii digitus Hermodattlen HERMODACTE. Eſt ſpecies colchici, ſcilicet Colchicum radice ſiccata alba C. B. Pin: 67. Colchicum minus malignum ſive Hermodactylus officinarum I. B. 2. 658. Hermodactylus legitimus Dod. Pempt. 461.

Hæc Radix quæ a nonnullis inprimis Pometo male pro fructu habetur, a quibuſdam rejicitur, quoniam colchici venenati radice adulterari poteſt, alii tanquam remedium draſticum & robuſtis corporibus tantum conveniens habent, aſt celeberrimus WEDELIUS recte Hermodactylos inter leniora & mitiora purgantia recenſet, cum non ſint acres nec mordaces ſed pulverem farinaceum largientes.

Notæ bonitatis Hermodactyli ſequenti diſticho comprehenduntur.

LAUS-

Laus tibi de jure datur Hermodactyle clare,
Ac ſolidus ſi ſis, albi cui ſigna coloris.

Nigredo atque rubedo ut & caries maxime in his radicibus vituperatur. In Lue Venerea multum à quibusdam commendatur. In affectibus ſeroſis laudatur. An titulum animæ articulorum nervoſarumque partium mereatur, multi dubitare volunt. Frequentius in infuſis & decoctis quam in ſubſtantia datur. In infuſis autem adhibetur ad ʒij. ʒß &c. Olim proſtabant in Officinis *Pilulæ de Hermodactylis*, ſed exoluerunt æque ac *electuarium caryocoſtinum* cujus ingrediens quoque conſtituunt Hermodactyli.

RHABARBARUM.

Eſt lapathi maximi Sinenſis radix prægrandis, oblonga, tuberoſa, circularibus zonis rugoſa, tuberibuſque inæqualis, communiter ponderoſa, foris fuſca intus crocea, nonnihil fungoſa, ſaporis amaricantis & lenta viſcedine ſubadſtringentis, nauſeoſi odoris pontici debilis.

Conſtat ☉e purgante volatili, pauca reſina, & terrâ, hinc ob ☉ volatile pinguedine quaſi temperatum blande purgat bilem & pituitam, & ſpecificum eſt in ictero, & affectionibus à bile oriundis.

Vim purgantem in volatilitate conſiſtere exinde patet. 1. quia extractum cum ▽ factum purgat. 2. quod ſiccatum ætate omnem vim purgantem amittit & acredinem. 3. quod aqua ejus deſtillata eſt nauſeoſa, acris & purgativa, quod jam Borrichius in act. Hafn. obſervavit. 4. ejus odore ſolo quidam ad ſedes moventur 5. per coctionem amittit purgantem virtutem.

Subducit quoque copioſe Urinam, eamque bene coloratam & pinguem reddit. Ob reſinam blandam anodynum eſt & balſamicum in vulneribus, ſuas operationes cum vi anodyna abſolvit, ob terram auſteram relinquit in receſſu vim adſtringentem.

Tota ſui ſubſtantia ſingulare antidyſentericum infringens, purgans & mitigans acidum, relinquens in receſſu vim anodynam & adſtrictoriam.

Conveniens eſt Medicina Melancholicis, quod acidam ventriculi cruditatem tollit, nam quando acidum affunditur rhabarbaro effervescit, ut & delapſis ab alto, quod ſanguinem congrumatum diſſolvit.

[Rhabarbari elogium & de ſingulari ejus virtute contra hydropem vid. ap. Scholz. Epiſt. med. xv. p. m. 18.]

Conducit in gonorrhæa, urinæ ardorem temperando, malignitatem expellendo, fluxumque ſiſtendo. Toſtum & volatilitate orbatum pulchre abſorbet & adſtringit, hinc in gonorrhæa, hæmorrhagiis, aliiſve fluxibus ſiſtendis feliciter adhibetur.

Vertiginoſis aliquando nocet, [conf. Joh. Mauric. Hoff. C. N. C. Dec. III. an. 2. obſ. 208. de vertigine à rhabarbaro] quia ejus fumus & ponticus odor cerebrum petit & turbat.

Crudum datur ad ʒj. ʒiß. in infuſo ad ʒß. Ob debilem purgandi vim jungitur & ſtimulatur variis. Corrigitur ejus acredo & amarities refrigerantibus aqueis, v. c. ▽ Cichor. Endiv. Plantag. ſero lactis, ſucco violarum, roſarum. Toſtum ſeu fortiori △e coctum & rurſus ſiccatum datur ad ʒj.

℞. Rhabarb. ʒj. ⊖ ♀r. gr. x. vel. xx. M. f. pulv. in ictero ex vino calido ſumendus.

℞. Rhabarb. ʒj. Elect. è ſucc. roſar. ʒiij. ⊖ abſynth. Crem. ♀ri ana ℈ß. ſyr. d. cich. c. rhab. q. ſ. M. f. bolus in omnibus affectibus biliosis exhibendus.

℞. Rhab. ʒß. ⊖ abſynth. ℈ß. N. M. ℈ß. caryoph. g. ij. l. iij. M. f. pulv. exhib. ex ▽ Cinam. pro purgante in febribus cum diarrhæa.

Rhad.

Rhab. ʒij. fl. roſ. rubr. p. ij. infund. in ſeri lactis ſ. q. pone in digeſt. per aliquot horas ℞. Colatur ℥iij. add. ſyr. roſ. ſol. ℥ß. M. f. pot. laxans in dyſenteria benigna.

℞. Rhab. ʒß. Laud. op. g. j. additur propter tormina, Conſerv. roſ. r. ʒj. ſyr. roſar. q. ſ. f. bolus in Dyſenteria conveniens.

℞ Rhab. ʒß. extr. tormentill. inſpiſſ. gr. xv. terr. ſigill. l. C. C. præp. ℈ unicorn. foſſil. ϑß. theriac. ϑj. ſyr. roſ. q. ſ. f. bolus in Dyſenteria maligna.

℞. Rhab. toſt ʒj. ℀ Nuciſt. expr. ʒß Corall. r. præpar. ϑj. Laud. op. gr. j. M. f. pulv. excipiendus ſi placet conſerv. roſar. r. ſ. nymph f. bolus in quocunque fluxu ſiſtendo.

℞. Rhab. toſt. ʒj. N. M. toſt. ſacch ♄ni ana ϑj. oſſ. ſep. præp. ϑß. reſin. thereb. q. ſ. f. pil. in gonorrhæa ſimplici & pollutione nocturna ex debilitate, add terr. aluminoſ. dulc. ϑj. ad malignitatem expellendam adde ☿ virid. quantum videtur, nempe pro qualibet doſi gr. iij. ad v. in principio, in progreſſu vero ſingulis diebus gr j. ſub finem gonorrhææ, ſi fluxus non vult ſiſti add. borrac calcinat. ϑj. & cum balſ. peruv. f. pil.

℞. Rhab. reſid. ex tinct. ʒß. N. M. toſt. ϑß. Laud. op. gr. j. cons. roſ. ♁lat. ʒj. M. f bol. adſtringens.

℞. Rhab. ʒß. thereb. ʒj ſach. ♄ ϑß. ☿ virid. gr. j. vel ubi major malignitas adeſt gr. iij. cum vitello ovi & ▽ appropriata hauſtus fiat contra gonorrhæam.

RHA-

RHA quaſi optima radix, RHEUM, nomen Rhabarbari videtur obtinuiſſe non tam quod in Barbaria aut circa flumen Rha quod hodie Volga audit, quam quod a Sinenſibus in Indiam inde per Barbaricum Sinum aliaſque regiones ad nos adferri ſolebat. Sic quia per Alexandriam Venetias apportabatur, RHABARBARUM ALEXAN-

ANDRINUM quoque vocabatur. Rhabarbara / RHUBARBE.

De planta quæ hanc admodum u ualem radicem fert, multum diſputatum fuit communia nomina ſunt. Rhabarbarum Officinarum C. B. Pin. 116. & I. B 2. 98. Rhabarbarum genuinum Officinarum Parck. Rhabarbarum lanuginoſum ſive Lapathum Chinenſe longifolium Munt. de herb. Brit. 169.

Ultimus citatus Autor ſe hanc plantam in Belgio excoluiſſe florentemque obtinuiſſe aſſerit, poſſidentem flores pallido colore cæruleo non ingrato donatos forma & magnitudine Leucoii arboreſcentis floribus non valde diſſimiles quinq; plerumq; quamvis interdum quatuor quoque foliolis ſubrotundis conſtantes, odore admodum ingratos, cum foliis manus unius longitudinem aut paulo plus continentibus, inferiore parte anguſtis in medio latioribu & in anteriore parte latiſſimis ac in mucronem plane rotundum deſinentibus, molli lanugine in margine obductis, planis, colore viridi ſuperiori parte inferiori vero pallidiori prædita, ſurſum tendentibus, anterio i t men parte Struthio Cameli plumarum inſtar parum deorſum ſe incurvantibus, craſſis, guſtu amaris & tactu mollibus cum tempore marceſcentibus flaveſcentibuſque & in terram decidentibus

Radix eſt longæva craſſa ferme rotunda parum ultra ſemipedem longa fibris quibuſdam brevibus ac craſſiuſculis undique enatis onuſta, colore obſcuro externe fuſco vel quaſi è rubedine nigreſcente, interne vero grato luteo, rubris nonnihil ſtriis venuſte permixto (quæ tamen radice poſtea marceſcente & exſiccata emortuæ conſpiciuntur) belle donata, Natura liquore plena, interneque ſuccum ex parte viſcoſum è rubedine flaveſcentem poſſidente oreve commanſa admodum amara nec non guſtu ingrata.

Coincidit cum hac deſcriptione id quod BOIMUS in FLORA SINICA ſcribit, & KIRCHERUS IN CHINA ILLUSTRATA de hac planta differit, qui Jeſuita porro ait, illam etiamſi in univerſa Sina naſcatur, in Provinciis tamen Su Civem Xenſi atque Socieu Civitate ad muros Sinarum proxima uberius provenire, addit inſuper quod ſi quis fruſta, in quæ diſſecatur radix, ſtatim humida ad ſiccandum appenderet, experientia docuerit unctuoſum illum humorem mox evaporare, radicemque leviſſimam remanere adeoque omnem virtutem deperdere. Ideo periti recentis Rhabarbari fruſta primo in oblongis reponunt menſis & qualibet die tribus aut quatuor vicibus

ea

ea revolvunt, ut per induſtriam ſuccus incorporetur fruſtis & conſtipatus maneat, tum vero quatuor dierum ſpatio concieto humore tranſactis per fruſta illa funiculis appenſa vento exponunt, loco tamen umbroſo, ne radiis ſolaribus contingantur. Effodiendo Rheubarbaro hybernum tempus eſt optimum antequam viridia folia incipiant pullulare, quod ſcilicet eo tempore circa menſis Maji initium ſuccus & virtus unita & collecta ſit. Quod ſi vero radix effodiatur æſtate aut illo tempore quo folia viridia producit, uti nec dum hoc tempore maturuit flavoque illo ſucco & rubris venis caret, ita ad perfectionem Rheubarbari hyeme effoſi minimè pertingit. Ex ſeptem libris recentis Rhabarbari ſicci, vix una vel altera libra obtinetur.

In China itaque præſertim Rhabarbarum provenire conſtat, unde in Indiam, Perſiam, Ormuz, Barbariam, Turciam & hinc in Europam defertur.

Eligendum, juxta TILINGII RHABARBAROLOGIAM, Rhabarbarum quod rarum exiſtit, & minorem ſtypticitatem habet, quod in mandendo glutinoſum eſt cum levi tamen adſtrictione, & croceæ tincturæ, cum varietate coloris dilute ex carneo colore rubens: commendatur etiam quod eſt grave cum raritate ſua & in quo etiam in confractis fruſtis invenitur disgregatio ex ruſſo & glauco. Fruſtis majoribus cum difficilius ſiccentur & ſæpius intus putreſcant non fidendum, quandoque enim ſuperficies exterior elegans, interior vero putrida exiſtit atque carioſa. Adeoque ſæpius fruſta mediocria ſunt meliora. Hinc etiam eſt, quod majori pretio veniat Rhabarbarum, ſi permiſſum eſt fruſta majora diffringere. Illud quod itinere terreſtri advehitur præfertur illi tanquam citius corruptibili quod navibus adfertur. Hoc jam, RHABARBARUM ORIENTALE, Levantiſch Guth/ quam maxime in uſum debet trahi, interim proſtat etiam RHABARBARUM MOSCOVITICUM Moſcowitiſch Guth/ ſed cortice craſſo lignoſo colore obſcuro, ponderoſum, humidum & corrumpi proclive, adeoque, ut bene TILINGIUS ait, deterioris notæ eſt. Interim tamen a Lucripetis Orientali ſæpiſſime, ſi non ſemper ſubſtituitur, attamen commiſcetur, aut ſaltem ad medicamina exinde paranda uſurpatur.

Quod virtutes attinet prolixiſſime & vix non ad hyperbolen usque illas deſcribit jam citatus author, illud vix non in omnibus morbis.

ſbis prodeſſe recenſens. Purgat in genere omnes humores, & utiliſſime ubicunque laxandum eſt adhibetur.

Hepati dicatum eſt remedium ejusque anima vita pater & Theriaca audit. Sequentes de eo circumferuntur verſiculi:

Eſt Rhabarbaricum radix pretioſior auro,
Quæ purgat Choleram phlegmata craſſa quoque,
Hanc jecoris vitam rerum dixere periti,
Quod juvat ictericos, quod juvat Hydropicos.

Non ſolummodo autem purgat ſed & alterat atque roborat. Alterat autem in minori doſi datum. Sunt qui ad roborandum ventriculum & arcendos morbos quos bilis & imprimis ira excitare poteſt continuo Rhabarbarum mandunt, & commune admodum eſt poſt iram contractam aſſumere aliquid Rhabarbari. Adhibetur etiam in diarrhœis tum laxandi tum adſtringendi ſcopo. Tonicum eſt nobiliſſimum & in multis morbis utile. Stranguria laborantibus ad hæmorrhoides pronis ut & gravidis &c. noxium eſſe quidam aſſerunt. Cum amaricet anthelminticum quoque egregium conſtituit. Quod de colore, quem Urinæ conciliat, ab authore monetur bene notandum Practico Tyroni, ne hallucinetur deinde in Urinæ examine.

Ultra ʒj ob levitatem vix aſcendimus: inter ſtimulantia quæ Rhabaro adduntur eminent tartarea & imprimis Tartarus ſolubilis.

OFFICINÆ NOSTRATES SEQUENTIA ASSERVANT PRÆPARATA

Rhabarbarum toſtum **geröſte Rhabarbara** / *Rhubarbe torrefiée*; eum autem in finem torrefactio inſtituitur ut virtus adaugeatur adſtringens. Quidam tamen hanc toſtionem magni non faciunt.

Extractum Rhabarbari ſimplex **Rhabarbara-Extract** / *Extrait de Rhubarbe*, cujus doſis ad gr. xv. pro ſcopo laxandi, ſed lente & tarde operatur. Hinc præferunt.

Extractum Rhabarbari compoſitum, *Extrait de Rhubarbe compoſé* cujus doſis ʒß. ʒj & ultra

Syrupus de Chichorio cum Rhabarbaro **laxierender Wegwart-Syrup mit Rhabarbara** / *Syrop de Chicorée laxatif avec Rhubarbe.* Laxat & bilem evacuare creditur, ipſis etiam infantibus exhiberi poteſt ad humores vitioſos educendos, in ipſis etiam torminibus infantum & exinde ortis convulſionibus epilepticis ad ſcorias bilioſas acres educendas. Doſis à ʒij. ad ʒij.

Tinctura

Tinctura sive *anima Rhabarbari* Rhabarbara-Tinctur/ *Teinture de Rhubarbe.* Laxat, sanguinem mundificat & obstructiones mesenterii aliorumque viscerum reserat, conducit in Cachexia Hydrope Ictero, &c. Dosis est ad ℈j. ʒj. cochlear dimidium ad integrum & ultra.

Elyxir proprietatis Rhabarbarinum Laxierendes-Magen-Elixyr / *Elyxir de proprieté avec Rhubarbe.* Ab elixyrio dulci discrepat quod ratione menstrui mitius sit & in majori dosi assumi queat, perque inferiora purget ob Rhabarbarum: datur ad drachmas duas usque ad unciam semis in vehiculo.

Cæterum plures alias compositiones Rhabarbarum quoque ingreditur.

Circa formulas ab authore præscriptas nota quod bolus primus nimis magnus sit.

℞. Rhabarb. el. ʒß. ♃r. Solub. ℈j. Msc. f. pulv. laxans è quolibet vehiculo sumendus

RHAPONTICUM.

Est Rhaponticum folio Lapathi majoris glabro, Rha & Rheum Dioscoridis C. B. P. Est Lapathi Thracici maximi radix crassa, oblonga ramosa, bracchiata, foris fusca, intus crocea laxa & rara, transversim secta spiras ostendens, saporis adstringentis cum levi quadam acredine & lentore, odoris pontici debilis.

Rhabarbarum & Rhaponticum consimiles flores & semina habent, & facie plantarum nihil differunt, sed tantum ratione radicis, idcirco præsumitur unam esse plantam, diversitas radicis oriri potest a solo.

Constat particulis ⊖inis purgantibus sed debilibus valde in Thracico, potentioribus in Chinensi, inclusis mucilaginosis balsamicis & terrestribus

Rhabarbaro mitius in purgando, potentius vero in adstringendo; laudatur præterea ob blandum ⊖ incidens in orthopnœa.

Datur in ſubſtantia ad ʒj in decocto & infuſo ad ℥j.

℞. Rhapont. Ocul. ♋ ana ʒj ſperm. Cet. gr. vij ♁ vol. C. C. ʒj M. f. pulv. ad ſanguinem congrumatum reſolvendum, ubi multo præſtantius quam rhabarbarum propter levem dulcedinem.

℞. Rhapont. ℥iß. helen. ir. florent. ana ℥j imperat. ʒß glycyrrh. ʒiij fol. hyſſop. marrub. ana Mj. ſem. fœnic. aniſ. ana ʒij f. decoct. ex ▽ colatur. add. oxym. ſcyllitic. q. ſ. ut & ♒ aſthmat. q. ſ. f. apozema in gravi & difficili reſpiratione.

PUR-

Rhapontick / RHAPONTIQUE quoniam ad Pontum naſcitur.

Intelligitur Rhaponticum verum non Rhaponticum vulgare ſeu Radix centaurii majoris folio Helenii incano, quæ falſo huic noſtro ſubſtituitur.

Ratione originis quoad partem conſentit cum authore COMELINUS, qui etiam aſſerit Rhaponticum verum & Rhabarbarum eſſe unam eandemque plantam, partem craſſam eſſe Rhabarbarum, inferiorem vero minusque craſſam eſſe Rhaponticum aſſerens. Diſſentit TOURNEFORTIUS & peculiarem plantam eſſe aſſerit, quam etiam in hortis jam colimus & quæ a PROSPERO ALPINO deſcribitur.

Eſt autem planta flore monopetalo campaniformi & multifido, ex cujus fundo piſtillum ſurgit, quod deinde craſſeſcit ſemine fœtum triangulari capſulæ triangulari pariter per maturitatem ita affixo, ut ab ipſa divelli nequeat.

Rhabarbarum forte Dioſcoridis & Antiquorum Tourn. J. R. H. cl. 1. S. 4 g. 1. Rhaponticum Proſper. Alpin. Exot. 187. in Thraciæ monte Rhodope & pluribus aliis Scythiæ locis reperiri aſſerit Alpinus.

Dignoſcitur a Rhabarbaro tum facie, tum imprimis quod lentorem glutinoſum in ore relinquat majorem quam Rhabarbarum.

Laudatur

Laudatur in affectibus chronicis ubi vi abſterſiva acidum vitioſum corrigit & ſimul vi adſtrictoria viſcerum tonum conſervat. Rarius autem in uſum trahitur. Ingreditur Theriacam.

PURGANTIA SALE FIXO RESINÆ INCLUSO CONSTANTIA

Gialappa.
Mechoacanna.
Turbith.

GIALAPPA.

Eſt convolvuli Mexicani Jalappa dicti radix oblonga, craſſa, mechoacanna nigricrantior [unde & Mechocanna nigra dicitur] & circuloſior, ſapore acuto incidente, muſcoſo, [nauſeoſo] odore nullo, ſciſſa in taleolas ad nos adfertur.

Planta eſt monopetala ſeminibus anguloſis in capitulis ſubrotundis, ut & Mechocanna.

Gialappa quamvis univerſaliter quoſvis humores purgat tuto & citra ullam violentiam, ut & pueris exhiberi poſſit, tamen ſerum & aquas ſpecifice expurgat. Ejus vis purgans conſiſtit in reſina, cui ⊖ia inſeparabili nexu ſociata, eaque quaſi temperata. hinc reſina & extractum frequenter exhibetur.

Subſtantia datur à ℈j ad ʒß. reſina â gr. vij. ad ℈ß. extractum à gr. xv. ad ℈j.

Tinctura Galappæ proſtat in officinis Batavis, ſed quia quantitatem ℞ vini affuſam neſcimus non tuto præſcribitur.

Gialappa in ſubſtantia multo præſtantior eſt in hydrope

quam reſina, & extractum [Borellus Cent. 2. obſ. 23. appellat arcanum in hydrope] alias extractum mitius ipſa reſina, quia ☋ia jam in eo ſunt diſſoluta.

Semper cum aliis jungitur purgantibus, [per ſe ſola tuto poteſt exhiberi] ſalibus, morbo appropriatis, corrigentibus, adjuvantibus & ſtimulantibus, ut ☋e ♀ri.

℞. Galap. gr. xv, Crem. ♀ri gr. x. diagryd. gr. v. ♌ fœnic. gt. ij. M. f. pulv. purgans catholicus.

℞ Galap. gr. xv. diagryd. gr. v. ☉tr. depur. gr. vij ♌ cinam. gt. j. M. f. p. in alvi adſtrictione.

℞. Galap. gr. xv. ☿ dulc. ℈ß diagryd. vel troch. alhand. gr. iij. ♌ junip. gt. ij. M. f. p. purgans in hydrope.

℞. Galap. ʒj diagryd. ʒß. Caryoph. arom. Zinz. ana ℈ß. gumm. amoniac. q. ſ. in aceto vel ▽ Cinam. ſol. f. pil. uterinæ ad ℈j propinandæ.

℞. Reſin. galap. gr. vij. diagryd gr. iij ☿ dulc. gr. x. ♀r ♁lat. gr. vij. M. f. pulv. vel cum conſerv. roſ. pallid f. bolus.

℞. Extr. Galap. ℈j troch. alhand. gr. iij. ♌ cinam gt. j. M. f. pil. deaurentur, ad uſum Cephalicum, vel cum conſerva florum tunicæ f bolus.

ME-

GIALAPPA vocatur quoque JALAPPA, JALAPPIUM, BRYONIA INDICA OCCIDENTALIS, SOLANUM MEXIOCANUM a foliorum cum foliis Solani ſimilitudine, FLOS MEXIOCANUS a loco natali, MIRABILIS PERUVIANA propter admirabilem florum in eadem ſtirpe varietatem. JASMINUM INDICUM ET MEXICANUM Jalappa / Schweitzer-Hoſſen a floris convolutione. JALAP, BELLE DE NUIT.

Eſt plantæ genus flore monopetalo infundibuliformi plerumque leviter inciſo, qui gemino calyce donatur, altero a quo involvi, altero vero cui inſidere ſolet, is autem deinde abit in fructum ſubrotundum ſemine fœtum ejusdem formæ. Uſualis vocatur

Jalappa

Jalapa officinarum fructu rugoſo Tourn. J. R. H. cl. 2. S. 3. g. 1. Bryonia Mechoacanna nigricans C. B. Prod. 135. Convolvulus Americanus Jalapium dictus Raji Hiſt. 724. Floret ut reliquæ ſpecies Iulio & Auguſto. In uſu eſt ſola radix quam præſtat ex America petere, cum, ſi apud nos colatur, multum de virtute purgante amittat.

Optima jalappa eſt exterius nigricans, interius ob copioſam reſinam ſtriis orbicularibus ceparum fere in morem hinc inde diſcurrentem magis rufeſcens, & ſi igni admoveatur flammam concipiens: dum teritur in mortario atomis ſuis nares ferit & ſternutationem ciet, quod ut præcaveatur, aliquid aquæ aſpergi poteſt. ROLFINCIUS illam tanti facit, ut pronunciet, quod, ſicuti juxta PARACELSUM, quartam Pharmacopolii partem abſolvat, Vitriolum, jalappæ tres reliquæ partes attribuendæ veniant.

Solam dari poſſe experientia conſtat & quidem doſis ejus eſt ad ℈j. ʒß & quandoque ad ℈ij. Infantibus exhibetur ad gr. ij. iij. v. pro numero annorum.

Inter ſalina, quæ adduntur, eminent tartarea, cremor & cryſtalli Tartari, & imprimis Tartarus ſolubilis ſeu Sal vegetabile, quod etiam in vehiculo frigido diſſolvitur, ſecus ac Cryſtalli Tartari. Cum fructu quoque junguntur Nitroſa, Nitrum fixum, Nitrum antimoniatum &c. ſed hæc minori adduntur doſi, cum Tartarea vel in æquali vel in dimidiata addantur quantitate.

Hoc notari merito debet quod infantes majorem Jalappæ doſin reſpective ferant, quam adulti, quodque infantes poſt aſſumptam Gialappam placide requieſcant, quaſi anodynum ſumſiſſent, uti ſe hoc obſervaſſe WEDELIUS perhibet. Olea quoque deſtillata & Elæoſacchara, modo caute procedamus, addi poſſunt.

VARIA EX GIALAPPA IN OFFICINIS PROSTANT NOSTRATIBUS REMEDIA PRÆPARATA, IN PHARMACOPOEA QUOQUE NOSTRATE DESCRIPTA.

Adeſt *Tinctura Gialappæ* Jalappen-Tinctur *Teinture de Jalap*, conducens in affectibus a colluvie ſeroſa ortis, Hydrope, Leucophlegmatia, œdemate, affectibusque ſoporoſis; doſis ad ʒj. ad ʒiß. pro ratione circumſtantiarum. Drachma Spiritus Vini continet reſinæ Gialappæ gr. viiß.

Deinde communiſſimum eſt ſic dictum *Magiſterium Gialappæ* & *Reſina Gialappæ* Jalappen-Hartz/ *Reſine ou Magiſtere de Jalap*. Quæ

in rei veritate unum idemque ſunt. Utrumque remedium paratur cum Spiritu Vini alcoholiſato extractionem inſtituendo. Quando jam ſpiritus vel evaporetur vel exinde deſtillando abſtrahatur *Reſina* remanebit; quando autem ſolutioni tinctæ aqua inſtillatur, *Magiſterium* ad fundum præcipitabitur. Egregium hæc reſina eſt purgans, & adhibetur vel per ſe in pilulis, præſertim in ſubjectis phlegmaticis humidiorisque conſtitutionis; vel etiam diſſolvitur in ſpirituoſis liquoribus, vel emulſiones exinde parantur, vel etiam aliis medicamentorum formulis immiſcetur. Doſis Reſinæ eſt a gr. iv. ad xij. usque ad grana xviij. ulterius vix eſt aſcendendum. Aliis purgantibus loco ſtimuli ad aliquot grana additur.

℞. Reſin. Gialap. gr. xj. cum Spiritu Vini f pil. pondere grani unius. Hæ pilulæ pro doſi aſſumi poſſunt: notandum autem, id quod in omnibus reſinoſis etiam obſervandum, ne ſtatim poſt aſſumptionem harum pilularum vehiculum aqueum hauriatur, alias facile Ventriculi parietibus adhæreſcunt, torminaque immania & hypercatharſin excitare poſſunt.

℞. Reſin. Gialap. gr. viij. &c. Olei deſt. cinam. gtt. j. tere optime in ⏑ Ceraſ. nigr. rect ʒj. aut altera addendo ſub finem pro edulcoratione Syrup. cort. Citr. ʒß. Mſc. pro doſi.

℞. ⏑ Ceras. nigr. ʒiß Reſin. Gialap. ϑß & Syrup. ceraſ. nigr. ʒß. Mſc. ſgtur Purgier-Rataffia.

℞. ⏑ Aniſ. ʒiß. Reſin. Gialap. gr. xij. Julep. viol. ʒß. Mſc. pro doſi.

Pro eodem ſcopo in dicta Pharmacopœa proſtat *Elixyr Citri purgans* purgierendes Citronen-Elixyr / *Elixir de Citron-Purgatif*, quod gratum humidioris & robuſtioris conſtitutionis hominibus, qui alias remediorum formulas averſantur, exiſtit remedium, & ad ʒj. & paulo ultra pro ratione circumſtantiarum exhiberi poteſt. Drachmæ Spiritus reſpondent grana x. reſinæ Gialappæ.

Mentio hac occaſione quoque facienda apud nos uſualis eſſentiæ, quæ vocatur *Eſſentia Aromatica laxativa*, Gewürtzte Laxier-Eſſentz / *Eſſence Aromatique laxatife*; purgat egregie, datur ad guttas decem, viginti, ad drachmam ad ϑij. Unciæ eſſentiæ reſpondent ſcrupuli duo hellebori nigri & gialappæ & ſcrupulus unus ſcammonei.

E reſina gialappæ parantur quoque egregiæ *emulſiones*, eo præſertim in caſu ubi Spiritu Vini uti non licet. Solvitur autem in vehicu-

culo aqueo vel terendo cum amygdalis, nucleis pineis aut seminibus melonum excorticatis, vel solvendo in vitello ovi, alias enim resinæ menstruis aqueis jungi nequeunt.

℞. Resin. Jalap. cum nucleis pineis optime tritæ ℈ß. ▽ flor. acac. aut alterius ʒij. vel ʒß f. l. a. emulsio, edulcoranda sacchari quantitate sufficiente.

℞. Resin. Gialap. cum vitell. ov. solut. gr. xij. Aquæ cinam. bugloss. ʒß. Misc. f. emuls. addendo saccharum ad gratiam.

Imprimis autem apud nos celebre est *Diacydonium lucidum Gialappinum* purgierende Quitten-Lattwerg/ *Cotignac laxatif avec Jalap.* Nihil enim aliud est quam Diacydonium purgans, dum gelatinæ cydoniorum resina gialappæ in Spiritu Vini soluta, quo electuarium eo elegantius evadat, vel cum nucleis pineis trita, quo deinde potionibus aquosis jungi queat, immiscetur. Inservit communissime pro scopo purgandi vel per se vel aliis purgantibus mixtum. Per se datur ad ʒß. ʒij. ʒiij. ʒß. rarius & non nisi in robustissimis ad ʒvj.

℞. Diacyd. lucid. Gialap. ʒiß. detur frustum elegans pro infante duorum annorum circiter.

℞. Diacyd. lucid. Gialap. ʒiij. aqu. Cerasor. nigr. vel e fruct. rub. id. q. s. pro syrupo vel potiuncula.

Enarrandum porro est *Electuarium pectorale laxativum*, Kolter-Lattwerg/ *Electuaire ou opiate pectorale laxatif.* Infantibus præsertim exhiberi solet ad mucum & pituitam expurgandam, imprimis in tussi aliisque pectoris affectibus, ubi infantes continuo humores expectorandos deglutiunt. Dosis a drachma semis ad drachmam unam cum dimidia, drachma una electuarii continet grana quatuor cum duabus undecimis partibus grani Magisterii Gialappini.

Tandem apud nos quoque prostat pulvis vegetabilis laxans, qui vocatur *Specificum Gialappinum*, laxierendes Saurbrunnen-Pulver/ *Poudre composée de Jalap.* Purgat satis commode. Dosis a scrupulo semis ad drachmam semis. Potest usus tempore addi oleum anisi, Citri, Cinamomi aut aliud simile.

Olim prostabat quoque Extractum Gialappæ, inspissando solutionem cum Spiritu Vini factam ad mellaginem, sed cum tutius dosin magisterii moderari possimus, exoluit. Tandem notandum quod Resina cum Spiritu Vini ex vino destillato imprimis Gallicano parata non æque nauseosa evadat, ac illa, quæ cum Spiritu Vini ex fecibus vini prolecto fit.

Jala-

Jalapam in infusis & decoctis aquosis imo in nodulis cum vino etiam paratis velle præscribere ignorantiam arguit.

MECHOACANNA

Est Bryonia seu Mechoacanna alba C B. P. Est convolvuli Mexicani radix crassa, substantiæ laxioris quam Galappæ, [alba unde & Rhabarbarum album dicitur- carnosa, circulosa, saporis farinacei, odoris nullius] Effoditur in regione Mechuacan, ubi in taleolas sciſſa ad nos transfertur.

Mechoacanna Galappæ analoga est, sed quia resinam habet pauciorem ideo remissior est jalappa.

[Insigniter Mechoacannam dilaudat Gabelchov. C. 1. Cur. 13. p. 27. sqq]

Arthriticis in specie conducit. Placentæ seu trochisci ipsa radice præstant, radix enim admodum fallax est, quia una pars ejus cum vehementia, altera vero nihil quicquam purgat. Ratio est, quia plurima pars resinæ, in qua est vis purgandi, ad partem vulneratam in effossione tendit. Infantibus etiam commodissime dari potest, quia est insipida & inodora; contra lactis grumescentiam datur.

Datur in substantia à ʒß ad ʒj. extract. à gr. xv. ad ϑij. resina datur ut Jalappæ.

℞. Mechoac ʒß diagryd. gr. v. ⊖♀ri gr. iij ♌ caryoph. gt. j. M. f. pulv. in Melancholia exhibendus.

℞. Mechoac. ʒß. amygd. dulc. ℥ß sacch. in ▽ ros. solut. q. s. f. l. a. panis Martius. in arthritide.

℞. Mechoac. ϑj. ocul ♋. ʒß. ⊖ ♀ri gr. iij. M. f. pulv. contra grumescentiam lactis infantum, puerperis etiam exhibendus, addi possunt sperm. ceti gr. vij. vel. ix.

TUR-

MECHOACANNA ita dicta à loco natali; vocatur quoque MECHOACANNA ALBA ad distinctionem Mechoacannæ nigræ, quæ est gialappa, Weiſſe Jalappa / weiſſe Rhabarbara / du MECHOACANNE.

Pertinet ad convolvulorum ſpecies. Convolvulus Americanus Mechoacan dictus Raij Hiſt. 723. Jeticucu ſeu radix Mechoacan Margr. 4. ed. 1648. Bryonia Mechoacanna alba C. B. Pin. 297. Mechoacan. I. B. 2. 149.

Radix ſemper eligenda recens & inſigniter albicans, improbatur cariosa & nigra: in infuſo ad ʒij. ℥ß. præſcribitur, ſed raro.

Reſina minime in uſu, ut & extractum.

℞. Mechoacan: alb: pulver: Trag: alb. ana part. æqu. Miſc. f. pulvis inſignis & experientia ſæpiſſime comprobatus, ſi cuſpidatim, aliquoties de die, infantibus cum pulte exhibeatur, ad tormina, inflationes abdominis atque obſtructiones alvi reſerandas.

TURBITH.

Eſt etiam ſpecies convolvuli indici, foliis altheæ ſimilibus. Radix oblonga, craſſa, reſinoſa, foris ferruginea, intus albida, ſaporis ſubacris, nauſeabundi reſinoſi. Tota planta lacte turget, concreſcente in reſinam, quia ſubſtantiam habet valde poroſam, reſina non æqualiter diſtribuitur, ita ut nihil reſinæ in quadam parte ſæpe ſubſit, ideoque non purgat.

Suſpectum eſt, quod ſæpius tormina excitet, quæ deducunt à reſina pertinaciore, ego vero à particulis irregularibus, in ima enim parte reſinoſitas tanta non eſt.

Turbith potentius in ſerum viſcidamve lympham agit quam Jalappa, & propterea in podagra & arthritide, ubi potentioribus purgantibus opus eſt, conducit. Vis conſiſtit in reſina ejuſque cortice, in quo reſina latet.

Cave ne temere exhibeas gravidis quia Uterum valde commovet.

Datur in ſubſtantia à ϑj. ad ϑij reſina & extractum, quod

omnium optimum, velut in Jalappa. infuſum à ʒij ad ʒß.

℞. Turbith. vegetab. reſinoſ. ℈j troch alhand. ſeu diagr. gr. iij. ♁☿ri gr. v. ♌ caryoph. gt. j. f. pulv. pro educenda pituita.

℞ Extr. turbith. ℈j. diagr. gr. iij. caryoph. arom. gr. v. ♁☿r. gr. v. balſ. Peruv. q. ſ. f. bolus.

℞. Rad. turbith. ʒß. glycyrrh. ℈ß. ♁ vol. ſuccin. ℈ß. helleb. alb. gr. v. f. pulv. ſternutatorius ad excitandos Apoplecticos.

In officinis proſtant ſpecies diaturbith. doſ. à ℈ß ad ʒß.

℞. Rec. ſpec. diaturb. ʒß Crem. ☿ri. ℈ij f. pulv. in hydrope.

RA-

Turbit, Turpethum, Torbedon.

Convolvulus Indicus alatus maximus foliis Ibiſco nonnihil ſimilibus, anguloſis. Turbith officinis Hermanni H. L. Bat. Turpethum repens foliis Althææ vel Indicum C. B. Pin: 149. Turbit. Tiraſtawalu Zeylanenſibus.

Turbith frequens AUTHOR offendit locis opacis humidis ad foſſarum margines, retro hortorum ſæpes, aliiſque ſylveſtribus à mare longe diſſitis in Zeylan & in Malabara. Colliguntur in uſum Medicum non caules, ut perhibet Garzias, ſed radices craſſiores turgentes lacte & reſina copioſiore. Quæ ad nos tranſmittuntur, fodiuntur in Guzarata ubi proventus luxurioſus: conferatur AUTHOR IN H. L. B. p. 177. ſeqq. Radix eligenda recens, fractu contumax, reſinoſa, improbatur levis carioſa & cujus extremæ tantum partes reſina muniuntur. Contorqueri ſolet Turpethum ut reſinoſius compareat.

Proſtabant olim ſpecies diaturbith cum Rhabarbaro, quas in expellendis præcipue vermibus à gr. xij ad ℈j præſcribebant, hodie vix amplius in uſu ſunt.

Occurrit adhuc hodie *Electuarium diaphœnicon* Purgierende Dattlen-Lattwerg / *Electuaire Diaphœnic*; rectius appellaretur *Electuarium Diaturbith.* Convenit ad pituitam & humores ſeroſos evacuan-

cuandos, in hydrope, Lethargo, apoplexia morbisque soporosis menses quoque ciet, dosis ad ʒß, ad ʒj. Drachma continet grana vj Turbith, Diagrydii autem gr. ij. cum 4ta. parte grani. In Gallia adhuc ejus usus viget internus, alias in clysteribus ad ʒj. ʒiß adhibetur.

RADICES SALE FIXO ACRI CONSTANTES ET VEHEMENTISSIME PURGANTES.

Cucumis asininus.
Esula major & minor.
Helleborus niger.
albus.
Bryonia.

CUCUMIS ASININUS.

Est cucumis Sylvestris asininus dictus C. B. P. radix crassa, oblonga, alba, saporis acris nauseosi, odoris dum recens virosi. Planta est pomifera flore monopetalo marginibus tanquam partitis, fructu ovali, hispido hirsuto.

Serum & aquam per Vomitum sedes & Urinas copiosissime, sed tarde & cum violentia excernit, hinc rarius exhibetur hydropicis pro scopo purgandi per inferiora, sed tutius datur extractum cum ℞ vini ♀isato vel acet. dest. factum à ϑß. ad gr. xv. & ϑj. additur ☿ dulc. stimulatur troch. alhand. simul corrigitur ♌ d. caryoph.

℞. Extract. cucum. asinin. gr. xv. quod perperam elaterium vocatur, extr. troch. alhand. gr. iij ♌ d. caryoph. gt. j. Extr. absynth. q. s. f. pil. contra hydropem.

℞. Rad. ʒ. aperient. ana ʒj rad. cucum asinin. ʒiij M. f. decoct. cui add. syr. ʒ. rad. aper. pro scopo diuretico. possunt etiam ⊖ia addi.

[De elaterii virtute & effectibus in hydrope conf. Martin. Lister. Exercitat. de hydrope p. 17. & hinc inde.]

ESULA.

CUCUMER SYLVESTRIS, SIVE AGRESTIS σίκυος ἄγριος, Wilde Cucumern / Spring-Gurcken / Spring Kürbiß / Wilde-Hunds-Kürbiß / Esels-Kürbis / Esels-Cucumern / CONCOMBRE SAUVAGE.

Cucumis Sylvestris asininus dictus C. B. Pin. 314. Cucumis sylvestris sive asininus I. B. 2. 248. Cucumis sylvestris Dod. Pempt. 663.

Circa mœnia, areas & stabulorum fimeta in Italia & Narbonensi Provincialique Gallia sponte oritur. In Germania autem (verba sunt I. B.) non nisi satus provenit, semel autem satus pluribus inde annis facile renascitur, non tamen è radice revirescens, sed ex seminibus sparsis proveniens. Julio & Augusto floret. Autumno fructus maturatur pueris, ut cum LOBELIO loquar, notissimus, qui fructum turgentem, vix dum tactum digitis ludibundi in faciem invicem elidunt semina, succoque peramaro & viroso os oculosque perfundunt. Ex hac planta referente TOURNEFORTIO multum phlegmatis Urinosi parum acidi, magna quantitas olei, multum salis volatilis concreti cum cineribus & sale fixo per analysin Chymicam extrahitur.

Radix commendatur ad tumores veteres discutiendos, podagram & malum ischiaticum mitigandum, vitiligines impetiginesque ut & cicatrices nigras & maculas in facie depurgandas. Sed rarius usurpatur.

Radix cucumeris asinini datur ad gr. xv. ʒß. folia exsiccata ad gr. jv. ad gr. vj. Ingreditur unguentum de arthanita & alia.

ESULA.

Major & minor. Major est Tithymalus palustris fruticosus C. B. P. radix oblonga, pollicem crassa, foris fusca, intus pallida, lacte acri exedente & nauseoso turgida, si recens: est planta

planta tricapsularis tricoccos, conceptaculis post singulos flores singulis.

Minor est Tithymalus foliis pini, forte Dioscoridis Pityusa C. B. P. radix oblonga, Esula majori tenuior, foris fusca, intus ex flavo albescens, lacte acri turgida.

Esula minor virtute fortior majori, utraque supra & infra educit humores hydropicorum tanta cum vehementia & molestia, ut robustioribus tantum exhibenda sit, in cachexia, febribus, hydrope, scabie. Jungitur alterantibus pro stimulo. Additur etiam Clysteribus acribus ad excitandos Apoplecticos.

Vis omnis consistit in cortice, qui à ℈ß ad ℈j in substantia datur. Feliciori cum successu exhibetur extractum cum ℞ vini vel aliis menstruis subacidis factum. Extractum ex radice datur tantum ad gr. xv. & ℈j. Si in substantia datur corrigitur oleo anisi. v. c. R. Cortic. esul. min. ℈j. Elæosach. anis. Citr. ana ℈ß. troch. alhand gr. v. f. pulv. antihydropicu ex vino absynthite

℞. Extr. esul. ℈ß. extr. lign. al. gr. vij. troch. alhand. gr. v. ℥ caryoph. gt. j. conserv. flor. persic. ℈j. l. q. f. f. bolus in hydrope.

Quidam Medicus exhibuit infusum in hydrope feliciter, quod tamen potentissimum & cum judicio dandum.

℞. Rad. Esul. min. ℥ß. Helleb nigr. ʒij. Colocynth. in pet. ligat. ʒj. Caryoph. ℈j affunde vini s. q.

℞. Esul. helleb. n. ana ʒvj helen. ℥j. gentian. ℥ß. rhabarb. ʒvj. fol. sen. ℥j ⊖ ♀ri. ʒiij. include nodulo, affunde vinum generosum q. s. f. alterans & simul purgans, in Cachexia, febribus, hydrope, scorbuto.

HEL-

Τιθύμαλος, TITHYMALUS, quoniam ejus species lacte turgent vocatur propterea à quibusdam LACTARIA, Wolffs-Milch / TITIMEL,

LE. Eſt plantæ genus flore monopetalo campaniformi globoſo multifido & duobus foliolis cincto, quæ calycis vice fungi videntur; piſtillum autem deinde abit in fructum trigonum in terna loculamenta diviſum ac ſeminibus fœtum oblongis. Plures Tithymalorum ſpecies ſunt, ſed duas tantum uſuales facit author, quæ hæ ſunt

Tithymalus paluſtris fruticoſus C. B. Pin. 292. Tithymalus magnus multicaulis ſive Eſula major I. B. 3. 671. Eſula major. Dod. Pempt. 374. &

Tithymalus Cypariſſias C. B. Pin. 291. & I. B. 3. 663. Tithymalus Cupreſſinus ſive Humipinus Lob. Ic. 356. Eſula Officinarum Cæſalpini 374. Et hæc ultima in uſum præcipue trahi ſolet, Linariæ admodum ſimilis, ut antequam floreat non diſtinguatur niſi ſucco lacteo. Nam

Eſula lacteſcit ſine lacte linaria creſcit.

Hinc inde in agris, pratis, locis ſterilibus incultis, aridis, montibus, ſylvis &c. provenit ſat copioſe, floret Majo & Junio &c.

Folia, quæ tamen rariſſime uſurpantur primo guſtum amygdalinum poſtea ardoris & acrimoniæ ſenſum imprimunt.

Analyſi Chymica multum acidi & ſulphuris, mediocrem terræ & ſalis fixi quantitatem, parum vero alcali exhibet. A Sulphure in phlegmate contento alborem ſucci prodire notum eſt. Hic ſuccus acris admodum eſt & arrodens, ut impudentium Mendicorum fraudi inſerviat, qui cutim ſibi hoc ſucco exulcerant ſcabritiei ſpecie, ut loquitur Schrœderus. Vocatur alias Rhabarbarum ruſticorum. Vim ejus draſticam corrigere nituntur Bdtellio, Tragacantha, mucilagine pſyllii &c. Quidam cum ſpiritu ſulphuris, aut Saccharo Saturni, à quibus ſal acre tenuius & pungens obtunditur, correctionem inſtituunt. Succus eſulæ, qui interne plane non debet adhiberi, externè verrucis inunctus prodeſt. Dicitur etiam quod Lac eſulæ cum ſale armoniaco in globulos redactum & denti cavo inditum eundem abſque dolore cadere faciat.

IN OFFICINIS NIHIL AMPLIUS APUD NOS PROSTAT

Quam *radices eſulæ præparatæ* präparirte Wolffs-Milch-Wurtzel/ *racines de Tithymale preparées*, macerando cortices per triduum in aceto acerrimo. Uſurpantur in morbis à colluvie ſeroſa

sa oriundis, in infuso aut decocto ad aliquot drachmas. Extractum exoluit.

HELLEBORUS NIGER.

Est Helleborus niger flore roseo C. B. P. n. IV. Sunt radices tenues fibrosæ nigricantes ex uno capite prodeuntes, saporis acris pungitivi, amari nauseosi. Est planta multisiliquosa, pentapetala.

Viscidos & Melancholicos seu acidos adustos & coagulatos humores validissime tam ἄνω quam κάτω expurgat, ut in morbis capitis, soporosis, maniacis, Chronicis, Catarrhosis, Hypochondriacis præ cæteris eligatur.

Fibras plurimi rejiciunt, reservantque tantum cuspidem superiorem, sed in hac tanta non est vis quam in fibris.

Raro pro basi præscribitur, sed potius tanquam stimulans pro cæteris purgantibus. In substantia datur a ℈j. ad ʒß in robustioribus. In Infuso à ʒj ad ʒij. ex vino cydoniato, oxymelle, tanquam correctorio: tutissimum est extractum, vel cum ℞ vini vel aceto factum, quod est nonnihil resinosum.

Aquam destillatam purgativa acredine esse imbutam experimentis Zwelfferi. [Pharm. Reg. p. 35.] Olai Borrichij & aliorum constat.

℞ Helleb nigr. sacch. cand. ana ℈j M. f. pulv. exhibe in cochleari oxymell. pro robusto, vel add. ⊖ ♀ri gr. v. ♎ de caryoph. gt. ij. M f pulv. pro maniaco.

℞ Extr. hell. n. gr. xv. ☿ dulc. gr. vij. diagr. gr. iij. Camph. gr. v. Ess. Castor. q. s. f. pil. purgantes, valde conveniunt in chlorosi.

HEL-

Ἑλλέβορος sive ἐλλέβορον, vel ἐλλέβορος ἀπὸ τὸ ἑλεῖν τὴ βορᾷ quod interimat esu si pabuli loco sumatur. Vocatur etiam MELAMPODIUM, VERATRUM, quod vertat mentem, ſchwartze Nießwurtz/ ELLEBORE NOIR.

Est planta flore rosaceo, ex cujus meditullio surgit pistillum plurimis corniculis inter stamina & petala jacentibus cinctum circa basin, quod abit in fructum in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ membranaceæ, in cornu plerumque desinentes, secundum longitudinem dehiscentes, seminibus fœtæ plerumque subrotundis vel ovatis.

Species maxime usualis est.

Helleborus niger angustioribus foliis Tourn. J. R. H. cl. 6. S. 1. g. 11. Helleborus niger flore roseo C. B. Pin. 186 Elleborus niger legitimus Clus. Hist. 274. Elleborus niger flore albo interdum etiam valde rubente J. B. 3. 635. Chriſtwurtz/ Huic tamen etiam substitui potest.

Helleborus hortensis flore viridi C. B. Pin. 185. Helleborus niger vulgaris flore viridi vel herbaceo radice diuturna J. B. 3. 636. Veratrum nigrum ij. Dod. Pempt. 385. prioris speciei flos initio albidus deinde purpurascens postremo virens. J. BAUHINUS flores pro anni diversa constitutione albos aut rubentes valde esse observavit. Florent circa festum nativitatis Christi ad Aprilem usque.

Multum olim in Insulis Antycyris reperiebatur, cumque helleborus stupiditati & insaniæ medeatur, varia orta proverbia, *Helleboro opus habet*, *navigare Anticyras*, *ô tribus anticyris caput insanabile dignum.* In Austria, Styria, Alpibus & Pirenæis invenitur; utplumum autem colitur in hortis apud nos.

Radix tantummodo in usum venit & quidem haud raro ex Styria advehitur, ubi viget Helleborus niger amplioribus foliis Tourn. J. R. H. cl. 6. S. 1. g. 11. Veratrum nigrum stiriacum Tabern. Icon. 723. Colligitur juxta quosdam Martio, juxta alios æstate, septembri aut octobri. Hoc autem in collectione maximopere suadent observandum esse, ne confundantur cum radicibus Aconiti non adeo dissimilibus. Radix dum recens est in plicas flectitur & exsiccatur.

Purgat insigniter & præsertim ex mente veterum est melanagogum. PARACELSUS qui eum Dauram & Thesaurum vitæ vocat, Helleborum nigrum tantis extollit laudibus, ut non dubitet Heroem vocare contra morbos Herculeos, Apoplexiam, Maniam, Melancholiam

liam, Epilepſiam, Podagram, Lepram & Hydropem. In morbis arthriticis, cachecticis, obſtructionibus viſcerum nondum inveteratis, imo & menſium obſtructione pertinaci &c. quoque laudatur. Suis relinquitur authoribus quod de ejus vi melancholiam dæmoniacam curandi deprædicatur. In infuſis præſertim in nodulis haud raro ad ʒß & paulo ultra aſcendimus. Veteres hanc radicem decoxere cum Lente & juſculis, PARACELSUS autem aliique cum carnibus decoxerunt, decoctumque pro purgante exhibuerunt. Sunt qui easdem virtutes foliis quoque tribuunt, ex quibus rurſus in umbra verſus Orientem ſiccatis cum ſaccharo pulverem ad vitam prorogandam ex mandato PARACELSI parant, qui quotidie ad ʒß. aſſumendus eſt. Externe radix in ſetaceis & fonticulis adhibetur. Sic in cephalæa, ophthalmia & ſuffuſione fruſtulum auris lobulo perforato immittunt, in peſtilentialibus bubonibus & antrhacibus, cuti vicinæ perforatæ infigunt. Veterinarii jumentis aſthmaticis ac torminoſis, præſertim ab exhalationibus peſtiferis, cuti carnique foramen infligunt, perque id ad ſeroſitates noxias extrahendas fruſtum radicis hellebori nigri transmittunt.

Nonnulli in menſibus retentis peſſarium exinde factum ſuadent; Sicuti autem in uſu interno cautos eſſe oportet, ita & non temere quoad uſum etiam externum procedere debemus, præſertim cum teſtante DN. DU HAMEL de affectionibus corporum radix hellebori fonticulo admota alvum ſubducat & vomitum quandoque moveat. Hydropicorum quoque abdomini ad aquas diſcutiendas imponitur. Folia etiam in vino rubro cocta ad dolorem iſchiadicum reſolvendum commendantur. Cingulum ex foliis nudo corpori circumdatum ad hæmorrhoides & menſes nimios deprædicatur. Cæterum uſus Hellebori in pulveribus ſternutatoriis notiſſimus eſt.

Multum occupati fuere olim in correctione etiam hujus hellebori nigri, eamque vel per aromata vel per coctionem in clibano aut ſub cineribus infigendo radiculas pomo cydoniorum, vel per macerationem in vino vel ſimplici vel cydoniorum aliove, vel per acida, acetum, phlegma Vitrioli vel per alia etiam tentarunt. Hodie cum in ſubſtantia vix amplius adhibeatur, non multum huic correctioni operam dant. Succus hellebori nigri tinnitum aurium tollere dicitur mane & ſero inſtillatus.

PROSTANT IN OFFICINIS.

Radices Hellebori nigri præparatæ, präparierte ſchwartze Nieß-Wurtzel/ *Racines d'Ellebore noir præparées*, maceratas per triduum in vino Cydoniorum prius fibras pomo hinc cydoniorum paſta panis obvolvendo infixas coquendo & poſtmodum exiccando.

Habemus porro *Oxymel Helleboratum*, Saur[illegible] mit Nießwurtz/ *Oxymel d'Hellebore compoſé*, quod miris laudibus a GESNERO extollitur pro ſcopo abſtergendi, aperiendi, humores omnes omniaque recrementa e corpore protrudendi, omnesque meatus reſerandi. Vix autem tantas meretur laudes. Doſis eſt ad drachmas duas ad drachmas ſex.

Celebris præterea eſt *Tinctura Martis helleborata Wedelii*, Stahl-Tinctur mit Nießwurtz/ *Teinture de Mars avec l'Ellebore*, quæ in morbis contumacibus, chronicis, affectu Hypochondriaco, ictero, arthritide, ſcorbuto, melancholia, mania celebratur, datur ad guttas viginti triginta quadraginta & ultra. Imprimis autem multum æſtimatur *Extractum Hellebori nigri Maſtichinum*, Schwartz-Nießwurtz-Extract mit Maſtix/ *Extrait d'Ellebore avec du Maſtic*, quod fit extrahendo cum aqua ſale tartari acuenda, addendo ſub finem aliquid maſtichis: in ſupra dictis affectibus multum celebratur. Datur per ſe ad grana quinque ad quindecim, ſæpius etiam cum aliis miſcetur. Ingreditur *pilulas Hypochondriacas beati parentis mei*, Pillen wider die Miltzſucht/ *Pilules Antihypochondriaques*, quæ ad grana 15. 20. triginta & ultra in obſtructionibus alvinis & hypochondriorum, in affectione hypochondriaca aliisque pluribus morbis non absque effectu uſurpantur.

De vi purgante aquæ deſtillatæ ex helleboro alii dubitant, quicquid ſit, non trahitur in uſum.

Analyſi Chymica eadem fere ex nigro ac ex albo educuntur principia.

HELLEBORUS ALBUS.

Eſt Helleborus albus flore ſubviridi C. B. P. radix oblonga, pollice aliquando craſſior, foris fuſca, intus alba, numeroſis albicantibus fibris ſtipata, ſaporis acris, paululum amari-

amaricantis, ſubadſtringentis, ingrati & nauſeoſi.

Helleborus albus nigro multo vehementior eſt, & aliquando convulſiones parit, proinde ejus ſubſtantia non niſi robuſtiſſimis, maniacis, furioſis, Melancholicis, quartanariis concedenda eſt.

Corrigitur vel per acida, vel per vinum Malvaticum, in quo vel coquitur vel maceratur, iterumque ſiccatur, & ſic interne exhibetur, ſemper tamen genium ſuum retinet.

Externe ob ſui acredinem pulveribus ſternutatoriis ad excitandos Apoplecticos, & ſanandos Catarrhoſos admiſcetur.

Subſtantia robuſtiſſimo datur à ℈ß ad gr. xv. in infuſo ad ʒj. melius tamen in extracto.

℞. Helleb. alb. ℈ß. ⊖ ♀ri gr. vij. ☿ dulc. ℈ß. L. O. gr. j. f. pulv. in mania exhibendus cum ſyr. de fumar.

℞. Galang. ʒij. affund. vin. helleborat. ℥iiij. f. Eſſentia cochleatim danda in mania.

℞. Extract. helleb. alb. gr. xv. ⊖ ♀ri gr. v. conſerv. fumar. ʒj. M. f. bol. pro ij. doſibus, robuſtiſſimo vero pro una doſi exhiberi poteſt.

℞. Helleb. alb. infundatur in vino Malvatico, eximatur radix & novum vinum ſuperaffundatur, hoc ſecundum vinum helleboratum confert in ſpecie maniacis ad cochl. j. vel ij. in quo etiam varia medicamenta aliis morbis appropriata exhiberi poſſunt, v. c. Eſſent. caſtor. vel caſtoreum ipſum in Uteri vitiis, ſeu Eſſent. abſynth. in quartana.

℞. Helleb. alb. fol. majoran. ſummitat. origan. ana ℈j M. f. pulv. ſternutatorius ad excitandos Apoplecticos, in graviori caſu add. gr. j. vel ij. Cantharid.

BRY-

ἑλλεβορὸς λευκὸς, VERATRUM Weiß-Nieß-Wurtz / Schampanier-Wurtz / ELLEBORE BLANC.

Eſt plantæ genus flore roſaceo, cujus piſtillum abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur tres plerumque vaginæ membranaceæ ſeminibus fœtæ oblongis, grani tritici æmulis marginatis & quaſi ala foliacea cinctis. Differt ab Helleboro quod corniculis careat & ſemen habeat marginatum. Diſcrimen inter album & nigrum dependet à colore radicis : ſpecies uſualis audit Veratrum flore ſubviridi Tourn. I. R. H. cl. 6. ſ. 6. 12. Helleborus albus flore ſubviridi C. B. Pin. 186. Helleborus albus flore ex viridi albeſcenre I. B. 3. 634. Helleborum album ſive Veratrum Lob. Icon. 311.

Gaudet montanis & aſperis locis & non ſolum in regionibus calidioribus, verum & in Germaniæ, Helvetiæ, Sileſiæ &c. montibus, ut & Pannoniæ & Auſtriæ ſiccioribut pratis viret ex Cluſii & Bauhini obſervationibus. Floret æſtate, meſſibus aut ſub autumnum legendæ ſunt radices. Vetuſtiſſimus mos erat helleborum dare cum Raphano idque tripliciter, vel nimirum raphanum radicibus transfixum, ibique per 24. horas relictum dabant, vel raphanum radicibus transfixum in Oxymel infundebant, & Oxymel ſolum exhibebant, vel raphanum abjiciebant de mane, & radices infundebant in dicto Oxymelite. Alii malo cydonio immiſere radices & paſta farinacea obductum in fornace piſtoria coxere, & abjectis poſtea radicibus pomum edendum præbuerunt. Corrigitur melius per acida quam per aromata aut acria, ſed neque his neque aliis correctionibus & præparationibus opus eſt, cum non amplius in uſum veniat, & doſis, uti recte LANGIUS judicat, ſecura ſit, ſi plane non detur. Spiritus vini, in quo helleborus albus infuſus fuit, ad gravem auditum magnæ dicitur efficaciæ, ſi in aurem affectam guttatim inſtilletur.

Ejus antidotum pulvis florum Nymphææ albæ eſſe dicitur. ETTMÜLLERUS autem & alii hunc in finem præferunt Caſtoreum.

Ingreditur Oxymel Helleboratum æque ac niger.

Helleborus hic fonticulo immiſſus nonſolummodo majorem ſeri quantitatem extrahit ſed & violenter purgat.

Analyſi Chymica extrahitur ſpiritus admodum acris ſolutionem Mercurii ſublimati coagulans, quem inſequitur liquor acidus corrodens, Sal volatile concretum & oleũ, remanente magna terræ quantitate.

BRY-

BRYONIA.

Eſt bryonia aſpera ſeu alba baccis rubris C. B. P. radix prægrandis, longa, craſſa carnoſa, albida, quaſi fungoſa, intus circulis donata, ſaporis acris mordacis amaricantis, nauſeabundi, odoris viroſi dum recens eſt, mitior fit dum ſeneſcit. Decocta ejus acria ſunt ſatis, extractum eſt optimum.

Eſt planta baccifera ſcandens, flores monopetali quinquefariam diviſi.

Recens & vegetativo ſuo ſucco adhuc turgida validior eſt quam ſiccata, hæc ſerum & aquas magis per inferiora, illa vero ἄνω & κάτω potenter exterminat. Speciale quid obtinet in ſanguinis grumis diſſolvendis, item in aſthmate & hydrope pectoris, in hydrope Uteri, ut & ob inſignem ſui amaritiem in vermibus.

Sicca infuſis diureticis additur pro ſtimulo, ſuccus radicis à ʒij. ad ʒß. exhibetur cum oxymell. contra aſthma.

℞. Raſur. bryon. rec. ʒij. Camph. ʒij. f. maſſa, excipiatur petiis in podagra.

℞. Succ. bryon. ʒij. ♌ thereb. ſpic. q. ſ. f. liniment. pro partibus convulſis.

In Clyſteribus contra hydropem. ℞. Rad. bryon. ʒj. irid. flor. ʒß. cort. ebul. ſambuc. ana ʒß. bacc. junip. ſem. cumin. fœnic. ana ʒij. coq. ex ▽ & Urin. colatur. add. hier. picr. ʒß. vitell ov. n. j.

Externe radix recens ingreditur Emplaſtra ſeu Cataplaſmata contra tumores pedum œdematoſos & podagricos. ℞. Bryon. rec. ʒij flor. cham. melil. ſambuc. ana Mj. f. catapl. ex ▽ & Urina.

℞. Bryon. ſicc. rad. ari ana ʒiß flor. ♃is ʒj. f. pulv. pro aſthmaticis à ʒß. ad ℈ij. ſumendus ex ſyr. violar.

℞. Rad. bryon. ʒß. coq. cum oxymell. contra aſthma.

℞. Rad. bryon ʒß. abſynth. Mj. flor. viol. p. j. coq. in vino & aqua, applicetur totum parti dolenti in hemicrania.

RA-

Βρυωνία a vocabulo βρύω germino pullulo, quod abunde propullulet, vel a βριάω quod eſt extollo, ex alto, eo quod in propinquos frutices ſcandens ſe extollat; ἀμπελος λευκη, *Vitis alba a radice*, vitis quod foliis & viticulis vitem æmuletur. COLUBRINA vocatur quod ſub hujus umbra denſiori ſtabulare ament colubri, aqua ardens dicitur à vi cauſtica baccarum, MELOTHRON PSILOTRUM quaſi nudatorium & depilatorium, quod ex acinis illius coria depilari ac præparari poſſint. Zaunruben/ Zaunreben/ Hundsreben/ Stichwurtz/ Stickwurtz/ Scheißwurtz/ Schmerwurtz/ Teuffels-Kirſchen/ Hunds-Kürbſen. COULEUVRÉE, VIGNE BLANCHE, BRYONE.

Eſt plantæ genus floribus monopetalis campaniformibus patentibus & multifidis a calice ita comprehenſis ut ſejungi nequeant. Embryones, quibus flores fœcundi inſident, abeunt in baccam globoſam vel ovatam ſeminibus fœtam ſubrotundis. Adde claviculos quibus Bryonia tanquam manibus adminicula apprehendit.

Bryonia aſpera ſive alba baccis rubris C. B. Pin. 297. Vitis alba ſive Bryonia J. B. 2. 143. Bryonia alba Dod. pempt. 400. Creſcit in dumetis, flores æſtate, autumno fructum producit, qui primo viridis poſtea matureſcens rufeſcit.

Radix colligenda tempore verno, incidit, attenuat, menſes & urinam movet, Splenetica eſt, hepatica atque uterina; fœtum, ejicit. A quibusdam adverſus venena animaliaque venenata commendatur. Vis anthelmintica concedi poteſt, an autem tantum valeat contra Epilepſiam, ut quidam volunt experientia ſufficienti nondum conſtat. Nonnulli in arthritide, podagra & malo iſchiadico tum externe tum interne laudant Bryoniam, ita ut propterea quoque appellitetur Gicht-Wurtz/. Affricatur recens evulſa e terra locis arthritide affectis ſoloque rurſus concreditur, ut more ſibi naturaliter inſito creſcere pergat. Reperiuntur qui illam contra maleficia & faſcinationes prodeſſe credunt. Externe ad ſcrofulas & tumores duros diſcutien-

dos

dos, res heterogeneas ex vulneribus extrahendas commendatur ulceribus tibiarum etiam phagædenicis confert. Hoc certum quod in contuſionibus maxime conducat, ſive recens impoſita ſive exſiccata, ſed in Spiritu Vini rurſus macerata: fugillationem & livedinem non ſolum tollit ſed & præcavet. In hydrope quoque renum regioni vel per ſe vel cum ſtercore vaccino aliove applicatur. Plantis pedum œdematoſorum recens quoque ſubditur. Peſſarium exinde formatum menſes & fœtum ciet; ſunt qui ad maculas faciei atque rugas delendas, ut & nitorem conciliandum, radicem ſub cineribus coctam contuſamque applicant vel ejus decocto cum decocto ficuum utuntur. Applicatur quoque in taleolas diſſecta & toſta lateri dolenti, quem in finem & ſequens paratur oleum.

℞. Bryon. recent. remoto cortice in fruſta diſſect. lib. j. olei olivarum etiam libr. j. coque tam diu ad ignem lentum donec radix exſiccata fuerit, poſtea exime ex oleo fruſta & aliquoties in eodem ferrum ignitum extingue, obſervando, ut quam primum oleum flammam conceperit illa mediante operculo ſuffocetur. Serva in vaſe clauſo, oleum antipleuriticum uſu externo haud ſpernendum exiſtit.

℞. Rad. Bryoniæ quæ ſit magna & bene nutrita ℔ ß. in taleolas ſectam frige in ſartagine quousque contabeſcant, cola: adde terebinthinæ ℔ß. ceræ ℥v. fiat unguentum in ſtrumis vel diſſolvendis vel ad ſuppurationem deducendis a Zacuto Luſitano maxime laudatum. In officinis noſtratibus neque extractum neque aqua Bryoniæ proſtat, exulat quoque fecula olim decantata maxime. Ex hac radice virunculos efformant, quos in arena exſiccatos poſtea pro Mandragoris venditant. Nondum extra omnis controverſiæ aleam poſitum eſt, quod Clauderus in E. N. C. dec. 2. ao. 5. obſ. 185. de Bryonia aſſerit. Tum demum ex baccis novam progerminare plantam, poſtquam ab avibus prius devoratæ & cum excremento rurſus ſemina excreta fuerint.

Aſparagis primum germinantibus veteres veſci ſolebant. Si radix tempore verno terræ adhuc immerſa excavetur & proprio operculo tegatur, dicunt colligi ſuccum omni mane, qui intus ad aliquot cochlearia aſſumptus hydropicos curat, extus vero podagricis conducit

RA-

RADICES SALE PURGANTE BLANDO CONSTANTES ET VULGO LAXANTES.

EBULUS.

Eſt Sambuci humilis C. B. P. radix oblonga tenuis digitalis craſſitudinis non lignoſa albida, ſaporis amaricantis, ſubacris & nauſeoſi.

Eſt planta bacciferà trypirena.

Serum & ▽. tam per ſedes quam per Urinas blande evacuat, præcipue cortex unde antihydropicus audit. Subſtantia lignea interior adſtringit potius, & propterea in fluore albo & nimio Menſium fluxu ex vino capitur.

Externe valet contra tumores pedum œdematoſos ℞. piper ʒj. Cort. Ebul. ʒj. helen. bacc. junip. ana ʒß flor. chamom. melilot. ana Mj. coq. in ▽ & Urin. pint. i. f. Catapl.

Interne ℞. Cort. Ebul. ʒij bacc. junip. ʒj flor. ſambuc p. j. infund. vin. f. q. ad ▽as per Urinam & alvum educendas.

PO-

Χαμαιάκλη, Chamæacte, ἀκλὴ ἄγελα, ἐλιοσάκλη SAMBUCUS HUMILIS, SAMBUCUS PUMILA, SAMBUCUS HERBACEA, AGRESTIS, Attich / niedriger Hollunder / Acker-Hollunder SUREAU BAS, HYEBLE, YEBLE

Sambucus humilis ſive Ebulus folio laciniato C. B. Pin. 456. Ebulus ſive Sambucus herbaca I. B. 1. 546. Ebulus Dod. Pempt. 381.

Paſſim udis incultis & paluſtribus locis ſæpiſſime ad arvorum margines florentem Junio & Julio baccas Auguſto & Septembri maturantem videas inquit I. BAUHINUS. Præter radicem ex Ebulo in uſum quoque cedunt folia, flores, cortex, baccæ & in his contentum ſemen.

Radici virtus quoque adſcribitur alexipharmaca, laudatur contra dolo-

dolores arthriticos, ſpaſmum atque paralyſin, & collo appenſa in ulceribus ſordidis ac vermiculationibus infantum deprædicatur. Folia mire laudantur externe impoſita ad dolores podagricos & tumores in hernia diſcutiendos, in ſcroti tumore & inflammatione cataplaſma ex foliis ebuli & agrimonia in vino rubro coctis multum commendat PAULI. Eadem folia Ebuli inſtar cataplaſmatis manibus & pedibus ſcabioſis ſuperimpoſita elegantiſſimum remedium eſſe dicuntur in infantibus, præſertim ſi ſimul conqueruntur de æſtu manuum ſeu pedum.

Cortex diſcutit, emollit, conducit in tumoribus ſeroſis pituitoſis arthriticis podagricis &c. Cortex medianus viridis eryſipelati imponitur.

Doſis corticis præſertim à radice detracti ſolet eſſe in infuſis & decoctis ad ʒiij ad ʒß &c. Notandum autem quod infuſum magis violentum ſit quam decoctum.

Flores Sambuci hujus diſcutiente & diaphoretica vi pollent, concordant cum floribus ſambuci & horum inſtar quoque vino ſaporem moſchatellinum conciliant. Baccæ nigricantes ſuppeditant tum ſuccum ſuum rutilantem tum ſemina. Semina hæc, præterquam quod vi hydragoga gaudeant, diureſin quoque cient. In hydrope vel comeduntur vel infunduntur in vino & vinum hauritur. Exprimitur quoque exinde oleum, quod umbilico inunctum alvum laxat & dolores arthriticos demulcet, interne vero ad ʒj. ad ʒiß. aſſumptum per ſuperiora & inferiora purgat & imprimis in philtris laudatur.

Succus baccarum, quamvis pro ſcopo purgandi ad ℥j. ℥ij. commendetur, rarius tamen in uſum trahi ſolet æque ac ſuccus corticis, qui vim inſuper habet emeticam. Inſervit potius ad decantatam iſtam pulpam, quæ vocatur *Rob Ebuli* Attich-Mues / *Rob d' Yeule*. Nihil autem aliud eſt quam ſuccus inſpiſſatus, cui melioris aſſervationis gratia in Officinis aliquid ſacchari admiſcetur. Diaphoreticum eſt & alexipharmacum atque Diureticum pro ſero hydropicorum imminuendo notiſſimum, per alvum & urinam ſuam operationem exſerens. Adeo apud vulgum commendatur, ut quoties ad hydropicum Medicus vocatur, aut illud jam jam in uſum ductum fuerit, aut an adhiberi tuto poſſit, interrogetur. Scabioſis quoque non inutile exiſtit. Datur ad ʒj. ℥ß. & ultra. In Officinis præter modo dictum rob nihil ex ebulo proſtat.

Sunt qui ſucco ebuli aut etiam decocto radicis ad capillos denigrandos & criſpandos utuntur.

POLYPODIUM.

Eſt Polypodii vulgaris C. B. P. radix oblonga, minimi digiti craſſitie, foris rufeſcens intus herbacea, ex viridi palleſcens, multis nodis & tophis quaſi acetabulis geniculata, ſaporis ſubacris dulcis, quodammodo adſtringentis & nauſeoſi.

Planta eſt Epiphylloſpermos.

Optimum eſt quernum, præter virtutes cum filicibus & oſmunda communes poſſidet vim blandam laxantem, ideo Melancholicis, Hypochondriacis ſcorbuticis, tuſſientibus ſpeciatim conducit, præcipue ubi eorum alvus eſt adſtricta, externe ad oris & faucium vitia ſcorbutica.

In decoctis & infuſis frequentius datur circiter ad ℥j.

℞. Rad. Polypod. ℥j. Enul. camp. ℥iiij. coq. in hydromell. & vin. ana ℔ij f. apozema, quod à Poterio in aſthmate commendatur, præcipue ubi alvus eſt adſtrictior, addi poſſunt fol. Nicot. ʒij.

℞. Rad. Polypod. ℥ij. paſſul. min. ℥ß. ⊖ ☐ri ʒj. coq. in ▽ Colatur: adhuc calenti add. Mannæ ℥vj. ſem. Coriandr. fœnic. cinamom. ana ʒij. f. apozema purgans antihypochondriacum.

℞. Rad. Polypod. ℥ij. Malv. hort. flor. roſar. ana Mj. herb. prunell. ſalv. ana Mß. coq. in ▽ ℔iiij. add. aceti circiter ℔ß. & mell. roſat. q. ſ. f. gargariſma contra omnis generis inflammationes faucium, addi poteſt Alum. ʒj. prunellæ. ʒij.

RA-

Πολυπόδιον à πολὺ multum & πούς pes, multipes, ob radicis formam. FILICULA DULCIS, RADIX DULCIS A GUSTU, Engel. Süß/ Süß-

Süß-Farn / Baum-Farn / Kropff-Wurtz / Corallen-Wurtz Eich-Fahrn / POLIPODE

Est plantæ genus nequaquam ramosum, cujus folia ad nervum pene in partes angustas & oblongas secari solent. Fructus foliis innascuntur: capsulæ scilicet membranaceæ sphæricæ in acervulos congestæ, annulo carentes, quæ fibrarum contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima. His notis addenda facies propria.

Polypodium vulgare C. B. Pin. 359. Polypodium I. B. 3. 746. Polypodium majus Dod. Pempt: 464.

In opacis sylvis & montibus ad petras muscidas, imprimis ad radices caudicesque vetustos arborum Fagi, Coryli, Quercus nascitur.

Ab antiquis remediis melanagogis accensitum fuit. In affectibus cachecticis & Ictericis & Schirrhosis ut & in glandularum mesaraicarum obstructione, mensium vitiis & renum, hepatis & lienis morbis commendatur. Decoctum polypodii ad arthritidem & scabiem deprædicatur. Vix autem per se usurpatur, sed utplurimum in infusis, nodulis & decoctis cum aliis adhibetur. Externe dicitur Polypum narium curare pulvis hujus radicis, quæ etiam luxatis prodest, adversusque rimas inter digitos manuum & pedum occurrentes in usum trahitur.

Continet multum acidi & olei, parum Spiritus Urinosi, nullum sal volatile concretum, mediocrem autem quantitatem terræ.

RADICES PARTICULIS DULCIBUS SEU BLANDE VISCOSIS CUM DULCEDINE CONSTANTES.

Dulcia concipiuntur corpuscula rotunda, mollecula, ad latera leviſſimis flexilibus & obtusis fibris instructa, linguæ meatibus cæterisque poris citra ullam renitentiam se insinuantia. Suntque vel alimentosa, dum in chylum facile mutantur & poris partium assimilantur, vel medicamentosa, & ob sui texturam villosam acria quævis, rigida & aspera obtundunt, temperant, emolliunt & flexilia reddunt, sangui-

nis nimium motum sistunt, eumque nonnihil incrassant, hinc in faucium asperitate, siti nimia, defluxionibus acrioribus & sanguinis æstu convenientissima sunt.

GLYCYRRHIZA.

Est Glycyrrhiza siliquosa vel Germanica C. B. P. radix oblonga, sarmentosa, digiti crassitie, coloris flavi, saporis subacris mellei dulcissimi, tenuis odoris mellei; debilis amarities latet in cortice, hanc excipit levis acredo, unde colliguntur ☉ia blanda.

Planta est siliquosa papilionacea unicapsularis.

Copiose colitur in agris Bambergensibus, jam vero omnium optima ex insulis Canariensibus transfertur, quæ pugni crassitiem adæquat.

Ob sui dulcedinem acredine leni temperatam mulcet & incidit, ut proinde in faucium asperitate, tussi sicca, in Pleuritide, dysuria & stranguria, ut & in phthisi in specie laudetur; & ubi saccharata ob acetositatem non conveniunt, glycyrrhiza præscribitur: temperat quoque diaphoretica & diuretica, quæ ob sui acredinem suspecta habentur, infantum quoque alvum emollire & solvere creditur.

Datur in quavis formula. in substantia ad ʒj in infuso & decocto. ad ℥j.

℞. Rad glycyrrh. ʒiiij. Cinam. ʒij. coq. ex ▽ Hordei add. ferment. pistor. petiis exceptum, repone donec fermentet, f. potus ad sitim tollendam, addi quoque possunt passulæ minores.

℞. Rad. glycyrrh. Doronic. ana ℥ß. tussilag. ℥ij. ir. flor. ℥ß. herb. salv. fol. tussilag. ana Mj. jujub. n. vj. vel vij. sebesten. n. v. caric. ping. n. vj. sem. cubeb. ℥ß. f. c. ▽ & vino decoctum pectorale.

℞. Gly-

℞. Glycyrrh. alth. ana 3ß. f. pulvis in ▽ chærefol. tussilag. & papav. exhibendus in Pleuritide.

DO-

Γλυκυῤῥίζα, dulcis radix, κλυκύφυλλον, γλυκεία, Ἄδιψος adipsos à sedanda siti, unde & hydropicis suadetur, LIQUIRITIA, Süß-Holtz/ Süß-Wurtzel. REGLISSE.

Notæ characteristicæ ab authore appositæ addenda sunt folia bina conjugata costæ adhærentia, cui summæ folium impar innascitur.

Glycyrrhiza siliquosa vel Germanica C. B. Pin: 352. Glycyrrhiza radice repente vulgaris Germanica I. B. 2. 328. Glycyrrhiza vulgaris Dod. Pempt. 341.

Sicuti in Germania, ita quoque in Gallia, Hispania, Italia &c. luxuriat. Bambergæ in agris colitur, tertio & quarto anno effoditur, modo, ut JOHANNES BAUHINUS notat, sequenti: sulcus longus per totum agrum ducitur duos fere pedes latus, profundus tres aut quatuor dodrantes, sic majores radices eximunt, relinquunt minores. Colligi autem debet Pleiadibus occiduis. Si in hortis seritur, his quæ semel comprehenderit, ut recte loquitur FUCHSIUS: tam pertinaci fertilitate cohæret, ut vix unquam possit radicitus extirpari, tam restibili fœcunditate regerminat. Glycyrrhiza Germanica præfertur Hispanicæ. Radix hæcce annotante TOURNEFORTIO fere tota resolvitur in phlegma acidulum, oleum atque terram, unde ejus dulcedo facile deducitur. Ob saporem suavem, virtutem demulcentem & sitim sedantem, omnia fere decocta pro potu ingreditur. Sitim sedat ore tantummodo detenta. Notandum autem utique exteriorem corticem paulum amaricantem removendum esse, & non nimis diu decoquendam esse hanc radicem, ne potus vel nimis glutinosus fiat vel amarorem contrahat. Præstat hinc illam sub finem fere coctionis adjicere. Decoctis porro pectoralibus, vulnerariis atque sudoriferis sæpe sæpius admiscetur. In quibusvis affectibus renum eorumque ulceribus & calculo prodest. In summa in omnibus pulmonum, renum, vesicæ & Urinæ vitiis optime exhibetur. In Lue venerea quoque conducit ut & gonorrhæa virulenta.

Pulvis liquiritiæ usurpatur instar infusi Thee. Pilulæ quoque, partim ne coalescant, partim saporis gratia pul-

pulvere hoc conſperguntur. Looch pectorale ſumi ſolet cum baculo liquiritiæ & quidem reclinato capite, quo in ore liqueſcat. Baculus quoque liquiritiæ epilepſia & convulſionibus laborantium ori intruditur, ne linguam dentibus lædant. Infantibus dentientibus baculus etiam liquiritiæ maſticandus offertur. Externe radix hæc pulveriſata vel per ſe vel cum farina ſecalina aut triticea vel furfuribus mixta eryſypelati inſpergitur, quo modo etiam conducit in podagra, aphthis & ulceribus oculorum. Veterinarii pulverem liquiritiæ cum æquali quantitate ſulphuris miſcent & quotidie ad ℥iv. equis, quos Bauch-ſtößig vocant, exhibent Glycyrrhizam in aqua decoctam poſt accedentem fermentationem inebriare aſſerit RAJUS.

EX LIQUIRITIA IN OFFICINIS PROSTANT

Liquiritia in baculis, vulgo ſed male *cocta* dicta & quidem *Liquiritia cocta alba*, Weißgebachen-Süß-Holtz / *Regliſſe cuite blanche*, atque *Liquiritia cocta citrina* Gelbgebachen-Süß-Holtz / *Regliſſe cuite Citrine*. Lambuntur in tuſſi & raucedine à materia acri proveniente, alba autem magis incraſſat. (Ex eadem maſſa vel paulo etiam ſimpliciori formantur *Trochiſci becchici albi*, Weiſe Huſten-Täffelein / *Trochiſques pectorales blancs & trochiſci becchici Citrini*, gelbe huſten-Täffelein / *Trochiſques pectorales jaunes*, qui etiam eodem modo & ad eundem finem uſurpantur.) Proſtat etiam *unguentum de Liquiritia*, Süß-Holtz-Sälbel / *Onguent de Regliſſe*, quod inflammationes leviores, puſtulas à ſero ſalſo productas, intertriginem & ſimiles affectus ſanat, ulceribus dolorificis à ſalſi ſeri acrimonia profectis confert, oculis medetur, humores acres mitigando, puſtulaſque à ſanguine bilioſo acriore oriundas deſiccat. Conducit quoque fiſſuris papillarum in mammis lactantium.

Extrahitur ex hac radice ſuccus, de quo infra.

DORONICUM.

Sunt Doronici radice ſcorpii C. B. P. radiculæ oblongæ, rotundæ, tuberoſæ, nodoſæ, digiti minoris craſſitie, ex viridi palleſcentes, plures ex uno capite tenuibus quaſi filis dependentes, ſaporis ſubacris, ſubdulcis ad glycyrrhizam accedentis,

cedentis, odoris nullius : minorem habet dulcedinem quam glycyrrhiza, ſed ſaporem magis aromaticum. Hodie nobis eo nomine non venit, quo veteribus, venenatam enim qualitatem non habet.

Planta eſt diſcoidea, radiata pappeſcens.

Habet in dulcedine ſi recens ſit aliquid aromatici, quod cuminum redolet, ſeu ſemina nigellæ, & propterea ob hoc blandum aromaticum junctum dulcedini diſcutit vertiginoſos vapores, & involvit ſæpe exiſtentes in confuſo & inordinato motu.

Datur in ſubſtantia à ʒß. ad ʒj. in decocto vero more congenerum, ſed rarius datur in decoctis & infuſis. Jungitur viſco querno. Stimulatur galanga, cubebis, cumino, ⊖e volat. ſuccin. Caſtoreo.

℞. Rad. Doronic. ℈j. galang. ℈ß. ⊖ Volat. ſuccin. gr. v. caſtor. gr. vij. f. pulv. cum conſerv. fl. anthos & ſyr. fl. tunic. q. ſ. f. bolus. In vertiginoſis addi poteſt Laud. op.

In ſanguine congrumato ℞. Doronic. ʒj ex ▽ Chærefol. add. ⊖ Volat. C. C. Oc. ♋. ſperm. Cet.

RA-

DORONICUM Gämß-Wurtz / quod credatur rupicapras alta petentes hac radice veſci, Schwindel-Wurtz / quoniam vertigini medetur. *Doronic.*

Eſt planta flore radiato cujus diſcus ex floſculis, corona ex ſemifloſculis componitur, embryonibus qui poſtmodum in ſemina pappis inſtructa thalamoque affixa abeunt, inſidentibus & calyce pelviformi & multifido comprehenſis.

Doronicum radice Scorpii C. B. Pin. 184. Doronicum latifolium Clus: Hiſt: xvj. aliis magis placet

Doronicum radice dulci C. B. Pin. 184. Doronicum folio ſubrotundo ſerrato I. B. 3. 17. Doronicum iij. Auſtriacum ij. Cluſ. Hiſt. xvij. In montibus Helvetiæ, Languedociæ, Provinciæ, Auſtriæ

ſtriæ, Styriæ, Tyrolis &c. occurrit, floret Julio, in hortis vero Majo.

Huic radici, qua Damæ & venatores ipſas inſequentes ad præcavendam vertiginem uti aſſeritur, plures adhuc virtutes alexipharmacæ, cordiales, præſertim in palpitatione cordis, cephalicæ &c. adſcribuntur, ab aliis vero vix non tanquam maxime venenata rejicitur, præſertim cum animalibus quibuſdam lupis, canibus, exiſtat exitioſa &c. unde non doronicum ſed dæmoniacum appellat MARANTHA. Quod ſi porro quis diſſenſum authorum, aliis pro, aliis contra, ſtantibus, conſideret, dubius quiſquam maxime hæret, præſertim dum GESNERUM & ipſum & alios eo innoxie imo cum fructu uſos fuiſſe nonnulli perhibent, nonnulli vero ejus uſu è medio ſublatum fuiſſe clamitent. Adeo venenatam eſſe præſertim exſiccatam & debito modo atque quantitate adhibitam vix videtur, cum funambuli aliique ad evitandam vertiginem illam innoxie aſſumant. Interim magis hodie pro uſu externo in nodulis ad vertiginem quam pro uſu interno adhibetur. Nolo multa verba facere de uſu ſuperſtitioſo radicis hujus certo tempore effoſſæ & corpus immune à vulneribus quibuſvis præſtantis, ſicuti quoque de Ægagropilis, quas ex fibris hujus plantæ in Rupicaprarum ventriculis generari autumant, ſermonem nunc facere non vacat.

RADICES AQUOSIS CRASSIS SEU MUCILAGINOSIS CONSTANTES

Mucilaginoſa concipiuntur corpuſcula oblonga mollia, minus mobilia ac aquea, multis obtuſis ad latera fibrulis inſtructa, quibus fluida quævis & acria quævis comprehendunt, ſtringunt, incraſſant & obtundunt, hinc virtute dulcibus accedunt, temperata ſunt, potentius acria obtundunt, fluida incraſſant, ſanguinis nimium motum ſiſtunt, rigida emolliunt &c.

ALTHÆA.

Eſt Althæa Dioſcoridis & Plinii C. B. P. radix oblonga, digiti

digiti craſſitie, in ramos divaricata, foris pallide cinerea, intus pallida, ex ſiccitate rugoſa, ſaporis mucilaginoſi & lenti, odoris nullius evidentis.

Planta eſt Pentapetala [monopetala, foliis diviſis] ſemilunaribus in rotunditate caſeolum exprimente ſeminibus diſpoſitis.

Agit in omnia ⊖ia, tam ſalſa quam acida, partim ea ▽ eis fundendo, partim ⊖ina ſpicula involvendo.

Præter virtutes dulcibus cæteriſque mucilaginoſis communes, ſingulari proprietate tanquam anodyna confert affectibus Urinariis, ſtranguriæ, dyſuriæ, prohibet calculoſum acidum, & promovet generati calculi excretionem. Externe emollit, maturat & dolorem ſopit, quam ob cauſam ingreditur Cataplaſmata, Emplaſtra, Clyſteres &c.

Datur in ſubſtantia ad ʒj. in decocto & infuſo ab ℈ß. ad ʒj.

℞. Rad. alth. ℈j. ſacch. cand. ʒß. M. f. pulv. in dyſuria add. nuc moſch. ℈ß.

℞ Rad. alth. ʒij. fol. malv. Mij. paſſul. min. ʒvj. coq. in ſ. q. ▽ f. apozema, emolliens, laxans ſi velis habere add. fol. ſenn. ʒvj Crem. ♀ri. ʒiß. & colaturæ permiſce ſyr. d. ſpin. cervin. f. apoz. emolliens & laxans.

In fluxionibus acribus ſalſis. ℞. Rad. alth. lil. alb. ana ʒj. tuſſilag. ʒij. herb. ſcabioſ. heder. terreſtr. ana Mj. fl. pap. rhœad. p. j. ſem. lin. fœn. græc. ana ʒij. fœnicul. ʒiij. fic. ping. n. x. dactyl. n. x. f. mitiſſim. decoctum ex ▽ vel vino.

In acido dyſenterico expugnando ℞. Rad. alth. ʒß. rhab. toſt ʒß. ♌ nuc moſch. expr. gr. iij. Laud. op. gr. j. f. pulv.

In Nephritide & in calculo, qui oritur à particulis alcalinis cum acidis. ℞. Rad. aperient ℈ß. alth. ℈j. glycyrrh. ʒij. flor. Melil. ſambuc. ana Mj. fol. alth Mj. f. decoct. ex ſero lactis. Colatur. ℔vj. add. ſyr. dialth. ʒvj. ⊖ dulc. ad grat.

Vidi calculum excretum à puero ſex annorum, benefi-

cio cataplasmatis scroto impositi ex althæa, lacte & ℥ lini expresso. Ingreditur etiam omnis generis Clysteres.

LI-

Ἀλθαία ἀπὸ τῦ ἀλθαίειν mederi, ἴβισκος IBISCUS, MALVAVISCUS, BISMALVA quod duplo majores vires quam Malva possideat, Althee. Ibisch / Eibisch / GUIMAUVE.

Est planta floribus & fructibus Malvæ omnino æmulis, foliis lanuginosis & canescentibus.

Althæa Dioscoridis & Plinii C. B. P. 315. Althæa sive Bismalva, I. B. 2. 954. Althæa, Ibiscus Dod. Pempt. 655.

Nascitur, uti I. BAUHINUS innuit, locis quidem uliginosis, pinguibus, humentibus & palustribus in pratis & fossis. In pluribus autem locis colitur in hortis. Floret Julio & Augusto. Radix colligenda vere vel autumno. Analysi quidem Chymica sal volatile concretum & fixum lixiviale extrahitur, videtur tamen agere succo glutinoso, qui constat phlegmate multo, multa terra, acido atque sulphure, & salia ita sunt irretita, ut non nisi igne manifestentur, Tournefortio authore. Decoctum althææ radicis laudatur quoque in Ileo, asperitate faucium, affectibus pectoris ut & in sedandis hæmorrhoidibus. Mucilago ex radice extracta cum saccharo mixta fissuras labiorum & papillarum curat, dolores cutis teneræ ab æstu solis mitigat & in doloribus post vesicatoria exortis conducit, item in ambustis. In dentitione infantum difficili infantibus masticanda datur. Adhibetur quoque ad purificandos dentes dum ea fricantur, ut autem occultetur, tingitur colore rubro, purificatam radicem coquendo cum Santalo rubro aut alumine vel cum vino rubro. Sunt quidam Empirici Germani, qui illam radicem rubram Gallicam vocant.

EX HAC RADICE SEQUENTIA IN OFFICINIS NOSTRATIBUS REPERIUNTUR PRÆPARATA.

Syrupus Althææ simplex, Althee-Syrup / *Syrop de Guimauve*, qui ob vim demulcentem in affectibus colicis, nephriticis atque pectoris præsertim, ubi simul acrimonia humorum peccat, utilis existit.

Syrupus Dialthææ vel Althææ Fernelii, Althee-Syrup / *Syrop de Guimauve ou d'Althea de Fernel*. Urinæ ardorem demulcet, viscidum

&

& obſtruentem renum ſaburram expurgat & in doloribus à calculo prodeſt. Sumitur cochleatim ad unum aut alterum cochlear vel etiam aliis commiſcetur: conducit quoque in tuſſi, aſthmate, pleuritide, catarrhis ſalſis acribus & tenuibus.

Unguentum Althææ, *Dialthæa* ſive *de Althæa ſimplex*, Althee-Sälblein / *Onguent d'Althæa ou de Guimauve.* Uſu celeberrimum ad emolliendum, calefaciendum & humectandum, pectoris dolorem à frigore contractum abolet, laterumque doloribus feliciſſime adhibetur, viſcerum durities laxat & ſtomachi inflammationes diſcutit, valet ad nervorum duritiem ac reſolutionem eoſque præciſos glutinat, vulnera claudit, imprimis veſicæ benefacit, lenit, incidit & digerit.

Ex hoc unguento cum oleo Laurino fit *unguentum mixtum* vernacula Althee-Oröl dictum, in vulgus magnopere commendatum.

Quidam ex mucilagine hujus radicis cum ſaccharo parant tabellas vel rotulas præſertim ad morbos pectoris convenientes: alii addunt alia.

Tandem notandum, quod ex althæa radix, è malva vero folia in uſum trahi ſoleant communiter.

℞. Rad. althææ ℥ß. gumm. Ceras. ʒj. Sacch. alb. vel viol. ʒiij. Msc. f. pulvis. in everrendis urinæ viis & ſabulis impediendoque arenularum concremento mane & noctu capiantur tres cuſpides cultri per ſe vel ex quolibet vehiculo præſervationis gratia. Tempore autem paroxyſmi ter, quater, imo pluries in die, pro doloris urgentia aſſumatur. Lentilio hic pulvis euporiſtus fuit familiaris.

LILIUM ALBUM.

Eſt Lilium Album flore erecto & vulgare C. B. P. radix bulboſa, ſquamoſa, intus alba, extus parum fuſca, ſaporis mucilaginoſi & lenti, odoris nullius.

Planta eſt caule multis foliis cincto, floribus ipſis erectis.

Lentorem habet blandiorem quam althæa, in clavis pedum, & induratis puerperarum pudendis, ſingulare eſt.

Anodynum eſt, ut & ♌ ejuſque flores. Additur quoque Clyſteribus anticolicis.

℞ Rad. lil. alb. ℥j. fol. Malv. Mj. flor. verbaſc. ſambuc. ana Mß. coq. in ▽ add. Colat. Elect. lenitiv. ℥ß. ⊖ gemm. ʒj. M. f. Clyſter in fœcibus duriſſimis.

SYM-

Κρίνον, λείριον, LILIUM CANDIDUM, ROSA JUNONIS SIVE JUNONIA, quia ex lacte ejus dum Hercules ſugeret in terram delapſo natum fingitur; LILIUM SALOMONIS, Flos Regius & Regina, Weiſe Lilien / Weiſe-Gilgen / oder Lilgen / LIS BLANC.

Eſt plantæ genus flore veluti campaniformi ex petalis ſex compoſito nunc magis nunc minus repandis. Piſtillum abit in fructum oblongum ut plurimum trigonum, in tria loculamenta diviſum ſeminibuſque fœtum quaſi marginatis, gemina ſerie ſibi incumbentibus. Addenda autem merito, notante Tournefortio, Radix bulboſa ex pluribus ſquamis carnoſis axi affixis conſtans.

Lilium album vulgare I. B. 2. 658. Lilium album flore erecto & vulgare C. B. Pin. 76. Lilium candidum Dod. Pempt. 197.

Hoc jam Lilium, quotieſcunque in compoſitionibus Lilii ſimpliciter mentio fit, intelligendum eſt.

Colitur in hortis ſolo pingui ſtercorato & umbroſo, floret Junio.

In uſum Medicum ex hac planta potiſſimum trahuntur radix, flores, & apices ſtaminum lutei, qui antheræ vocantur. Radix interne rarius uſurpatur, quamvis à quibuſdam ad ſanguinem congrumatum ejiciendum, urinam, menſes & partum promovendum commendetur. Externe vero, præter uſum ab authore notatum, ad dolores nephriticos, inflammationem penis & veſicæ, impetigines, ſcabiem, ichorem, phthiriaſin adhibetur. Ingreditur quoque cataplaſmata emollientia atque ſuppurantia ad tumores imprimis vero ad bubones. Laudatur quoque ad ambuſta, hæmorrhoides cæcas demulcendas & ad capillos generandos.

GODERUS Eliſabethæ Reginæ Chirurgus referente GERARDO & ex eodem RAJO multos hydrope laborantes ſanavit radicis ſucco cum farina hordeacea mixto, pane ſcilicet ex iſtiuſmodi maſſa confecto

fecto ægro per menſem aut ſex hebdomadas continuas exhibito, quo ſolo & non alio pane per totum id tempus veſceretur.

Flores admodum fragrantes ſunt temperatiſſimi, ingrediuntur cataplaſmata, emplaſtra, unguenta, clyſmata emollientia, maturantia, ſuppurantia. Ob odorem fortem nimis, præſertim recentes, non ſolum ſternutationem cient, ſed & dolorem capitis haud raro cauſantur. Antheræ ſive apices & crocus liliorum alborum, Das gelbe von weiſen Lilien / commendatur ad pellendum fœtum & accelerandum partum, item ad fœtum mortuum & ſecundinas expellendas atque menſes ciendos, ſi in aqua verbenæ vel artemiſiæ, vel aqua cinamomi vel vino propinentur, vel juſculis incoquantur. Quamvis, ut præſertim LUDOVICI author eſt, hæcce virtus nondum omnimodo extra controverſiã poſita ſit, licet antheræ juxta Cratonem & Joelem tantæ ſint potentiæ in expellendis menſibus, ut citra abortus periculum gravidis adhiberi non poſſint. Folia etiam Lilii albi contuſa & impoſita cancro corrodenti mirifice prodeſſe dicuntur. Curioſum utique eſt, quod caules lilii albi abſciſſi, in loco, ubi ſol atque pluvia aditum non obtinent, ſuſpenſi è nodis proferant radiculas, quas deinde in bulbos excreſcere contendunt.

IN OFFICINIS EX LILIO ALBO PROSTANT.

Aqua liliorum alborum ex floribus, Weiß-Lilien-Waſſer / *Eau de Lis blancs*, quæ præterquam quod ad ſupra dictos affectus cõmendetur, in affectibus pectoris, tuſſi, raucedine, aſthmate, confortando capite & catarrhis ſic dictis frigidis laudatur. Magis autem & frequentius externe uſurpatur tanquam inſigniter Coſmetica, ad nitorem faciei præſertim conciliandum vel ſola vel cum aliis mixta. Virtutem ejus adaugeri putant, ſi oleum tartari per deliquium admiſceatur parumque camphoræ adjiciatur.

HOFFMANNUS in Schrœderum flores vim Hyſtericam, obtinere pronunciat, dum ex his in vino aliquot diebus infuſis & poſtmodum deſtillatis aqua elici poteſt ad ſuffocationem Hypochondriacam ſeu hyſtericam præſtantiſſima, non omnibus nota, cujus doſis eſt ad cochlear. j. ij. vel iij. ad præſervationem & curationem.

Imprimis autem celebre eſt *Oleum liliorum alborum* per infuſionem paratum, Weiß-Lilien-Oehl / *Huile de Lys blancs*, quod anodynum eſt, emolliens, laxans & inflammationes maturans atque ſuppurans. Convenit in affectibus renum & veſicæ ortis ex acrimonia

urinæ. In Iſchuria regioni pubis inungitur, & in unguentis anodynis adhibetur. Obſtetrices manus hoc oleo inungunt, inunctaſque in ſinum muliebrem immittunt ut emolliatur & lubricetur. Adhibetur etiam in clyſteribus pro emollienda alvo & laxando utero. Genitalia quoque circa pubem per aliquot dies ante partum oleo hoc illinire quædam mulierculæ ſolent. Ad dolores poſt partum uſurpatur. In ambuſtionibus prodeſt, commendatur quoque in præciſis nervis & convulſionibus, in ulceribus manantibus, favis & furfuribus, ut & vulneribus recentibus conſolidandis.

Baſin hoc oleum conſtituit uſitatiſſimi *unguenti* quod *Anodynum* à virtute appellatur, Schmertz-ſtillende Salb / *Unguent anodyn.*

SYMPHITUM.

Eſt ſymphitum ſeu conſolida major C. B. P. radix oblonga, ſurculoſa, pollicem craſſa, nigra, intus alba, ſaporis ſubdulcis mucilaginoſi & viſcidi, odoris nullius.

Planta eſt aſperifolia flore monopetalo cylindraceo, quinque laciniis diſſecto, ſeminibus quaternis.

Craſſiore mucagine pollet quam althæa, cum qua convenit, in ſpecie Vulnerarium eſt, antidyſentericum, & antihæmoptoicum & in exulceratione renum & veſicæ ex cantharidibus orta.

Datur ut althæa, ſed ob craſſiorem mucaginem in minore doſi.

In Clyſteres ſi recipitur, præſtat, ut ſindoni involvatur, ne craſſior mucago decocto permiſceatur, & inteſtinis juſto diutius adhæreat ac aceſcendo tormina producat; corrigitur & alteratur mucago Camphora.

℞. Rad. ſymph. ℥ß. urtic. cum toto Mij. affund. iij. pint. ▽æ. coq. ad conſumtionem ij. pint. bis vel ter ſolo hoc decoct. D. Hermannus curavit hæmoptoën. Laud. opiatum quodvis extemplo levat ægrum ſi recidivam patiatur.

℞. Con-

℞. Conſolid. maj. bol. armen. tragac. Maſtich. ana ℈j conſerv. roſar. r. antiq. ſyr. Corallor. q. ſ. f. Electuarium in hæmoptyſi.

Extra radix applicata confert in hæmorrhagiis, fracturis, luxationibus, herniis, in ſanguine coagulato ſingulare quid præſtare dicitur.

℞. Rad. torment. ſymph. ana ʒj. veron. alchymill. plantag. ana Mj ſummit. Hyperic. Mß. coq. in ▽. ℞. Colatur ℔ j. add. ſyr. d. ſymph. Fern. ℥j. cape provulnerario interno, & in quovis hauſtu balſ. ♎is gr. vij vel x.

In phthiſi ℞. rad. Chin. ℥ij. paſſul. min. ʒiß. Conſol. maj. ℥ß. coq. in ſ. q. ▽æ.

Singulare hoc eſt contra herniam. ℞. Sem. naſturt. hort. ℥ß. gumm. carann. Mucag. ex ſymphit. extract. ana: contra quamvis herniam recentem exlaxato peritonæo.

In fracturis oſſium intus exhibeo. ℞. Oſteocoll. ʒß. cum raſur. conſol. maj. ℈j. cito certe conſolidantur. Externe unguentum ex ipſa mucagine addita oſteocolla mire prodeſt.

Contra fluxum alvi dyſentericum. ℞. Conſolid. maj. ℥j torm. biſtort. ana ℥ß. herb. pyrol. alchymill. ſanicul. ana Mj. coque in ▽ chalybeata f. decoct. add. Balſ. ♎ hyperic. addito ♌ roſar. f. Clyſter.

RA-

Σύμφυτον ἀπὸ τῆ συμφυεῖν à facultate conglutinandi, quod hæc herba quaſi renaſci faciat carnem, vel quod fruſta carnis diſciſſa, ſi cum iis coquatur, conglutinet. CONSOLIDA porro MAJOR vocatur & SOLIDAGO atque CONSOLIDAGO à vulneribus conſolidandis. ALUM.

ALUS.

ALUS, Wall-Wurtz / Schwartz-Wurtz / Schmeer-Wurtz / Bein Welle / GRANDE CONSOUDE, OREILLE D'ASNE.

Eſt plantæ genus flore monopetalo infundibuliformi oblongo & quaſi campaniformi, ex calyce ſecto ſurgit piſtillum quatuor veluti ſtipatum embryonibus, qui abeunt in totidem ſemina capitis viperini æmula, in calyce ampliato matureſcentia. Sequentes ſpecies promiſcue uſurpari poſſunt.

Symphytum Conſolida major flore purpureo quæ mas C. B. Pin. 259. Symphytum magnum I. B. 3. 593. Dod. Pempt. 134. Symphytum conſolida major flore purpureo cæruleo. C. B. Pin. 259. &

Symphytum conſolida major flore albo vel pallide luteo, quæ fœmina C. B. Pin. 259.

Creſcit paſſim in pratis & hortis, loco gaudet humido. Floret Majo, Junio &c. Tota planta odoris expers eſt & perpauco ſapore prædita. Folia & flores rarius, radix autem frequentiſſime in uſum trahitur, quam jubent colligere menſe Martio & Aprili tempore plenilunii. Alii collectionem ſuadent Autumno. Serum ſalſum corrigit atque incraſſat tenue. Adhibetur in decoctis vulnerariis. In Gonorrhœa & fluxu albo laudatur. Externum uſum quod concernit, vix eſt emplaſtrum conſolidans quod expers ſit ſymphiti. Balnea quoque & inſeſſus adſtringentes ingreditur, quibus etiam utuntur meretriculæ ad ſophiſticationem virginitatis. Exemplum vide apud SENNERTUM. In contuſionibus & ſuffuſionibus multum prodeſt. Decoctum ſymphyti ſi poſt Venæſectionem brachium ſanguine congrumato tingitur à LEFEBURE laudatur. Doloribus quoque podagricis & iſchiadicis mitigandis inſervit.

IN NOSTRATIBUS OFFICINIS

non proſtat ex Symphyto niſi *Syrupus de Symphyto Fernelii*, Wall-Wurtz-Syrup / *Syrop de Grande conſoude*. Vires obtinet adſtringentes & roborantes, conducit in fluxibus alvinis & ad hæmorrhagias, imprimis hæmoptyſin laudatur. Pulmones roborat & convenit in phthiſi.

RA-

RADIX CONSTANS MUCAGINE TENUIORE PAUCIS FIXIS SALINIS.

TUSSILAGO

Eſt Tuſſilago vulgaris C. B. P. radix tenuis, longa, candida, ſaporis ſubacris, cum levi lentore, odoris nullius. Planta eadem quæ Petaſitis.

In blando ſuo lentore nonnihil ♁. fovet, unde tam incidendo, quam obtundendo acria, ſpecifice prodeſt in phthiſi, tuſſi, tabe & pleuritide.

Datur in decoćto ad ℥ij ex vino, lacte, cereviſia. Lindanus magno cum ſucceſſu decoctum ſolum exhibuit.

℞. Rad tuſſilag. ℥ij flor. papav. err. Mj. bellid. min Mj. f. decoct. add. Mand. luc. piſc. ʒß. ♁ volatil. C. C. ℈ß. M.

℞. Rad tuſſilag. ℥iiij. alth. ℥ß. helen. ʒiij. ſarſæpar. ʒv. herb. ſcabioſ. hed. terreſtr. veronic. pulmonar. capill. ♀is ana Mß. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒij. coq. in ▽ vel vino vaſe probe clauſo, colatur. add. ſyr. violar. vel ſcabioſ. q. ſ. f. apozem.

RA-

Βήχιον BECCHIUM à ſedanda tuſſi, FARFARA, FARFARELLA, UNGULA CABALLINA, UNGULA ASININA, LACTUCA USTULARIA, FILIUS ANTE PATREM, quoniam februario & Martio foliis nondum egreſſis repente floret. APHYLLANTES quoque dicitur. Roß-Hub/Roß-Hüff/Huff-Lattich/Brand-Lattich/TUSSILAGE, PAS D'ASNE.

Eſt planta flore radiato, cujus diſcus ex floſculis corona ex ſemifloſculis componitur embryonibus inſidentibus & calyce multifido comprehenſis. Embryones poſtea abeunt in ſemina pappis inſtructa thalamoque affixa. Diſcrepat itaque à petaſite.

Tuſſilago vulgaris C. B. Pin. 197. Tuſſilago I. B. 3. 563. Becchium ſive farfara Dod. Pempt. 596.

Secus fontes & rivulorum fluviorumque ripas, Scrobium ac fossarum margines aliisque humentibus & aquosis locis sponte nascitur. In hortos recepta multum incommodi parit. Februario & Martio flores fugacissimos profert, qui cito una cum pediculis marcent, inde folia progignuntur tota æstate in vigore futura.

In usum ex hac planta veniunt radix folia & flores.

Planta est Thoracica, asthmati, orthopnœæ vomicisque pectoris medetur. Adhibentur folia & flores in decoctis instar herbæ Thée. A quibusdam fumus foliorum siccatorum instar Nicotianæ per fistulam hauritur ad prædictos pectoris morbos. Extrinsecus folia prosunt ulceribus & inflammationibus, item in fissuris & ulcusculis papillarum.

EX TUSSILAGINE OFFICINÆ ASSERVANT

Aquam destillatam Farfaræ ex foliis, Huff-Lattich oder Roßhub-Wasser / *Eau de fleurs de Tussilage ou de Pas d'asne*, tum interne tum externe refrigerare dicitur. Ad ulcuscula urentia in partibus pudendis mulierum ut & hæmorrhoides applicatur tepide.

Conserva Farfaræ, Roß-Hub oder Huff-Lattich-Zucker / *Conserve de Tussilage*.

Lohoch de Farfara, Roßhub-Lattwerg / *Looh de Tussilage* ou *de Pas d'asne*, in tussi, raucedine aliisque pectoris affectibus conducit.

Syrupus de Farfara, Roßhub-Syrup / *Syrop de Tussilage*, commendatur & hic in morbis pectoris, tussi, pleuritide, catarrhis salsis & acribus. Usurpatur vel per se cochleatim vel in decoctis & infusis Theiformibus pectoralibus.

RADICES PARTICULIS TERREIS CONSTANTES

Terrea concipiuntur corpuscula irregularia, porosa, gravia, fixa, ad motum inepta, quandoque secum vehentia quippiam subtilis vel acido austeri, vel alcalico aromatici.

Cognoscuntur quasi à priori gustu adstringente qui producitur dum ex poris & meatibus Linguæ absorbetur & exhau-

hauritur fluidum & ſerum, unde pori concidunt, exiccantur. Vehunt in ſe ut plurimum ſubtile acido auſterum, à quo ſeri fluiditas ſtringitur, quaſique figitur.

Hinc eorum effectus eſt ſanguinem cæteroſque humores fluidiores & tenuiores incraſſare & figere, ut & fibras partium coarctare, conſtringere & roborare. Propterea conveniunt in nimio ſanguinis motu & æſtu, in omnibus fluxibus, Vulneribus, internis viſceribus roborandis. Sunt & nonnulla terrea ſimul alexipharmaca ſeu bezoardica, dum nimiam ſanguinis reſolutionem, quam venena maligna minantur, ſua adſtringentia impediunt. Potentius & felicius operantur, ſi ipſis quippiam acidi jungitur.

ALCANNA.

Eſt anchuſæ Monſpeliacæ radix oblonga, craſſa, foris rubicunda, intus alba, rubro colore inficiens, lignoſa, ſaporis dum recens paulum adſtringentis & inſipidi, odoris nullius. Secundo ſationis anno menſe Martio dum ſpiritibus ſuis vegetabilibus gaudet colligenda.

Ex radice Indi cum calce viva extrahunt tincturam, cum qua dentes & ungues rubro colore tingunt, etiam crines equorum.

RI-

Ἄγχουσα ab ἄγχειν à virtute ſtrangulatoria, vel uti Schwenckfeldt vult παρὰ τὸ ἀγχουσίζεσθαι à fricando ſeu fuco illinendo, quod tamen Rajo non probatur. BUGLOSSA RUBRA, ALCANNA OFFICINARUM, Alcibiadion: Rothe Ochſen Zung/ Alckannen-Wurtz/ Türckiſche-Röthe/ ORCANETTE. Pertinet ad ſpecies Bugloſſi.

Bugloſſum radice rubra ſive Anchuſa vulgatior floribus cæruleis Tourn. I. R. H. cl. 2. ſ. 4. g. 2. Anchuſa puniceis floribus C. B. Pin. 255. Anchuſa Monſpeliana I. B.

584. Anchuſa parva Lob. Icon. 578. Reperitur in Galliæ Provincia, Languedocia &c. affertur quoque ex Oriente. Radix quidem pro uſu Medico commendatur, ſed licet vi adſtringente gaudeat, vix aliter uſurpatur, quam ad colorem rubrum pannis, lignis, ceræ aliiſque rebus conciliandum, niſi quod ad ſophiſticationem virginitatis quoque in uſum cedat.

Teſtante CLUSIO in Hiſpania eadem utuntur ad fucandam faciem, qui mos jam GALENI temporibus uſualis fuit, nec hodienum adhuc ceſſat. SIMON PAULI fucum facile detegi poſſe aſſerit, ſi mandentes caryophyllum vel etiam crocum halitum faciei afflent. Solet utplurimum hodie uſurpari ad medicamenta colore rubro grato tingenda. Hinc miſcetur Butyro rubro, ſeu unguento potabili rubro, decoctis pro potu ordinario & aliis.

BISTORTA.

Eſt Biſtortæ majoris radice minus intorta C. B. P. radix oblonga, pollicem craſſa, quaſi tuberoſa & geniculata ſeu nodoſa, nonnunquam retorta, foris ex ſpadiceo nigricans, intus ex flavo rufeſcens, ſaporis auſteriuſculi adſtringentis, odoris nullius.

Planta eſt pentapetala ſpicata, ſeminibus triangulis ſplendentibus.

Validius adſtringit quam alcanna, hinc potens eſt in fluxibus ſedandis & nimia ſanguinis reſolutione cauſata à malignitate, laudatur quoque in præcavendo abortu.

Datur in qualibet forma, in ſubſtantia ad ʒj. decoct. ad ℥j. ad ij. ſudores etiam movet, cujus ratio à priori dari non poteſt.

℞. Biſtort. ʒß. conſ. roſ. r. ʒj. ſucc. Citr. q. ſ. f. bolus adſtringens.

℞. Biſtort. ʒj. exhibe ex ▽ Plantag. cochl. j. ad præcavendum abortum.

℞. Biſtort. tormentill. ana ℈j. borrac. calcinat. ℈ß. conſ. roſ.

roſ. r. q. ſ. in adſtringenda alvo. [it. in fluxibus ſeminalibus.

TOR-

BISTORTA ita a radice in ſe bis vel ter contorta dicitur. SERPENTARIA atque COLUBRINA quoque audit vel a vi alexipharmaca ſerpentibus præſertim reſiſtente, vel quod folia è terra primum erumpentia linguam ſerpentis vel viperæ repræſentent. Schlangen-Wurtz / Natter-Wurtz / BISTORTE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſtaminibus conſtante ex calyce multifido, ſurgentibus. Piſtillum abit in ſemen plerumque triangulare, in capſula, quæ floris calyx fuit, reconditum. Adde flores in ſpicam diſponi & radices carnoſas eſſe quaſi tuberoſas, in ſe contortas & capillitio ſtipatas.

Sequentes ſpecies promiſcue uſurpantur.

Biſtorta major radice minus intorta C. B. Pin. 192. Biſtorta major rugoſioribus foliis J. B. 3. 538. Biſtorta Dod. Pempt. 333 &

Biſtorta major radice magis intorta C. B. Pin. 192. Biſtorta media folio minus rugoſo J. B. 3. 538. Serpentaria mas ſeu Biſtorta Fuchſii.

Locis humentibus, in opacis ſylvis, pratis & paſcuis quibuſdam humidis, in montibus reperitur, flores ſpicatos Majo & Junio erigens. In hortos translata facile quoque creſcit. In uſu radix veluti contorti, ut Schwenckfeldt dicit, introque reflexi pollicis digiti manus faciem præ ſe ferens.

Vis ſudorifera & alexipharmaca ex virtute adſtrictoria particuliſque terreſtribus non adeo difficulter derivari poteſt. Mulierculæ lumbis applicant ad præcavendum abortum. Vulneraria quoque inſignis eſt atque in ſanguine quoque congrumato diſſolvendo à quibuſdam celebratur. Externe conducit ad hæmorrhagias ſiſtendas dentiumque vacillationem, pluribus quoque remediis topicis immiſceri poteſt. Radici Biſtortæ quandoque adnaſcitur fungus, quem in vulneribus & hæmorrhagiis de prædicant.

TORMENTILLA.

Eſt tormentilla ſylveſtris C. B. P. radix tuberoſa, dura, nodoſa, pollicem craſſa, in obliquum acta, coloris ex fuſco rubeſcentis, ſaporis auſteriuſculi. Subtilior & paulo temperatior eſt quam biſtorta. In Variolis & Morbillis cum alvi fluxu habetur ſpecifica. Dicitur à nonnullis contra Apoplexiam remedium præſentaneum.

Datur in qualibet forma, in ſubſtantia ad ʒj. melius in decocto quam infuſo à ʒij. ad ℥j. Extracto c. Spiritu Vini vel ▽ propria facto ϑj.

℞. Extr. torment. ʒß. caſtor. gr. v. ⊖ vol. ſuccin gr. vij. f. pil. in Variolis & morbillis.

℞. Torment alcann. biſtort. ana ϑj. M. f. pulv. add. conſ. roſ. r. ʒj. f. bolus.

℞. Nuc. Moſch. toſt ϑj. ſacch. ♄ni gr. vij. Laud. op. gr. ij. extract. torment. ϑj. c. ſyr. roſ. r. q. ſ. f. pil. vel cum conſerva roſar. r. f. bolus in Dyſenteria.

CON-

TORMENTILLA quia juxta PENA & LOBELIUM tormentum cruciatumve dentium ſæviſſimum placat atque venenatarum quarumdam rerum compeſcit furorem cruciantem, Ἑπτάφυλλον HEPTAPHYLLUM. Tormentill / Roth-Wurtz / Heyl-Wurtz Rothruhr-Wurtz / Rothheyl-Wurtz / Birck-Wurtz / Nabel-Wurtz / TORMENTILLE.

Eſt planta flore roſaceo quatuor petalis conſtante in orbem poſitis. Piſtillum ex calyce monophyllo multifido & pelviformi ſurgens abit in fructum fere globoſum in quo multa ſemina calyce ipſo involuta colliguntur. Adde folia pluſquam terna ſummo pediculo inſidentia.

Tormentilla Sylveſtris C. B. Pin. 326. Tormentilla J. B. 2. 598. ſeu l. 17. c. 74. Tormentilla Dod. Pempt. 118.

Paſſim

Paſſim provenit in herboſis & arenoſis locis, floret Majo & ſequentibus menſibus. In uſum hæc planta ſuppeditat præſertim radicem.

Ex adſtringentibus & vulnerariis quam maxime celebratur, ita ut in omnibus fluxibus alvi aliarumque partium, vel cum ſanguine junctis vel abſque ſanguine contingentibus, ſuadeatur. Symbolizat quam maxime cum Biſtorta, niſi quod Biſtorta magis adſtringat; Tormentilla autem magis quaſi aromatica ſit. Unde non ſpernendum HOFFMANNI conſilium in CLAVE ad SCHROEDERUM: quod ſemper, ubi minore adſtrictione opus eſt, Tormentillam Biſtortæ præferamus, præſertim cum ſit magis tenuiorum partium. Decoctum hujus radicis abortum præcavere dicitur. Cum acidum abſorbeat, ſtomachicum quoque conſtituit remedium. Mire hinc decoctum Tormentillæ, odorem quaſi roſeum ſpirans, in appetitu proſtrato, ad roborandum tonum ventriculi deprædicatur. Sicuti autem porro ob vim vulnerariam in decocta recipitur, ita quoque eundem ob ſcopum externe quoque in vulneribus & hæmorrhagiis uſurpatur. Ingreditur quoque gargariſmata, ad dolores etiam immanes ut & vacillationem dentium. De hac radice ut & de aliis adſtringentibus, præſertim paulo fortioribus, merito notandum Medicis cautè eſſe mercandum. Sunt, qui non abſque ratione radicem recentem præferunt ſiccatæ. Nonnulli pulverem Tormentillæ cum tartaro emetico miſcent æmulaturi hoc modo Ipecacuanha. Verum partim ob copiam hujus radicis exoticæ tali permutatione non opus eſt, partim etiam effectus ſperatus præter vomitum vix expectari poterit.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua Tormentillæ, Tormentill oder Ruhr-Wurtzel-Waſſer / *Eau de Tormentille*, quæ tamen ut aliæ quoque adſtringentes aquæ non multum valere videtur. Præferendum ſemper decoctum.

Extractum Tormentillæ, Tormentill Extract / *Extrait de Tormentille* quod ad aliquot grana uſque ad ℈j. exhibetur.

CONTRAYERVA.

Eſt Clematis paſſionalis Peruviana folio bifido, ſeu Coane-

Coanenepilli: Radix oblonga, tenuis, nodoſa, fibroſa, foris rubra, intus pallida, ſaporis nonnihil adſtringentis, cum ſuavi ſed debili acrimonia, odoris aromatici ſed exigui. Inter alexipharmaca reponitur. Commendatur magis quam cæteræ radices in morbis malignis.

Datur ut Tormentilla in ſubſtantia, infuſo, extracto.

℞. Contrayerv. ʒß. camph. gr. iij. ſyr. d. cichor. q. ſ. in Variolis & Morbillis.

℞. Contrayerv. ʒß. Corall. r. ʒj. f. pulv. adſtringens excip. conſerv. roſ. r.

℞. Contrayerv. ʒiiij. ſantal. r. ʒß. ⏑ theriacal. ʒiiij. ⏑ ☉l. dulc. ʒij. ⏑ vin. Camph. ʒiij. f. Tinctura Bezoardica. addi quoque poſſunt radices angelicæ, valerianæ, petaſitis.

CA-

CONTRAYERVA ex Latino contra & Hiſpanico vocabulo Yerva, quaſi diceres contra venenum, RADIX YERVA, BEZOARDICA, ALEXIPHARMACA. Drackena appellata fuit à Cluſio in honorem F. Dracke qui ei illam dono dederat. DRACKENA Cluſio, Peruvianiſche Gifft-Wurtzel. Quænam præciſe planta ſit, nondum plane conſtat. Multi Authori noſtro aſſentiuntur, alii diſſentiunt. Expectabimus deciſionem litis. Interim ſequentibus ſolet exprimi nominibus.

Contrayerva Hiſpanorum ſive Drakena radix Cluſ. Exot. 83. Drakena radix I. B. 2. 740. Coanepilli ſive Contrayerva Hern. 301.

Radix in uſu tantum quæ eligenda denſa & non carioſa. Commendatur à quibuſdam contra omnia venena exceptoMercurio ſublimato. Laudatur in peſte ad præſervationem tum in ſubſtantia tum in aqua vel vino infuſa, ſi quotidie in prandio hauſtus ſumatur. Spleneticis inſuper & Melancholicis auxilio eſt. Digeſtionem adjuvat flatuſque diſcutit. A quibuſdam ipſi lapidi Bezoar præfertur. Hoc certum eſt, quod non plane, uti quidam inepte faciunt, ſit rejicienda, cum præſertim etiam in compoſitionibus ſuo non deſit officio

officio. Ut ſolummodo nunc mentionem injiciam pulveris ab hac radice & regulo Antimonii Medicinalis virtutem ſuam quoad maximam partem obtinentis. Intelligitur autem à me uſu ſuo & effectu celebratiſſimus *Pulvis Bezoardicus RollWagii*, Rollwagens Gifft-Pulver / *Poudre Bezoardique de RollWagen*, qui in diverſi generis febribus continuis & ardentibus, variolis, morbillis aliiſque exanthematibus conducit, ut & in Dyſenteria. Datur infantibus & adultis cuſpidatim ad duos vel tres cultri cuſpides, ſive ad ſcrupulum unum, ad drachmam ſemis, bis vel ter de die. Proſtat etiam paratus ex hac radice gratus ad modum *Syrupus Contrayervæ* Gifft-wurtzel Syrup / *Syrop de Contrayerva*. Præter vim alexipharmacam quam eidem adſcribunt pro ſcopo ſitim ſedandi, æſtum refrænandi & corroborandi, in variolis, morbillis, febribus continuis & malignis, in mixturis & Julapiis uſurpari poteſt.

CARYOPHYLLATA.

Eſt Caryophyllata vulgaris C. B. P. radices tenues, fibroſæ, ex uno capite craſſiore prodeuntes, ſaporis ſubacris, grate amaricantis, odoris modo aromatici caryophyllati, modo nullius, pro diverſis quibus colligitur locis, odoratior, quæ in locis creſcit excelſis, quam quæ in hortis colitur.

Planta eſt pentapetala, ſeminibus in capitulum congeſtis, nudis crinitis.

Recens & in calidioribus locis nata blandumque aroma caryophyllatum ſpirans, poſſidet in ſubſtantia terrea aliquid Salis volatilis, ob quod contra Catarrhos & capitis obſtructiones commendatur. Sicca vero & ℞e volatili carens, blande adſtringendo fibras relaxatas, præcipue Ventriculi, confortat. In ſpecie commendatur à nonnullis in ictero à Bile acri & viſcoſa. Stimulatur ſerpillo, majorana.

℞. Caryophyllat. ℥j. majoran. ſerpill. ana p. ij. affund. ℏ Ceraſ. nigr. f. infuſum pro Catarrhis.

℞. Rad. Caryophyllat. ℥ß. Caryoph. arom. ℈ß. conſ. roſ. q. ſ. f. bolus.

CARYOPHYLLATA ita dicta ab odore radicis, BENEDICTA, SANAMUNDA, ab efficacia contra multos morbos. Benedicten-Krauth / Benedicten-Wurtz / Näglein-Wurtz / Cariofillat / BENOITE.

Eſt planta flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, è diviſuris calycis monophylli & pelviformis prodeuntibus. Piſtillum abit in fructum fere globoſum, in quo plurima ſemina colliguntur caudata.

Caryophyllata vulgaris C. B. Pin. 321. Caryophyllata vulgaris flore parvo luteo I. B. 2. 358. Vulgaris Caryophyllata Lob. Icon. 693.

Provenit locis opacis magis ac umbroſis juxta vias, in dumetis, ſepibus & Sylvis: floret Majo &c. Colitur quam maxime etiam in hortis.

Radix, quæ exterius nigricat, interius rufeſcit, quamque Martio colligendam eſſe aſſerunt, in uſum Medicum venit.

Laudatur in apoplexia, epilepſia, cerebrum roborat, flatus præterea diſcutit, in dyſenteria & fluxu cœliaco prodeſt. Reſerat obſtructiones viſcerum. Prodeſt Hæmoptyicis & ab alto delapſis, aliiſque pectoris affectibus, expectorationem promovet &c. Putredini & venenis reſiſtit: ad menſes ciendos deprædicatur decoctum, ab aliis vero in fluore albo conducere dicitur. Potionibus vulnerariis immiſcetur. Externo & interno uſu ad enterocelen deprædicatur. Ejus decoctum ſanat vulnera, & etiam nævos maternos.

Tempore vernali vix non omnibus Vinis medicatis immiſcetur, præſertim cum gratum conciliet ſaporem.

Appenſa inſtar amuleti hæmorrhagias ſiſtit & ad ophthalmiam atque Epiphoram laudatur. Sunt qui pulverem inſperſum in cancro commendant, ut & ejus decoctum.

Doſis radicis per ſe eſt ad ʒß. ʒi.

PIMPINELLA.

Eſt Pimpinellæ ſanguiſorbæ minoris hirſutæ C. B. P. radix calami craſſitie, ex fuſco ſubrufa, ſaporis ſabamari, adſtringentis, tenuis, non ingrati odoris. Culta in hortis

fit

fit delicatior longe. Gaudet foliis pinnatis, flore ſtamineo, ſeminibus ut plurimum quadrangulis.

Reſpondet caryophyllatæ. Hujus radicis uſu hydrophobia fuit curata.

℞. Rad. pimpinell. ʒß. C. C. præpar. ʒj. M. f. pulv. addita conſerv. roſar. r. f. bolus. addi quoque poteſt L. O. gr. j. item ♁ Nuciſt. expr. vel magma poſt deſtillationem reſiduum. Exhiberi poteſt in quolibet fluxu.

PEN-

PIMPINELLA a foliorum binis ordinibus pennatim ſive plumatim diſpoſitis. PIPENNULA PAMPINELLA, SORBASTRELLA. Non ſolum ſanguiſorbæ ſed & ſaxifragæ hoc nomen tribuitur. Alias non ſolum floribus diſtinguuntur, ſed & diſcrepant quoad partem juxta verſiculum.

Pimpinella pilos, ſaxifraga non habet ullos.

SORBARIA dicitur à ſorbendo, quoniam ſanguinem ex vulneribus ſorbet. SANGUISORBA, SANGUINARIA. Bimpernell / Pimpernell / Klein Sperber-Krauth / Klein Blut-Krauth / Klein Kölblins-Krauth / Klein Herr-Gottsbärtlein PIMPERNELLE.

Eſt plantæ genus flore monopetalo rotato ad centrum uſque plerumque quadripartito ſtaminibus plurimis ſtipato vel piſtillo fimbriato. Calyx abit in fructum utplurimum quadrangularem & utrinque acutum, modo unicapſularem modo bicapſularem, ſeminibus fœtum ſæpe ſæpius oblongis. In uſum præſertim venit

Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta. C. B. Pin. 160. Sanguiſorba minor I. B. 3. part. 2. 113. Pimpinella ſanguiſorba Dod. Pempt. 105. quamvis etiam uſurpari poſſit

Pimpinella Sanguiſorba major C. B. Pin. 160. Sanguiſorba major flore ſpadiceo I. B. 3. p. 2. 120. Pimpinella ſive ſanguiſorba major Matth. 1033.

Pimpinella minor invenitur in limitibus agrorum aridioribus ac aſperioribus incultis, item agris & campis, maxime vero iis, qui aprici exiſtunt, ſoli ſcilicet expoſiti. Exit præterea petroſis mon-

tosis asperis locis. Major amat pinguia & lutosa loca. Utraque colitur etiam in hortis. Floret Junio & Julio.

Utraque viribus convenit, & in usum suppeditat Radicem & herbam cum floribus, de qua infra. Radix virtute adstringente gaudet, unde in fluxibus sanguineis sicuti tota planta conducit. Commendatur ad dysenteriam mensiumque purgationem immoderatiorem. Potatur decoctum ejus aut infusum. Pulvis radicis cum conserva rosarum commendatur in phthisi & exulceratione pulmonum.

PALMERIO citante I. BAUH. de morsu Canis rabidi Henrici 2. Galliarum regis venator bona fide asseveravit, Pimpinellam ad præcavendam Hydrophobiam tantam vim obtinere, ut quicunque eam aliquot diluculis vel in acetariis, vel alio quovis modo comederit, nihil inde incommodi sentire possit.

Ad vermes equorum deprædicatur a TABERNÆMONTANO radix Sanguisorbæ majoris cum pabulo data, infundendo simul in potu herbam.

PENTAPHYLLI RADIX.

Est quinquefolii majoris repentis flore luteo C. B. P. radix oblonga, calami crassitie, foris rubicunda intus incarnata, transversim secta crucem vel stellam referens. Saporis primum adstringentis, postmodum incidentis. Odoris nullius.

Planta eadem est quæ tormentilla, constat terreis particulis, volatilibus paucis. Substituitur cortex hujus radicis aliquando cum effectu cortici Chinæ Chinæ, si sumatur ad ʒj.

Substantia hujus interior est lignosa, & tota styptica. Cortex vero ob sui acredinem & ☉is præsentiam in febribus intermittentibus & quartanis laudatur. Movet sudorem & Urinam, datur ad ʒij. Ingreditur gargarismata ad detergenda ulcera, & curandas aphthas.

In decoctis datur pro mictu cruento h. m.

℞. Rad.

℞ Rad. pentaphyll. ℥ij. herb. agrimon. ſummit. hyperic. ana Mj. coq. in Cerev. ſ. q.

℞. Rad. pentaphyll. ʒß. ⊖ prunell. ℈j. M.

℞. Rad. pentaph. Cort. Ch. Ch. rad. gentian. ana ℈j. ⊖ prunell. gr. x. M. f. pulv. contra febres add. ſacch. ℏn. gr. vij. L. O. gr. j.

NYM-

Πενταφυλλον, QUINQUEFOLIUM, quaſi planta quinque foliorum, Fünffinger-Kraut/Fünff-blatt/QUINTEFEUILLE. Eſt planta flore roſaceo plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce monophyllo & mult fido ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum fere globoſum, in quo multa ſemina in capitulum quoddam colliguntur, ipſo calyce involutum. Adde folia plura quam terna ſummo pediculo inſidentia.

Quinquefolium majus repens luteum C. B. Pin. 325. Pentaphyllum ſive quinquefolium vulgare repens C. B. 2. 397. Quinquefolium majus Dod. Pempt. 116. Paſſim provenit locis præſertim arenoſis campeſtribus, floret Majo & Junio. In uſu radix vere colligenda ut & herba cum floribus.

Radix laudatur quoque in catarrhis & morbis inde dependentibus, adeo ut à TABERNÆMONTANO ipſi radici Chinæ æquiparetur. Decoctum radicis commendatur ad Icterum, obſtructiones hepatis atque lienis, Phthiſicis quoque atque podagricis prodeſſe dicitur. Imprimis laudatur in fluxibus alvinis, hæmorrhoidibus nimiis, menſibus nimiis, hæmoptyſi. Ad libras duas aquæ ſumitur ℥j. radicis. Quæ de radice dicta, valent etiam quoad maximam partem de herba. Laudatur etiam ad convulſiones & epilepſiam. Notante SCHROEDERO aliiſque in febre quotidiana unum folium, in febribus tertianis folia trina, in quartana quaterna exhibent. Externe hæc planta prodeſt in inflammatione oculorum & laxitate dentium, præſertim ſcorbutica. Radix maſticata dolorem dentium ſedare, & manu detenta hæmorrhagiam ſiſtere dicitur. In herniis quoque curandis laudatur. Succus in ictero potus quam

maxime commendatur, in vulneribus porro, ulceribus antiquis, fiſtulis, imo ipſo cancro à quibuſdam uſurpatur. Ob vim alexipharmacam immiſcetur Theriacæ.

Quidam cum BORELLO folia ſaltem radicitus collecta arteriis bracchii dextri cum ſale imponunt pro antifebrili externo topico.

NYMPHÆA.

Eſt Nymphææ luteæ vel albæ majoris C. B. P. radix craſſa, foris ex fuſco flaveſcens, intus pallida, fungoſa, levis, ſaporis adſtringentis auſteri, odoris nullius.

Planta eſt pentapetala, capitulo oblongo ſtriato verrucam exprimente, multicapſularis, in quibus ſemina ſplendentia, triticeo grano minora.

Habet in ſubſtantia levi, poroſa & laxa, nonnihil ⊖is volatilis alcalini, nam ſolutiones cum acidis factas præcipitat, unde & acidorum actiones, phlogoſes cauſantes, temperat & ſiſtit, mitigatque ſpiritus ♃eo acidos, & propterea in nimiis vigiliis tanquam ſpecifica extollitur. Ob eaſdem cauſas peculiare quid obtinet in ſiſtendo fluxu ſeminali, pollutione nocturna, ♀ea, inflammationibus renum & veſicæ, ut & in febrium æſtu.

Datur decoctum, ▽, ſuccus, ſyrupus & ipſa ſubſtantia ad ʒj. decoctum ad ℥ij.

℞. Rad. nymph. ℥iiij. flor. nymph. Mj. anagall. flor. phœniceo Mij. coq. ex vino auſtero vel ▽ fontan. f. apozema contra maniam.

℞. Camph. gr. v. rad. nymph. gr. xv. ſacch. ♄ni gr. vij. L. O. gr. ij. excip. conſerv. flor. nymph. & ſyr. menth. q. ſ. f. bolus in mania & quovis delirio.

℞. Cort. ſaſſafras ℥ij. rad. Nymph. ℥iij. flor. Nymph. p. ij. coq. ex vino contra fluorem album mulierum.

RADI-

νυμφαία, quod aquosis locis gaudeat, vel quod ex Nympha Zelotypia erga Herculem demortua orta esse fingatur, unde & HERACLEON, HERACLEA, NENUPHAR, NENUFAR; PAPAVER AQUATICUM, a fructu Nilufar. Seeblumen/ Waſſer-Gilgen / Haarſtrang/ Haarwurtz/ Seepuppen/ Seeroßen / Weyer-Roßen. NENUFAR.

Est plantæ genus flore rosaceo plurimis scilicet petalis in orbem positis constante ex cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in fructum fere globosum vel conicum multicapsularem seminibus fœtum utplurimum oblongis. Flore fructuque carens dignoscitur foliis amplis subrotundis aquis innatantibus. Duæ præsertim species in usum veniunt

Nymphæa alba major C. B. Pin. 193. Nymphæa alba J. B. 3. 762. Dod. Pempt. 585. Weiße Seeblumen / Waſſer Lilgen/ Weiſſe Seeroßen/ Weiße Seekannen / Weiße Mummeln / Weiße Nixenblumen/ Waſſer-Mänchen / Nenufar blanc &

Nymphæa lutea major C. B. Pin. 193. Nymphæa lutea J. B. 3. 763. Dod. Pempt. 585.

Nascitur utraque in paludibus, stagnantibus aquis, ampliоribus fossis & pigro lapsu dilabentibus rivulis, ac subinde fluminibus, floret Majo & Junio.

In usum veniunt Radix, folia, flores & semen. Flores desumuntur ex Nymphæa alba, de quibus ut & de foliis atque semine inferius agitur. Radix ex utraque depromitur. Commendatur in vino rubro austeriore decocta tanquam certum remedium ad nimium mensium fluxum ex mente TRAGI aliorumque, id quod etiam de semine dicitur. Radix hæc porro laudatur ad alvi fluxus compescendos. Quidam radicem sole cancrum ingrediente effossam ad vertiginem arcendam collo appendunt. Alii radicem decoquunt, decoctum vel per se adhibent, vel cum butyro in unguentum redigunt, eoque utuntur ad pilos pulchros & prolixos reddendos. Observarunt autem exinde contractam Cephalæam contumaciſſimam,

RADI-

RADICES TERREIS ET SIMUL MUCAGINOSIS VOLATILIBUS PARTICULIS CONSTANTES.

POEONIÆ RADIX.

Eſt pœoniæ maris folio nigricante ſplendido C. B. P. rādix craſſa, tuberoſa, foris fuſca, intus pallida, ſaporis dum recens ſubacris, ſubdulcis, cum levi quadam amaritie, odoris nullius.

Planta eſt multiſiliqua polypetala, ſeminibus lucidis nigris oblongo rotundis.

Hujus vis antepileptica à Medicis decantata, conſiſtit forſan in modica adſtringentia, juncta blando volatili lentori, à quibus contra acidum Epilepticum cerebrum corroboratur, ſpirituumque impetuoſus & violentus motus ſedatur. Eandem ob cauſam laudatur etiam in motibus convulſivis, vertigine, tremore, pavore puerorum nocturno, tanquam prodromis Epilepſiæ.

Datur in qualibet forma, additur quoque Clyſteribus antepilepticis. In ſubſtantia à ʒß. ad ʒj. Decoctum ab ʒj. ad ℥ij.

℞. Rad. pœon ſem. pœon. ana ʒij. viſc. quern. ʒj. ⊖ volatil. C. C. vel. ⊖ Urinæ vol. Cinnab. ☿ij. ana ℈j. in robuſtioribus ʒß. M. f. pulv. pro vj. doſibus: cape ex ▽ flor. tunic. ℥iij.

℞. Rad. pœon. ℥j. angel. acor. ℥ß. ſummit. origan. ſtœch. rutæ ana Mj. coq. in ▽.

℞. Colatur. ℥x. add. ⊖ vol. C. C. ʒij. f. Clyſter. contra vertiginem & Epilepſiam.

℞. Rad. pœon. ℈ß. Cinnab. ☿ij. gr. iiij. M. f. pulv. contra pavores nocturnos infantum.

CYNO-

PÆONIA à Pæone Medico, qui ea curaſſe perhibetur Plutonem ab Hercule vulneratum, Παιωνία, PÆONIA a pæanibus, id eſt laudibus; Pionia. Vocatur etiam γλυκυσίδη, Dulciſidia, θεοδόνιον, quaſi divinum donum. SELINUM, SELENOGOGONUM, quaſi Lunæ GENITURA. ROSA BENEDICTA, SANCTA, LUNARIS, REGIA. HERBA CASTA, CASTA RADIX &c. Päonien/ Poconien-Roſen/ Pfingſt-Roſen/ à tempore florendi, Gicht-Roſen/ à virtute. PIVOINE.

Eſt planta flore roſaceo plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce polyphyllo ſurgit piſtillum quod abit in fructum, in quo plurima cornicula velut in capitulum colliguntur deorſum inflexa, lanugine plerumque pubeſcentia, per longitudinem dehiſcentia & ſeminibus foeta fere globoſis. Ex pluribus Pœoniæ ſpeciebus in uſum Medicum præſertim veniunt ſequentes duæ.

Pæonia folio nigricante ſplendido quæ mas C. B. Pin. 323. Pæonia mas procerior J. B. 3. 492. Pæonia mas Dod. Pempt. 194. Pivoine masle, Päonien-Männlein. &

Pæonia communis vel fœmina C. B. Pin. 323. Pæonia fœmina vulgatior I. B. 3. 492. Pæonia fœmina altera Dod. Pempt. 195. Ex his rurſus mas præſtantior cenſetur, coluntur in hortis, florent majo.

Vires porro nervinæ ac Cephalicæ, pectorales, Uterinæ, in menſium præſertim obſtructione & doloribus poſt partum, ut & antinephriticæ & antarthriticæ adſcribuntur huic radici. Externe quoque tanquam amuletum inſervit, de Collo enim ſuſpenſa ab epilepſia liberare dicitur. Volunt autem ut debito tempore ſit collecta. Alii illam eruunt ſole exiſtente in Leone die ac hora ſolaribus, Luna decreſcente. Alii ſole in ariete exiſtente, dum Luna ei vel jungitur vel opponitur, effodiunt. Alii rurſus Luna creſcente effoſſionem ſuadent. Quidam jubent ut noctu, quidam vero ut tempore meridiano extrahatur. Nonnulli aurea vel argentea inſtrumenta adhibenda eſſe volunt. Sunt qui eo ſuperſtitionis progrediuntur, ut hanc radicem geſtatam phantaſmata & dæmones depellere, Lemuribus adverſari, tempeſtates atque grandines arcere &c. perſuadere conentur. Sed quis tam ridiculis & abſurdis virtutibus fidem adhibere poterit. Is certe minime, cui ipſa tan-

topere decantata virtus antepileptica nondum extra omnem dubitationis aleam posita est. Dandum interim aliquid plebi.

Olim ex succo expresso radicis per subsidentiam colligebatur pulvis, quem feculam pœoniæ appellabant. Hodie tamen exolevit.

Basin hæc radix constituit deprædicati tantoperè *Pulveris Epileptici Marchionis.* Margräffisch-Pulver / *poudre contre l'Epilepsie du Marquis.* Remedium est in vulgus sat notum & mulierculis usitatissimum in motibus convulsivis & epilepticis tum curandis tum præservandis, infantibus exhiberi solitum ad ℈ss. ℈j. vel cuspidatim etiam infantibus recens natis ut plurimum porrigitur.

CYNOGLOSSA.

Est cynoglossi majoris vulgaris C. B. P. radix oblonga, crassitie digitali, foris ex atro rubens, intus albida, saporis fatui muscosi, aliquando subdulcis, odoris graviusculi, aliquid fœtidi canis redolentis, narcotici, si crescit in locis uliginosis, in siccioribus inodora fere, admota naribus somnum conciliat.

Planta est asperifolia pentapetaloides, seminibus lappaceis compressis. Est solani species. Mulcet acres Catarrhos, & in dolore capitis, fluxu albo, in gonorrhœa ut & in asthmate commendatur.

Externe scrophulas & strumas colli curat, & si recens ac canino odore adhuc fœta, abigit pediculos. Imponuntur nempe infantibus folia cynoglossæ Capiti ad abigendos pediculos.

Suspecta à nonnullis virulentia, idcirco corrigitur cinamomo, croco, Castoreo. Vis narcotica exaltatur opio, aliisque narcoticis.

Pilulæ de cynoglossa dantur à gr. vij. ad ix. per se. vel ℞. Pil. de cynoglossa gr. ij. ▽ papav. rhœad. ʒj. syr. pap.

pap. rhœad. 3ij. f. hauſtus ad tollendum capitis dolorem, ubi opium eſt ſuſpectum.

MAN-

Κυνόγλωσσος, Κυνόγλωσσιν, CYNOGLOSSA, LINGUA CANIS, LINGUA CANINA, HERBA CANINA. Hunds-Zungen/ *Langue de Chien.* Ita dicitur vel à foliorum forma, Linguam caninam æmulante, vel à fœtore, cum compreſſa canem redoleat.

Eſt planta flore monopetalo infundibuliformi & multifido, cujus piſtillum ex calyce ſurgens abit in fructum, ex quatuor capſulis conſtantem, ut plurimum aſperis & ſemine fere plano fœtis, placentæ pyramidatæ & quadrilateræ affixis.

Nihil itaque cum Solano commune habet, niſi virtutem narcoticam.

Cynogloſſum majus vulgare C. B. Pin. 257. Cynogloſſum vulgare. I. B. 3. 598. Cynogloſſum Dod. Pempt. 54.

Creſcit paſſim locis aridis, per hyemem folia illæsa durant, appetente Junio caulem emittit, in parietinis & juxta ſepes floret Junio & Julio.

Flores, folia & radix, quamvis ad varias fluxiones ſiſtendas & humorum acrimoniam, alvi fluxus, hæmoptyſin &c. commendentur, vix tamen hodie interius uſurpantur, niſi quod exinde parentur ab authore allegatæ *Pilulæ de Cynogloſſa*, Pillen von Hunds-Zungen-Krauth/ *Pilules de Cynogloſſe.* Vim habent anodynam, dolores mitigant & ſiſtunt catharrhales defluxiones in thoracem, quæ gravant pectus. Commendatur in tuſſi atque Phthiſi, ut & in diarrhæis atque dyſenteriis. Scrupulus continet de Cynogloſſo ſemine Hyoſcyami atque opio de quolibet circiter grana tria. Olim frequentioris erant uſus, poſtea fere exoleverant, nunc rurſus à quibuſdam in uſum revocantur. Curioſum eſt, quod de his pilulis ſcribit HYERONIMUS JORDANUS. Verba hæc ſunt: JOHANNES Medicus Colonienſis puellæ obſeſſæ clam ſomnum conciliaturus, pilulas de Cynogloſſa exhibuit, quarum una devorata obſeſſa alterum oculum digito clauſit, & vide, inquit ægra, dæmon, quam egregie dormiam.

MANDRAGORA.

Eſt Mandragora fructu rotundo C. B. P. radix craſſa, oblonga, bifida, foris cinerea ferruginea, intus pallida, odore ingrato, viroſo, caput feriente & narcotico. Cortices cinereo ferruginei ſcabri, intus albidi.

Planta eſt baccifera, floribus monopetalis in quinque ſegmenta diviſis, ſeminibus compreſſis rugoſis.

Mandragoræ radix duplici notatur virtute. 1. purgante tam per ſuperiora quam per inferiora, cum violentia & virium etiam proſtratione & aliquando convulſionibus ſubſequentibus, unde per ſe non datur, niſi doſi minima ad ℈ß. ℈j. Extractum ejus cum Spiritu Vini ex corticibus factum datur pro anodyno. 2. Narcotica ſtupefactiva, quæ in mucagine volatili conſiſtere videtur, à qua ſpiritus æque ac ab opio involvuntur. Inde forſan eſt, quod in Epilepſia & motibus convulſivis quibuſdam commendata ſit.

℞. Cort. Mandrag. Gentian. ana ℈j. Cort. Chin. Chin. ⊖ abſynth. ℈ß. f. pulv. propinandus ex vino. vel

℞. Rad. gentian. ſerpent. Chin. Chin. ana ℈j. Mandragor. ℈ß. ⊖ abſynth. gr. v. f. pulv. pro j. doſi, quo agyrta curavit febres tertianas & quartanas.

℞. Cort. Mandragor. ʒij. ſabin. Mj. aſar. ʒj. coq. ex Cereviſia pro expellendo fœtu mortuo.

Empyricis laudatur in quartanis pro Emetico. Uterum valde movet & abortum cauſatur, unde gravidis non danda. Veteres utebantur cortice infuſo cum vino pro narcotico & ſtupefactivo, præcipue ubi membra erant amputanda. Datur tantum robuſtioribus cum circumſpectione.

℞. Extract opij. Rad. pœon. cort. Mandrag. ana ʒij. viſc. quern. ℥j. ſem. pap. alb. & nigr. ana ʒiij. C. C. coral. r. ana ℥ß. M. f. p. cujus doſis ℈j. contra Epilepſiam ſeu convulſiones

vulſiones, ſeu impetus ſpirituum animalium. Exhibendus ex ♎u Ceraſorum nigrorum. Externe in doloribus dentium à putredine commendari poteſt ſequens.

℞. Cort. Mandragor. ʒß. opij. ℈j. pil. peſt. Ruffi ℈j. ꝏ. d. caryoph. gt. v. f. turund. in momento ſiſtit dolores.

[Joh. Jacob. Manget. in Biblioth. Pharm. Medica ſeqq. profert de Mandragora ex Herman Mat. Med. MSta. Mandragora eſt planta pentapetala, baccifera, ſeminibus compreſſis rugoſis, quæ nota cum omnium ſolanorum ſit, Mandragora ad ſolanorum ſpecies referri debet. Incipit florere primo vere, quo tempore radix utplurimum efficaciſſima colligitur. Ex odore viroſo colligitur ejus vis narcotica, incidens & attenuans, ſed omnis hæc vis eſt in cortice, & medulla inferior rejicitur, unde etiam in officinis nonnullis cortices tantum in umbra exſiccati proſtant. Specificum uterinum eſt, ſed caute adhiberi debet, ſin in nimia exhibeatur quantitate dira inde ſequuntur ſymptomata ut ſpaſmi &c. in pulvere doſis eſſe poteſt ʒj. (forte ℈j.) in infuſo ʒij. Circumforanei utuntur contra febres intermittentes ſed minus tuto. Extractum ejus valet contra tertianam & quartanam. Præparata præterea nulla.]

CAPUT

Μανδραγόρας, quod ut I. BAUHINUS loquitur, ſolis fervidioris impatiens ad mandras pecorum, antra aliaſque ſpeluncas umbroſas proveniat. Quidam vult ac ſi Mandragora idem ſit ac Manntragen. Κιρκαία vel Κίρκαιον, CIRCÆA vel Circæos à Circe Solis filia Venefica & procurandi amoris artifice; Mandragoras enim, ad amatoria conducere creditur. ἀνδρωπόμορφος, à radice truncum corporis humani quadantenus referente, Alraun/ Alrunn/ Altrauntz/ Schlaff-äpffel/ *Mandragore.*

In charactere Mandragoræ deſignando vel author ſibi non conſtat, vel quod probabilius eſt, Manget male excerpſit, revera

enim eſt planta flore monopetalo campaniformi & multifido, cujus piſtillum abit in fructum fere globoſum in quo veluti nidulantur ſemina ut plurimum reniformia. Adde folia obſcure virentia ſubrotunda fœtida, radiceſque longas & craſſas quas antropomorphas appellitant.

Mandragora fructu rotundo C. B. Pin. 169. Madragora mas I. B. 3. 617. Mandragoras Dod. Pempt. 457. &

Mandragora flore ſubcæruleo purpuraſcente. C. B. Pin. 169. Mandragora fœmina I. B. 3. 618. Cluſ. Hiſt. LXXXVII. Utraque ſpecies uſurpari poteſt, præfertur tamen mas. In regionibus calidioribus, Italia, Hiſpania imo quibuſdam in provinciis Galliæ provenit. Apud nos colitur in hortis, floret vere, quo tempore etiam radicem colligere jubent. Cortex, qui potiſſimum uſurpatur, maximam partem ex Italia affertur. Cum, ut recte judicat LUDOVICI, agyrtis relinquenda ſit, non opus eſt, ut ratione uſus interni multa fiant verba. Externe in lotionibus pedum, in cephalalgia & oculorum inflammationibus à quibuſdam laudatur, adhibetur quoque pro ſcopo emolliendi & reſolvendi tumores duros & ſcirrhoſos. Rariſſime autem uſurpatur. Quidam decoctum Mandragoræ ebur, ſi ſenis horis decoquatur, ebullire dicunt cum DIOSCORIDE: falluntur autem quam maximè, ut teſtatur SANCTORIUS Method. vitandorum errorum. An fructus Mandragoræ qui vel olfactu ſomnum conciliant, ſint Dudaim, aliorum eſt inquirere. Quidam ex Mandragora oleum per coctionem parant, quod ſoporiferum & anodynum, inflammationes ſiſtit, fiſſuras papillarum & dolores partus mitigat. Caute mercandum.

Illud non plane ſilentio involvendum ſed vel verbo tangendum, quod impoſtores ſceleſti quidam celebratos illos Virunculos Magicos, die Alraunen/ Galgenmänlein / quos quidam ex urina innocenter ſuſpenſorum ſub patibulis naſci, & non niſi ſummo cum periculo obtineri poſſe male credulis perſuadere conantur, ex hac aliiſve radicibus conficiant. Scivit iſtud artificium ab ejuſmodi nebulone ſibi detectum ſuo jam tempore MATTHIOLUS. Verba ita ſonant. Radices illæ, quæ humanam formam referunt, quas impoſtores & nebulones quidam venales circumferunt, factitiæ ſunt ex arundinum, Mandragoræ Bryoniæ aliarumque plantarum radicibus, ſculpunt enim in his adhuc virentibus tam virorum

quam

quam mulierum formas, infixis hordei & milii granis in locis ubi pilos exoriri volunt, deinde facta ſcrobe, tamdiu tenui ſabulo obruunt, quouſque grana illa radices emittant, quod fit viginti dierum ſpatio. Demum eas eruunt & adnatas è granis radices acutiſſimo cultello ſcindunt aptantque ut capillos, barbam & cæteros corporis pilos referant. De virtutibus his virunculis falſo & ſuperſtitioſe adſcriptis facile hinc judicare eſt.

CAPUT SECUNDUM.

DE CORTICIBUS.

CORTICES CONSTANTES SALE VOLATILI OLEOSO.

Cortex Aurantiorum.
Citri.
Cinamomi.
Caſſiæ Ligneæ.
Caryophyllatæ.
Winteranus.
Guajaci.

CORTEX AURANTIORUM.

HOrum exterior flavedo ⊖e volatili oleoſo fœta, in flatibus & torminibus abdominis præcipue colicis, in paſſione hyſterica, ſtranguria, dyſuria, præſidium ſpecificum eſt. Interior autem fungoſa ſubſtantia ob ſui adſtringentiam in dyſenteria & nimio fluxu menſium prodeſt.

Datur

Datur flavedo in ſubſtantia ad ʒß. it. ♃ tam deſtillatum quam ex flavedine expreſſum ad gt. ij. vel iij. in ▽ appropriata deſtillata, addito ſimul ſyrupo ſaporis gratia.

Amſtelodami proſtat ♃ ex flaved. Cort. aurant. rec. expreſſum, quod ex Hiſpania transfertur, & venditur ſub nomine quintæ eſſentiæ aurantiorum, magis laudatur ac ♃ deſtillatum. Viget quoque eſſentia, extractum, infuſum.

℞. Flaved Cort. aur. ʒij. Mand. luc. piſc. Ocul. ♋. præpar. ana gr. xv. ſuccin. præpar. ʒß. Zedoar. ʒß. ♃ expr. cort. aur. gt. v. vel vj. M. f. pulv. anticolicus, cujus ʒß. adjungi poſſunt L. O. gr. ij. ut & in colica convulſiva Caſtor gr. vij. exhibe ex ▽ appropriata, ſive Tinct. cum Spiritu Vini ex corticibus facta.

℞. Elæoſacch. ♃ Cort. aur. ʒß. Zedoar. gr. v. Nuc. Moſch. gr. vj. vel vij. M. f. pulv. capiendus ex vino ſeu Cerev. ſeu ▽ chæref. contra ſtranguriam & dyſuriam.

℞. Cort. aurant. inter. fungoſ. flavedine rejecta, coq. forti △e cum ▽ ſ. q. ſume decoctum contra nimium alvi & menſium fluxum.

COR-

MALUS AURANTIA, ARANTIA, AUREA, NERANTIA, Pomerantzen-Baum ORANGER. Eſt arbor flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum foliolis in ſtamina deſinentibus ſtipatum, quod deinde abit in fructum fere globoſum, cortice carnoſo obductum, in varia loculamenta diviſum ſucci & veſicularum plena ſeminibuſque fœta calloſis. Adde folia ad exortum cordiformia.

Plures equidem ſpecies exiſtunt, ſequentes autem quam maxime uſuales. Aurantium acri medulla vulgare Ferrar. Heſper. 337. Malus Aurantia major C. B. Pin. 436. Arantia ⁋ Malus I. B. 1. 97. Aurantium dulci Medulla vulgare Ferr. Heſper. 377. Aurantium Olyſſiponenſe Ferr.] Heſper. 427. Provenit ſponte

te in Gallo Provincia pluribuſque Italiæ locis. Colitur tum ornatus tum utilitatis gratia in hortis. Perpetuo viret, & Majo Junio &c. floret.

In uſum ex hac arbore trahuntur flores atque fructus, qui vocantur MALA ſive POMA AURANTIA, ARANTIA, NERANTIA, ANERANIIA, AUREA, à corticis colore, CHRYSOMELA, Pomerantzen / quaſi poma aurantia corrupte pronunciares. Diſcrepant non ſolum ratione magnitudinis & figuræ, ſed & imprimis colore & ſapore. Dantur magna, parva, mediocria. Quædam aurea, quædam viridia, quædam ſubrubentia ſunt. Sapor diſcrepat tum ratione corticis nunc amari, nunc dulcis & edulis, tum ratione pulpæ, quæ nunc eſt acida, nunc dulcis, nunc media, quam vinoſam appellant. Dulcia ut plurimum vocantur POMA LUSITANICA, POMA SINENSIA, POMA CHINENSIA, Pomeſinen/ ORANGES DE PORTUGAL. Dulcia præſertim laudantur in ſcorbuto, acida autem & vinoſa in febribus continuis & ardentibus, imo ipſa laudantur peſte, ad ſitim ſedandam, humorum æſtum refrænandum & putredinem arcendam. Quandoque promiſcue uſurpantur. Solo eorum uſu quoſdam à Scorbuto liberatos fuiſſe, authores teſtantur.

Apponuntur, uti SEBIZIUS loquitur, Aurantia mala, imprimis vinoſa, in orbiculos conciſa & Saccharo conſperſa menſis. Adduntur & ferculis aliis ad gratum ſaporem conciliandum. Dulcia vel per ſe comeduntur, vel etiam cum Saccharo. Nimio uſu autem utique nocent, non enim ſolummodo nimis refrigerant, ſed & diarrhœa atque dyſenteriæ inſequi poſſunt. Optime faciunt, qui corticem ſimul cum medulla comedunt, juſta enim ſic emergit temperies.

Oleo volatili conſtare cortices vel exinde apparet, quod per candelam accenſam tranſpulſum flammam concipiat, & vino exceptum eidem fragrantem communicet odorem & ſaporem gratum. Gallis dicitur faire de Zeſtes. In ventriculi debilitate, nauſea, ructibus, cruditate acida, appetitu proſtrato, proſunt. In doloribus poſt partum, in ictero, in febribus intermittentibus, lumbricis &c. commendantur. Poma integra quoque diſſecta & in vino albo decocta in febre quartana profuiſſe dicuntur. SERTALIUS ad menſium nimium fluxum cortices trium aurantiorum acidorum ali-

quanto adhuc viridium in aqua vel ſimplici vel chalybeata coquit, & colaturam ad ℥viij. aliquoties exhibet, addendo quandoque in caſu neceſſitatis manipulum herbæ piloſellæ.

Quidam juxta ALEX. PEDEM. excavant pomum aurantium acidum, indunt Theriacam, crocum, acetum, permiſcent cum ſucco & ſub cineribus aſſant, inde parant unguentum, quod temporibus illitum blandum ſomnum conciliat, umbilico applicitum vermes necat, & cardiacam infantum mitigat Alii pulpam & ſemen leniter contundunt & addito tantillo theriacæ, aloes & olei abſinthii, ſub cineribus torrent, ſuccumque exinde expreſſum regioni umbilicali verminantium puerorum inungunt.

Semen Aurantiorum vi alexipharmaca, diaphoretica & anthelmintica gaudet, uſurpatur in variolis, morbillis &c.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua ex floribus vel cum aqua, vel cum vino quæ durabilior eſt, deſtillata, *aqua florum aurantiorum* dicta, quæ ſingulari nomine appellatur *Aqua Namphæ* vel *Naphæ* Pomerantzen-Blüth-waſſer. *Eau de fleurs d'Orange*, quæ fragrantiſſima & ſuaviſſima vim alexipharmacam, diaphoreticam, cordialem, ſtomachicam & in certis caſibus etiam antihyſtericam poſſidere fertur. Utplurimum tamen ſolummodo externe adhibetur, in epithematibus, odoramentis, ſuffumigiis &c. ob fragantiam variis quoque obſoniis permiſcetur.

Conſerva florum aurantiorum, Pomerantzenblüth-Zucker/ *conſerve de fleurs d'Orange*; quæ cordialis atque ſtomachica habetur. Hodie etiam præparatur ſicca.

Cortices Aurantiorum conditi, eingelegte oder überzuckerte Pomerantzen-Schalen. *Ecorce d'Orange condit*, parantur hoc modo. Exterior flavedo radicula abraditur & cortex à pulpa candicante liberatur, ita præparatus aquæ tepidæ imponitur coquiturque dum ab amarore ſit liberatus. Affuſio aquæ autem aliquoties reiteratur. Hoc facto ſaccharum lento igne liquatur, injiciuntur cortices, tamdiu ebulliunt, uſque dum ſimiles ſint conſervæ; durante coctione cochleare ligneo ſæpius vertuntur, poſt extrahuntur & in loco apto ad ſiccandum reponuntur. Uſurpantur ad ſtomachum roborandum anhelitumque oris corrigendum. Qui acidulas bibunt, iis in frequentiori ſunt uſu.

Eſſent

Essentia corticum aurantiorum ex corticibus siccis, Pommerantzen-Schaalen-Essentz aus dürren Schaalen/ *Essence d'Ecorce seche d'Orange*, & quæ jucundior est, *Essentia corticum aurantiorum ex corticibus recentibus*, Pomerantzen-Schaalen-Essentz aus frischen Schaalen. *Essence d'Ecorce recente d'Orange.* Utraque stomachica, carminativa, cordialis atque Cephalica existit, dosis ad guttas viginti, triginta &c.

Essentia corticum aurantiorum sicca seu *Essentia aurantiorum saccharina.* Pommerantzen-Zucker/ *Essence d'Orange en poudre.* Fit optime, affricando saccharum cortici pomorum, donec optime fuerit imprægnatum. Usurpari potest vel per se, vel tragæis immiscetur. Si drachma semis vel una vini Vitro injiciatur, gratissima fragrantia vino conciliatur.

Oleum corticum aurantiorum expressum ex corticibus recentibus, außgepreßt Pomerantzen-Schalen-öhl. *Huile d'Ecorce d'Orange tirée par expression*: à quibusdam sub nomine quintæ essentiæ venditatur: præfertur quoniam nullum empyreuma contraxit. Usurpatur tanquam stomachicum, carminativum & cordiale vel per se ad aliquot guttas, in vehiculo, vel in Elæosaccharum redigitur.

Oleum corticum Aurantiorum destillatum, destillirtes Pomerantzen-öhl. *Huille d'Ecorce d'Orange.* Iisdem ac antecedens virtutibus gaudet & eadem dosi ac modo adhibetur, sed non æque gratum.

Prostat tandem *Syrupus corticum Aurantiorum*, Pomerantzen-Schaalen-Syrup/ *Syrop d'Ecorce d'Orange.* Paratur autem vel ex corticibus siccis, vel ex corticibus recentibus, qui longe gratior existit. Stomachicus, carminativus & cordialis est, gratiaque sua in mixturis blanditur palato.

CORTICES CITRI.

Horum flavedo fragrantior & spirituosior est, quam corticum aurantiorum, & propterea in syncope, lypothymia & capitis debilitate ad confortandam memoriam singulari cum successu adhibetur. Videtur etiam aliquid volatilis acidi in se habere, & propterea antiscorbutici audiunt. Dantur ut cortices aurantiorum.

℞. Eſſent. ſ. ⏑-us Citri ʒij. ▽ rub. id. ʒiij. acet. theriacal. ʒij. ſyr. rub. id. ℥ß. M. f. potus in virium languore & ſyncope, add. conf. alk. ʒß.

℞. Cort. Citr. ʒß. ſem. Citr. Card. Bened. ana ʒij. ▽ Papav. q. ſ. f. Emulſ. in febribus malignis.

℞. Flaved. Cort. citr. ʒij Cort. Winteran.. ʒß. infund. in vin. Malvatic. f. infuſum contra ſcorbutum.

CINA-

Μηλέα μηδική, MALUS MEDICA, quoniam in Media olim Aſiæ regione multum reperiebatur. MALUS CITRI, quoniam folia Cedri colorem referunt, Citronen-Baum / CITRONIER.

Eſt arbor flore roſaceo plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum plerumque oblongum, craſſa carne donatum, in varia loculamenta diviſum, ſucci & veſicularum plena ſeminibuſque calloſis fœta. Adde folia ſimplicia.

Citreum vulgare Tourn. I. R. H. cl. 21. §. 6. g. 2. Malum Citreum vulgare Ferr. Heſp. 61. Malus Medica C. B. Pin. 435.

In regionibus calidioribus, in quibuſdam Galliæ Provinciis ad mare mediterraneum, in Italia Hiſpaniaque ſponte proveniunt, apud nos coluntur in hortis. Perpetuo virent; florent Majo, Junio &c.

Suppeditat hæc arbor prouſu Mala, quæ, ut SEBIZII verbis utar, CITRONES in officinis vocantur, forſan à citrino corticis colore. μῆλα μηδικὰ, MALA MEDICA, MALA HESPERICA, CHRYSOMELA: Citronen/ CITRONS.

Diverſa quoque horum malorum dantur genera. Oblonga ſunt ut plurimum rugoſa ac aurum colore imitantia. Odorem Cortices obtinent, juxta H. GRUBE, fragrantem tenaciorem ac mirifica ſuavitate nares olfacientium recreantem. Saporem quod concernit, de eo ſequentia idem author pronunciat. Acrem in corticibus reperiri ſaporem, in ſucco acidum, in ſemine vero amarum, fugere non poteſt explorantes, cum guſtantium linguæ manifeſta corticum acrimonia, adſtrictione ſucci ac amarore ſeminum inſignipre afficiantur,

Menſis

Menſis apponuntur non tantum in taleolas conciſa & ſaccharo conſperſa, ſed & ferculis variis bellariiſque, ut condimentum, adjiciuntur, præſertim cortices. Succus quoque variis juſculis carnibuſque inſtillatur.

Mala Citrea, ſi tota in uſum veniunt, cenſentur alexipharmaca atque cordialia. Immunes præſtare dicuntur homines à venenis animalium & in calculo conducunt, anhelitum oris emendant. Cortices ſale volatili oleoſo impregnati egregieque aromatici æque ac aurantiorum cortices exiſtunt. Virtute gaudent carminativa, antihypochondriaca, antiſcorbutica, ſtomachica, cardiaca, antifebrili & alexipharmaca. Flores fragrantiſſimi eodem modo uſurpari poſſunt ac flores Aurantiorum.

Succus imprimis eſt alexipharmacus inventus in Febribus continuis, ardentibus, cauſo, imo malignis & ipſa conveniens peſte, bilem refrænat, ſitimque ſedat. Cordialis porro exiſtit & vi pollet anthelmintica. Laudatur inſigniter in ſcorbuto & arthritide Scorbutica. Commendatur etiam pulpa ſeu caro in pica gravidarum & cruditate nidoroſa, verminatione infantum &c.

Seminibus ineſt virtus diaphoretica, diuretica & vermifuga. Inter ſemina expellentia recenſentur; ingrediuntur emulſiones in variolis, morbillis ſimilibuſque morbis. Adhibentur imprimis *ſemina excorticata*, geſchelte Citronen-Kernen / *Semence de Citron ſans ecorce*. Externe à quibuſdam membra arthritica & ſcorbutica pomis diſciſſis fricantur. Laudantur quoque ad epithemata cordialia, ſi in taleolas diſſecta poma, cum vino vel alia quadam materia ſpirituoſa pulſibus & cordi applicantur. In ptiſanis frequentiſſime uſurpantur ut & in aliis decoctis, infuſis & nodulis, vel integra, vel in fruſta diſciſſa.

MULTA EX CITRO IN OFFICINIS ASSERVANTUR.

Succus Citri, Roher-Citronen-Safft / *ſuc de Citron*. Si cum ſaccharo parum fermentetur, fit Vinum Citri.

Aqua Citri è corticibus, Citronen-Schaalen-Waſſer. *Eau d'Ecorce de Citron*.

Cortices Citri conditi, eingelegte Citronen-Schaalen. *Ecorces de Citrons confites*, aſſervantur vel cum brodio, vel exſiccantur, & deinde *Citronata* a quibuſdam vocantur. *Caro Citri condita*, eingelegt Citronen-Marck, *Confit de Chair de Citrons*.

Conſerva Citri è pulpa, remotis ſcilicet corticibus ac ſemine ſuccoque expreſſo, Citronen-Marck-Zucker. *Conſerve de Pulpe de Citron.* Adhibentur modo dicta remedia pro uſu cordiali atque ſtomachico.

Aqua Cornu Cervi Citrata, Hirſchhorn-Waſſer mit Citronen / *Eau de Corne de Cerf Citrée*, quæ analeptica, æſtum ſedat & alexipharmaca habetur; exhibetur cochleatim aliiſque mixturis immiſcetur.

Electuarium Diacitri ſeu *de Citro Solutivum*, Citronen-Lattwerg / *Electuaire de Citron.* Cholagogum dicitur, pituitam quoque educit, datur ad drachmas duas ad drachmas ſex &c. Drachma continet Dacrydii granum unum cum dimidio, Turpethi grana duo cum dimidio.

Elixir Citri purgans, Purgierendes Citronen-Elixyr / *Elixir de Citron purgatif.* Gratum hoc remedium humidioris & robuſtioris conſtitutionis hominibus, qui alias remediorum formulas averſantur, ad drachmam unam uſque & paulo ultra pro ratione circumſtantiarum exhiberi poteſt. Drachmæ ſpiritus vini reſpondent decem grana Reſinæ Gialappæ.

Extractum Diacitri, Purgierender Citronen-Extract / *Extrait de Citron purgatif*, ad humores bilioſos & ſeroſos expurgandos laudatur. Doſis ad ℈ß. ℈ij. ʒj.

Morſuli Citri ex ſucco, Citronen-Morſellen / *Tablettes de jus de Citrons.* Cordiales ſunt atque ſtomachici, dantur ad unciam ſemis & ultra.

Tabulæ ex Succo Citri, Citronen-Täffelein / refrigerant ſitimque ſedant.

Oleum Citri deſtillatum, Citronen-Schaalen-öhl. *Huile d'Ecorce de Citron.* Quod ſtomachicum eſt atque carminativum, guttatim aſſumitur, vel in *Elæoſaccharum* mutatur. Quod ultimum tamen gratius fit affricando ſaccharum corticibus recentibus, flavedinemque abradendo, quo mediante deinde elegantiſſimum *Vinum Citratum* parari poteſt, quod alias per infuſionem Corticis, in minuta fruſta conciſi, in Vino fieri conſuevit. Ex modo dicto quoque oleo parari poteſt *Balſamum Citri.*

Syrupus Acetoſitatis Citri, Citronen-Safft-Syrup. *Syrop de jus de Citron*; gratus admodum eſt, refrigerat, ſitim ſedat, bilem refrænat, putredinem arcet & vermibus reſiſtit.

Syrupus corticum Citri, Citronen-Schaalen-Syrup / *Syrop d'Ecorce*

d'Ecorce de Citron, paratur vel è corticibus ſiccis vel recentibus, unde gratior evadit. Vires obtinet cordiales ſtomachicasque, venenis putred inique reſiſtit & graveolentiam anhelitus emendat. Tandem quoque mentio illius potulenti, quod è Citro paratur communiter, & *Limonada*, Limmonade / *Limonade* dicitur, facienda. Nempe vel in aqua ſimplici, vel in aqua & vino infunduntur Cortices recentes, & poſtmodum ſuccus, quem quidam prius filtrant, inſtillatur ſufficiensque ſacchari quantitas immiſcetur.

℞. Malor. Citrior. cum corticibus in taleol. rotund. ac tenues inciſ. No. j. ij. iij. Sacchar. Albiſſ. ℥iv. Aqu. Font. Libr. vj. coquantur ad tertias. Uſurpari poteſt pro potu in febribus, paratur quoque abſque corticibus.

CINAMOMUM.

Eſt Caſſiæ Zeilanicæ C. B. P. cortex tenuis, ab exteriore pellicula purgatus, ex flavo rubeſcens ſeu ferrugineus, in cannullas contortus, ſaporis acris ſuaviter pungentis, ſubdulcis & aromatici, odoris frangratiſſimi.

Arbor eſt baccifera calyculata nucleo quercino.

Ex radice arboris Cinamomi in inſula Zeilan paratur camphora [Conf. act. Hafnienſia. Vol. 3. obſ. 23. p. 37. ubi Paul Hermannus noſter allegatur, & Camphoram triplicem ex cortice radicis cinamomi inſulam Ceylon ſuppeditaſſe. 1. crudam. 2. arte per calcem. 3 per ſe ſublimatam: duplexque oleum, alterum è cortice radicis, alterum è foliis cinamomi elicitum.

Sale ſuo volatili ſpirituoſiſſimo -ñ-bus animalibus valde homogeneo, junctum habet ſubdulcem blandumque lentorem, hinc præter cardiacam & analepticam virtutem, in tuſſi & pulmonum muco laudatur, tam ob vim incidendi, quam ob lenientem & mitigantem. In Menſium ſuppreſſione & lochiorum fluxu, in corrigenda purgantium violentia cæteris omnibus præfertur. Vis

Vis cinamomi concentratior eſt in pellicula interiori corticis, cui ſubjacet lignum. Nimia hujus acredo ubi inconveniens videtur, optime temperatur hordeaceis.

Datur in qualibet forma ut cortices aurantiorum. In ſubſtantia à ʒß. ad ʒj. it. in infuſo, rarius in decocto, niſi pro aſthmaticis.

℞. Cinam. ʒij. Zinz. ʒj. flaved. Cort. Citr. Aurant. Nuc. Moſch. ana ϑj. M. f. pulv. & cum vino infuſum confortans.

℞. Cinam. ʒß. borrac. ϑj. M. f. pulv. dandus ex ▽ puleg. ad Menſes & lochia pellenda.

℞. Cinam. ʒß. Myrrh. gr. viij. borrac. ϑß. ♌ cinamom. gt. j. M. f. pulv.

℞. Cinam. ℥ij. oxym. ſcyll. ℥j. M. f. hauſtus in aſthmate & tuſſi.

℞. Gumm. ammoniac. ʒß. ſolv. in ▽ Cinam. ℥iij. add. ſyr. puleg. ʒiij. f. hauſtus in aſthmate extra paroxyſmum.

℞. Cer. alb. q. v. diſſolv. in ♌ been ſ q. fiat corpus pro balſamo, huic inſtilla ♌ cinam: pro balſamo conficiendo, ſi velis balſamum hunc tingere nativo colore, adde magiſterii iſtius ſ. q.

℞. Sacch. cand. ℥j. ♌ d. cinamom. gt. v. vel vj. ambr. gryſ. gr. v. Moſch. gr. j. M. f. pulv. analepticus ad ϑj. exhibendus. ex ▽ Cinam. Meliſſ. rub. id.

℞. ♌ exp. bacc. laur. ℥ß. deſt. ſuccin. gt. xv. ♌ cinam. gt. vij. M. f. liniment antiparalyticum.

℞. ☹ Cinam. ex deſtill. reſid. ʒj. fungoſ. ſubſtant. Cort. aur. ʒß. M. f. p. contra Dyſenteriam vel diarrhœam. add. Nuc. Moſch. ϑß. L. O. gr. j.

CASSIA

Κιννάμομον, Κινάμωμον, CINNAMOMUM, Cinamomum quaſi amomum ex China, CINAMUM, CANELLA, quoniam canu-

canulam ſive tubulum & fiſtulam repræſentat', Zimmet / Zimmet-Rinde / Zimmet-Röhrlein / Kaneel. CANELLE.

Merentur hic inſeri, quæ AUTHOR IN HORT. LUGD. BAT. p. 129. ſeqt. diſſerit. Verba hæc ſunt. Caſſia Cinamomea. Cinamomum ſive Canella Zeylanica C. B. Pin. 408. Canella ſive Cinamomum vulgare I. B. 1. 440. Canella quæ Cuurdo Piſon. Mantiſſ. arom. 165. Kurandu Zeylanenſibus.

Cortices duos tranſmittit Oriens in Medicorum officinas, facie quidem & genere conſimiles, ſed nomine diſcretos, videlicet Caſſiam Cinamomeam, vulgo Cinamomum ſeu Canella dictam & Caſſiam ligneam. Prior luxuriat in Inſula Zeylon, poſterior in Malabara, Sumatra, Java & FRANCISCO HERNANDE HIST. MEXIC. l. 2. 35. teſte in Inſulis Philippinis. Caſſia vero Malabarica in HORT. MALAB. TOM. 1. 107. nomine Caruæ accuratiſſime deſcribitur, & a Cinamomea ſeu Zeylanica tantum acrimonia, ſuavitate & virtutis præſtantia, neutiquam facie modove creſcendi diſcriminatur. Cæterum Caſſia Cinamomea aliquoties à me ex Zeylan in Belgium tranſmiſſa viguit in horto Bentingiano, Beverningiano & noſtro, ad ſecundum tertiumve annum, quo incidente bruma rigidiori interiit. Hactenus author. Mentem in his verbis mutaſſe videtur, antea quippe habebat pro Lauro Zeylanica baccis calyculatis ex qua Cinamomum.

In Inſula Zeylan frequens admodum eſt & provenit abſque cultura, & ad focum inſtruendum ædificiaque conſtruenda promiſcue cum aliis arboribus uſurpatur. Folia fert Lauroceraſo vel potius Citro fere, excepta latitudine, ſimilia, fragrantiſſima, cum floribus albeſcentibus fragrantiſſimis & fructibus inſtar glandis quercinæ, è quibus novæ reſultant arbores. Cortice tegitur duplici, quorum exterior coloris eſt cinerei, (verba ſunt LANGII,) nec adeo manifeſta fragrantia præditus, alter ſubtus poſitus albicans magis odore ſimiliter caret, quamdiu arbori inhæret; poſtquam vero remotus fuerit & in cannulas formatus, aliquot demum menſium ſpatio emenſo prædictam ſpirare incipit ſpecificam fragrantiam. vid. PIS. MANT. AROM. p. 167. Abraditur itaque exterior cortex, ſubtuſque latitans cultro falcato circumcirca diſcinditur, facilique opere ſic à Ligno albo & inodoro plane, removetur. Remotus ad ſolares radios ſiccatur, à cujus calore contorquetur & in cannulas

istas fingitur, sub qua deinde forma venditur. Arbor hæc suo cortice spoliata, postmodum marcescit & emoritur, nihilominus è fructibus deciduis nascitur brevi annorum spatio nova arbor. Quod ultimum etiam magis credibile est, quam id, quod alii asserunt, nempe, post tres quatuorve annos nova cortice arborem rursus indui. Sunt, qui non totas arbores decorticari, sed ramos tantum, præsertim majores, autumant.

Eligendum Cinnamomum ponderosum subrubrum, odoris fragrantissimi, saporis subadstringentis & acris, unde & præscribitur in formulis. ℞. Cinamomi morsu electi, id est acris & acuti.

Magni, uti SEBIZIUS loquitur, usus Cinnamomum est in re escaria, plurima enim fercula & bellaria eo condiri suavioraque reddi solent. In Medicina quoque magni & multi est usus. Vi carminativa gaudet & in nausea, ructu, vomitu aliisque affectibus stomachi & intestinorum conducit. Usurpatur in partu difficili, ubi tamen notandum, quod Idiosyncrasia muliercularum bene sit respicienda, cum non omnes Cinnamomum ferant. Virtute quoque pollet cephalica atque aphrodisiaca, memoriam confortat & visum acuit. Venenis insuper resistere dicitur. Masticatum halitum oris emendat.

IN OFFICINIS PLURA EX HOC CORTICE PROSTANT PARATA MEDICAMINA.

Aqua Cinamomi cum Vino, Zimmet-Wasser mit Wein destillirt / *Eau de Canelle avec du Vin.* Hæc ex aquis Cinnamomi maxime spirituosa in morbis à causa sic dicta frigida ortis, confert, calefacit & roborat viscera, pituitam & flatus incidit atque discutit, nauseam sistit, digestionem promovet & colicæ medetur. Refocillat egregie, in affectibus soporosis conducit, sicuti quoque menses & partum promovet, inque variis uteri affectibus locum habet, modo respiciatur ad idiosyncrasiam. Dosis cochlear unum aut alterum.

Aqua Cinnamomi buglossata, Zimmet-Wasser mit Ochsen-Zungen-Kraut/ *Eau de Canelle buglossée.* Cordialis, stomachica atque carminativa est, datur ad unum aut alterum cochleare.

Aqua Cinnamomi Cydoniata, Zimmet-Wasser mit Quitten / *Eau de Canelle Cydoniée.* Cordialis æque ac prior, imprimis autem commen-

commendatur in affectibus Ventriculi & inteſtinorum, ubi roborandum & adſtrictione opus eſt; in anorexia, apepſia, nauſea, vomitu, diarrhœa, dyſenteria, Cholera ſimilibuſque affectibus laudatur. Datur vel per ſe ad unum aut alterum cochlear, vel aliis, ut cæteræ, aqua Cinamomi intermiſcetur mixturis.

Oleum Cinnamomi deſtillatum, Zimmet-öhl / *Huile de Canelle*, quod minori pretio á Batavis emitur quam apud nos præparatur. Suſpicantur quidam, inquit RAJUS, Cinnamomum ad nos ex Indiis delatum olei ſui maxima parte ibidem ſpoliari antequam navibus in Europam deportandum imponatur, quippe quod hic deſtillatum pauciſſimum oleum præbeat. Stomachicum, Cephalicum atque cardiacum & carminativum, internè ad aliquot guttas, & externe exiſtit. Additur quoque purgantibus tum pro gratia concilianda, tum pro impediendis flatibus & torminibus. Habemus ex hoc oleo.

Balſamum Cinnamomi, Zimmet-Balſam / *Beaume de Canelle*, uſu externo ſe commendans.

Elæoſaccharum Cinnamomi, Zimmet-öhl-Zucker / *Eleoſaccharum de Canelle*, quod datur vel per ſe cuſpidatim, vel aliis remediis commiſcetur. Pertinent quoque huc *pulvis ad palpitationem cordis ruber*, rothes Hertz-Pulver / *poudre rouge pour la palpitation du cœur*, qui pro confortante cordialique remedio uſurpatur, datur ad ℈j. ʒß. vel ſumitur cuſpidatim; item *Pulvis ad partum Auguſtanorum*, Pulver zur Geburth / *poudre pour les accouchemens*. In partu accelerando, facilitando & ſecundinis pellendis conducit, doſis ad ℈j. ad ʒß. Porro *pulvis ad dyſtokiam*, qui ad eundem ſcopum & eodem modo uſurpatur.

Species diacinamomi, Zimmet-Specerey / *Poudre compoſée de Canelle & d'autres Aromates*. Stomacho præſertim ſunt dicatæ in cruditatibus acidis & pituitoſis, dantur ad ℈j. ad ℈ij. Tandem occurrit quoque.

Syrupus Cinnamomi, Zimmet-Syrup, *Syrop de Canelle*. Delicatus ſed & pretioſus hic Syrupus viribus pollet cordialibus atque ſtomachicis, in ventriculo præſertim languido ac frigido emendando coctioneque promovenda, ſicuti quoque oris halitum emendat. Cinnamomum ingreditur Theriacam. Cinnamomum quoque aptiſſimum ingrediens ſuavis iſtius tantopere decantati potulenti

quod appellatur à manica Hipocratis Vinum Hipocraticum, Hipocras / *Vin d'Hippocras*, quod paratur ex ſpeciebus pro Vino Hipocratico, Hipocras Species, *poudre pour le Vin d'Hippocras.* Stomachicum eſt remedium.

CASSIA LIGNEA.

Eſt Caſſiæ ligneæ Malabaricæ ſeu Sumatrenſis bacciferæ cortex, cinamomi in modum convolutus, cinamomo craſſior, odore & ſapore debilior, cum majore aliquantum lentore. Differt à cinamomo non niſi loco natali, utrumque ex arboribus prægrandibus inſtar quercus noſtratis, dum ſex annorum eſt, deraditur: cortices hi, dum recentes ſunt, albicant, beneficio caloris rufeſcunt, & in cannas ſua ſponte convolvuntur.

[De differentia Caſſiæ ligneæ & cinamomi conf. Andr. Cleyer. C. N. C. Dec. II. an. IV. obſ. 6. p. 8. it. d. arbore cinamomi, & caſſiæ ligneæ Theodor. Carol. C. N. C. Dec. II. ann. 8. obſ. 59. p. 149.

Utraque arbor fructus fert olivæ inſtar, baccas nempe totas ſebaceas, quarum oleo expreſſo utuntur Indi loco ſebi in candelis, nullius eſt odoris. Hi fructus ſunt magnitudine baccarum lauri, membranæ pulpoſæ incluſi, ſapore juniperino præditi. Flores habent odorem liliorum convallium.

Ratione virtutis aromaticæ debilior eſt, aſt ratione viſcoſitatis efficacior quam cinamomum, hinc convenit in aſperitate faucium, tuſſi, inflammatione uvulæ.

Datur ut cinamomum, aſt in doſi majori, in thoracis affectibus præſtantior Cinamomo.

℞. Caſſ. lign. ʒij. paſſul. min. ʒß. M. f. infuſum ex vino, ſeu leve decoctum ex ▽, contra aſperitatem faucium & tuſſim.

Si

Si recens eſt, fundit ♃ ſat copioſum, quo adulteratur ♃ Cinamomi.

CASSIA

XYLOCASSIA, CASSIA AROMATICA, CANELLA IGNOBILIOR, CASSIA SYRINX, Caßien-Holtz/ Caßienrinden/ Holtz-Caßien/ Mutter-Zimmet/ CASSE LIGNEUSE.

Caſſia Lignea officinarum Hern. 35. Cinamomum ſive Canella Malabarica & Javanenſis C. B. 409. Caſſia lignea fuſca aromatici & glutinoſi ſaporis I. B. 1. 451. Arbor Canellifera Malabarica cortice ignobiliore, cujus folium Malabathrum offic. Breyn. 2. prod. Carua Hort. Mal. tom. 1. 107.

Caſſia lignea à cinamomo differt, non tam loci natalis ratione, ſed quod, ut CHARAS cum aliis annotavit, Caſſia lignea maſticata viſciditatem in ore relinquat, in hoc diſſolvatur ſenſim & liqueſcat, nullo ſuperſtite ligni veſtigio, id quod Cinnamomo non accidit, cujus reliquiæ perpetuo ſuperſunt. Atque ex his conſtat, hallucinatos illos fuiſſe, qui cenſuere cortices Cinnamomi & Caſſiæ Ligneæ ſibi incumbentes, ab una eademque arbore detrahi.

Cum non adeo cara ſit, haud raro Cinnamomum ea adulteratur. Viribus interim cum eodem correſpondet, ſed in minori gradu.

Caſſia lignea ingreditur Theriacam & alia antidota.

CASSIA CARYOPHYLLATA.

Eſt Myrti arboreæ Americanæ Caninge cortex cinamomo tenuior, ex rufo ferrugineus, à pelliculis ſuis exterioribus deraſus, & in modum tubuli convolutus, ſapore acri aromatico, odore ad caryophyllos accedente.

Arbor eſt baccifera, baccis rotundis umbilicatis acinos geminos includentibus, ſapore & odore caryophyllorum.

Virtute caryophyllos æmulatur, quibus & hodie ſubſtituitur, habet autem in receſſu multum viſcoſitatis, à qua

℈ia ejus volatilia multum temperantur. Additur tanquam roborans & confortans diureticis & hydragogis contra hydropem, ut & medicamentis Uterinis ad accelerandum partum.

Datur in ſubſtantia a ℈j. ad ʒß.

℞. Caſſ. caryophyllat. ʒß. Caſtor. ℈j. Camphor. ℈ß. f. infuſum hyſtericum in partu laborioſo, admotum naribus, vel cochleatim datum.

℞. Caſſ. Caryophyllat. ʒß. Saſſafr. ʒj. radic vincet. Valerian. ana ʒvj. bacc. Junip. ʒv. ſem. fœnic. ʒiij. rhabarb. ʒiij. infund. in vin. rhenan. f. infuſ. diureticum, hydragogum.

COR-

CORTEX CARYOPHYLLATUS, CANELLA CARYOPHYLLATA, Nägelein-Rind / Nägelein-Zimmet / CASSE GEROFLEE, CANELLE GEROFIEE, ECORCE DE GEROFLE, CAPELET, BOIS DE CRABE.

Caſſia Caryophyllata ſeu Cinamomum Americanum offic. Hæc arbor nondum omnimode deſcripta. Fructus hujus arboris vocantur Nuces Madagaſcaricæ. Invenitur enim hæc arbor in Inſula Madagaſcar, Cuba, Braſilia & aliis Indiæ Occidentalis locis.

Frequenter in uſum non trahitur, niſi quod pro condimento caryophyllis, tanquam majori pretio conſtantibus, ſubſtituatur, quam ob cauſam etiam à mercatoribus ad fraudem pronis pulveri caryophyllorum immiſcetur.

CORTEX WINTERANUS.

Ita appellatur ab Admirali claſſico, qui ipſum in freto Magellanico invenit. Non eſt Coſtus, ſed arboris Magellanicæ bacciferæ cortex craſſus, cannulatus, foris integumento cinereo fungoſo inæquali, fiſſo & multis rimis hiante, intus

intus ſolidus, denſus, ad piperis & cochleariæ ſaporem accedens, odoris fragrantis.

[Eſt Laurifolia Magellanica cortice acri C. B. P. Magellanica aromatica arbor Cluſ. Extot. Nonnullis appellatur peryclimenum odoratum.]

Habet ⊖ volatile ♌ ſum cum levi amaritie & acido volatili, in Anglia ſub nomine corticis antiſcorbutici præſcribitur. Naſcitur ferme in locis inacceſſibilibus, unde mirum tantam ejus eſſe hodie copiam.

Salibus volatilibus penetrantiſſimis & ſpirituoſiſſimis gaudet, potenter incidit & attenuat, quidpiam acidi volatilis videtur admixtum, & propterea in ſcorbuto ſpecificum eſt. Conducit inprimis in ructibus & Vomitibus acidis, it. in Paralyſi, quod confirmat Willis ex experientia. [Pathol. c. 9. commendat Cereviſiam medicatam ex ſalv. beton. ſtœch. lign. ſaſſafr. & Cort. Winterano.]

Datur in ſubſtantia à ʒß. ad ʒj. in infuſo ad ℥ij.

℞. Cort Winteran. ʒß. ari præpar. ℈ß. Oc. ♋ ℈j. M. f. p. pro ij. doſibus add. L. O. gr. i. contra Vomitiones acidas.

℞. Cort. Winteran. ʒij. rad armorac. ʒiß. fol. cochl. Mj. caſſ. Caryoph. ʒiij. Cort. Citr. ʒij. f. infuſum in ▽ cochleariæ. Seu, ſi vinum non noceat, affunde vinum Malvaticum.

℞. Cort. Winteran. ʒj. ſem. Citr. ʒiij. Cort. aur. ʒj. ſeri lactis pint iß. f infuſum in ſcorbuto.

In amiſſa loquela. ℞. Pyrethr. utr. ſaxifrag. ana ℥ij. Cort. Winteran ℥ß. ſumm. origan. p. ij. f. decoctum ex ▽ & vino adde colaturæ Eſſent. Caſtor. ℥ß.

Suppeditat oleum copioſum, quod ut ♌ cinamomi partim ſupernatat, partim fundum petit.

COR-

CORTEX WINTERANUS quibuſdam audit CANELLA ALBA, CINAMOMUM MAGELLANICUM, COSTUS ALBUS. Magellaniſcher Zimmet. ECORCE WINTERANE ou CANELLE BLANCHE.

Laurifolia Magellanica cortice acri C. B. Pin. 461. Cortex Winteranus acris ſive Canella alba I. B. 1. 460. An Ligni Aromatici Monardis cortex, Raj. Hiſt. 1, 801. à DALE habetur pro Periclymeno odorato.

Virtute quoque pollet adſtringente, conducit in obſtructionibus hepatis & Lienis, prodeſt Cachecticis & Hydropicis. In febribus etiam quam maxime commendatur.

CORTEX GUAJACI.

Sunt Guajaci officinarum C. B. P. cortices, tenues, duriuſculi, lignoſi ex pluribus lamellis congeſti, ex cinereo rufeſcentes & nigricantes & maculati, intus pallidi, nitidi & quaſi lævigati, ſaporis acris amaricantis, odoris fere nullius.

Arbor eſt hexapetala nucifera, fructu cordis figura, binis vel trinis nucleis membranæ corticoſæ involutis. Sponte ſua naſcitur in India Occidentali.

Cortices Guajaci nobiliores habent virtutes quam lignum, & conſtant tam ☉ibus volatilibus quam fixis utroque Balſamo & reſinæ permixto. Horum ratione ſudoriferi ſunt & diuretici, ac in Morbis Chronicis, Catarrhis, odontalgia, ſcorbuto, ſcabie maligna, lue ♀ea mire laudantur. Dantur in decocto, in quod Balſamicam aromaticam vim deponunt.

Oleum deſtillatum & rectificatum, ac cum proprio ſpiritu cohobatum, ſingularis Medicina eſt in affectibus hyſtericis, colicis, febribus malignis, & lue ♀ea, & dicitur Q. E. Guajaci.

Reſina

Reſina vel ex corticibus extracta, vel ſua ſponte emanans [quæ eſt adrida, friabilis, ſubnigricans, pellucida, ſaporis acris, odoris grati præſertim igni impoſitum] medetur lui ♀eæ & gonorrhœæ, ubi ſpecificum cenſetur.

℞. Cort. Guajac. ℥ß. Lign. Guajac. ℥iiij. paſſul. min. ℥j. lign. al. ʒj. coq. in ▽ Menſ. iiij. ſub fin. add. raſ. lign. ſaſſafr. ℥ß. ſem. aniſ. ʒiß. Cinam. ʒij. M. f. apoz. in omnibus Morbis Chronicis.

N. quod contra luem ♀eam huic decocto poſſit addi ☿ viv. & ♃ij. crudi ana ℔ß. petiis except.

℞. Reſin. Guajac. ℈j. ☿ virid. gr. v. ſacch. ♄n. ℈ß. ſuccin. præpar. gr. xv. Thereb. ſ. Balſ. Peruv. q. ſ. M. f. pil contra gonorrhœam pro j. doſi.

COR-

Frantzoſen-Holtz-Rind / ECORCE DE GAJAC OU DE BOIS SAINT.

Cum ligno magis ſit medicamentoſus, mos invaluit, ut in præſcribendis lignorum decoctis partes duæ vel tres ligni & pars una corticis ſumatur, quo hujus additione ſtimuletur lignum.

Reſina Guajaci, quam alii *Gummi* vocant, Quajac-Hartz / *gomme ou reſine de Gayac*, in ſubſtantia ad ʒß. ad ℈ij. datur. Infunditur quoque in vino. Laudatur ab Ettmullero in ſcabie.

CORTEX PERUVIANUS SPURIUS CHINÆ CHINÆ FALSÆ.

Sunt arboris cujuſdam Peruvianæ Kinkina dictæ, cortices Kinkina vera tenuiores, foris cinerei caneſcentes, intus ferruginei, ſaporis amaricantis & ſimul ſubpinguis, odoris debilis. Potentior eſt & nobilior ratione virium quam china vera, habet ☉☉ gratioſiſſimum.

Sale tam fixo quam volatili cum levi quadam resinositate scatet, & præter cæteras facultates quam cum aromaticis communes habet, possidet virtutem antiscorbuticam, & antihystericam.

℞. Chin. Chin. falsæ & veræ, ⊖ absynth. s. ⊖ prunell. ana ℈j. M. f. pulv. divid. in 2. dos.

℞. Chin. Chin. fals. ʒij. Cort. Winter. ʒj. Caryoph. arom. ℈j. rad. ari ʒij. M. f. cum vino infusum stomachicum & antiscorbuticum.

℞. Chin. Chin. fals. cinam. ac. ana ℈j. Croc. or. gr. vij. borrac. ℈ß. M. f. pulv. antihystericus pro ij. dos.

℞. Elæosacch. Chin. Chin. fals. exhibe contra passionem hystericam.

COR-

CHINA CHINÆ FÆMELLA, KASKARILLA, CHACARILLA, CHAQUARILLA, SCASCARILLA, SCHACARILLA, SCHACHRINILLA. Schagrille Arbor hunc ferens corticem nondum plene innotuit. Quidam hunc corticem esse corticem Winteranum putant. Odor corticis in se quidem debilis, sed si accendatur, admodum fragrans; unde à fumibibulis Nicotianæ intermiscetur, delicatioribus autem subjectis capitis dolorem infert.

Virtutem diaphoreticam, resolventem, tonicam & motus sedativam obtinet; laudatur in alvi fluxibus, ipsa quoque dysenteria & motibus spasmodicis mitigandis. Imprimis celebratur etiam in febribus tam intermittentibus quam continuis, in quibus ultimis tamen caute procedendum. Ab APINO in febribus epidemicis specifica ipsi attribuitur vis.

IN OFFICINIS PROSTANT EX HOC CORTICE

Essentia Chacarillæ, Essentz von Schacarillen / *Essence de Chacarille*, ad febres utilis ad guttas 20. 30. & ultra, aliquoties de die sumpta.

&

Extractum

Extractum Chacarillæ, cum aqua & vino factum, Schacarillen-Extract / *Extrait de Chacarille.* Commendatur in Febribus intermittentibus, continuis & Catarrhalibus, variolis atque morbillis ut & in alvi fluxibus. Dosis grana 5. modo plura, modo pauciora, in formam pilularum acta, aut in potiuncula soluta, vel qualibet sexta hora, vel saltem mane & vesperi.

CORTEX SALE FIXO AMARISSIMO CONSTANS.

CHINÆ CHINÆ.

Sunt arboris cujusdam Peruvianæ Gannanaperide dictæ cortices ex crassitie mediocri, foris scabri, paululum canescentes, sæpe musco obducti, intus læves colore ferrugineo seu cinamomeo.

N. Kinkina cum China vera nullam habet convenientiam, sed quod male pronunciatur, à nobis China Chinæ audit.

Arbor est procera, crassa, tiliæ instar baccifera.

[De utroque hoc cortice conf. Dale Pharmacol. part. 1. p. m. 372. ubi inquit: sunt qui duas corticis species esse affirmant, videlicet veram, & spuriam seu falsam, utramque autem ex India occidentali adferri, prima seu vera ita describitur; cortex crassitie mediocri, foras scaber, paululum canescens, aliquando musco obductus, intus lævis, coloris ferruginei, saporis acris intense amari.

Altera seu falsa tenera esse dicitur, foras coloris cinerei & canescentis, intus ex fusco aut obscuro ferruginei, saporis acris amaricantis subpinguis, odoris fragrantis. Quæ descriptiones cum Autoris nostri conveniunt.]

Ob ☉ia fixa rigidissima & amarissima substantiæ terreæ

& adſtringenti incluſa inſignem obtinet antifebrilem vim, & in ſpecie contra quartanam intermittentem. Quidam volunt hunc corticem eſſe etiam Uterinum, cum aliis præſcriptum.

Datur tam in ſubſtantia ad 3ß. quam in infuſo ad 3ij. Præmiſſis purgantibus convenit, vel his tempeſtive interpoſitis, plurimis enim relinquit alvum adſtrictam, unde ſemper purgantia adjunguntur.

Jungitur Gentianæ, centaur. min. abſynth. ſerp. virgin. Stimulatur ⊖e Card. B. Abſ. Cent. min. ⊖ prunell. adduntur quoque huic cortici terrea, ſcil. Corall. præpar. ſuccin. &c.

℞. Cort. Ch. Chin. 3j. rad. ſerp. virg. ℈j. ⊖ prunell. gr. xv. M. f. p. antifeb. capiendus ex ▽ taraxac. bihorio ante paroxyſm. vel ex Tinctura bellidis.

℞. Ch. Chin. ʒß. gentian. ziß. flor. cent min. p. i. pip. long. ⊖ ♀ri ana 3ij. M. f. pulv. cujus 3j. exhibeatur ex ▽ Cichor. vel taraxac. vel acetoſ. bihorio ante paroxyſmum.

℞. Cort. Chin. Chin. zij. Gentian. ſerp. virg. ana 3j. helleb. n. ziß. affund. vin generoſ. ad pint. iß. f. infuſum, de quo ſingulis diebus bis vel. ter ſumendum.

℞. Lap. bez. ℈j. vel Bezoard. min. ℈j. Chin. Chin. 3ß. lap. prunell. gr. xv. ♌ d. caryoph. gt. i. f. p. antifebrilis.

COR-

CHINA CHINÆ ita dicitur, non quod ex China afferatur, ſed ab uxore Comitis del Cinchon proregis regni Peruviani, quæ febri tertiana decumbens ejus uſu convaluit, unde etiam pulvis Comitiſſæ vocatur. KINKINA, KINA KINÆ, CINA CINA, QUINQUINA. A loco Natali CORTEX PERUVIANUS appellatur; male autem à quibuſdam dicitur CORTEX SINENSIS, & PULVIS INDICUS, cum id AMMANNO teſte tantum factum ſit, ut

ut patria celaretur. CORTEX ANTIFEBRILIS etiam audit, item PULVIS PATRUM, PULVIS JESUITICUS, PULVIS CARDINALIS DE LUGO, à quibus videlicet primum receptus & experimentis comprobatus fuit. FEBRIFUGUM PERUVIANUM, PALO DE CALENTARAS ſive LIGNUM FEBRIFUGUM, CORTEX ANTIQUARTIUS. Germanice nominatur Quinqina/ Kinckina/ QUINQUINA ou KINKINA, LE FEBRIFUGE ANGLOIS.

Et hujus corticis arbor, quæ in regno Peru, præſertim in provincia Quito ejuſque cognomine urbe Metropoli multum provenit, nondum plenarie deſcripta. Folia Pruno fere ſimilia, flores autem à floribus aurantiorum non multum diſcrepantes ferre dicitur.

Circa ſaporem hujus corticis notandum, quod non tantum ſit amaricans, ſed & adſtringens, odorem juxta MORTONUM debet ſpirare ſuavem aromaticum & nonnihil mucidum ſed abſque moleſtia.

Hoc remedium revera antifebrile ſpecificum, licet jam anno ſeculi ſuperioris circiter 40. detectum ſit, ad quod tempus uſque ex odio Indorum erga Hiſpanos de induſtria celatum fuit: aut 50. Patr. Jeſuitis præſertim innotuerit: attamen poſtmodum neſcio quo fato, de quo videri poterit VALENTINI IN POLYCHREST. EXOT. diſſ. 4 §. 3. Et RICHARDUS MORTON, Medicus Anglus Exerc. 1. c 7. de morbis univerſalibus, per tempus ſuppreſſum fuit, donec eodem ex aliis annotante, in Gallia præcipue & Anglia decantaretur, poſtquam Delphinus Galliarum variis ante, ſed in vanum adhibitis remediis à TALBOTIO Anglo cortice hoc à quartana liberatus fuit. Unde factum, ut Rex Chriſtianiſſimus LUDOVICUS XIV. jure meritoque Magnus dictus, a dicto TALBOTIO medicamentum hoc in ſecretis habitum, magno pretio redimeret & in ſubditorum ſolatium ſcripto publico propalaret. Conſulatur hac de re etiam NICOLAUS DE BLEGNY in Zodiaco. TALPOTIUS itaque Anglus hujus remedii reſtaurator quaſi extitit.

Dixi, remedium eſſe in febribus intermittentibus ſpecificum, addo nunc & tutum & neceſſarium. Reclamant equidem quidam, qui occœcati præjudicio contendunt ipſa ſolida (ſunt verba propria cujuſdam ſcriptoris) & attenta experientia comprobari, quam ini-

que hic cortex febribus curandis ſubveniat, ita ut communiter peſſimi effectus exinde redundent. Allegata autem experientia ſuſpecta plane imo falſa & nulla comparet. Experientiam Experientiæ oppono. Sancte namque teſtari & ad teſtimonium publicum provocare poſſum, me ante ſeptem, & quod excurrit annos, dum in Noſocomio Regio abſente Medico ordinario, ejus vices per ſex menſes juſſu ſuperiorum peragerem, non unum aut alterum, non centum, ſed aliquot mille milites, ut jam non loquar de aliis curæ meæ commiſſis, diverſis febrium intermittentium generibus afflictos, divino hoc febrifugo curaſſe, vix occurrente uno aut altero male, & quidem ex culpa ægri, cedentis remedii exemplo. Addo, quod plures hydrope, febres ab empyricis & famulis Chirurgorum male curatas, inſequente jam laborantes, ubi tamen aliquid febrilis adhuc ſuberat, hoc cortice à febre liberaſſe & additis ſimul aliis remediis convenientibus ſervaſſe. Neſcio itaque qua fronte, qua audacia, tantum Naturæ donum proſcribatur, nec comprehendo, quo jure huic medicamini, è regno vegetabili deprompto, hinc in corpore adhuc ſuperabili, aliud æque adſtringens è regno minerali deſumtum minuſque domabile præferatur.

Hoc non nego, quod quandoque ſiniſter aut nullus obſervatus fuerit effectus: aſt, ut non dicam de aliis cauſis, illud ſæpe exinde provenit, quod corticem hunc genuinum atque verum & bonum non ſemper obtineamus; quandoque enim effœtus, putridus atque adulterinus & ex arboribus in locis paludoſis creſcentibus aut etiam demortuis detractus eſt; unde Medici deinde nullum ab exhibito remedio experti ſunt effectum, qui tamen alias purgato bene corpore & præmiſſis præmittendis vix unquam fallit. Accedit, quod nonnulli legitimam exhibendi methodum operandique modum vel ignoraverint, vel non bene conſideraverint. Ingens autem intercedit diquiſitio inter Medicos, an hic cortex ante vel poſt paroxyſmum ſit exhibendus & an in ſubſtantia, an vero in alia forma ſit propinandus. Diu ſatis pondere ʒij. ſemel tantum & quidem ante paroxyſmum fuit uſurpatus, non perpendendo doſin pro una vice nimiam, neque tamen ad perfectam curationem ſufficientem eſſe. Optima certiſſimaque methodus ſæpiſſime reiteratis experimentis comprobata eſt, ut videlicet præparato bene corpore per vomitoria, (quæ haud raro ipſo die paroxyſmi ante ejus acceſſum

ſummo

ſummo cum ſucceſſu adhibentur) purgantia aliaque & ſi opus fuerit, ipſam etiam Venæſectionem, poſt paroxyſmum finitum exhibeatur, ad ℥j. uſque & ultra, ſed quod bene notandum, diviſim, atque uſus ejus poſt profligatam febrim per aliquot adhuc dies, imo ſeptimanas continuetur. Quamprimum itaque paroxyſmus ad apyrexiam pervenit, exhibeatur ʒß. pulveris corticis Chinæ, vel in juſculo, vel in vino, vel alio vehiculo, continueturque hæc doſis ſingulis 4 imo ſi opus fuerit 2. aut 3. horis, donec febris profligata fuerit, qua ceſſante poſtea per 2. 3. pluresve dies ʒß. bis ſolummodo in die, poſtea per aliquot dies unica tantum doſis & tandem ſemel aut bis in ſeptimana uſurpetur.

Exhibetur autem ut plurimum infuſa in vino rubro, præſertim Burgundo hoc modo, ut quando doſis una eſt propinata, altera ſtatim infundatur. Quia tamen non omnibus ſubjectis vinum conducit, ideoque alio quoque vehiculo, aqua ſimplici vel deſtillata aut juſculo, uti licebit. Quod ſi à pulvere abhorreat æger, vel in bolum, vel in electuarium, aut etiam in Tabulas redigi poterit. Quod ſi etiam hic modus diſpliceat, infundi poteſt vel in Vino, imprimis rubro, vel etiam in aqua v. gr. Cichorei &c. ubi ad libras ij. ʒj. ad ℥ij. aſſumi poteſt.

Inter ea quæ adduntur, recenſeri quoque merentur arum, Cinamomum, ſal armoniacum.

Modum operandi Corticis quod attinet, multi rationem in ſale volatili amaricante, alii vero in ſale fixo ibidem latitante quærunt. Haud inepte ii ſentire videntur, qui ſtatuunt, corticem Peruvianum in ſubſtantia, quoad totam ſuam agere ſubſtantiam, id eſt neque particulas ejus terreſtres ſeparatas, neque ſal fixum ſeparatum, aut ipſius eſſentiam atque extractum qualitatem illam ſpecificam febres curandi adeo poſſidere, quin potius credamus Corticem ipſum in ſubſtantia ejuſque poros ita eſſe conſtitutos, ut ſpecialem atque aliis febrifugis vix competentem obtineant facultatem, fermentum illud morbificum (aut quomodocunque cauſam febris appellare velis) in ſe recipiendi, frangendi curandique. Quæ vis ejus partibus ab invicem ſeparatis minime in tanta excellentia competere poteſt. Nec timendum eſt ab exhibitione, uti bene monent ſaniores, hujus corticis: cum rite exhibitus nullam noxam poſt ſe relinquat, præmiſſis præſertim, uti decet, univerſalibus;

neque

neque credendum, quasi stomachum debilitet, sanguinem turbet, Hydropem, asthma &c. producat, cum hi ipsi morbi tum demum subsequantur, quando omissis præmittendis & non debito tempore exhibetur.

Varios quandoque effectus in corpore edit, cum nunc purget, nunc obstruat, ubi in primo casu, nisi nimia accedat alvi solutio, res relinquenda, quippe cortex conjunctus cum materia febrili, intestina ad excretionem stimulet, & optimo quidem cum successu eliminatur hoc ipso materia morbifica. In altero casu, si diutius duret obstructio, potest exhiberi laxans clysma, aut jusculum carnium, cui beta est incocta, ita tamen ut observemus, ad recidivam impediendam post exhibita hæc remedia corticis usum esse continuandum.

In ipsis etiam ad alvi obstructionem inclinantibus subjectis non inconsultum erit purgantia ipsa, Gialappam, specificum Gialappinum, pulverem Cornachini &c. cum hoc febrifugo jungere. Memini, me hac ratione sæpius una fidelia duos dealbasse, uti loquuntur, parietes, præscribendo hunc corticem, præsertim in nodulis. Accidit quandoque, ut febris, præsertim quartana adeo contumax sit, ut & huic resistat remedio, adeoque verum reddat, quod in proverbio dicitur, Hydrops quartana Medicorum scandala plana; quo in casu, id quod expertus loquor, felicissimo cum successu cortici jungere poteris unum aut alterum granum Laudani opiati vel Theriacæ cœlestis, hac tamen cum cautela, ut per diem nonnisi unum aut duo grana dentur. Contingit porro, ut alii quandoque conjuncti sint morbi, ubi tamen & ipsum hunc corticem adhibere licet, modo febris intermittat. Cavendum ab ejus usu summopere est in febribus continuis, præsertim ardentibus, experientia funestos semper effectus ostendente, ille tamen excipitur casus, ubi remissio fere ad apyrexiam pervenit.

Febres intermittentes febris lenta atque hectica subsequitur interdum, quam de novo per ipsum hoc remedium præmissis præmittendis curandam esse MORTONUS aliique volunt.

In aliis quoque affectibus, ubi acidum peccat & in quibus certum paroxysmorum tempus observatur, usui venire potest, qua de re consulatur modo allegatus MORTON atque SYDENHAMIUS, quorum hic in uteri & ventriculi affectibus, ille vero in calore

lore hectico & gradu aliquo tabis ab hæmorrhagia ortæ, hoc medicamen commendat. Sunt quoque, qui in affectibus arthriticis, podagra atque Chiragra, præsertim non inveteratis, laudant. Ad exemplum HELVETII quidam in febribus tum intermittentibus, tum etiam continuis clysmata ex cortice Peruviano maximopere deprædicant.

Tandem notandum, quod, post profligatam per hoc remedium febrim, medicamentum purgans non sit assumendum ob metum recidivæ. De Diæta sub usu hujus remedii instituenda, cum illa notissima sit, nolo nunc verba facere.

OFFICINÆ NOSTRÆ SEQUENTIA ASSERVANT PRÆPARATA.

Electuarium antifebrile pretiosum, kostbahre Fieber-Lattwerg/ *Electuaire* ou *opiate febrifuge*. Exhibetur post paroxysmum singulis tribus vel quatuor horis, dosi Nucis Moschatæ, aut Castaneæ, aut ad aliquot cultri cuspides, aut ad drachmam, aut paulo ultra. Assumitur vel per se, vel involutum in pane azymo; Drachma circiter scrupulum corticis continet.

Electuarium antifebrile pro pauperibus, gemeine Fieber-Lattwerg/ *Electuaire ou opiate febrifuge pour les pauvres*. Exhibetur ut præcedens.

Essentia Chinæ Chinæ, Kinkina-Essentz/ *Essence de Quinquina*, adhibetur ad guttas viginti, triginta & ultra, aliquoties de die. Optime se habet usus ejus post profligatas febres, ad recidivam impediendam.

Extractum Chinæ Chinæ, Quinquina-Extract/ *Extrait de Quinquina*; ad grana quinque, decem, vinginti & ultra, in febribus intermittentibus, tum curative, tum præservative datur.

Ex hoc cortice cum aliis febrifugis & aromatibus paratur quoque *Elixyr antifebrile* seu *essentia antifebrilis Wedelii*, D. Wedels Fieber-Elixyr/ *Elixyr febrifuge de Wedel*, in febribus intermittentibus, ad obstructiones tollendas, humores viscidos incidendos & ad febrim profligandam datur bis vel ter de die ad guttas triginta, quadraginta & ultra, in corporibus phlegmaticis & obesis. Commode etiam usurpatur ad recidivam præcavendam.

℞. Cort. Chin. ℥iß. infund. in Vin. Burgund. ℔ij. stent per

24. hor. poſtea colaturæ ſing. 3. aut 4. horis pro ratione circumſtantiarum propinetur hauſtus mediocris.

℞. Cort. Chin. Chin. ℥j. infundatur in Aqu. Cichor. ℔j. ſtent in digeſtione per plures horas, poſtea colaturæ adde Syrup. Cortic. aurant. ℥iß. Syrup. Cinam. ℥ß. d ad vitr. uſurp. ut præcedens.

CORTICES CONSTANTES SALE FIXO DIURETICO.

CORTEX FRAXINI.

Sunt Fraxini excelſioris C. B. P. cortices ex craſſitie mediocres, ex cinereo viridantes, ſaporis acris amari, cum adſtrictione.

Lignum ejus ipſo Johannis Baptiſtæ die cæſum à multis habetur vulnerarium, [it. ad hæmorrhagias] Parantur & ex hoc ligno cyathi contra omnis generis venena.

[De ligno hoc vulnerario ſeu ſympathetico dicto prolixe agit, ejuſque vires recenſet Hohberg Kunſt-Buch num. 37. p. 30 annex. Georgic. Curioſ. Tom. 2. ſed multa hyperbolica & ſuperſtitioſa enarrantur.]

Ob ♁ acre diureticum & diaphoreticum convenit in morbis Chronicis, paſſione hypochondriaca, ſcorbuto, nephritide, hydrope, aſcite, Catarrhis, Lue ♀ea & aliis.

Datur decoctum ad ℥iij ad ℥iiij. quod aliquando ex vini & aquæ anatica portione paratur. Viget quoque ♁ per inciserationem factum, doſ. à ℈j ad ʒß. in Variolis & Morbillis.

℞. Cort Fraxin tamariſc ana ℥j. rad. helen. armorac. polypod. ana ℥ß. helleb. n. ʒij. ſummit. abſynth. Cent. min. fol. agrim. ana Mj. bacc. Junip. ℥iß. affund. vin. Rhenan. ſ. Malvat. pone indigeſt. ſ. infuſ. antihydropicum & antiſcorbuticum.

℞ Cort.

℞. Cort. fraxin. ℥iiij. coq in vin. ℔iiij. f apoz ex quo cape ℈ fraxin. gr. vij. l. ʒß. contra hydropem & Urinæ ſuppreſſionem.

COR-

FRAXINUS vel à frago, flecto, vel à fragoſis locis. Græcis Μελία, Μελίη dicitur, Aſchbaum/ Eſchbaum / Eſchen/ Steineſchen/ Wundholtz. FRENE.

Eſt arbor flore apetalo, cujus ſtamina gemino plerumque apice donantur, è quibus ſæpe ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum linguiformen planum membranaceum, ſemine fœtum ejuſdem pene formæ.

Species uſualis eſt

Fraxinus excelſior C. B. Pin. 416. Fraxinus vulgatior I. B. 1. 174. Fraxinus Dod. Pempt. 833. de hac notiſſimus verſiculus;

Fraxinus in Sylvis pulcherrima, Pinus in hortis.

Creſcit in ſylvis opacis, montibus & clivoſis; floret Aprili & Majo, ſemen autumno matureſcit. In uſum ſuppeditat folia, corticem, lignum atque ſemen.

Folia ſicca vulneribus medentur, in ſuffumigiis ad ſurditatem, imprimis vero ad ictus ſerpentum & viperarum laudatur.

De fraxino PLINIUS illud curioſum refert, quod ſerpentibus adeo ſit inimica, ut umbra eos abigat. Longe autem curioſius eſſet, ſi verum, quod PARÆUS notat; Expertus refero, inquiens, ſi fronde fraxini gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignem potius quam in fraxinum fugere ſerpentem. Alii autem multum contradicunt. Lignum, das Wundholtz / cædunt vel ante Solis ortum, vel tempore meridiano, vel intra horam undecimam & duodecimam nocturnam; & quidem abſciſſio fieri debet una vice mediante ſecuri nova, quæ nondum in uſum tracta. Borellus baculum, cum Sol in arietem ingreditur, conficiendum eſſe jubet, cujus ſola admotione hæmorrhagias ſiſti vult. Abſint ſolummodo omnia ſuperſtitioſa. Pocula ex ligno ſpleneticis & hepaticis LANGUS ſuadet, ſuntque qui hoc modo Lienem abſumi credunt. Lignum hoc

quidam Quajaco ſubſtituunt: Corticem vero haud pauci tanquam inſigne febrifugum in febribus intermittentibus quibuſvis Cortici Chinæ Chinæ vel admiſcent, vel ſubſtituunt. Melancholicis quoque, Hypochondriacis & calculoſis prodeſſe fertur. Virtus porro alexipharmaca & antipeſtilentialis adſcribitur.

Cineres fraxini ſcabiem atque impetigines curant, commendantur quoque ad calculum internè in infuſo. Juxta ZWELFFERUM præbet ſingulare cauterium atque nobile.

Semen fraxini, quod & *Ornithogloſſa, lingua avis, lanque d'Oiſeau* vocatur ob figuram, uſurpatur excorticatum, imprimis in calculo urinæque vitiis, hepatis & Lienis, hydrope atque pleuritide. Adſcribitur quoque eidem vis aphrodiſiaca. Non autem ubivis ſperatus ſequitur eventus.

OFFICINÆ nihil ex fraxino alunt, præter *Sal fraxini*, Aeſchbaum-Saltz / *Sel de bois de Frene*, quod multum quidem deprædicatur, ſed præ aliis Salibus plantarum fixis, per incinerationem paratis, peculiare nil obtinet.

℞. Cort. Fraxin. rad. gentian. ana ʒß. Sal. abſinth. ʒj. Miſc. f. pulvis Febrifugus euporiſtus LENTILII, cujus doſis 3. cultri cuſpides ſingulis 4. aut 6. horis.

Cortex interior fraxini, juxta CÆSALPINUM, aquam in qua maduerit, cœruleam reddit.

CORTEX TAMARISCI.

Eſt Tamarix fruticoſa folio craſſiore ſeu Germanica C. B. P. Conſpirat cum corticibus fraxini & cum his ſimul ſolet præſcribi, utrique cortici aſſignatur ſpecifica vis contra vitia Lienis. Unde ex ligno tamariſcino conficiuntur pocula, ex quibus Lienoſi omnia medicamenta & potulenta capiunt. Externe cataplaſma ex corticibus Lienoſis applicatur, admodum conducit, præcipue ſi addatur cortex capparis.

COR-

Μυρίκη, MYRICA, MYRICE, TAMARIX, Tamariſcen/ Tamariſcenbaum / Portz / Birthenbentz / TAMARISC.

Eſt fructus flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in capſulam ſalicis fructus æmulam oblongam, nempe membranaceam, in duas partes dehiſcentem ſeminibuſque fœtam pappo inſtructis. Tamariſcus Germanica Lob. Icon. 218. Tamarix fruticoſa folio craſſiore ſive Germanica C. B. Pin. 485. Tamarix Germanica ſive minor fruticoſa I. B. I. 351. Frutex hic Sabinæ ſimilis juxta Rhenum & Danubium provenit. Invenitur quoque in Gallia, præſertim Narbonenſi; floret Majo & Junio, ac deinde tota æſtate, ut loquitur I. BAUHINUS, flores & ſemen proferre non deſinit.

In uſu ex hac planta lignum, radix & cortex, præprimis radici detractus. Cortex laudatur quoque in ictero, fluore albo mulierum, Melancholia, ſcabie, Lepra & lue Venerea. Radix infuſa in Urina icterici & poſtmodum combuſta, morbum ſanare dicitur. Lixivium cinerum Ligni in Phthiriaſi & tinea commendatur.

IN OFFICINIS PROSTAT

Extractum Tamariſci, Tamariſken-Extract / *Extrait de Tamaris* &.

Sal Tamariſci, Tamariſken-Saltz / *Sel de Tamaris*, quod ratione virtutum cum aliis ſalibus fixis coincidit.

CORTEX CAPPARIS.

Eſt Capparis ſpinoſa fructu minore, folio rotundo C. B. P. Sunt radicum cortices tubuloſi, rugoſi, craſſi cinerei, ſaporis acris auſteri.

Cum tamariſci & fraxini corticibus convenit, niſi quod auſteritatis ratione in receſſu plus adſtringat, datur in ſubſtantia ad ʒj. in ▽ Mulſa, oxymell. ad viſcerum obſtructionem ex ſanguine acido aduſto. Decoctum datur ad ℥iiij.

℞. Cort. Cappar. ℥iiij. flor. cappar. muria cond. coq. in

▽ Mulſa, vel oxymell. ſeu vino f. apoz. ad induratum lienem.

℞. Cort. cappar. fraxin tamariſc. ana ℥j. herb cuſcut. epith. plantag capill. ♀is ana Mj. f. decoctum ex ▽ ad quemvis morbum ex obſtructione meſenterii dependentem.

Proſtat & ♌ coct. ex capparibus. ℞. ♌ coct. cappar. diſſolv. gum. ammoniac. ad emolliendos tumores viſcerum.

COR-

κάππαρις, Kappern / CAPRIER.

Eſt planta flore roſaceo quatuor plerumque petalis in orbem poſitis conſtante, è cujus calyce ſurgit piſtillum embryone inſtructum, qui deinde abit in fructum ut plurimum pyriformem vel ſiliquoſum, carnoſum, in quo veluti nidulantur ſemina non raro ſubrotunda & quaſi reniformia.

Capparis ſpinoſa fructu minore folio rotundo C. B. Pin. 480. Capparis ſpinoſa I. B. 2 63. Capparis retuſo folio Lob. Icon. 635. Frutex hic in Italia, Hiſpania Galliaque provenit; floret æſtate, viret uſque ad Vergiliarum occaſum, ſabuloſis familiariſſimus.

Flores & cortex radicis in uſum trahuntur; flores Capres / CAPRES, antequam expanduntur, muria condiuntur, & non tam, ut cum SEBIZIO loquar, alimentum ſunt, quam ciborum obſonium & condimentum. Collapſam ciborum appetentiam inſtaurant, humido Ventriculo conducunt, ſalivationem reprimunt, pituitam detergunt hepatis & lienis obſtructiones recludunt, lienoſis conferunt. Tempore peſtis quoque commendantur.

Eduntur vel cum aceto & oleo, vel decoquuntur in variis juſculis, adduntur diverſis ferculis.

EX CORTICE SEQUENTIA IN OFFICINIS ASSERVANTUR REMEDIA.

Oleum Capparum, Cappres-öhl / *Huile de Capres*, quod uſu externo in obſtructionibus Lienis potiſſimum commendatur, &

Trochiſci de Capparibus, Cappres-Zeltlein / *Trochiſques de Capres.* Obſtructionibus hepatis atque Lienis aliorumque viſcerum

ſunt

ſunt dicati, vim obtinent carminativam, diureticam & emmenagogam. Doſis eſt ad. ℈j. ad ʒj.

CORTICES PARTICULIS TERREIS CONSTANTES.

CORTICES CASTANEARUM.

Sunt Caſtaneæ ſativæ & ſylveſtris C. B. P. cortices rubicundi, caſtaneam fructum ſeu nucleum immediate cingentes. Eſt arbor nucifera, pluribus in communi integumento echinaceo incluſis.

In ſpecie conducit in ſiſtendo nimio menſium fluxu & metuendo abortu, ut & in gonorrhœa & fluxu albo. Ingreditur quoque gargariſmata refrigerantia & adſtringentia.

Ex pulvere horum corticum cum pinguedine quadam vel oleo appropriato, paratur unguentum, quod in nimio menſium fluxu pudendis illinitur.

℞. Cort. Caſtan. ʒij. auric. jud. ʒj. hord. excort. ʒß, flor. malv. arbor p. j. coq. ex ▽. plantag. add. colatur. ſyr. violar. q. ſ. f. garg. in inflammatione faucium.

COR-

CASTANEA, Kaſtanien-Baum / CHATEIGNER.

Eſt arbor flore amentaceo, plurimis nempe ſtaminibus è calyce quinquefolio ſurgentibus conſtante, tenui capillamento ſeu axi affixis. Fructus autem ſeu echini in eadem arbore ſeparati naſcuntur, ſubrotundi quadrifariam plerumque dehiſcentes, Caſtaneis fœti nucleum continentibus.

Caſtanea ſativa C. B. Pin. 418. Caſtanea I. B. 1. 121. Caſtaneæ majores Lugd. 31. Maronnier, &

Caſtanea ſylveſtris quæ peculiariter Caſtanea C. B. Pin. 419. Caſtanea Dod. Pempt. 814. Prior ſpecies multum in agro Lugdunenſi

dunenſi & in Delphinatu, altera vero paſſim in ſylvis, etiam in Alſatia ſuperiore & inferiore circa Weiſſemburgum proveniunt. Gaudent montibus & acclivibus. Primo vere germinant, poſtea mox florent, ſed fructum maturum non niſi ſub finem Septembris exhibent.

In uſum ex hac arbore veniunt fructus, quæ vocantur Κάϛανα vel Καϛάνεα, à Caſtano Magneſiæ oppido, unde primum advectæ, Käſten/ Keſten/ CHATAIGNES. Vocantur quoque JOVIS GLANDES, NUCES SARDIANÆ &c.

Caſtaneæ aliæ ſunt ſativæ, eæque vel majores, quæ MARONES, Marons/ MARONS appellantur, vel minores; aliæ autem ſunt ſylveſtres, quæ peculiariter Caſtaneæ nominantur, & Plinio coctivæ & populares audiunt. Illæ divitum menſas exornant, hæ vero vilioris pretii communiter uſurpantur. Partium ſunt craſſiorum atque tenuiorum, hinc etiam commeſtæ, craſſum præbent ſuccum. Interim iis, qui ſe valide exercent, utilem præbent cibum: flatus excitant, ventrem obſtruunt, ventriculum gravant, dolorem capitis producunt & Incubum generant, præſertim ſimuſtum deſuperbitatur. Virtus aphrodiſiaca quoque ipſis adſcribitur.

Noſtri homines, I. B. inquit, toſtas eas non modo gratius, ſed & in deliciis habent, præſertim ampliſſimas illas Maronnes dictas, quas cum cæteris promiſcue diurnis ac nocturnis commeſſationibus apponunt. Quidam cum pipere & ſale comeſtas innocentiores & illicia Veneris & Bacchi eſſe putant. Torrentur duobus modis, vel in perforata patella ad ignis flammas, vel ſub prunis & cineribus candentibus. Prius tamen quam igni, aut cineribus credantur, cultello obiter vulnerari debent, ut plagæ hiatu flatus igne citatus evadat, alioqui ubi flagrantes incaluerint, concepto intus ſpiritu, magno cum crepitu proſiliunt. Elixantur quoque in aqua. Multa porro fercula caſtaneis infarciuntur, anſeres, porcelli, anates, ventriculi quorumdam animalium, Braſſica &c. Ad porcos quoque ſaginandos inſerviunt. In annonæ caritate inſerviunt etiam ad panificium.

Hac occaſione paucis quoque mentionem injicere liceat ſic dictæ CASTANEÆ EQUINÆ, quæ Conſtantinopoli Viennam primum & poſtea in reliquas regiones eſt delata. Eſt autem arbor flore roſaceo plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante,

ex

ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum multifariam dehiſcentem & ſeminibus fœtum Caſtanearum æmulis

Hippocaſtanum vulgare Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 1. g. 5. Caſtanea folio multifido C. B. Pin. 419. Caſtanea equina folio multifido I. B. 1. 128. Caſtanea Equina Dod. Pempt. 814. *Maronnier d'Inde.* Fructus hujus arboris CASTANEÆ EQUINÆ, Roß-Käſten / *Chataignes de Cheval* vocantur, quoniam anheloſis & tuſſientibus equis proſunt. In pulverem inſuper redacti hi fructus ſternutationem cient, & ſic Hemicraniam mitigant naribus attracti.

CORTICES GRANATORUM SEU MALICORIUM.

Sunt fructuum mali Punici C. B. P. Cortices coriacei duri, rugoſi, foris ex ſpadiceo luteo punicei, intus vero lutei, ſaporis amaricantis adſtringentis auſteri. Eſt arbor pomifera, fructu rotundo, in ſummitate umbilicato, floribus fructui inſidentibus pentapetalis.

Acido-auſterum ☉licum, particulis terreis admixtum, potenter exaltat horum corticum virtutem adſtrictoriam, propterea conducit in fluxu albo, hæmorrhagiis & profluvio ſeminis. Convenit quoque in Vomitu nimio tam ſimplici, quam cruento, ut & gravidis pica laborantibus.

Ingreditur quoque gargariſmata & clyſteres adſtringentes. Externe ad ſuffuſiones Oculorum & leucomata, ut & ad pudenda exulcerata laudatur. Præcavent quoque ne Oculi à Variolis & morbillis lædantur.

℞. Cort. granat. ʒj. N. M. toſt. ℈j. Laud. op. gr. j. M. f. pulv. contra omnem fluxum alvi, exceptus conſerv. roſar. ☉lat. f. bolus.

℞ Cort. granator. ʒß. ſuccin. præpar. oſteocoll. ana ℈j.

℈ pulv. exhibe ex ſucco granator. tam ad fluorem album, quam ad nimium menſium fluxum.

℞. Cortic. granator ʒß. exhibe ex ſucco granator. ſeu cydonior. contra picam. ſ. add. miv. cydonior. qt. v. addi poſſunt Zedoariæ grana aliquot.

COR-

MALUS PUNICA, quoniam circa Carthaginem copioſe proveniebat, MALUS GRANATA, vel a granis in fructibus contentis, vel à Granata Hiſpaniæ regione, Granaten-Baum / GRENADIER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, cujus calyx campaniformis, multifidus abit in fructum fere globoſum coronatum, in plura loculamenta diviſum, acinis ſucci plenis fœta placentæ affixis, membranis tenuiſſimis diſtinctis, & ſemine turgentibus ut plurimum oblongo. Species ſequentes in uſum trahuntur.

Punica quæ malum Granatum fert Cæſalp. 141. Malus punica ſativa C. B Pin. 438 Malus Punica I. B. 1. 76. Malus Granata ſive Punica Tabern. Icon. 1033.

Punica ſylveſtris Cord. Hiſt. 184. Malus punica ſylveſtris C. B. Pin. 438.

Punica fructu dulci Tourn. I. R. H. cl. 21. S 8. g. 6. Malus Punica ſativa fructu dulci C. B. Pin. 438.

Punica fructu medii quaſi ſaporis Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 8. g. 6. Malus Punica ſativa fructu medii quaſi ſaporis C. B. Pin. 438. &

Punica flore pleno majore Tourn. I. R. H. Malus Punica flore pleno H. R. Par. Balauſtia Hiſpanica I. B. 1. 82. Balauſtium Tabern. Icon. 1033. Baluſtia flore pleno majore C. B. Bin. 438.

In Italia, Gallia, Hiſpania aliiſque regionibus calidioribus, inprimis ſylveſtres Mali Punicæ & flore pleno luxuriant, ut ſæpe etiam in ſepibus reperiantur. Apud nos coluntur in hortis caloris amantes; florent æſtate, & calidioribus temporibus etiam fructus maturos perficiunt. Ex hac arbore in uſum veniunt flores & fructus; de floribus vide infer.us. Fructus

Fructus vocantur MALA PUNICA à Pœnis, vel à puniceo colore. MALA VEL POMA GRANATA, Granat-äpffel / GRENADES, GRANATES. Triplicia autem ſunt ratione ſaporis, DULCIA, quæ continent ſuccum multo phlegmate acidulo & pauxillo ſulphure conſtantem; ACIDA plus acidi habent & magis ſunt frigida, dum dulcia magis ſunt temperata, VINOSA, ſive acido dulcia, mediæ inter dulcia & acida naturæ. Vinoſa & dulcia vires habent cardiacas cephalicas & ſtomachicas, commendantur ad ſanguinis orgaſmum, ad hæmorrhagias ut & ad ſitim ſedandam. Conducunt in febribus morbiſque bilioſis. Acida poma ſtomachum etiam roborant, ſed magis adſtringunt. Licet autem in febribus poma granatorum comedi poſſint, ita tamen agendum, ne nimis parci, nec nimis liberales ſimus, ob vim dictam adſtringentem, quam vim quidam temperare volunt ſaccharo. Nuclei magis adſtringunt, quam ſuccus.

Decoctum Malicorii cum ſolutione ☉li atramentum conſtituit.

IN OFFICINIS PROSTAT

Succus Granatorum, roher Granaten-Safft / *Suc de Grenates*, qui præter virtutes allegatas, ad hæmorrhoidum fluxum & in pica gravidarum laudatur.

Vinum Granatorum, Granaten-Wein / *Vin de Grenades*, ex ſucco videlicet cum Saccharo fermentato.

Syrupus Granatorum, Granaten-Syrop / *Syrop de Grenades*, qui cordialis, refrigerat, ſitim ſedat, bilem refrænat, fluxus aſvi & hæmorrhagias compeſcit, abortum præcavet. Potionibus & Julapiis ægros reficientibus additur.

CORTICES QUERCUS.

Sunt cortices craſſi, foris ex cinereo fuſci, intus pallide rubentes, ſaporis adſtringentis.

Subſtantia terrea craſſiore conſtant quam cortices granatorum, cui tamen non nihil ☉is alcalini videtur admixtum, decoctum cui aliquid ☉li adjicitur nigreſcit. Conve-

niunt in fluxu alvi, ut & hæmorrhoidum, teneſmo, item in ſoda, & acida effervescentia temperanda. Horum decoctum ex ▽ chalybeata factum datur pro Vulnerario, de cætero conveniunt cum corticibus granatorum.

℞. Cortic. querc. ℥iiij. calic. gland. ℥j. coq. ex ▽ chalybeata, add. ſyr. Cortic granat. q. ſ. f. apozem. contra ardorem Ventriculi.

Paulo ſubtilioris Naturæ ſunt calices glandium, quam cortices quercus, cum quibus in omnibus conveniunt. Et cum his ſimul & ſemel præſcribuntur.

CAPUT

Δρὺς, ROBUR, Eichbaum/ CHESNE, vocatur etiam ARBOR PLACIDA, JOVIS ARBOR, quoniam ei dicata erat.

Eſt arbor flore amentaceo, plurimis ſcilicet apicibus conſtante, tenui capillamento denſo agmine affixis. Embryones autem in eadem arbore à floribus ſeparati naſcuntur, abeuntque deinde in glandem cupula munitam, nucleo fœtam in duas partes fiſſili. Addenda ſunt folia ſinuoſa.

Querus latifolia mas, quæ brevi pediculo eſt C. B. Pin. 419. Quercus vulgaris brevibus pediculis I. B. 1. 70. Platyphyllos mas Lugd. 2.

Ex hac arbore, quæ in ſylvis, collibus & montoſis provenit, & Julos Aprili & Majo promit, in uſum trahuntur Lignum, cortex, folia, glandes earumque cupulæ, gallæ, viſcus & fungus, ut taceam jam nucamenta, quæ etiam à quibuſdam uſurpantur pro ſcopo adſtrictorio. Curioſum eſt, quod Hoffmann. in clave ad Schrœderum annotat, quod equi ſcutellati, die weißlechte Aepffel-Grauepferd/ nigricent, inque iis pili veteres nigri fiant, aut nigriores pili veterum albidorum loco renaſcantur, ſi verno tempore unum & alterum pugillum, aut manipulum gemmarum, (addunt alii nucamentorum) quercus arboris recentium in modium avenæ conjeceris & equi aliquandiu his paſcantur, ob Sal Vitriolicum, quod in illis deliteſcit.

Lignum

Lignum deſtillatione exhibet plurimum acidi & olei cum multa terra, Sal inibi latens ad Naturam Vitriolicam accedere videtur, unde ex hac arbore quidam Vitriolum elicere conantur.

Lignum à quibuſdam multum æſtimatur, imo æquiparatur ipſi ligno Quajaco, unde etiam Quajacum Germanorum vocatur. Infuſum quoque hujus ligni, ut & lixivium cinerum commendant ad hydropem & pedes œdematoſos. Quidam hoc lignum celebrant ad epilepſiam. Cineres porro ad icterum laudantur. Aſſerculum quernum calefactum abdominique impoſitum, colicos dolores ſedare dicunt. Aſſer porro quernus bene calefactus & maſtiche, vel medulla cervina, aut hircina illitus, cui, quam calide ferri poſſit, inſideat æger per horæ quadrantem, contra ani procidentiam & firmandum inteſtinum rectum HARTMANNI eſt experimentum. Fuligo Ligni querni ſecretum habetur in peſte. Juxta HOFFMANNUM in Schrœderum, morbi per incantationem ope ligni querni inducti à betula curantur. Aqua, quæ in cavitatibus quercuum annoſarum reperitur, ad ſcabiem fœdam & verrucas commendatur.

Succus ex quercu terebrata contra mictum cruentum deprædicatur ab ACTIS ANGLICANIS. Quantum uſum in re Oeconomica, imprimis in ædificiis conſtruendis, præbeat Lignum Quercinum, ſatis in vulgus notum eſt.

Lignum, cortex, folia, glandes, cupulæ æque ac Gallæ ad atramenti confectionem uſurpari poſſunt.

Ligno adnaſcitur muſcus, qui pariter adſtringit æque ac fungus, qui eſt ſubſtantia coloris ex fuſco cinerei, ſolida ſatis & lignoſa, truncis annoſis quercuum adhæreſcens, ſaporis adſtringentis. Huic fungo virtus quoque antepileptica à quibuſdam tribuitur.

CAPUT TERTIUM

DE LIGNIS

LIGNA CONSTANTIA SALIBUS OLEOSIS AROMATICIS.

LIGNUM SASSAFRAS.

EST arboris Virginianæ folio ficulneo Pavame dictæ. Radix deberet proſtare, nam melior eſt, & ſic deſcribitur, ſub cortice tenui, foris cinereo, intus ſanguineo, includens materiam ex albo rufeſcentem, lignoſam, aliquantulum ponderoſam, ſaporis ſubacris, ſubdulcis, tenuis aromatici, odoris fragrantis & fœniculati.

Transfertur ex Virginia & Florida. Dicitur ſaſſafras quaſi ſaxifraga, ob virtutem lithontripticam. Duplex ejus ſpecies, altera folio ficulneo, floribus pentapetalis, habentibus odorem aniſi, quos flores ſequuntur baccæ, & hæc uſualis eſt. Altera non, cum fructibus corni, exceptis foliis valde convenit.

Hujus ⊖ia volatilia temperata ſunt fœniculacea dulcedine, ut tam per diureſin, quam diaphoreſin diminuat etiam in remotiſſimis locis viſcoſa, craſſa & vitioſa. Hinc. tanquam Catholicum in morbis Chronicis uſurpatur. In ſpecie corrigit crudam acidam ve lympham, [Brunnero in conſiliis audit verum alexipharmacum Catarrhorum] medetur tuſſi, tabi, phthiſi, lui ♀eæ & in ruptis abſceſſibus internis ſingulare eſt mundificans, ſpecificum eſt in fluore albo.

℞. Rad. helen. ʒß. lign. ſaſſafr. ʒij. f. decoct. ex vino, quotidie exhib. ad ʒij. add. ʒij. Cort. Winteran. ſi ſcorbutus adſit.

In

In hoc exhibe ʒß. ſuccin. præpar. in fluore albo. Hoc modo Hermannus puellam curavit.

Datur infuſum, decoctum, eſſentia & oleum deſtillatum.

℞. Raſ. lign. ſaſſafr. ʒij. flor. pap. rhœad. p. ij. coq. leniter, add. colatur. ſyr. papav. q. ſ. f. apozema contra Catarrhos.

℞. Cort. ſaſſafr. ʒiß. Spir. Vinoſ. ſerpilli ℔ij. f. infuſum, quod præſervat à Catharrhis eoſque curat.

℞ Saſſafr. lign. ſanct. rad ſcorzon. liquirit. ana ʒij. caric. ping. n. ix. f. decoctum mundificans ſanguinem à rupto abſceſſu, vel à pleuritide, vel alia cauſa orto.

LIGNUM

LIGNUM FOENICULATUM ab odore, Saſſafraß/ Fenchel-Holtz. SASSAFRAS.

Saſſafras arbor Monardi Cluſ. Exot. 320. Lugd. 1786. Arbor ex florida ficulneo folio C. B. 431. Saſsafras Hern. 61. Saſsafras ſive Lignum Pavanum I. B. I. 483. Naſcitur in maritimis lociſque temperatis.

Ad frigidos ventriculi affectus & flatus, vomitus &c. à Monarde commendatur. Laudatur ad febres diuturnas, fœdos virginum colores, hydropem &c. Podagricis atque arthriticis conducit. Siccioris autem conſtitutionis hominibus hoc in caſu non prodeſt. Valet etiam in Pareſi, dentiumque dolores mitigat. In ſterilitate quoque & utero ſqualido mundificando prodeſſe dicitur. Scabiem profligat, aliaſque ſanguinis impuritates corrigit. Sunt, qui coctionem ejus ſuadent, alii vero infuſionem, & haud abs ratione præferunt, quoniam partes volatiles avolant in decoctione.

In ſubſtantia datur ad ʒj. &c, in infuſo ad unciam unam ad alteram.

IN OFFICINIS PROSTAT

Extractum Ligni Saſſafras cum Spiritu Vini paratum, Fenchel-holtz-Extract/ *Extrait de Saſſafras.* & *Oleum*

Oleum Ligni Saſſafras deſtillatum, Saßafras oder Fenchelholtz-öhl / *Huile de Saſſafras*, quod ſtomachicum eſt & uterinum, valet etiam in Catharrhis in Lue Venerea prodeſt, aſthmaticis atque nephriticis conducit menſeſque provocat.

℞ Pulv. Ligni Saſſafras ʒj. Pulv. Viperarum. ♀r dulc. ana. ℈j. Elect. Cathol. f. bolus in Gonorrhœa utilis.

LIGNUM GUAJACUM ET SANCTUM.

Guajacum eſt arboris Indiæ Occidentalis Guajacan dictæ, lignum ſolidum, denſum, reſinoſum, buxei coloris, medulla intus nigricante duriſſima & denſiſſima, ponderoſa & reſinoſa, [ſaporis acris, amaricantis & aromatici, odoris fragrantis.]

Sanctum eſt arboris Indiæ Occidentalis Hoaxacan dictæ, lignum ſolidum, denſum, Guajaco albidius, medulla intus ſolida duriſſima &c.

Differt à Guajaco ſpecie, non genere, utraque enim eſt ejuſdem figuræ & faciei, utraque prægrandis eſt & nucifera, deſtillat ex utraque etiam reſina. [Reſina arida eſt friabilis, pellucida, nigricans, ſaporis acris, odoris grati.]

Utraque hæc ligna quoad vires corticibus reſpondent, & cum his ſimul præſcribuntur in decocto, eſſentia &c. proſtant & eorum oleum & ſpiritus.

℞. Lign. ſanct. cort. mal. granat. ana ʒj. thur. maſtich. ana ʒij. flor. balauſt. roſar. r. ana Mj. bulliant. in ▽ ſ. q. ad medietatem, f. apozema contra fluorem album, add. tantillum vini auſteri. Pro abluendis pudendis & injiciendo.

Decoctum in Lue ♀ea vid. ſupra in capite de radice chinæ.

Oleum deſtillatum externe applicatum ſingulare eſt in nephritide

nephritide. Commendatur etiam ℥ deſtillatum exterius cum ℥ bacc. laur. ſpic. lavend. in arthritide.

LI.

QUAJACUM, vocatur quoque QUAJACAN, LIGNUM GALLICUM, LIGNUM SANCTUM, Frantzoſen-Holtz/ Blatter-Holtz/ Bocken-Holtz/ Heilig-Holtz/ GAYAC, BOIS SAINT.

Lignum Quajacum & lignum ſanctum à multis pro uno eodemque habentur, ab authore vero TERENTIO IN NOTIS ad HERNANDEZ, aliisque diſtinguuntur, promiſcue interim uſurpari poſſunt.

Quajacum ſive lignum Sanctum Parck. Guajacum foliis Lentiſci C. B. Pin. 448. Guajacan Cluſ. Exot. 312. Guajacan Hern. 63.

In Hiſpaniola, Jamaica aliisque Americæ locis ac inſulis creſcit.

Conducit in morbis fere omnibus ex cauſa acida, pituitoſa, frigida, natis. Sanguinem purificat, putredinique reſiſtit & ſerum corrigit. Uſurpatur in arthritide, podagra, rheumatiſmo atque dolore iſchiadico, in aſthmate, tuſſi, imo ipſa Phthiſi à quibusdam laudatur. Sunt qui peculiariter in vertigine & Epilepſia deprædicant; ad odontalgiam decoquitur & in ore detinetur. Cum antidotum verum & ſpecificum Luis Venereæ habeatur, exinde paratur decoctum cum aqua, quod, ex mente NICOLAI MONARDIS Medici Hiſpani, ad plures ſeptimanas cum tenui victu uſurpatum luem radicitus extirpat. Sæpiſſime miſcetur cum radice Chinæ, ligno Saſſafras &c. unde emergit ſic dictum *decoctum lignorum*, der Holtz-Tranck/ *Tiſane ſudorifique*, quod eodem modo uſurpatur. Vocatur hinc cura die Holtz-Cur.

IN OFFICINIS PRÆPARATA PROSTANT

Spiritus Ligni Quajaci, Frantzoſen-Holtz-Spiritus/ *Eſprit de bois de Gayac*, in quo acidum prædominatur, ſudorem atque urinam ciet. Doſis eſt ad guttas 25. 40. 60. & ultra.

Oleum ligni Quajaci, Frantzoſen-Holtz Oel/ *Huile de Gajac*, quod vel absque rectificatione aſſervatur, vel rectificatur ſupra arenam, cineres aut oſſa calcinata, per os vix aſſumitur ob ingratum & fœtidum ſaporem. Commodiſſime ad uſus externos ac feliciſſime ad ulcerum omne genus uſurpatur, nominatim venereorum, ad vul-

nerum mundificationem, fungoſarum carnium conſumptionem, ut & oſſium exſquammationem atque cariem adhibetur. Ad dentes quoque dolentes optimo cum ſucceſſu applicatur, particulis enim oleoſis aëri exitus præcluditur, particulis vero ſalinis acribus ſerum ſtagnans corrigitur, fluxileque redditur. Tophis venereis illinitur, ad paſſionem quoque hyſtericam, vermes necandos & fœtum mortuum atque ſecundinas pellendas commendatur.

Referendæ huc ſunt *ſpecies pro decocto Lignorum*, Species zum Holtz-Tranck / *Poudre pour la tiſanne ſudoriſique*, in affectibus catarrhalibus, ſcabie, morbis venereis &c. diverſa doſi pro intentione & ſcopo curantis in aqua decoquuntur.

Eſſentia Lignorum, Holtz-Eſſentz / *Eſſence de Bois*. In maſſa ſanguinea depuranda & ſudore movendo laudatur, hinc in morbis venereis, ſcabie, affectibus catharrhalibus egregie conducit. Datur ad ℈j. ʒj. & ultra.

Eſſentia lignorum concentrata, concentrirte Holtz-Eſſentz / *Eſſence de Bois concentrée*. Longe acrior, ſed & penetrantior, abſque tamen augmento motus & ſanguinis evadit, & in prædictis morbis majori quoque cum ſucceſſu ad guttas 30. 40. 60. & ultra porrigitur. Quod ſi hanc eſſentiam concentratam cum Tinctura antimonii concentrata jungas, habebis Medicamentum nobiliſſimum & efficaciſſimum.

LIGNUM ALOES.

Sub nomine Calambac tranſmittitur ex Tartariæ intimis oris & in regnum Sinæ transfertur. vid. du Vall. Reiß-Beſchreibung part. 1. p. 507. Sunt arboris Chinenſis Calambac interioris medullæ fragmenta lignoſa, magnitudine varia, ſolida, denſa, ſpadicea, ſtriis aliquando nigricantibus & reſinoſis conſpicua. Saporis ſubacris, amari, aromatici & pinguis, odoris dum accenditur vel incaleſcit fragrantis. Præſtat ſi annoſum, grave, reſinoſum, æquale eſt. Si odoris fragrantia adeſt à principio accenſionis ad omnimodam conſumtionem uſque. Ex integra ſæpe arbore, quæ quercu

cu magnitudine non inferior eſt, vix ℔ß. ligni laudabilioris eruitur, unde tam charum. Chinenſes maxime ejus odoratu delectantur, & quo gratior amicus, eo meliorem portionem ipſi offerunt.

Lignum aloës grave, totum reſinoſum & prunis injectum, ſuaviſſimum ſpirat odorem, nullo vel pauco relicto carbone.

Salia volatilia reſinæ ſociata adeo analoga ſunt ſpiritibus noſtris, ut inter analeptica & confortantia catholica habeatur, inprimis Cephalica, ſtomachica, cardiaca & Uterina. Hinc in Lypothymia, Syncope, ſingularem habet energiam, & tanquam ſpecificum confortans jungitur appropriatis ſtomachicis & Uterinis. Ad fluorem album compeſcendum, & abortum præcavendum: ſiſtit quoque Vomitum & ſingultum: curat incontinentiam Urinæ à ſpirituum defectu ortam: laudatur in Epilepſia, & necandis vermibus. Datur in ſubſtantia ℈j. in decocto ʒj ſed decocta reddit nimis amaricantia. Extractum, Paradießholtz-Extract/ Extrait de bois d'Aloes, & eſſentia facta cum ℥u vini, vel formicar. vel roriſmar. vel Ceraſ. nigror. habetur optima.

Unà cum ambra hoc ligno aloes ad memoriam confortandam Profeſſor quidam Leidenſis uſus eſt cum ſucceſſu.

℞. Extr. lign. aloës ℈j margar. præpar. ℈j. ambr. gryſ. in ♌ cinam. ſolut. gr. vij. ſacch. cand. ʒj. M. f. pulv. cui add. ♌ cardamom. gt. vij. ad ℈j. ex ▽ Cephalica uſurpandus, in memoria confortanda, in virium lapſu, ſyncope cardiaca.

℞. Lign. aloës ℈ß. theriac. ℈j. ♌ Mac. gt. ij. Laud. op. gr. j. M. f. bolus ad compeſcendum & ſiſtendum vomitum.

℞. Lign. aloës gr. vij. Corall. rubr. ſuccin. præpar. Maſtich. ana ℈ß. f. pulv. adſtringens & confortans uterum, in fluore albo, adde ad ſingulas doſes ambræ gr. j. valet quoque in incontinentia Urinæ,

XYLO ALOES, ξυλοαλοὴ, vel ab odore, vel ab amaritie dictum, LIGNUM CALAMBA, LIGNUM CALAMBAC, à quibusdam etiam AGALLOCHUM, ἀγάλλοχον ab ἀγάλλομαι ornor, vocatum, Aloes-Holtz / Paradieß-Holtz / quoniam quidam credebat in Paradiso solummodo nasci, & exinde cum fluviis effluentibus advehi. BOIS D'ALOES, BOIS DE CALAMBOUC, BOIS DE TAMBAC.

Sicuti in aliis exoticis, ita quoque in hoc Ligno adhuc hallucinamur. Quidam unum idemque faciunt Lignum Aloes & Agallochum: Author autem cum aliis distinguit. Quidam hoc lignum in Malacca, Cambaya, Sumatra, Ceylon &c. nasci contendunt, alii in China provenire putant.

Conferatur Kircherus in China illustrata de Ligno Aquilino & Calamba.

Cum tam diversi adhuc sint authores, expectabimus decisionem.

Virtutibus nihil addimus, quam quod hoc lignum in Vino infusum cito inebriet. Obviam ire & ebrietatem arcere atque profligare possumus aceto aliisque acidis.

AGALLOCHUM.

Sunt arboris Calambac affinis, fragmenta lignosa, solida, ex fusco-rufescentia, striis interdum albicantibus notata, bituminosa, ligno aloës laxiora & crassiora, saporis amaricantis pinguis, odoris debilioris, earundem cum ligno aloës virtutum, sed gradu longe debiliori.

[De Agallochi generibus & arbore excœcante conf. Georg. Everhard. Rumphius C. N. C. Dec. II. ann. 3. obs. 22. p. 74.]

SANTALUM CITRINUM ET ALBUM.

Citrinum est arboris Timorensis bacciferæ Sercanda dictæ

ctæ cor ſeu medulla, denſa, ſolida, colore citrino ab integumentis ſuis cortice & ligno ſeparato, ſaporis aromatici amari, odoris fragrantis & grati.

Album eſt ejuſdem arboris, [à multis affirmatur ex una eademque arbore produci, ſcribit tamen Garcias ab Horto arom. hiſt. l. 1. c. 17. p. m. 88. tantam eſſe inter utriuſque ſantali arbores affinitatem, ut pallidum à candido diſcerni non poſſit, niſi forte ab ipſis incolis, qui eas cæſas mercatoribus vendunt] lignum ſolidum & ponderoſum pallidum, non proſtat amplius apud nos [apud eund. Garc. l. c. p. 90. in notis: dubitandum an legitimum ſantalum pallidum habeamus, quandoquidem ejus pretium majus ſit apud Indos quam Luſitanos. Fieri igitur poterit ut aliquod aliud odoratum lignum nobis pro legitimo ſantalo obtrudatur. Certe candidum noſtrum plane inodorum] Indi ſcrinia ex eo conficiunt, eſt enim ſolidius.

Indi unguento ſantalino ſeſe tingunt præcipue puellæ, ſantalum citrinum contuſum inque ſubtiliſſimum pulverem redactum, in oleo recenti inſolant, leniterque inſpiſſant, non debet nimis incaleſcere, alias ranceſcit, & ex curcumæ radice colorem addunt, gratiſſimi hoc eſt odoris [Ad æſtus corporis tollendos & odoris conciliandi cauſa. Eſt enim regio admodum calida, & incolæ plurimum odoribus delectantur Gracias l. c.]

Citrinum potentius eſt & odoratius albo, ⊖ia ſua volatilia tenuia & blanda multis terreis & paucæ reſinæ habet incluſa, hinc præter vim incidentem & Urinam moventem, obtinet quoque virtutem adſtringentem & roborantem. Et propterea tam inter deobſtruentia & antihydropica refertur, quam etiam inter adſtringentia, quæ conveniunt in nimio ſudore, præcipue febrium ſudatoriarum, compeſcendo. Hujus æquivalens eſt lignum rhodium, ſtimulatur corticibus Citri.

Datur ejus decoctum, rariſſime ſubſtantia, valet quoque eſſentia cum ℞u vini, melius cum ℞u Cortic. Citri facta.

℞. Rad. helen. ℥j. Cichor. ℥ij. polypod. ℥ß. ſantal. citr. ʒvj. herb. capill. ling. cerv. ana Mj. bacc. Junip. ℥j. coq. ex ▽ & vino. f. apoz. contra obſtructiones viſcerum.

℞. Lign. ſantal. ℥ij. Cort. Citr. intern. ℥j. lign. aloës ʒß. M. f. decoct. ad nimios ſudores nocturnos & febres ſudatorias.

LI.

SANDALUM, SANTALUS, SANDALUS, Sandel-Holtz / SANDAL, SANTAL.

TRIPLEX SANDALUM; CITRINUM, Gelber wohlriechender Sandel / SANTAL CITRIN ou JAUNE, SANTALUM ALBUM, weißer Santel / SANTAL BLANC, &

SANTALUM RUBRUM, de quo infra.

Juxta DALE Santalum album & Citrinum ex una eademque arbore producitur, cujus pars corticalis Santalum album dicitur, medullaris Citrinum, ut à multis affirmatur.

Inter remedia cardiaca atque Hepatica recenſentur. In Lypothymia, palpitatione cordis, obſtructione hepatis commendantur, commendantur quoque in arthritide & affectibus cutis.

Externe in catarrhis, Cephalalgia, vomitu, intemperie, uti loquuntur, hepatis calida uſurpantur. Ingrediuntur cucuphas, nodulos odoratos & Epithemata, præſertim Hepatica. Non adeo multum à Medicis præſcribuntur. Interim ex iis proſtant

Species diatrion Santalorum, dreyerley Sandel-Pulver / *Poudre de Santaux.* Medicamentum conſtituunt hepaticum, ictericum, cardiacum atque ſtomachicum. Doſis a ℈ß. ad ℈ij.

Unguentum Santalinum, Sandel-Salb / *Onguent de Bois de Sandal.* Hepati & Lieni dicatum, virtute adſtrictoria etiam quadantenus gaudet.

LI.

LIGNUM RHODIUM.

Eſt Aſpalathi albicantis torulo citreo C. B. P. ſeu Cytiſi potius, Cytiſi incani ſiliquis falcatis C. B. P. ab inventore Bartholomæo Marantha, Cytiſus Maranthæ dicti radix lignoſa, ex flavo pallida, denſa, ſolida, venulis pinguibus ſubinde interdiſtincta, ſaporis amari, odoris fragrantis gravis & roſei.

Fructus eſt ſiliquoſus, papilionaceus, naſcitur in inſulis Canarienſibus.

In radicibus ſunt conſpicui nodi pingues, in quibus maxima vis, ⊖ia ſunt temperatiora quam in ſantalo, in pellenda Urina paulo potentius eſt ſantalo. In oleo ejus deſtillato blanda vis cardiaca eſt, nonnihil anodyna. Externe convenit cum roſis in mitigando dolore capitis.

Lignum datur in infuſo. ♌ deſtillatum Roßenholtz-Oehl/ huile de Bois de Roſes [odoramentis ſacrum] additur pulveribus dentifriciis & ſternutatoriis & Balſamis cardiacis.

℞. Pumic. calcin. ʒj. oſs. ſæpiæ ʒij. Corall. alb. ʒß. ♌ ligni rhod. gt. iij. ⊖✳ci ϑj. ☉ uſt. ϑß. pro pulvere dentifricio; vel conſerv. cochl. q. ſ. pro antiſcorbutico.

℞. Lign. rhod. ſantal. Citr. ana ʒj. bacc. Junip. ℥ij. liquirit. ʒiij. f. infuſum vel leve decoctum ex ▽ gramin. ad promovendas Urinas.

℞. Lign. rhod. ϑiiij. ▽ roſar. ℥j. beton. ℥ij. + roſac. ℥ß. f. Epithem. ad mitigandos dolores capitis præcipue febriles, addi poteſt ſacch. ♄ni ʒß. it. ſantal. rubr.

LIGNA

LIGNUM RHODIUM ab Inſula Rhodo, LIGNUM ROSACEUM ab odore, LIGNUM CYPRIUM, quoniam ex Cypro etiam obtinetur, Rhodoxylon, Roßen-Holtz/ Rhodißer-Holtz/ BOIS DE RHODE, BOIS DE ROSE, BOIS DE CHYPRE, Nec

Nec circa hoc Lignum authores hodienum conveniunt. Authori noſtro refragatur HOFFMANNUS, quoniam Cytiſus non fundit reſinam ut Rhodium, nec alium præter herbaceum obtinet odorem.

LIGNA CONSTANTIA SALE BLANDO DIURETICO.

LIGNUM NEPHRITICUM.

Lignum peregrinum aquam cœruleam reddens C. B. P. Eſt arboris Mexicanæ Coarthi vel Coalti dictæ, lignum ex flavo pallidum, durum, cœruleo tingens colore, includens ſub cortice nigricante medullam fuſcam, ſolidam, duram, gravem, ſaporis ſubacris, amari, aromatici, vim incidentem in lingua relinquens.

Naſcitur in regno Mexicano pyri vel pruni magnitudine, foliis rutæ alatim diſpoſitis, floribus papilionaceis, quos ſequuntur ſiliquæ retiformes includentes ſemen. Arbor refertur ad Cytiſi genera, unde & vocatur Cytiſus Mexicanus.

Robert Boyle tract. d. coloribus. [Part. 3. exp. x. p. m. 78. ad. 82. it. pag. 124.] multa cum ipſo fecit experimenta.

▽ hujus ligni ro. vel 12. ♂ poſt infuſionem colorem diverſiſſimum demum acquirit, imo uni unciæ ter vel quater nova poteſt affundi ▽ & tingitur. Color vero debet ad radios ſolares ſpectari, ubi erit elegantiſſimus. Infuſum ex vino Urinam & alvum movet, ex ▽ vero ſola Urinam.

Agyrtæ adſcribunt ei vim alexipharmacam, tincturam enim ejus præbent gallinæ, cui prius dederant arſenicum, & ſervantur.

Ob

Ob ſal blandum alcalicum, quod ligni tinctura cœrulea à quovis acido deſtructibilis probat, ſed reſtituitur affuſo ☌ ♀ri per deliquium, diureticis, antinephriticis, & antihydropicis annumeratur.

Datur decoctum, infuſum ſeu tinctura cum vehiculo conveniente, ſcil. liquore betulæ, ▽ graminis &c.

℞. Raſ. lign. Nephrit ℥j. affund. ▽ gramin. vel al. deſtillat. ℔ß. f. infuſum ad nephritidem.

℞. Raſur. lign. nephrit. ℥iiij. liquor. betulæ ℔iiß. Elæoſacchar. citr. q. ſ. ad gratiam, contra dolorem nephriticum.

℞. Raſ. lign. nephr. cort. fraxin. ana ℥j. ſantal. Citr. ℥ß. infund. ▽ gramin. prius imprægnatæ ☋e geniſt f. infuſ. diureticum contra hydropem & obſtructiones viſcerum.

[Nic. Monardes l. ſimpl. ex India allator. ad renum vitia, Urinæ difficultates ac arenulas pellendas uſurpari in nova Hiſpania ait: quod confirmat Boile l. c. h. v. infuſione ipſius in limpida facta contra renum calculos uti ſolent: & ſane inſignis quidam Medicus mihi familiariter notus, qui explorando iſti morbo enixius incubuit, mihi aſſeverat, ſe infuſionem ejuſmodi comperiſſe unum ex efficaciſſimis remediis, quæ unquam adverſus morbum iſtum terribilem propinavit.]

LIGNA

LIGNUM NEPHRITICUM, quibuſdam SANTALUM CÆRULEUM, Grieß-Holtz/ BOIS NEPHRETIQUE,

Nec & hæc arbor, ſive frutex omnibus modis ab authoribus deſcribitur.

Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens. C. B. Pin. 416. Lignum nephriticum cæruleo & flavo tingens. I. B. 1. 492. Coatli ſeu aqueus ſerpens Hern. 119.

Lignum hoc aquam, cui infunditur, flavo, & si diutius relinquatur, croceo colore tingit, si aqua scilicet colorata phiala vitrea excepta inter lucem & oculum collocata per radios refractos spectetur. At vero, si oculi situs sit inter phialam & lucem, & aqua per radios reflexos spectetur, cærulea apparet tinctura. Pauca grana magnam aquæ copiam tingunt.

Lignum hoc assulatim, ut MONARDES ait, & minutim concisum in optima & limpidissima aqua fontana maceratur, atque in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus fuerit absumpta. Hac aqua assidue utuntur, ea vinum diluunt, & mirabiles experiuntur effectus sine ulla humorum commotione, neque opus est alia victus ratione quam temperata. Aquæ sapor non magis immutatur ligni injectione, quam si pura esset, & nihil in ea maceratum. Deobstruit jecur & Lienem.

Infusum ex vino datur solummodoad ʒj. ʒij.

LIGNA AMARISSIMA ET SALIBUS FIXIS CONSTANTIA.

LIGNUM COLUBRINUM.

Quod prostat in officinis potius est radix quam truncus. Est arboris Timorensis radix lignosa, bracchium crassa, sub cortice ex fusco ferrugineo subinde maculis cinereis notato, includens materiam solidam, densam ponderosam, saporis amarissimi, odoris nullius.

Ob insignem sui amaritiem, symbolizat cum gentiana, Centaurio minore, aliisque amaris.

Fructus hujus arboris sunt nuces Vomicæ majores, aliæ enim Timorenses, aliæ Zeilonenses minores, sunt venenum, pulpæ luridæ ingratissimæ sunt inclusæ.

Arbor est pomiferis affinis, fructu rotundo in cortice tenui duriusculo includente mucaginem, cui nuclei compressi, orbiculati involuti sunt 3. vel 4. sibi invicem incumbentes.

bentes. Hujus ligni uſus non eſt, niſi annoſioris, recens enim primo anno maniam, tormina, hinc Vomitum & tandem convulſiones excitat. Laudatur quidem in febribus intermittentibus, quartanis, nec non vermibus necandis, ſed deleteria gaudet facultate.

Datur in infuſo ex vino abſynth. ſ. ex ▽ Card. Bened. imprægnata ♁e Card. Ben. corrigitur amarities pipere longo.

℞. Lign. Colubrin. ʒß. infunde in vin. abſ. per noct. f. hauſtus contra quartanam.

℞. Lign. colubrin. ʒß. ſumm. abſynth p. j. piper. long. ʒj. ▽æ Cent. min. imprægnatæ ♁e abſynth. ℔j. f. infuſ. contra febres.

℞. Lign. colubrin. ſem. cinæ ana ʒß. ſumm. abſynth p. j. ♁ abſ. ℈j. f infuſ. ex ▽ gramin. cum qua ▽ ſingul. doſ. cap. ☿ dulc. contra vermes.

[Hic non abs re judicium Caſp. Hofmanni de Med. offic. l. 2. c. 162. p. m. 402. ſubjungendum videtur, ubi de Nuce Vomica agit: In hac rerum incertitudine, cum certo utentis periculo, quid faciendum eſt ei, qui facultates rimatur? quam incerta ſunt iſta, tam certum eſt, quod jam dicam: Utrumque eſt venenum, ſi enim ſemel bene ceſſit, non ob id tutum eſt experimentum. Ut in Politicis qui ſemel malus ſemper præſumitur talis, ita in Medicina non utar incertis, cum certa præ manu habeo. & ibid. lib. 2. c. 4. p. m. 89. ubi de Doronico diſquirit an venenatam qualitatem habeat, concludit tandem, qua de re dubitas, ne feceris.]

LIGNA

LIGNUM SERPENTARIUM, Schlangen-Holtz / *Bois couleuvré*, à cortice maculato.

Laudatur quoque adverſus venenatos morſus *ſerpentum aliorumque animalium.* Cum tutiora proſtent, raro, imo vix unquam a Medicis præſcribitur, De Nuce Vomica infra.

Hujus Ligni uſum animalculum Quil, aut Quirpele Luſitanico idiomate appellatum, ſerpentibus infenſum & continuo cum iis pugnans, adinveniſſe dicitur], dum eſu hujus ligni ſe præſervat & curat.

LIGNA TERREIS CONSTANTIA.

SANTALUM RUBRUM.

Eſt arboris ſiliquoſæ Indiæ orientalis cor ſeu medulla, ab integumentis exterioribus cortice & ligno ſeparata, ſolida, denſa, ponderoſa, coloris ex fuſco rubicundi, ſaporis & odoris nullius evidentis.

Arbor eſt ſiliquoſa, floribus papilionaceis affinis.

Ob vim terream & adſtrictoriam, commendatur ad nimium ſudorem compeſcendum & ſanguinis æſtum. Foreſtus laudat in phthiſi tanquam corrigens & temperans ſalſam lympham. Externe recipitur ad Epithemata pro capitis dolore & ardore, ubi ſudor in capite ſimul erumpit.

Datur frequentius decoctum, rarius in ſubſtantia.

℞. Crem. ♀ri ʒß. ♀r. ☉lat. ℈j. ſantal. rubr. gr. vj. —u ☉li irroretur f. pulvis, ad roborandas Ventriculi fibras, dicitur bibitorius.

[Coincidit cum pulvere Hepatico rubro Dreſd. quem deſcribit Frid. Hoffmann Th. Pharm. p. m. 98.]

℞. Decoct. ſantal. rubr. ℔ij. ſucc Citr. rec. ʒß. ſyr. roſ. rubr. ʒij. ▽ papav. ℔ß. Cinam. ʒj. f. Julapium refrigerans in febrium æſtu, maxime in ephemera.

℞. Santal. rubr. ʒß. Citr. ʒij ſaſſafr. ʒiß. coq. ex ▽ hordei, f. apoz. addi poſſunt paſſul. min. ʒij. ad temperandam acriorem lympham in phthiſi.

℞. Santal.

℞. Santal. rubr. ʒj. flor. roſar. r. Mj. + roſac. q. ſ. M. f. Epith. ad capitis dolores febriles, add. in nimio æſtu ſacch. ℥ni ʒj. & ubi febris maligna, camphor. ℈j.

VIS-

SANTALUM RUBRUM, Rother-Sandel / Rothes Sandel-Holtz / SANTAL ROUGE.

Inferius cenſetur reliquis Santali ſpeciebus; adhibetur utplurimum ad tingenda medicamenta varia. Sicuti etiam Tinctoribus quam maxime inſervit, quem in finem in pulverem eſt redigendum. Sed hic opus, hic labor. Optime in noſtro Argentorato id præſtatur, ubi in peculiari molendino in pulverem redigitur accedente quodam artificio. Sed arcanum revelare nefas eſſet.

PROSTAT IN OFFICINIS

Emplaſtrum incognitum ſive *Santalinum*, Ungenandt oder Sandel-Pflaſter / *Emplatre Santalin* ou *inconnu*. Hepar roborare, ejus obſtructiones reſerare, infarctoſque humores peccantes reſolvere, & ſanguinem mundificare quidem dicitur: an autem tantos effectus edat, experientia dubium reddit.

VISCUS QUERNUS.

Sunt arbuſculorum quercubus innatorum rámuli lignoſi, digiti craſſitie, ſub cortice tenui herbaceo aut flaveſcente includentes materiam lignoſam pallide rubentem, odoris & ſaporis nullius.

Viſcus hic eſt planta paraſitica, nullum ſuccum ex terra haurit, ſed ex aliis corporibus. Viſcus corylinus eſt optimus.

Ratione terrearum particularum acida abſorbentium, & nimium ſanguinis motum ſiſtentium convenit in hæmorrhoidum, alvi & menſium fluxu, ut & inflammationibus

internis. Forsan ob eandem rationem commendatur in Epilepsia & Convulsionibus. Hujus vis ab autoribus contra incantationes decantata prorsus imaginaria videtur.

N. quoque post usum visci contra Epilepsiam utendum esse convenientibus purgantibus, ne acida in sua quasi minera à visco nimis fixata, febrem excitent.

℞. Visc. Quern. ungul. alc. ana ʒß. Cran. human. ℈j. ⊖ volat. C. C. gr. xv. M. f. p. add. Castor. ℈ß. balsf. Copaiv. q. s. f. pil. contra Epilepsiam, & superbibe cochl. j. ∇æ Epilepticæ, vel flor. til. vel lil. convall.

℞. Visc. quern. ʒj. cape ex ovo sorbili contra nimium mensium fluxum.

℞. Visc. quern. ʒj borrac. calc. ℈ß. f. pulv. exhibendus cum vino sassafr. in fluore albo.

℞. Visc. quern. ʒj. succ. expr. bugl. q. s. f. bol. in Dysenteria ex mente Willisii.

LIGNA

Ἶξος, dicitur etiam VISCUM, LIGNUM SANCTÆ CRUCIS Mistel/ Mispel/ Eichen-Mistel/ GUI DE CHENE.

Est planta flore monopetalo, pelviformi, plerumque quadripartito, verrucis conspersо, tanquam apicibus pulverem effundentibus. Embryones autem à floribus separati nascuntur; tener scilicet fructus quatuor foliolis stipari solet, abitque deinde in baccam subrotundam glutinis plenam, semineque fœtam compresso & cordiformi.

Viscum baccis albis C. B. Pin. 423. Viscum Dod. Pempt 826.

De generatione hujus visci mire circumferuntur sententiæ non tantum vulgi, sed & eruditorum. Quidam cum THEOPHRASTO & PLINIO eam fovent opinionem, ac si nasceretur tantummodo ex semine baccarum per alvos turdorum palumbarumque & cæterarum id genus avium, postquam acinorum pulpam concoxere, redditо; unde & cum PLAUTO dicunt de turdo, quod ipsi sibi avis mortem creet & Turdus exitium sibi cacet, ob glutem quod ex eo fit,

fit, quo poſtea aves capiuntur. Huic ſententiæ autem uterque BAUHINUS & SCALIGER ſe opponunt acriter, qui viſcum ex arboribus quaſi cornua ex oſſibus animalium educi perſuadere volunt. Acu rem tetigiſſe videtur RUD. JAC. CAMERARIUS in EPH. NAT. CUR. demonſtrans, baccas viſci deferri poſſe ad ramos arborum tam delapſu raptuque ventorum, quam ab avibus non ſolum devoratas & redditas per alvum, ſed roſtro delatas, nec ſphærica ſua figura à ramulis rotundis tam facile decidere, quam ruptas vel ſponte vel ab avibus, ſuo glutine adhærere.

Non autem quercui tantummodo, ſed & aliis arboribus, abieti Tiliæ, pyro, pomo, Corylo &c. adhæret. Pro ſcopo epileptico, ipſi viſco querno Corylinum vel Tiliaceum quidam præferunt.

Vix compoſitio epileptica invenitur, quæ non pro ingrediente agnoſcat viſcum. Externe quoque contra epilepſiam & convulſiones amuleti loco appendunt. Commendatur porro ad vermes ejiciendos, quartanam, arthritidem, vertiginem, apoplexiam, & neſcio quos morbos. Sed ſæpius hæ aſſignatæ virtutes uſurpantem eludunt.

Paratur è viſco ex baccis, quæ interne nunquam dantur, ob vim purgantem nimis violentam & inflammationes excitantem ex mente veterum, præſertim in aqua decoctis, Viſcus aucuparius, ſeu gluten atque extractum viſcoſum, der Vogel-Leim/ quod nonnulli ad emplaſtra adhibent: alias ad capiendas aves ſolet uſurpari.

LIGNA SALE PURGANTE TAM FIXO QUAM VOLATILI CONSTANTIA.

PANAVA SEU LIGNUM MOLUCCENSE.

Panava [ſeu Pavana, utrumque legitur apud ſcriptores] eſt Ricini arboris indicæ lignum ſpongioſum, leve, rarum, pallidum, tenui cortice cinereo obductum, ſaporis acris mordacis & cauſtici, odoris nauſeoſi.

Arbor eſt tricoccos, floribus muſcoſis, prunorum magnitudine. Recens

Recens & adhuc vegetum adeo potens eſt, ut ſerum & aquas tam per Vomitum quam per alvum expellat, relinquens ob intenſam ſui acredinem in ano inflammationem. Siccum vero alvum blandius ſubducit, & ſi in parciori doſi exhibeatur ſudorem elicit, in hydrope, leucophlegmatia & pluribus Morbis chronicis ſpecificum eſt.

Pro ſcopo purgandi datur recens in ſubſtantia ℈j. ad ʒß. annoſum vero datur ad ʒj. In infuſo & decocto ad ʒß. Jungitur variis purgantibus, ſtimulatur optime granis Tilli, corrigitur Zinzibere. Temperatur vero mellitis, ſaccharatis vel paſſulis. Pro ſudoribus movendis datur à ℈ß. ad ℈j. In infuſo vero & decocto ad ʒij. ʒiij. Additur egregie decoctis ſudoriferis pro ſtimulo.

℞. Panav. rec. ℈j. gr. till. gr. j. Zin. gr. vij. ſacch. cand. ʒß. M. f. p. loco ſacchari cape mellis vel conſerv. roſ. q. ſ. f. bolus contra hydropem.

℞. Raſ. lign. guajac. ʒiiij. ſaſſafr. ʒj. lign. Panav. ʒß. paſſul. min. ʒij. coq. in ſ. q. ▽ f. decoctum in obſtructione chronica.

In paſſione hyſterica ſumunt Indi radic. Curcumæ ʒj. terunt ſuper lapide add. Panavæ ʒß. f. pulv. pro iij. doſibus ex infuſo Thee vel lavendulæ.

Grana Tilli ſunt fructus hujus arboris à Garcia ab Horto ſunt deſcripta, ſed non ſcivit hanc arborem ferre grana Tilli. vid. infra.

CAPUT

PAVANA ſive LIGNUM MOLUCCENSE ab Inſulis Moluccis, in quibus reperitur, BOIS DE MOLUCQUES.

Ricinus Indicus arboreſcens, grana Tiglia dictus offic. an Lignum Moluccenſe Lugd. 1864. Pavana Incolis Acoſtæ Cluſ. Exot. 277. Pinus Indica Nucleo purgante C. B Pin. 492.

Seritur ibi coliturque in hortis: tanti æſtimatur ab incolis, ut peregrinos ne quidem ad ejus conſpectum admittant. Dicitur eſſe

esse arbor domestica Mali Cotonei magnitudine, cujus folia Malvæ vulgaris foliis sunt similia, fructus vero avellanis, sed minor, molliore cortice & nigricante.

Laudatur quoque hoc lignum ad quævis venena, tum interne, tum externe. Inspergitur quoque morsibus animalium venenatorum.

Si Hypercatharsis superveniat, suadetur decoctum hordei, bibendum, aut avicula comedenda.

CAPUT QUARTUM.

DE FUNGIS.

ONnes fungi seu spongiæ venenatæ censentur, quoniam in earum substantiam densam & quasi coriaceam lympha stomachalis digestrix agere nequit. *Hoc authoris de fungis assertum patitur exceptionem maximam, ob plures fungorum esculentorum et quidem citra noxam assumptorum species. Hoc certum, quod nimia in quantitate assumpti, ut reliqui cibi noceant. Interim plures sunt venenati.*

BOLETUS CERVI.

Est substantia fungosa, sub terra nascens, tuberosa, rotunda, inæqualis, in magnitudinem Nucis Moschatæ excrescens, includens inter corticem coriaceum callosum crassiusculum, ex cinereo nigricantem, in superficie granulatum, medullam raram, fungosam, ex nigro fuliginosam, subinde purpurascentem, & per maturitatem tandem abeuntem in pulverem, saporis & odoris dum recens gravis muriatici spermatici, dum sicci nullius evidentis.

Recentiſſimus nondum ſiccus cujus ſubſtantia interna adhuc mollis & mucaginoſa eſt, ſcatet ☿e volatili, ob odorem ſpermaticum ſpecificum eſt aphrodiſiacum augens genituram & orgaſmum in ea excitans. Datur ſubſtantia interior cortice rejecto ʒj. Ex vin. Malv. ▽. Magnanimitatis ſ. ⌒u formicar in infuſo ad ʒj.

℞. Bolet. cerv. rec. ʒj. ſuccolad. q. v. diſſolve in lacte calido ad languorem ♀eum.

℞. Bolet. cervin. ʒj. Elect. diaſatyr. ʒij. ambr. gryſ. gr. vij. ſyr. gran. cherm. q. ſ. f. Elect aphrodiſiacum.

Pulvis in boleto contentus Balſamo Apoplectico nigrum ſuum conciliat colorem.

FUN.

BOLETUS CERVINUS, CERVI BOLETUS, FUNGUS CERVINUS, TUBERA CERVINA, Hirſchbrunſt / Hirſchſchwamm.

Tubera Cervina C. B. Pin. 376. Tuberum genus quibuſdam Cervi Boletus. 3. 835.

Sub terra naſci plures cum Matthiolo autumant, aſt DILLENIUS, in Catalogo plantarum circa Giſſam naſcentium, ea tubera ſupra terram gigni obſervavit. Vidimus, inquit, ea plerumque ad ſylvarum vias locis apricis ab Auguſti initio ad Octobrem uſque, qui hac in re aſſentitur SCHWENCKFELD, aſſerenti in altiſſimis montibus ſub muſco terra quaſi cortice incluſo, naſci.

Sunt, qui ex ſpermate Cervi profuſo oriri putant, idque probare imprimis conantur, quoniam in iis quandoque reperiantur locis, ubi cervi libidinem exercent, & quod boleti tales quandoque mentulam virilem æmulentur, aſt teſte CORDO aliiſque, in talibus locis inveniuntur, ad quæ ne Damæ, multo minus Cervi pervenire poſſunt. Forſan Boletus Cervinus dicitur, quoniam eidem, dum recens eſt, gravem odorem ſpiranti, Cervi inhiant. Vis aphrodiſiaca præſertim Boleti recentis nulla alia eſt, quam reliquorum fungorum eſculentorum.

Commen-

Commendatur hic fungus porro tanquam remedium diaphoreticum, & alexipharmacum in morbis etiam peſtilentialibus. Partum accelerare, lac quoque provocare & augere fertur. Externe ad Hæmorrhagias compeſcendas laudatur, præſertim fuligo. Abutuntur hoc fungo ad philra. Magnam poſſent demereri gratiam Medici, ſi verum eſſet, quod ex DORSTHENIO ſcribit J. BAUHINUS. Si mulier accipiat Cervi boletum ad magnitudinem unius piſi, & dimidiam partem manducet & alia parte umbilicum oblinat, ſtatim abſque dolore parituram, ſi vero imprudenter gravidæ utantur, magnum illis malum inde oriri poſſe.

FUNGUS TERREIS SUBAUSTERIS CONSTANS.

AURICULA JUDÆ SEU FUNGUS SAMBUCI.

Eſt ſubſtantia fungoſa, naſcens ex imo trunco ſambuci veteris, ſpongioſa, levis, coriacea, membranacea, auriculæ inſtar, ſubtus incana & cinerea, ſupra nigricans, ſaporis terrei & aquei inſipidi, odoris nullius.

Ingreditur gargariſmata & epithemata tanquam potens adſtringens & refrigerans, contra inflammationes faucium, anginam, Aphthas, ut & Eryſipelas.

℞. Auric. Jud. q. v. infunde ▽æ deſt. ſambuc. f. infuſum ad inflammationes oculorum.

℞. Auricul. jud. ʒij. hord. mund. glycyrrh. ana ℥ß. flor. malv. arbor. p. ij. coq. ex aqua plantag. ℞. Colatur. ℔j. add. lap. prunell. ʒj. ſyr. violar. ℥j. f. gargariſm. ad inflammationes faucium.

AURIS JUDÆ. Ita dicitur, quod plexu multiplici pliciſque Auriculam hominis quaſi referat. Auricula Judæ autem, quia ſunt, qui credunt Judam in hac arbore ſe ſuſpendiſſe. Holderſchwämlein / Hollunderſchwämlein / OREILLE DE JUDAS.

Cum truncis Sambucorum annoſarum adnaſcatur, à TOURNEFORTIO ad Agaricum refertur. Eſt itaque Agaricus auriculæ forma Tourn. I. R. H. cl. 17. S. 1. g. 5. Fungus membranaceus auriculam referens ſive Sambucinus C. B. Pin. 372. 1. Genus pernicioſorum fungorum Cluſ. Hiſt. CCLXXVI. Fungus auriculæ Judæ coloris ex cineraceo nigricantis pernicioſus in Sambuci caudice naſcens I. B. 3. 840.

In aqua molleſcit & ſpongiæ inſtar tumet. Ex vino decocti contra anaſarcam à quibuſdam ſuadetur, quamvis ejus uſus internus minime tutus. Locis à podagra dolentibus quoque maceratus prius imponitur.

FUNGUS PURGANS.

AGARICUS.

Therebinthina eſt ſuccus collectus Laricum & abietum juniorum. Agaricus naſcitur in laricibus, & ſi creſcit in his arboribus, tunc therebinthinam non amplius reddunt. Naſcitur ex trunco laricis, rarius in ramis invenitur. Eſt excreſcentia fungoſa ex rotundo anguloſa, inæqualis, pugni magnitudine, quandoque major, candidiſſima, leviſſima, friabilis, paucis fibris intertexta, ex cortice calloſo cinereo ſubrufo, cui incluſa exempta. Saporis primum ſubdulcis, mox amari acris & nauſeoſi, cum levi quadam adſtrictione.

Reſinoſus adhuc melior eſt albiſſimo & leviſſimo, ⊖ purgans magis volatile quam fixum reſinæ, per ⌒ vini extrahendæ ſociatum in levi farinacea ſua terra fovet. Immerſus in acido effervescit, & in terram Cretaceam abit, uſtulatus ⊖e purgante orbatur, & in inertem terram mutatur.

Bilem

Bilem & ſerum viſcoſius per alvum, interdum & Vomitum educit, & in ſpecie tuſſi & aſthmate laborantibus conducit.

Ejus vis purgans tardior ſtimulatur diagrydio, additur etiam ☿ dulc. Ob levem ſui ſubſtantiam ubique ſupernatantem & è Ventriculo facile ad fauces regurgitantem & nauſeam cauſantem, ſub forma pulveris vel hauſtus non exhibetur, ſed potius ſub forma trochiſcorum, vel pilulari. Ejus uſus in ſubſtantia ſuſpectus, tutior in infuſo vel decocto ʒj.

Datur trochiſcatus ad ʒß. in Extr. ℈j. ut & reſina ad gr. xv. Corrigitur vis tormentoſa Zinzibere ♌ caryoph. & macis. Specificatur variis Morbo appropriatis.

℞. Agar. troch. ℈j. diagr. gr. v. al. ſuccotr. ℈ß. ♌ cinam. gt. j. Elix. propr. q. ſ. f pil purgantes.

℞. Agaric. troch. ʒß. Reſin. Jal. gr. v. ☿ dulc. gr. x. aloës ſuccotr. gr. xv. ♌ d. ſuccin. gt. ij. majoran. gt. j. Extr. Caſtor. q. ſ. f. pil. Catarrhales.

℞. Reſin. agric. ℈ß. ☿ dulc. gr. vij. diagryd. gr. iij. M. f. pil. purgantes.

FUN-

A'ΓΑΡΙΚΟ'Ν dicitur ita ab Agaria ſeu Agria regione Sarmatarum, unde olim advehebatur. FUNGUS LARICIS, Agaric/ Lerchenſchwamm / dicendum autem eſſet Larchenſchwamm/ AGARIC.

Agaricus ſive fungus Laricis C. B. Pin. 375. Agaricus Dod. Pempt. 486.

In Alpibus, montibus Tyrolenſibus, aliiſque Laricum eſt proventus.

Duplex eſt, mas & fœmina; mas ut C. Bauhinus ait, rotundus eſt & undique ſui ſimilis, fœmina præfertur, quæ quidem rectas intus habet pectinum modo venas & quaſi diviſuras. Mas nigrior eſt & gravior, fœmina albicantior & levior.

Notæ bonitatis ſequentibus continentur verſiculis.

Res frangi præſto pretioſus Agaricus eſto,
Candidus & ſplendens, libramine leveque pendens.
vel
Qui fractu facilis, levis eſt & candidus, iſte
Imprimis Medicis pretioſus Agaricus eſto.

In ſubſtantia ob ſummam levitatem vix datur, licet etiam Trochiſcatus ſit. In infuſis vero, decoctis & nodulis ſæpius præſcribitur Agaricus mundatus & Trochiſcatus ad ʒij. ℥ß. & ultra, pro intentione Medici. Solet quoque in Clyſteribus adhiberi, ſed linteo debet includi, tum ob levitatem, tum quæ ratio videtur eſſe præcipua, ut exprimi hoc modo poſſit, & virtus purgans tanto magis decocto communicari.

IN OFFICINIS PROSTANT

AGARICUS ALBUS MUNDATUS, Außerleßener gereinigter Lerchenſchwamm / *Agaric choiſi & mondé.*

Agaricus Trochiſcatus ſive *Trochiſci de Agarico*, Lerchenſchwamm-Küchlein / *Agaric en Trochiſques* ou *Trochiſques d'Agaric*, in infuſis ad ʒij. ℥ß. præſcribitur, æque ac Agaricus mundatus.

Extractum Agarici, Lerchenſchwamm Extract / *Extrait d'Agaric*, à quo non multum differt reſina ab authore allegata. Proſcopo purgante, & vermes necante adhibetur; datur ad ℈ij uſque, debiliter autem admodum agit.

Pilulæ de Agarico, Pillen von Lerchenſchwamm / *Pilules d'Agaric.* In morbis ſeroſis caput aliaſque partes afficientibus ad ℈j. ad ʒj. uſque dantur.

Electuarium hieræ cum Agarico, de quo ſub Aloe.

FUNGUS ORBICULARIS SEU BOVISTA.

Eſt ſubſtantia fungoſa, innaſcens ſuperficiei terræ, levis, aliquando pugnum magnitudine excedens, ſub tenui coriaceo

coriaceo ex cinereo livido inveſtimento includens medullam levem, raram, ſpongioſam, fuliginoſam, lividam, quæ compreſſa pulverem profundit ſubtiliſſimum: odoris & ſaporis nullius evidentis niſi terreſtris & paululum adſtringentis.

Principia activa ſunt particulæ terreſtres. Interne ob metum veneni non exhibetur. Externe adſtringit, incraſſat, abſorbet humida, unde in hæmorrhagiis, intertrigine, puſtulis &c uſurpatur.

℞. Terr. ⊕l. dulc. phlegm. ⊕li. boviſt. ana q. ſ. f. maſſa in venis apertis, extemplo ſiſtens fluxum ſanguinis.

CAPUT

FUNGUS CHIRURGORUM, quoniam ipſis admodum familiaris, CREPITUS LUPI, LYCOPERDON à λύκος Lupos & πέρδω, quia Sonum edit crepitui ventris reſpondentem cumque fœtore conjunctum, Fungus ἰχαμώδης ſeu ſanguinem ſiſtens, Boviſt/ (forte à crepitu boum ut Zornius cenſet) Poviſt/ Bubenfiſt/ Weiberfiſt / Wolffsfurtz / *Veſſe de Loup.*

Cum hic fungus durus primum & carnoſus poſtea rumpatur, & pulverem tenuiſſimum effundat, ad Lycoperdon refertur. Eſt itaque

Lycoperdon vulgare Tourn. I. R. H. cl. 17. S. 1. g. 6. Fungus rotundus orbicularis C. B. Pin. 374. Fungus orbicularis Dod. deſcript. Pempt. 484. Fungus pulverulentus dictus crepitus Lupi I. B. 3. 832. In paſcuis & pratis naſcitur ut & Sylvis. Pernionibus conducit & hæmorrhoidibus nimiis, pulvis oculis noxius &c.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

DE FRUCTIBUS ET SEMINIBUS.

SALE VOLATILI OLEOSO AROMATICO CONSTANTIA.

CARYOPHYLLI AROMATICI.

ANTHOPHYLLI.

SUnt arboris caryophylloferæ Tſinka dictæ fructus immaturi oblongi, inſtar clavi, anguloſi, depreſſi, rugoſi, ex rubigineo nigricantes, quatuor ſtellatim decuſſatis apiculis notati, cum medio capitello convexo & cavo, futuri floris rudimento.

Sunt fructus immaturi, Anthophylli vero maturi, caryophyllis craſſiores & tumidiores, includentes ſub cortice duriuſculo ſemina oblonga, fuſca, ſaporis & odoris ejuſdem cum Caryophyllis. Solent in arbore relinqui, ut ex illis deciduis nova arbuſcula iterum enaſcatur.

Fructus ſunt primo viridis coloris, poſt rubeſcunt, ſiccantur, & ad nos deferuntur.

Caryophylli præſtantiores Anthophyllis, gaudent ſale volatili admodum penetrante, ſubtili & oleoſo, ſpiritibus noſtris adeo analogo, ut vel hos torpentes, vel craſſis viſcidiſve humoribus involutos exſuſcitent, vel plane proſtratos

ſtratos regenerent. Unde in Morbis ſoporoſis, Apoplexia, Paralyſi, Catarrhis præ cæteris palmam merentur: eandem ob cauſam in primarum viarum muco incidendo, à quo vomitus aliaque mala oriuntur, nulli facile cedunt. Purgantibus tanquam corrigens junguntur, & ſingulare quid obtinent in frigore febrium intermittentium.

Dantur in ſubſtantia ad gr. vij. in infuſ. ad ʒſ. ♎ deſt. ad gt. j. ingreditur linimenta & unguenta ad Paralyſin, & Balſamum Apoplecticum.

℞. Caryoph. ℈ß. Cinam. ℈j. Nuc. Moſch. gr. xv. M. f. p. pro. ij. doſibus.

℞. ♎ Caryoph. origan. ana gt. iij. vel iiij. camphor. gr. v. excip. goſſyp. & intrudatur cavo dentis ſ. excipiatur opio & f. turunda cavo dentis intrudenda.

Caryophyllis in Electuarium vel cum melle vel ſyrupo redactis, ſtrictiſſime obſervata diæta Luem Veneream curavit D. Hermannus, ſudorem valdopere movet.

AMO-

Hos fructus ferens arbor eſt flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, calyci inſidentibus. Is autem deinde abit in fructum ovatum, umbilicatum, unicapſularem, ſemine fœtum oblongo. Adde folia Lauro fere ſimilia.

Caryophyllus aromaticus fructu oblongo C. B. Pin. 410. Caryophylli Camer. Epitom. 349. Caryophylli Indici J. B. I. 425. Caryophyllus Aromaticus Indiæ Orientalis fructu clavato monopyreno Pluck. Phyt. T. 155. Tshinka Piſ. Mant. Arom. 177. Calafur Indorum, Carunfel Arabum. Caryophylli Aromatici Lugd. 1759.

Arbores Caryophylliferæ præcipue in inſulis Moluccis inveniebantur. Merentur hic allegari verba PISONIS quæ ita habent. Ex inſulis, quæ Moluccæ dicuntur, ſub unius Reguli imperio ſunt Ternate Mackian & Mutier, Quarta quæ Baciam alium ſibi Regulum habet. Hæ quatuor olim abundare Caryophyllis ſolebant,

nunc penitus iis deſtitutæ culpa non novercantis naturæ, ſed largiſſimæ & benigniſſimæ matri invidentis fortunæ. Reguli enim à Batavis noſtris aliquot millenis Imperialibus excæcati, ex pacto omnes ibi Caryophylliferas arbores eradicarunt. Noſtri vero, ut uni lucro ſatis ſtudent, ſua intereſſe putant, ne tam nobile Aroma vileſcat copia & fertilitate divina. Ita avaritia lege, modo, ratione carens, audet ipſi Naturæ auctori omnisque boni largitori tantum non ſuam exprobrare benignitatem & liberalitatem. Moluccenſium interea cæteræ Tidor & Marigeron, quas ſui juris Hiſpanus fecit more ſuo, Caryophylla ſatis abundanter ferunt. Quemadmodum & Amboina, quæ noſtratium commerciis patet eorumdem arboribus & arte conſita eſt & Naturæ beneficio, frequentibus locis dotata. Hactenus PISO Medicus Amſtelodamenſis. Hodie tamen in inſula Ternata adhuc coli POMET, TOURNEFORT, aliique contendunt.

Deſcribitur autem arbor Caryophyllifera varie. Imprimis dicitur eſſe ramoſa in Lauri forma & foliis, ſed anguſtioribus & copioſis, ſurculos varios de ſe ſpargens, quorum extremitatibus inſident caryophyllorum initia, è quorum extremitate globoſa flos erumpit. Prædicta nempe ſphærula nil aliud, niſi rudimentum floris eſt, ex quatuor foliis conſtans, quæ complicata firmiſſime hærent, quando immaturi hi fructus demetuntur. Alias ſi diutius inhæreant ſuis ſurculis, ſolent ſe expandere in quatuor foliola ſummæ fragrantia, coloris cærulei, lineolis albis notata, ſtamina autem in meditullio contenta purpurei omnino ſunt coloris. Calyx floris ex rotundo oblongus, ſemipollicem longus, in ſuperna parte quadrifariam diſſecatur.

Fructus jam immaturi vocantur CARYOPHYLLI AROMATICI, CARYOPHYLLA, CLAVI AROMATICI à figura, Nägkein/ Nägelein/ Gewürtz Nägelein/ GEROFLE, GIROFLE, CLOU DE GEROFLE. Collectio caryophyllorum fit à 15. Septembris ad Februarium usque, decerpuntur manu, aut utplurimum arundinibus decutiuntur, mundato prius ſub arbore ſolo. Caryophylli recentes ruffi ſunt & leviter nigricantes, poſtea per aliquot dies fumo exponuntur, tandem in ſole extreme ſiccantur & in eam, qua apparent, verba ſunt LANGII, reducuntur nigredinem. Qui in arbore remanent, maturando intumeſcunt & ſub cortice duro fructum fuſci coloris comprehendunt.

Vocantur

Vocantur ANTOPHYLLI, MATER FRUCTUUM, Mutter-Nägelein/ MERES DE GEROFLE, ou CLOUS MATRICES. A vulgaribus Caryophyllis non niſi perfectionis atque maturationis tantum gradu differunt. Ex antophyllis ſponte decidentibus germinant ſurculi, qui octo vel novem annorum ſpatio excreſcunt in arbores ſatis proceras, quæ fructum feliciter ferunt.

Præcipuus uſus caryophyllorum eſt culinaris ad condimenta & embammata. Nec eorum tantum pulvis multis ferculis & intinctibus admiſcetur, ſed & Gallinæ, Capones, Galli Indici, Bubulæ linguæ, Vaccarum ubera, aliaque ejusmodi Caryophyllis transfixa aſſantur, quin & iis fructus tranſigi ad condituras, ut mala, pyra cotonea à mulierculis conſueverunt. Uſurpantur item ad obſactoriola. Vi quoque cardiaca & aphrodiſiaca gaudere dicuntur, oris halitum emendant et ad oculorum aciem contribuunt, nauſeam tollunt coctionemque promovent, flatus diſcutiunt, uteri vitiis etiam obviam eunt, Antophylli præſertim. In dolore capitis pulvis aſpergitur. Sive ſuffimento, ſive eſu contra aerem peſtilentem facere dicuntur. Tam calidæ & ſiccæ ſunt naturæ, ut referentibus hiſtoricis, in camera clauſa aſſervati, appoſito vaſe aqua aliove liquore pleno, omnem humorem biduo imbibant & exhauriant.

OFFICINÆ NOBIS EXHIBENT

Oleum Caryophyllorum deſtillatum, Nägelein Oel/ *huile de Geroſles*, quod præter ſupra allegatas virtutes denti cavo inditum odontalgiam ſedat. Contra rigores febrium ante paroxyſmum aliquot guttæ hujus olei aſſumuntur. Illinitur quoque regioni ſterni. Ad gangrænam & cariem quoque commendatur. Quod ſi deſtillatio fiat per deſcenſum, oleum primo clarum & poſtmodum rubicundum prodit. De cætero notandum, quod diſſolvendo Phoſphorum ſolidum in hoc oleo, fiat Phoſphorus liquidus. Adhibetur alias ad *Balſamum Caryophyllorum*, Nägelein Balſam/ *Baume de Geroſle*.

AMOMUM.

Sunt arboris Americanæ Caninga dictæ, baccæ rotundæ ex fuſco nigricantes, piperis magnitudine, in ſummo

umbilicatæ, includentes ſub tenui pellicula & ſubſtantia fungoſa, binos acinos nigros parvos, tenui membrana veſtitos, ſaporis & odoris ad caryophyllos accedentis.

Sunt fructus caſſiæ caryophyllatæ.

Caryophyllis aromaticis accedunt & reſpondent, ſed virtutibus ſunt debiliores, in ſpecie conferunt in vertigine.

℞. Cort. Winteran. ʒj. caryoph. arom. ʒij. amom ʒiij. ſaſſafr. ʒj. bacc. Junip. ʒij. ſumm. abſynth. Mj. f. infuſ. antihydropicum.

℞. Amom. ʒß. galang. ʒj. rad. doronic. ʒiß. M. f. p. vel addita conſerva florum tunicæ f. bolus contra vertiginem, vel infundatur vino & fiat infuſum.

MA-

Si de AMOMO in genere ſermo eſt, multa adhuc de eo inter authores diſceptatio eſt. Illud, cujus author meminit, eſt annotante RAJO

Amomum quorumdam odore Caryophylli I. B. 194. Amomum aliud quorumdam & Caryophyllon Plinii Cluſio ſuſpicatum Park. Caryophyllus aromaticus fructu rotundo, Caryophyllon Plinii C. B. Pin. 411. Piper odoratum Jamaicenſe noſtratibus Raj. Hiſt. l. 26. 1. p. 1507. Alpice dicitur Anglis, quaſi omnium aromatum inſtar, & in culinis apud eos ad cibos condiendos in frequenti eſt uſu. De Nuce Moſchata, Cinamomo & Caryophyllis participat. Vocantur à quibuſdam baccæ pantaromaticæ.

Author fructum Caſſiæ Caryophyllatæ eſſe aſſerit, repugnat TOURNEFORTIUS, aſſerens eſſe fructum arboris, quæ LIGNUM INDUM, Campeſch-Holtz / *Bois de Campeche* ſuppeditat.

Præter hoc celebratur Amomum verum quod à RAJO dicitur eſſe

Amomum verum Gerar. emac. Parck. Amomum racemoſum, quod verum credimus Amomum C. B. Pin. 413. Amomum no-

novum Cardamomi vulgaris facie ſive Indicus racemus I. B. 1. 197.

Deſcribitur autem ab eodem RAJO ex MARONEA, quod ſit parvus racemus abſque pediculis ex uno ſarmento enatus, ſibi ipſi arcte cohærens & convolutus in uvæ modum, conſtans decem aut duodecim ad ſummum acinis ſeu folliculis fibroſis ſe mutuo comprimentibus tanquam de communi loco certantibus, adeo ut ſibi invicem parvas cavitates imprimant. Racemo ineſt odor validus, ſed ἐνώδης ingenitus, non aſcititius, qui vulgarem lavendulam quodammodo redolet, ſuavior tamen exemptis a folliculo ſeminibus major odoris acrimonia ineſt, minor autem odoris gratia; eadem ratione & racemus & nuda ſemina acri ſapore ſunt prædita, ſed in racemo hebetatur acrimonia, in nudis ſeminibus vehementior percipitur; quæ vulgarem caphuram quodammoda ſapit. Hoc cum MARONEA pro vero Amomo veterum quidam habent, & in Theriacam recipiendum eſſe cum CHARAS ſuadent. Nihilominus RAJUS pro Cardamomi ſpecie hoc Amomum venditat. Taceo aliorum ſententiam, qui Amomum vel Roſam Hierichunticam, vel Cubebas, vel Cinamomum, vel Piper racemoſum, vel Piper Æthiopicum, vel pedem Columbinum, vel aliud quid exiſtimant.

MACIS.

Eſt Nucis Moſchatæ cuticula membranacea, craſſiuſcula, ramoſa, quaſique reticulata, ex aureo flaveſcens, incumbens putamini corticoſo, cui medulla Nucis moſchatæ incluſa eſt.

Macis ⊖ aromaticum oleo ſociatum paulo temperatius eſt quam caryophyllorum, ſuas operationes quoque blanda vi anodyna abſolvit.

In colica, Vomitu & pellendis Menſibus ſpecifice commendatur. Datur in Subſtantia ad gr. x. in infuſ. ad. ʒij. In India pro pellendis menſibus adhibent macin ex infuſo

Væ ferventis vel cum floribus lavendulæ. Vis anodynä intenditur Nuce Moſchata, ℥ que ejus expreſſo.

℞. Macis. ʒiß. infund. vin. ad tormina abdominis, add. Nuc. Moſch. ʒß. contra colicam.

℞. Mac. flaved. Cort. aurant. ana ϑß. Ocul. 69. ϑj. f. pulv. ad colicam add. Laud. op. gr. j.

℞. Theriac. ʒß. ℥ d. mac. gt. ij. ſ. macis ϑß. L. O. g. j. ſucc. cydon. q. ſ. f. bolus ad Vomitum ſiſtendum.

℞. ℥ mac. expr. ʒß. Zibeth. gr. viij. f. linimentum in colica a debilitate ventriculi, regioni umbilicali applicandum, addi poteſt ℥ deſt. macis.

NUX

MACER, Mußcat-Blüth / MACIS OU FLEUR DE MUSCADE. Vocatur quoque CORTEX AROMATICUS & NUCIS MOSCHATÆ OPERIMENTUM.

Male dicitur flos, melius, uti Author ipſe innuit, cortex vel involucrum, convenit cum reti nigro, quod putamen noſtrarum nucum circumdat, initio eleganter rubet, ſed aëri expoſitum elegantiam illam amittit, & flaveſcentem colorem contrahit.

Saporis eſt acris aromatici ſuaviter amaricantis, odoris fragrantis. Vires quoque obtinet nervinas atque cephalicas.

Externe adhibetur in nodulis, cucuphis & ſacculis cordialibus. Multi illam plus penetrare autumant, quam ipſam Nuce Moſchatam.

IN OFFICINIS PROSTAT

Eſſentia Macis, Mußcatblüth-Eſſentz / *Eſſence de Macis*. Vires obtinet ſtomachicas, carminativas & anticolicas, conducit in cruditatibus acidis & viſcidis, anorexiæ & dyſpepſiæ medetur. Datur ad guttas 20. 40. & ultra.

&

Oleum deſtillatum Macis, Mußcath-Blüthöhl / *Huile de Macis*; quod ſtomachicum eſt, & in vomitu multum valet. Datur ad guttas tres, quatuor &c. Externe miſcetur variis linimentis & Balſamis.

NUX

NUX MOSCHATA.

Eſt arboris Nuciferæ aromaticæ Pala dictæ, nucleus rotundus aut oblongus, ſolidus exterius quodammodo rugoſus & cinereus, intus pallide flaveſcens, venis albicantibus hinc inde interpolatis, ſaporis acriuſculi aromatici, ſimulque pinguis, odoris fragrantis ſatiſque grati.

In Moluccis creſcunt non ſua ſponte ſed cultura, arbores magnitudine accedunt ad mala vel pruna, flores habent pentapetalos cum nullis ſtaminibus.

Maci reſpondet, ſed temperatior eſt, & ob terreas adſtringentes partes & ♌ craſſum habet vim potentiorem anodynam, ad indolem opii quodammodo accedentem, hinc anodyna eſt & hypnotica, ſiſtens nimium ſpirituum & ſanguinis motum, & in vomitu, colica, diſpnoea, ſtranguria, elegans ſpecificum eſt. In cardialgia, Paralyſi, & ab hac læſa deglutitione ſingularem fert opem.

Stomacho applicata externe eum mire roborat. Datur ut macis, ſed cave ne à nimia doſi ob olei copiam Ventriculi fermentum obtundatur, neve torpor & ſtupor ſpiritibus inducatur. Toſta & ⊖ibus aromaticis orbata, tota terrea, adſtrictoria, anodyna & hypnotica eſt. Et in quolibet fluxu compeſcendo auxilium fert.

Oleum ſuppeditat triplex. 1. ♌ deſtillatum tenue & ſubtile 2 expreſſum, craſſum & ſebaceum, in quo vis aromatica adhuc integra hæret. 3. coctum, itidem craſſum & ſebaceum, aſt virtute aromatica plurima ex parte orbatum. Hoc colligitur ex reſiduo deſtillationis Nucis Moſchatæ, cujus ſuperficiei inſtar ſebi ſupernatat.

℞. Nuc. Moſch. toſt. gr. xv. Corall. r. præpar. C. C. uſt. ana ℈j. Laud. op. gr ij. M. f. pulv. vel cum conſerv. roſ. ⊕lat. f. bolus ad quemvis fluxum alvi. ℞. Vi-

℞. Vitell. ovor. q. v. Nuc. Moſch. ℈j + roſac. par. coque ſimul ad duritiem, ad quoſvis alvi fluxus.

℞. ♁ Nuc. expr. gr. x. L. O. gr. ij. conſ. roſ. ⊕lat ʒß. f. bolus in alvi fluxu, adde ſi velis, Corall. præpar. ſ. C. C. præpar. ut & ſacch. ♄ni gr. vij.

℞. ♁ N. M. ex deſtillat. reſid. ℈j. Corall. r. præpar. C. C. præpar. ana gr. xv. L. O. gr. ij. Conſ. roſ. ⊕l. & ſyr. nonnihil. vel q. ſ. f. bolus præſtantiſſimus in omnibus fluxibus.

℞. ♁ Nuciſt. expr. & multiplici affuſione ⏑us vini odore aromatico orbati ʒj. ♁ ſuccin. gt. v. caryoph. gt. iij. ♁ expreſſ. ex flaved. cort. aurant. gt. viij. cinam. gt. ij. M. f. Balſamus apoplecticus vel analepticus in quovis caſu ex torpore ſpirituum.

℞. ♁ Nuciſt. expr. ʒj. ♁ ſuccin. gt. x. ſpicæ gt. xv. camph. gr. vij. f. linim. antiparalyticum. Hujus grana iij. vel iiij. poſſunt exhiberi ad convulſiones.

℞. ♁ Nuc. Moſch. expr. ʒij. rad. ir. flor. ʒiß. Croc. or. ℈ß. L. O. gr. xv. ſtyrac. benz ana ʒj. Balſ. Peruv. q. ſ. M. f. pomum hypnoticum, naribus admovendum, ad conciliandum ſomnum.

CUBE-

NUX MOSCATA ab odore, Μοσχοκάρυον, κάρυον ἀρωματικὸν, NUX AROMATICA, NUX MYRISTICA, NUX UNGUENTARIA, MUSCATA, NUCISTA, Mußcatnuß / Mußcaten / Muſcade, Noix Muſcade.

Arbor ſub ſequentibus nominibus deſcribitur. Nux Moſchata fructu rotundo C. B. Pin. 407. Nux Aromatica vulgo Muſchata I. B. 1. 265. Pala & Pongopala. Piſ. Mant. Arom. 173. Nux Myriſtica Matth. Lugd. append. 4.

&

Nux Moſchata fructu oblongo C. B. Pin. 407. Nux Moſchata mas oblongior. Lob. hanc ſylveſtrem eſſe dicunt, illam vero coli aſſerunt.

In

In Insula quoque Bandam hæ arbores nuciferæ quam maxime proveniunt juxta OLEARIUM, bis, juxta alios ter fructus maturos in anno ferunt.

Discrepant Nuces Moschatæ magnitudine & figura. Est enim major & minor, est rotunda & oblonga. Rotunda, qua communiter, ut SEBIZIUS loquitur, in culinis & officinis utimur, à CLUSIO aliisque vocatur fœmina, oblonga vero mas, eo quod mares facere credebatur, ast longe inferior est priori. Leguntur Nuces maturæ, lectæ remotis putaminibus aqua marina conspergunturs & siccantur ad solem, siccatis adimitur macis, & postea nuclei lavantur calce, ut eo melius à corruptione serventur. His nucibus certæ quædam aves inhiant, quas propterea Nucivoras vocant.

Quod si totum fructum consideremus, in fructibus hisce primo sese offert pulpa carnea, eodem fere modo, ac in malo persica, ubi mediante cortice lignoso tenui & duriusculo nucleus est inclusus, qui vocatur Nux Moschata. Post pulpam se offerunt filamenta flava, quæ ambiunt immediate corticem illum lapideum, & vocantur macis, male autem flos, quoniam videlicet reti nigro convenit, quod putamen nostrarum nucum circumdat.

Nux Moschata remedium habetur stomachicum, carminativum, cephalicum & uterinum. Utero enim insigniter conferre dicitur, & aliqualiter prodesse pro arcenda sterilitate. In doloribus post partum flatulentis & in torminibus alvi apud gravidas commendatur. Adhibetur quoque in roborando fœtu & præcavendo abortu, hinc etiam mulierculæ sumunt Nucem Moschatam sub cineribus assatam & in 6. partes divisam, ad roborandum fœtum.

In hæmorrhagiis pulvis Nucis Moschatæ cum alumine laudatur. Porro celebratur in dysenteria, Lienteria, diarrhœa &c. ubi miscetur vel cum vitello ovi, vel cum Rhabarbaro tosto. Commune admodum est, in fluxibus alvinis inspergere Nucem Moschatam ferculis, vel ovo sorbili, vel frixo & ad duritiem cocto, vel etiam pani tosto & in vino Burgundo macerato. In fœtore oris commendatissima quoque est, si jejuno stomacho assumatur. Variis admiscetur ferculis.

Externe inservit quoque pro roborando fœtu, ubi vel vino Malvatico, vel Spiritu Vini frustum panis humefit, cui deinde inspergitur pulvis Nucis Moschatæ. Idem remedium abdo-

mini impoſitum pro arcenda diarrhœa, & compeſcendo alvi fluxu nimio & vomitu adhibetur. In ſuffitu conducit ad paſſionem & Lipothymiam Hyſtericam, quo in caſu accenſa Nux naribus admovetur, & fumus ore capitur. Idem ſuffitus è Nuce Moſchata per infundibulum ad partes genitales admiſſus, prodeſt in flatibus uteri & inflammatione poſt partum, ab aëre frigido contracta. Ad ſuffocationem hyſtericam arcendam & præcavendam, appendunt etiam Nucem Moſchatam, præſertim ſic dictam, Mutter-Mußcaten/ ſub quibus quidam intelligunt nuces dictas oblongas, alii vero nuces ex duplici conſtantes nucleo.

IN OFFICINIS PROSTANT

Nux Moſchata in Indiis condita cum Saccharo & aromatibus, *Nux Indica condita*, eingelegte Mußcatnuß/ oder eingelegte Indianiſche Nußen. *Noix d'Inde*, ou *Noix Moſchade confite*, ou *confite*. Stomachica, cordialis & aphrodiſiaca eſt.

Oleum Nucis Moſchatæ ſeu Nuciſtæ expreſſum, außgepreſt Mußcatnuß-öhl/ *Huile de Noix Muſcades tirée par expreſſion*; in maſſis ſeu laterculis quadratis conſiſtentia duriore coloreque pallidiore ex Hollandia advehitur. Interne pro fluxu alvi compeſcendo adhibetur, præprimis infantibus cum pulte; externe pro roborando ventriculo & inteſtinis inungitur. Oleum Nucis Moſchatæ odore & colore vel per coctionem, vel per ſpiritum vini privatum conſtituit ſæpiſſime ſic dictum corpus pro Balſamo.

Oleum Nuciſtæ deſtillatum, deſtillirt Mußcaten-öhl/ *Huile de Muſcade diſtillé*; datur interne ad aliquot guttas, externe in unguentis & linimentis ſtomachicis & carminativis adhibetur. Ex hoc deſtillato oleo cum corpore pro Balſamo parari poteſt *Balſamum Nuciſtæ*.

CUBEBÆ.

Sunt fruticis convolvulacei Javanenſis Curane dicti, rotunda piperi ſimilia, paulo majora, fuſca, rugoſa ſcabra, cum appenſo tenui pediculo caudæ inſtar, includentia ſub cortice tenui nucleum parvum rotundum, foris nigricantem, intus albicantem, ſaporis aromatici potenter acris, odoris ſuavis.

Adeo

Adeo penetránte acri & aromatico ☉e pollent, ut in ore volutatæ faucium & linguæ poros aperire & quaſi diſſolvere videantur. Hinc quoque in Catarrhis, glandularum obſtructionibus, raucedine, Paralyſi, Apoplexia maximam habent virtutem, conferunt quoque ad confortandam memoriam, & ſtimulandam ♀em, in ſiccitate oris à ſpirituum animalium denegato influxu, ſingulare quid promittunt.

Dantur in ſubſtantia à gr. v. ad viij. in infuſo ad ʒij. ♎ deſt. ad gt. ij. ad memoriam confortandam.

℞. Cubeb. ʒij. ſacch. penid. ℥j. infund. ▽ puleg. q. ſ. f. infuſ. ſ. coque ſaccharum ad conſiſtentiam & fac rotulas contra raucedinem.

℞. Cubeb. gr. vij. caric. ping. ʒj. cape ſingulis diebus ad præcavendam Apoplexiam.

℞. Cubeb. ℈ß. Caſtor. gr. v. ſacch. par. M. f. pulv. aut fac trochiſcos ſeu rotulas ad nimiam ſiccitatem oris, ortam à ♑uum animalium denegato influxu.

CAR-

Cubeben/Cubeblen/ CUBEBES, POIVRE à QUEUE.

Undenam hi fructus proveniant, præciſe nondum extra litem poſitum eſt, RAJO aliiſque contra Authoris noſtri mentem putantibus ex arbore provenire. His interim nominibus ſolent inſigniri.

Cubebæ vulgares, nec Arabum Cubebæ, nec Galeni Carpeſium Matth. C. B. Pin. 412. Cubebæ I. B. 2. 109.

Cubebæ quandoque vacuæ reperiuntur. Ad vertiginem ſpecialiter commendantur, unde & lingua Germanica, Schwindel-Körner / appellantur, ab iis, qui alta ſcandunt, deglutiuntur. Ventriculum roborant, concoctionemque promovent, halitum oris emendant. Si in ore detineantur coitus tempore, illum jucundiorem fore ſibi quidam perſuadent. Ad Apophlegmatiſmos & ſternutatoria quoque adhibentur.

PROSTANT IN PHARMACOPOLIIS

Confectio Cubebarum, ſeu *Cubebæ ſaccharo incruſtatæ*, überzuckerte Cubeben / *Cubebes confits* &

Species diacubebarum, Cubeben-Specerey / *poudre de Cubebes compoſée*, quæ pro remedio aperitivo, hepatico & antihydropico celebrantur: doſis ℈j. ʒß, & ultra.

CARDAMOMUM.

Cardamomum majus non eſt in uſu, nam non fert ætatem ut minus. Minus ſunt plantæ indicæ capſulæ membranaceæ triquetræ, palleſcentes, tribus per longitudinem diſtinctæ cellulis, quibus includuntur acini anguloſi ex fuſco nigricantes, involuti tenui & albicante pellicula, ſaporis acris aromatici, ejuſdemque odoris.

Majus ſunt plantæ indicæ Benzal dictæ, capſulæ membraneæ triquetræ, cardamomo minori triplo longiores, tribus per longitudinem diſtinctæ cellulis, ſaporis & odoris minori fragrantioris.

Minus majori præſtantius. Vi aromatica gaudet remiſſiore & minus deſiccativa, quam Cubebæ, attenuat ſatis & penetrat, ut in vertigine, confortanda memoria cubebas ſuperet.

Datur in ſubſtantia ℈ß. in infuſo ut cubebæ, ſtimulatur camphora.

℞. Cardamom ʒß. Coriandr. ʒij. ſinap. ℥ß. M. f. p. pro Apoplexiæ præſervatione.

℞. Ambr. gryſ. gr. xv. ſolv. in ♌ cinam. cubeb. cardamom. ſ. q. ſacch. albiſſ. ℥iiij. Moſch. or. gr. iij. M. f. p. ad confortandam memoriam.

PIPER

Cardamömlein / CARDAMOME.

Cardamomum majus ab authore hic allegatum minime confundendum cum granis Paradysi, quæ Cardamomo huic quandoque in officinis substitui solent, de quibus infra. Factum hinc est, ut distinxerint alii in Cardamomum maximum, majus & minus.

CARDAMOMUM MINUS Bontii 126. Matth. adverſ. Lob. 2. 204. Tab. Icon. 915. Cardamomum simpliciter in officinis dictum C. B. Pin. 414. Cardamomum cum siliquis sive thecis longis & brevibus I. B. 2. 205. Klein Kardamömlein / gemeine Cardamomen / CARDAMOME ORDINAIRE.

Bontius se primum hanc plantam descripsisse gloriatur, & à subsequente discrepare asserit.

CARDAMOMUM MAJUS Bontii 127. Cardamomum majus officinarum C. B. Pin. 413. Groß Cardamömlein. Hujus quoque capsulæ involvunt semen angulosum fuscum, sed rarum est, & quotiescunque Cardamomum simpliciter exposcitur, minus est intelligendum. Cardamomum utrumque in India Orientali ejusque variis locis, Java, Ceylon, Malabar &c. provenit.

Remedium constituunt cordiale, stomachicum, carminativum atque cephalicum & uterinum, concoctionem adjuvant, anhelitum oris corrigunt, urinam, & menses cient, in obstructionibus viscerum conducunt. Virum fortem faciunt & audacem fœminam. Venerem enim languidam excitant.

Cardamomum minus in Theriacam & Mithridatium recipitur. In cibis quoque condiendis inservit.

PIPER ALBUM ET NIGRUM.

Piper album & nigrum non differunt ratione plantæ, sed ratione fructus. Datur etiam factitium. [Quod ita describit Sam. Dale Pharmacol. p. m. 446. Javanenses & Amstelodamenses immittunt piper nigrum in ▽ ut decorticetur, & tum involvunt in Creta, ut fiat piper album factitium.]

Nigrum sunt fruticis sarmentosi piperiferi grana rotunda, pisi magnitudine, globosa, nigricantia, rugosa, in-

cludentia. ſub cortice intus albicante nucleum nul'um vel exiguum ſaltem. Saporis acris & fervidi aromatici, odoris fragrantis.

Album ſunt ejuſdem grana, cortice cinereo tecta, pellicula minus rugoſa.

Album ſi naturale ſit, non factitium, gratius eſt & laudabilius nigro, utrumque gaudet ☋e aromatico acerrimo pungente, fixo potius quam volatili, cum pauco oleo ſubtili, acredine piperata fere privato, quod mirandum.

Ob ſalis penetrantiam, viſcida & acida potenter penetrantis ſtomachicum eſt & anticolicum, leniens ſimul horripilationes febrium intermittentium, ipſarumque febrium paroxyſmos, præcipue ſi fomes earum ſit in Ventriculo.

Externe reſolvit nervos obſtructos, uvulam elongatam & à Pituita obſeſſam curat. Integrum ſeu groſſo modo contuſum felicius datur, quam minutius tritum, hoc enim membranas Ventriculi & inteſtinorum aliquando inflammat, illud vero aromaticam ſuam virtutem tranſmittit in ſanguinem. [vid. hac de re Caſp. Hofmann. de Medic. officinal. l. 2. cap. 175. p. m. 424.]

Decocta piperum, quia ☋e fixo gaudent, acerrima fiunt.

In ſubſtantia dantur gr. iij. in infuſo datur ad ℈ß. nimia acredo temperatur oleoſis, præcipue baccis lauri, ſaccharo & fœniculo.

℞. Piper gr. iij. integra cape ad cruditates Ventriculi ex paſſione colica, vel contund. & add. conſerv. menthæ.

℞. Piper integr. gr. iij. cap. ex cochl. j. ⏑⏑us vini in febribus ante paroxyſmum.

℞. Piper gr. iij. bacc. laur. ℈ß. L. O. gr. j. M. f. p. ad febres.

℞. Piper

℞. Piper. gr. vij. ○ gr. v. f. pulv. uvulæ applicandus.

℞. ♎ Piper deſt. gt v. Extr. gentian. abſynth. ana ℈j. ad febres intermittentes præcipue quartanam, ut & illarum horripilationem.

℞. ♎ laurin. expr. ʒij. ♎ piper. deſt. ℈j. ♎ nardin. ʒj. f. linimentum dorſo applicandum, contra horrores febriles.

N. quod fructus piperis Hiſpanici recentioris fumum ſuppetant, qui attractus tuſſim excitat vehementem, adeo ut omnes qui adſunt in conclavi tuſſire cogantur. Ope hujus tuſſis poteſt rejici, ſi quid incidit in aſperam arteriam.

PIPER

Πέπερι, Pfeffer/ POIVRE.

Datur triplex, Nigrum, Album & Longum, de quo poſtea.

PIPER NIGRUM, vocatur μελανοπέπερι, Schwartzer Pfeffer/ POIVRE NOIR, ALBUM vero λευκοπέπερι, Weißer Pfeffer/ POIVRE BLANC.

Piper rotundum nigrum C. B. Pin. 411. Piper nigrum I. B. 1. 181. Et Raji Hiſt. 1341.

Piper rotundum album C. B. Pin. 412. Piper album I. B. 2. 184. Raj. Hiſtor. 1342.

In eo fere conveniunt, quod planta utrumque Piper ferens ſit ſarmentoſa, ſed diſcrepant quam maxime authores, an non ex eadem planta & album & nigrum proveniat, præſertim cum PISONE aliiſque teſtantibus Piper album nihil aliud ſit, quam nigrum ante inſolationem decorticatum. Decorticatio autem illa fit bene maturo Pipere, ex marina macerato. Maceratione enim cortex exterior niger dehiſcit tumeſcendo, atque ita facillimo negotio granum, quod intra illum includitur, album eximitur & ad modum piperis nigri exſiccatur. Quem laborem laboris impatiens natio niſi fugeret, non tanta eſſet Piperis albi, ſi cum nigro compares, inopia. Accedit, quod quandoque Piperis albi grana reperiantur, a quibus cortex niger rugoſus non omnimodo fuit ablatus. Addunt, Piper album majus eſſe nigro, quoniam ab aqua, in qua maceratur intumuit, comparet etiam abſque rugis, quoniam cortex, qui contrahi poterat, abeſt

abeſt. Inſuper colorem eundem habet ac Piper nigrum decorticatum, & tandem ſaporis eſt mitioris, ob partem ſalis in aqua amiſſam. Alii tamen, licet non aliud, quam inter vitem uvas albas & vitem uvas rubras ferentem diſcrimen, inter plantas Piper album & Piper nigrum dantes, faciant, attamen album ſeparatim à nigro creſcere contendunt. Forſan hinc provenit, quod duplex conſpiciamus Piper album, alterum ſibi relictum, quod in peculiari ſpecie creſcit, alterum, creta vel etiam calce viva cineribuſque involutum, gekalchter Weißer-Pfeffer appellatum, quod ex nigro factitium exiſtit. Expectabimus Litis deciſionem cum accurata deſcriptione floris plantæ piperiferæ.

Juxta CLUSIUM in planta hac ad ramorum internodia naſcuntur uvæ teretes & oblongæ multis granis orbicularibus, nunc majoribus modo minoribus ipſi ſcapo ſine petiolo adhærentibus conſtantes.

Piper nigrum in pleriſque Indiæ Orientalis regionibus, præſertim in Malabar, Java, Sumatra, Bandam &c. provenit. Candidi autem plantas rariores eſſe dicunt, nec niſi certis Malavar & Malacæ locis naſcuntur. Quod ſi POMET fides adhibenda, magna quoque copia Piper album in Inſula St. Laurentii aut Madagaſcar occurrit.

Piper præſertim nigrum colligitur ante plenam maturitatem, ubi in colorem praſinum adhuc inclinant grana, aut, ut alii volunt, cum plene jam maturuerint, id quod Septembri, Octobri &c. fit, & in ſegetibus palmeis expanſa Soli exponunt, cujus calore intra triduum nigreſcunt & corrugantur.

Piper album ob ſuavitatem præfertur nigro. Piper juxta Deodatum omnia aromata ſalubritate ſuperat Ex aromatibus Piper condimentum eſt communiſſimum, Culiniſque magis quam uſui Medico inſerviens. Quod autem ad hunc attinet, de eo Schola Salernitana ita canit,

Quod Piper eſt nigrum, non eſt diſſolvere pigrum
Phlegmata purgabit, concoctricemque juvabit;
Leucopiper ſtomacho prodeſt tuſſique dolorique
Utile, præveniet motum, febriſque rigorem,

Virtus aphrodiſiaca quoque ipſi adſcribitur. Novem Piperis grana

grana per plures dies deglutita, à quartana liberare dicuntur. In febribus non semper cum succesſu, ſed quandoque cum noxa aſſumitur. In humoribus pituitoſis catarrhalibus diſſolvendis conducit, unde in tuſſi & aliis pectoris affectibus prodeſt. Viſum quoque acuere fertur. Putatur & conceptum impedire, præſertim ſi poſt coitum uſurpetur. Quando de Pipere dicitur, quod refrigeret, illud per accidens fieri intelligendum eſt. Uvulæ relaxatæ afflatur, vel ſubditur pulvis Piperis. Extrinſecus apophlegmatiſmis, gargariſmis, ſternutatoriis immiſcetur. In angina quoque celebratur, ſed caute uſurpandum. Odontalgiam ſedat. In paralyſi in linimentis adhibetur. Cholerici & tenerioris conſtitutionis homines, ut ab aliis aromatibus, ita & à piperatis quam maxime ſibi caveant.

OFFICINÆ NOSTRÆ EX PIPERE ASSERVANT

Species diatrion Pipereon, Dreyppfeffer Pulver / *Poudre de trois Poivre*; ſtomacho, in cruditate præſertim acida, flatibus diſcutiendis & concoctione juvanda, conducunt. Doſis eſt ad ℈ß. ad ʒj. imprimis poſt partum. Quidam exinde cum ſaccharo parant rotulas bibonibus convenientes.

Oleum de Piperibus coctum, Pfeffer-öhl / *Huile de Poivre*. Cerebri & nervorum frigidas noxas propellit, calefacit, abſtergit, diſcutit, aperit, ad paralyſin, ſpaſmum, tremorem, epilepſiam, uteri, coli & veſicæ vitia, item ad ventriculum frigidum prodeſt.

Oleum deſtillatum Piperinum, deſtillirt Pfeffer-öhl / *Huile de Poivre diſtillé*; commendatur, præter virtutes ab authore deſcriptas, ad atrophiam membrorum.

℞ Olei de piperibus cocti, olei Capparum ana v. gr. ʒij. Miſc. pro linimento ad dolores lumborum rheumaticos, præſertim frigidos, applicando frigide. Piper ingreditur Theriacam, Mithridatium &c.

PIPER HISPANICUM, CAPSICUM vel à græca voce κάπτω, mordeo, propter vim deurentem fructus, vel à voce Capſa, quoniam idem fructus capſulam refert: PIPER INDICUM, PIPER CALECUTICUM, PIPER BRASILIANUM, Spaniſcher-Pfeffer / Indianiſcher-Pfeffer / Calecutiſcher-Pfeffer / POIVRE D'INDE, POIVRE DE GUINEE, POIVRE DE BRESIL, PIMENT.

Eſt planta flore monopetalo, rotato & multifido, cujus piſtillum

ſtillum ex calyce ſurgens abit in fructum mollem, membranaceum, in duo loculamenta diviſum, ſeminibus fœtum compreſſis, ut plurimum reniformibus.

Ex pluribus ſpeciebus fructus ratione præſertim differentibus, inprimis ſpecies vulgatiſſima in uſu eſt, quæ vocatur

Capſicum ſiliquis longis propendentibus Tourn. I. R. H. cl. 2. S. 7. g. 5. Piper Indicum vulgatiſſimum C. B. Pin. 102. Capſicum Actuarii ſive Caninum Zinziber, Avicennæ Calecuticum Piper ſive Piper Indicum longioribus ſiliquis Lob. Icon. 316.

Olim ex locis, unde nomina habebat, advehebatur, nunc ubivis in hortis colitur; floret Auguſto.

Tanta acrimonia præditum eſt, ut linguam fortiſſime feriat, & vapor ex ſiliquis, dum aperiuntur, exhalans nares percellat fortiter, ſternutationemque excitet, manus quoque dum tractantur, acriter afficiunt ſiliquæ. Imo ſi ſiliquæ particula prunis injiciatur, fumus naribus exceptus immania & continua ſternutamenta ciet, quæ non ceſſant, donec fumus diſſletur & evaneſcat. Sunt qui pulvere harum ſiliquarum cum farina coctarum inſtar panis utuntur condimenti loco inſtar piperis.

Has ſiliquas quoque rubicundas condiunt vel ſaccharo, vel aceto & ſale. Aceto quoque ad majorem acrimoniam conciliandam immerguntur.

PIPER LONGUM.

Piper longum ſunt ſarmentoſi fruticis fructus oblongi, teretes, cinericei, [inſtar nucamentorum ſeu Julorum Coryli,] ex numeroſis vermiculato plexu diſpoſitis granis minutis compacti, ſaporis pipere nigro acrioris [& amaricantis.]

Piper hoc rotundo quidem ingratius, ſed virtute potentius, & proinde ad excitandos ſoporoſos, emendandas Ventriculi cruditates uſus elegantioris eſt, quam piper rotnndum

℞. Piper. Caſtor. rad. pyrethr. ari, fol. origan. ana q. v.

v. f. infuſ ex vino vel ⌒u vini adde ſi vis Nuc. Moſchat. [In eſſentia ſtomachica Thomſoni, in cruditate acida & viſcida commendatiſſima piper baſin conſtituit.]

℞. Piper. caſtor. helleb. alb. ana ℈j. ꝏ rut major. ſalv. ana gt. ij. M. f. pulv. ſternutatorius ad excitandos ſoporoſos.

GRA-

Μακροπέπερι, MACROPIPER, Langer-Pfeffer / PIMPILIM, POIVRE LONG.

Piper longum Orientale C. B. Pin. 412. Piper longum I. B 2. 185. Raji Hiſtor. 1343.

Plantam, quæ hoc Piper fert, reliquis piperiferis non mu tum abſimilem, niſi quod minus alte aſcendat, ac juxta quoſdam, quod adeo ſe non circumvolvat & fructum peculiarem obtineat, eſſe dicunt. Ex nonnullorum ſententia Piper longum racemus eſt vel ſcapus Piperis vulgaris, dum adhuc vireſcit, collectus, & antequam grana incrementum adepta ſint, ſed recte à CHARRAS refutantur, teſtantibus id inſuper peregrinationum ſcriptoribus. Piper longum in India Orientali, Bengala & Java præſertim creſcit. Naſcitur tamen etiam in America, teſtante MONARDE aliiſque.

Ingreditur Theriacam, Mithridatium, Diaſcordium &c.

GRANA PARADISI.

Sunt ſpecies Cardamomi, arilli anguloſi, nitidi, fuſci, fragmentis lapillorum granatorum ſimiles: utuntur Indi loco piperis [ſaporis acris & fervidi medii inter cardamomum & piper]

Virtute cum pipere coincidunt, ejuſque defectum ſupplent, tam condimenti quam medicamenti loco. Uſurpatur ut piper, idcirco huic admiſcetur, & iis adulteratur. Præbent ꝏ acerrimum.

℞. ♃ laurin. ʒj. ♃ gran. parad. gt. viij. in Ventriculi debilitate.

Capiuntur ad Epithemata contra Paralyſin.

Infuſum ex vino in Ventriculi debilitate ejuſdem eſt facultatis cum infuſo acori.

SEMEN

CARDAMOMUM MAXIMUM, MALAGUETTE, MELEGUETTA, ab urbe Melega unde olim advehebatur, Pariß-Körner / Paradiß-Körner / MANIGUETTE, ou GRAINE DE PARADIS, ob jucunditatem odoris.

Cardamomi genus maximum grana Paradiſi Officinarum C. B. Pin. 413. Melegetta ſeu Cardamomum Piperatum Cord. Malaguetta Cardamomum 1. Camer. Epit. 11. Cardamomum Arabum majus Tabern. 1. c. 915.

Ex Orientalibus quoque locis ad nos advehitur. In officinis ſubſtituitur Cardamomo majori. Virtutibus convenit cum reliquis Cardamomi ſpeciebus.

SEMEN AMMIOS.

Sunt Ammios majoris C. B. P. ſemina parva, petroſelino minora, ex cinereo ſpadicea, ſaporis amari, acris, odoris fragrantis.

Minoris ſemine apii, odore origani J. B. ſunt ſemina parva, ſtriata, petroſelino minora, ex rufo ſpadicea, ſaporis acris aromatici, quaſi ex pipere & cumino compoſiti, odoris fragrantis ad origanum accedentis.

Minus majori præſtantius & præter virtutes aromaticis affines vim habet ſpecificam anticolicam, ex plurimorum ſententia vim ad promovendam fœminarum fœcunditatem. [vid. hac de re Matthiol lib. 3. in Dioſc. c. 61. p. m. 557.] ob ſalis aromatici & ſ-uoſi penetrantiam, quod ſe ad Uterum

rum extendit, etiam fluori albo conducit, unde quoque ingreditur Clysteres Uterinos.

Majus datur ad ʒß. minus ad ʒj.

℞. Sem. ammios ʒß. fol. horm. p. j. lign. sassafr. ʒj. affund. ▽ cinam. & fac infusum, quod cape cum toto. In fluore albo.

℞. Sem. ammi. ℥ß. sacch. cand. par. f. pulv. ad ij. vel iij. dos. exhibeatur infantibus contra tormina.

℞. Aristol. rot. ʒß. rad. Zed. ʒj. Cent. m. roriſmar. ana Mj. chamom. artemis. ana Mß. coq. in ▽ f. Clyster Uterinus.

Indi exhibent à ʒj. ad ʒij. contra sterilitatem mulierum, sæpe cum fructu, ubi scilicet adest obstructio vasorum.

℞. Cinam. ℥j. caryoph. ʒij. Nuc. Mosch. piper. galang. ana ℥ß. sem. ammios ʒiij. affund. ▽ regin. Hung. datur infusum cochleatim contra sterilitatem.

SEMEN

Ἄμμι, ἄμι, ἄμμιον, AMEOS, AMIOS, AMMEOS, à semine arenam quasi referente, Ammey / AMMI.

Ammi majus est plantæ genus, flore rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis constante cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis & calyci insidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum exiguis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis. Addenda sunt folia oblonga & angusta costæ per conjugationes innascentia, ultimo impari claudente.

Ammi majus C. B. Pin. 159. Ammi vulgare majus latioribus foliis semine minus odorato I. B. 3. p. 2. 27. Ammi vulgare Dod. Pempt. 301.

Ammi minus ad fœniculum refertur a TOURNEFORTIO & dicitur

Fœniculum annuum Origani odore Tourn. I. R. H. cl. 7. S. 2. g. 1. Ammi parvum foliis fœniculi C. B. Pin. 159. Ammi semine

tenuiſſimo & odoratiſſimo I. B. 3. 2. 25. Ammi perpuſillum Lob. Ic. 725.

Ammi in uſum Medicum ſuppeditat ſemen. Præſtantius eſt AMMI VERUM ſeu CRETICUM, quod etiam CUMINUM ÆTHIOPICUM, ALEXANDRINUM, ÆGYPTIACUM, SYRIACUM, REGIUM appellatur, & ex Candia, Ægypto aliiſque locis ad nos adfertur. Huic autem ſubſtituitur ſemen Ammeos vulgaris, quod colitur in hortis, Junio, Julioque florens.

Eſt ex quatuor SEMINIBUS CALIDIS MINORIBUS, quæ ſunt AMMEOS, AMOMI, APII, DAUCI. Incidit & aperit, menſes reſerat, Urinam ciet, in ſtranguria conducit. SIMON PAULI adverſus fluorem album, præmiſſo uterino clyſtere, pulverem ex veronica, ſemine Ammeos, Cardamomo minore, Cinamomo & ſaccharo, cum aliquot guttis olei Cinamomi compoſitum multis ſterilibus novis nuptis ſe commendaſſe aſſerit, quæ ingravidatæ & à fluore albo fuere liberatæ. A quibuſdam hoc ſemen pro antidoto Cantharidum habetur, Ut Alexipharmacum in Theriacam recipitur.

SEMEN ANISI.

Sunt Aniſi herbariis dicti C. B. P. ſemina oblonga, rotunda, in obtuſum acumen deſinentia, parva, ſtriata, colore ex rufo ſpadiceo.

Duplex eſt ſemine majore & minore, ſed ſolent confundi.

Semina conſtant ♁e volatili ♌ſo dulcibus incluſis, ſive ſalibus aromaticis dulcedine temperatis gaudent, unde in raucedine aſperitate faucium, tuſſi, colico dolore, & promovenda Urina conducunt, ſiſtunt ſingultum & ſimul laxant alvum tardiorem puerorum & duriorem; impediunt quoque lactis coagulationem, corrigendo acidum & amandando illud ad Urinam. Datur a ʒß. ad ʒij.

℞. Sem aniſ. ʒiß. coq. in ▽ ſ. vino ad paſſionem colicam.

℞. Sem.

℞. Sem. aniſ. ℈ geniſt. ana ℈j. f. pulv. diureticus.

℞. Rhabarb. ʒj. ſem. aniſ. ℈j. f. pulv. ad alvum laxandam.

℞. Flor. benz. ʒj. ℈ volatil. C. C. ♎ d. aniſ. gt. ij. ſacchar. q. ſ. in tuſſi.

℞. Sem. aniſ. ℈j. ♎ d. aniſ. gt. ij. rad. alth. ʒj. ſacch. q. ſ. f. pulv. ad raucedinem aſperitatem & tuſſim.

Oleum aniſi deſtillatum blandum anodynum eſt & alvum ſimul laxat, in colica & fluxu albo ſpecifice laudatur. Externe ſuffuſionibus, coryzæ, cardialgiæ, inflationibus abdominis & hypochondriorum atque ſingultibus medetur.

SEMEN

Ἄνισον, ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις, quod remittat ſeu laxet flatulentas tenſiones, ἄνησον, γλυκάνισον, Plinio ANICETUM, quaſi ἀνίκητον, quod appetitionem cibi præſtet, Aniß / Eniß / ANISE.

Pertinet juxta TOURNEFORTIUM ad Apii ſpecies & ſunt ſequentes.

Apium Aniſum dictum ſemine ſuaveolente majori Tourn. I. R. H. cl. 7. S. 1. g. 2. Aniſum Herbariis ſemine majori C. B. Pin. 159. Aniſum veteribus I. B. 3. p. 2. 92. Aniſum vulgare Cluſ. Hiſt. ccij.

&

Apium Aniſum dictum ſemine ſuaveolente minori Tourn. I. R. H. cl. 7. S. 1. g. 2. Aniſum herbariis ſemine minori C. B. Pin. 159.

Hodie colitur in hortis, campis & agris, floret Julio circiter, ſemen autumno matureſcit: quod ſolum in uſum cedit, odore præſtans, ſapore dulci, grato leniterque mordaci.

Juxta SALERNITANOS *enim, Copia dulcoris aniſi ſit melioris.*

Quo recentius eo melius, cum tempore enim eroditur virtusque evaneſcit.

Inter SEMINA quatuor CALIDA MAJORA refertur, quæ ſunt ANISI, FOENICULI, CARVI, CUMINI.

Vim

Vim poſſidet Aniſum diſcutiendi, attenuandi, reſolvendi, incidendi, aperiendi, abſtergendi. Ut aromaticum inſigne eſt carminativum, atque uterinum. Omnibus viſceribus, imprimis ſtomacho eſt amicum. HEURNIUS, HOFFMANNUS in SCHROED. aliique aniſum in ſubſtantia aut in decocto facilius diſcutere flatus, quam oleum deſtillatum, aſſerunt. In affectibus infantum pluribus prodeſt, cum lactis vitia emendet, digeſtionem promoveat, flatus diſcutiat, acoremque corrigat. In herniis porro commendatur. Virtus aphrodiſiaca quoque aniſo tribuitur & alexipharmacum cenſetur. Commendatur in aſthmate tam humorali quam flatulento, ut & in aliis pectoris affectibus. In variis præterea capitis affectibus, epilepſia præſertim infantum, vertigine, confortanda memoria, dolore capitis ſedando &c. laudatur. Ophthalmicum præterea dicitur eſſe inſigne, tum externe tum interne uſurpatum, unde ab HEER vapor oculis exceptus ad viſus claritatem multum conducere aſſeritur. Hinc SALERNITANI,

Emendat viſum ſtomachum confortat Aniſum.

In auditus difficultate, tinnitu aurium, Aniſum quoque confert. Maſticatum halitum oris emendat, fœtoremque tollit. Decocti vapor naribus exceptus olfactum amiſſum reſtituere dicitur.

Cum cibis à quibuſdam tanquam condimentum coquitur, & ſæpius Tragæis immiſcetur. In potu quoque uſus ejus eſt frequens, hinc decocto aniſi utuntur vel per ſe, vel cum hordeo, vel aliis, ſemine fœniculi &c. pro re nata, pro potu ordinario ipſis etiam infantibus exhibendo. In Theriacam recipitur.

EX ANISO MULTA IN OFFICINIS PROSTANT.

Confectio Aniſi ſimplex, überzuckerter Aniß / *Confection d'Anis* ou *Anis ſucré*; optime in Gallia obducitur, vocaturque *Anis couvert*, *Anis à la Reine*, ou *petit Verdun*; inter bellaria æque ac medicamenta locum habet.

Confectio Aniſi laxativa, Laxir-Aniß / *Confection d'Anis laxative.* Qui acidulas bibunt, hac confectione frequenter utuntur, ut flatus diſſipent & acidulæ per alvum operentur facilius; aſſumitur ad drachmam unam & alteram, ad unciam ſemis.

Aqua Aniſi vel ex herba & ſemine, vel ex ſolo ſemine, uti fit plerumque,

plerumque, deſtillata, Aniß-Waßer / *Eau d'Anis*, prodit eodem labore, quando deſtillamus

Oleum Aniſi, Aniß-öhl/ *Huile d'Anis*, quod oleum æthereum, aromaticum, adeo ſubtile eſt, ut vel duabus tantummodo guttis vix non amphoram aquæ odore & ſapore aniſi inficias. Attenuat, diſcutit, reſolvit, in affectibus ventriculi & inteſtinorum, à cauſa ut loquuntur, frigida ortis, in pectoris morbis à pituita craſſa viſcida natis, item in flatibus diſcutiendis conducit: admiſcetur purgantibus, imprimis ſpecifico Gialappino. Doſis ad guttas duas, octo &c. vel in vehiculo, vel cum Saccharo. Renibus atque pubi pro urina pellenda inungitur. Tandem etiam nominandus eſt decantatus

Spiritus Aniſi, Aniß-Geiſt/ Aniß-Brandtenwein/ *Eſprit ou Eau d'Anis*, qui ſtomachicus eſt & carminativus, vulgo etiam notiſſimus, datur ad unum aut alterum cochlear. Saccharo edulcoratus gratior evadit.

℞. Pulv. ſemin. anis. ʒß. Ocul. 69. pp. ʒj. Croc. Orient. ϑß. Sacch albiſſ. ad pond omnium. de hoc infantibus in primo cochleari cum pulte exhibeatur.

℞. Semin. Anis. ʒiv. Spiritus Vini Gallici menſ. ij. poſt inſtitutam digeſtionem deſtilla & edulcora ſacchari ʒviij. Habebis liquorem aniſatum egregium, *Eau d'Anis* dictum.

SEMEN ANISI CHINENSIS.

Aniſum peregrinum C. B. P. aniſum Philippinarum inſularum. Aniſum ſtellatum, fœniculum Sinenſe. Semen Badianum. Zingi etiam vocatur.

In Moſcoviam transfertur ex Tartaria Semina ſunt abſque omni odore & ſapore. In involucris conſiſtit omnis vis aniſata, in ſemine nihil.

Oleum hoc nunquam concreſcit, ut noſtrum ♌ aniſi.

Convenit virtute cum aniſo vulgari, ſed ob dulcedinem gratiorem & fere penetrantiorem vim aromaticam, quæ in ſeminum involucro conſiſtit habetur præſtantius.

Creditur vulgo cõfortans & roborans catholicum, Magnates volvunt ſub lingua ad conciliandam gratiam ori, ad arcendam nauſeam & faſtidium, ut & tollendum aëris fœtidioris incommodum. Chinenſes infundunt cum radice Ninzin, ſeu maſticant in ore & ſuperbibunt potum Thee, horum exemplo noſtrates utuntur hoc ſemine cum potu Caffee.

SEMEN

FOENICULUM SINENSE, ANISUM SIBERIÆ, FOENICULUM MOSCOWITICUM, Indianiſcher Aniß/ Stern-Aniß/ Moßcowitiſcher Fenchel. *Anis de la Chine* ou de *Sibery*.

Ex qua arbore deſumatur, nondum conſtat. Appellatur à Plucken. Alm.

Evonymo affinis Philippinarum inſularum, Aniſum ſpirans, nuculas in capſulis ſtelliformiter congeſtis proferens.

Fructus hic ſtellæ figuram repræſentat, conſtatque ex ſeptem nuculis particularibus radiorum in morem in centro coëuntibus triangularibus, longis, leviter compreſſis, ea parte, qua committuntur impreſſis, extima & convexa peripheria ſemicirculum fere deſcribentibus, cortice gemino tectis, exteriore duro & ſpadiceo, nigricante rugoſo, interiori propemodum oſſeo, interna ſubſtantia cupri diffracti inſtar lucente, bivalvi atque in ſiccis & inveteratis nonnihil hiante. Nucleus in ſingulis nucibus latitat ſingularis, lævis, ſplendens, colore ſeminis Lini aut pomorum ſed dilutiore paulo. Odor & ſapor Aniſi plane eſt, relinquit etiam aliquid acrimoniæ in lingua.

SEMEN FOENICULI.

Sunt fœniculi vulgaris Germanici C. B. P. 147. ſemina fœniculo dulci ſimilia, ſed longiora, odore & ſapore debiliori. Dulcis ſeu Italici ſunt ſemina ex cinereo ſpadicea, oblonga, ſtriata, vulgari fœniculo rotundiora, ſaporis dulcis, acris & ſuavis, odoris fragrantis.

Fœniculum

Fœniculum dulce, quod optimum, convenit cum semine anisi & propria radice, qua tamen potentius est, in Variolis & Morbillis, stranguria, calculo, augendo lacte in frequentiori usu est. Externe medetur oculorum aciei.

Siccum præfertur viridi quod ob excrementitiam humiditatem torminosum est, datur ut semen anisi.

℞. Sem. fœnic. ℈j. anis. ℈ß. ♁ dest. fœnic. gt. j. Sacchar. par. f. pulv. contra tormina.

℞. Rad. helen. ℥ij. sem. fœnicul. ℥ß. passul. min. ℥iß. M. f. decoct. in asthmate & tussi. vid. plura d. radice fœnic. p. 33.

℞. Olei fœnicul ⌒ ⊖✱ci M. invicem., inungantur hypochondria contra inflationes. Infantibus obesis & robustis hæc mixtura valde convenit, contra qui non sunt sat robusti ferre non possunt ob ⌒um ⊖✱ci.

℞. ▽ fœnic. Cent. min. ana ℥ij. syr. C. B. ℥j. ⊖ C. C. gr. v. Tinct. Castor. ʒß. ut & si libuerit. Tinct. Myrrh. ℈ß. f. mixtura contra Variolas & Morbillos.

℞. ▽ fœnicul. ℥iiij. ⊖ ♀ri. gr. vij. ad ℈ß. fol. senn. ʒvj. f infus. in loco calido, si lubet add. sacch. cand. par. si fortius expetatur add. rhabarb. ʒij.

℞. ▽ fœnicul. Euphras. ana q. v. add. fol. senn. vitr. ♁ij. vel croc. metallor. pone in loco calido utere ad Inflammationem, aliaque vitia Oculorum.

SEMINA

Fenchelsaamen / FENOUIL. Hac de planta supra jam dictum.

Fœniculum dulce majore & albo semine I. B. 3. 2. 4. Fœniculum dulce C. B. Pin. 147. Fœniculum sive Marathrum vulgatius dulce Lobel. Jc. 775. Süßer-Fenchel / Römischer-Fenchel / Florentinischer-Fenchel / FENOUIL DOUX, FENOUIL DE

FLORENCE. Rarius autem hujus ſemen apud nos in uſum trahitur.

Semen eſt ex quatuor ſeminibus calidis majoribus. Semen hoc ſtomachicum atque carminativum eſt, unde SALERNITANI canunt.

Semen Fœniculi pellit ſpiracul Culi:
&
Bis duo dat Marathrum, febres fugat atque venenum,
Et purgat ſtomachum, lumen quoque reddit acutum.
Et porro quoniam viſum acuit
Fœniculum, verbena, Roſa, Chelidonica, Ruta,
Ex his confice aquam, quæ Lumina reddat acuta.

Halitus à maſticato ſemine oculis inflatus mire eos confortare dicitur. Laudatur quoque ad memoriam roborandam, vertiginem, raucedinem, tuſſim, dyſpnœam corrigendam.

Multorum ferculorum condimentum eſt, & ut ſemen aniſi, in decoctis pro potu adhibetur. Quidam hoc ſemen ſaccharo incruſtant ac bellariis annumerant.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua deſtillata, Fenchel-Waßer / *Eau de Fenouil*, quæ vel ex tota planta, vel communiter ex ſemine elicitur; quandoque exinde etiam deſtillatur

Oleum Fœniculi, Fenchel-öhl / *Huile de Fenouil*, quod aperit, attenuat, diſcutit, flatus pellit, colicæ medetur, diureſin & diaphoreſin promovet, lac auget, nec virtute opthalmica deſtituitur: fit exinde *Elæoſaccharum*. Ingreditur linimenta & olea ſtomachica atque carminativa.

Celebris præprimis eſt tum pro uſu Medico, tum pro gulæ blanditiis

Spiritus Fœniculi, Fenchel-Brandenwein / *Eſprit de Fenouil*, paratus cum Spiritu Vini, qui ſtomachicus atque carminativus ad unum ad alterum cochleare datur. Cum ſaccharo edulcoratus guſtui magis blanditur, & *Fenouillet* καὶ ἐξοχὴν dicitur.

℞. Sem Fœniculi ℥iv, Spiritus Vini Gallici menſ. ij. digere & poſt-

poſtmodum deſtilla atque edulcora ℥viij. Sacchari. Habebis liquorem Stomachicum atque carminativum.

SEMINA LEVISTICI.

Sunt Liguſtici vulgaris C. B. P. ſemina oblonga, depreſſa, membranacea, ſtriata, ſaporis ſubdulcis, aromatici nauſeoſi.

Conf. radix Leviſtici cum qua ſemina conveniunt.

℞. Sem. Leviſtic. ʒß. Caſtor. gr. x. Croc. or. gr. vij. L. O. gr. j. M. f. pulv. pro ij. doſ. contra dolores & tormina colica.

Liebſtöckel-Samen / *Semence de Leveche*, in ore maſticatum paſſionem hyſtericam ſedare fertur, ad vermes quoque celebratur.

SEMINA SALE VOLATILI AROMATICO CUM BLANDA VISCOSITATE CONSTANTIA.

SEMEN ANETHI.

Sunt anethi hortenſis C. B. P. ſemina foliacea & membranacea, orbicularia, compreſſa, in parte exterioretribus ſtriis vel ſulcis notata ex atro virentia.

In ☉e volatili temperato quaſique incluſo, fovet quippiam anodyni & narcotici, & propterea in colica, ſingultu, cardialgia & ileo ſpecifice commendatur. Semina recentia contuſa & temporibus applicata puerorum, placidum ſomnum accerſunt.

℞. Sem. aneth. ʒß. Caſtor. gr. iij. L. O gr. j. M. f. pulv. ad ſingultum.

℞. Summit. aneth. Mj. coq. ex ▽ vel Cereviſ. ſit potus ordinarius in ſingultu.

℞. Summit. aneth. q. v. coq. ex ▽ papav. ſeu adde capita papaveris albi pro potu, ad ſomnum conciliandum.

℞ Oiei d aneth. gt. v. ♎ amygd. dulc. rec. expr. ʒß. f. hauſtus ad ſingultum.

℞. Olei d. aneth. gt. iij. C. C. præpar. ϑj. L. O. gr. j. Cort. aurant. condit. cum proprio ſyrupo q. ſ. f. conditum contra tormina.

℞. Olei Papav. expr. ʒß. ♎ aneth. gt. xv. ung. popul. ʒij. M. f. liniment. add. L. O. ϑß. ad ſomnum conciliandum.

SEMINA

Ἄνηθον ab ἀνω θεῖν, quod cito creſcat, Dyllen / Dyllkraut / Dill / Till / Garten-Dill / *Anet.*

Eſt plantæ genus flore roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis conſtante in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum compoſitum ex duobus ſeminibus ovatis, planis ſtriatis & marginatis. Adde folia fœniculacea.

Anethum hortenſe C. B. Pin. 147. Anethum I. B. 3. p. 2. 6. & Dod. Pempt. 298.

Colitur in hortis, menſibus æſtivis floret, In uſu ſunt folia cum floribus ſeu ſummitates & ſemen.

E præcipuis carminativis cenſetur, tuſſi medetur, lac auget. In paſſionibus hyſtericis commendatur, Urinam atque calculum pellit menſeſque ciet, & flatus uterinos diſſipat. Venerem ſupprimere atque viſui obeſſe dicitur. Ingreditur balnea pediluviaque. In agrypnia atque cephalalgia.

Cinis anethi laudatur ad ulcera ſordida, & ſerpentia præſertim Venerea. Tanquam condimentum pluribus quoque ferculis admiſcetur.

PROSTANT

Aqua Anethi ex integra planta, Dillkraut-Waßer / *Eau d'Anet*, do-

dolori capitis in febribus, flatibus discutiendis & singultui sistendo est dicata, sed raro usurpatur.

Oleum Anethi coctum, Dillen-öhl / *Huile d'Anet*, vires carminativas, discutientes, resolventes, anodynas & paregoricas huic oleo tribuunt, temporibus & abdomini inungitur.

Oleum Anethi destillatum, destillirt Dillen-öhl / *Huile d'Anet distillé*. Convenit in Colica sedanda & flatibus discutiendis, cardialgia, singultu &c. ad aliquot guttas assumptum, vel in *Elæosaccharum* redactum. Externe commendatur in cephalalgia & pro somno conciliando, quo tamen in casu recens debet esse, non rancidum.

SEMINA CUMINI ET CARVI.

Sunt Cumini semine longiore C. B. P. semina striata, oblonga, ex cinereo spadicea, fœniculi seminibus longiora & crassiora. Sapore acri aromatico ingrato. Carvi sunt Cumini pratensis seu Carvi officinarum C. B. P. semina striata, parva, oblonga, tenuia, paululum incurva seu falcata, fusca. Saporis acris aromatici, odoris fragrantis. Hoc tetrum illud redolens cumini non habet.

Sale aromatico oleoso temperato admodum anodyno & carminante gaudent, & in tympanitide, flatulentia ventriculi, colica flatulenta tam interne quam externe laudantur.

Semen Carvi gratius est, quam Cumini. Hinc semen carvi felicius interne, cumini vero externe præscribitur.

℞. Sem. carv. saccharo incrust. q. v. datur ad flatulentiam ventriculi, add. Oleum proprium destillatum pro stimulo.

℞. Emplastr. d. cumin. malax. in s. q. Olei cumin. & carvi. in Doloribus ischiaticis, in inflationibus ventriculi & abdominis.

℞. Semin.

℞. Semin cumin. & carv. q. v. contunde, ſacculo involve, & applica abdomini contra tormina.

℞. Olei carv. deſt. gt. iiij. ⏑ Menth. ʒiij. vel iiij. L. O. gr. i. f. mixtura in cardialgia.

BAC-

Κύμινον, CYMINUM, CUMINUM SATIVUM, CUMIMUM HORTENSE aut ROMANUM, Kymmel / Kymmich / Garten oder Römiſch-Kümmel / Langer-Kümmel / Pfeffer-Kümmel / CUMIN.

Ad fœniculum à TOURNEFORTIO refertur.

Fœniculum Orientale, Cuminum dictum Tourn. I. R. H. cl. 7. S. 2. g. 1. Cuminum ſemine longiore C. B. Pin. 146. Cuminum ſive Cyminum ſativum I. B. 3. 2. 22. Cuminum Dioſcoridis Lob. Ic. 742. In regionibus calidioribus provenit, & ex Italia atque Inſula Malta, ubi copioſe ſeritur, advehitur Semen, quod ex hac planta in uſu eſt.

CARVI, Κάρος, Κάρον, Κάριον, CARUM, à Caria Regione, in qua laudatiſſimum provenit, CUMINUM PRATENSE, Feld / Matten / Wieſen / Weg / Speiß-Kümmel/CARVI.

Eſt plantæ genus flore roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis conſtante cordiformibus, inæqualibus, in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum exiguis, longiuſculis, hinc gibbis & ſtriatis, inde vero planis. Addenda ſunt folia tenuiter laciniata coſtæ per conjugationes innaſcentia.

Carvi Cæſalp. 291. Cuminum pratenſe, Carvi Officinarum C. B. Pin. 158. Caros I. B. 3. p. 2. 69. Carum Dod. Pempt. 299.

In pinguibus ac lætis campis herboſis & pratis, quæ ſubinde rigantur frequens naſcitur; à Majo menſe uſque ad Auguſtum & flores & ſemen proferens.

Ex utraque planta ſemina in uſum veniunt, & ad quatuor calida majora referuntur. Ex mente ETTMULLERI, omnia, quæ de aniſo dicuntur, ad cuminum quoque applicari poſſunt. Hoc tamen excepto, quod aniſum lac promoveat, hoc vero intercipiat.

Applica-

Applicatur ſcilicet externe cum linteis ad lac arcendum. Menſes promovet & tormina parturientium notha ſiſtit juſculis incoctum. Sacculos quoque ingreditur ad tormina ſedanda. Prodeſt in ſugillatis & tumoribus frigidis diſcutiendis.

Semen Carvi ventriculum roborat, ructus compeſcit, graveolentiam oris corrigit, acidum temperat, in melancholia, vertigine, convulſivis inteſtinorum malis, herniis, cardialgia, torminibus ſtomachi à potu nimio ortis, uſu tam interno quam externo ſe commendat. In juſculis ſæpiſſime adhibetur, ad dolores parturientium nothos, quos mitigat, veros autem adauget, dolores quoque poſt partum mitigat. In menſium quoque negotio locum habet. Virtute diuretica gaudet, de cætero cum cumino coincidit. Cum aceto ad lac imminuendum applicatur.

Pani adjectum apprime conducit, caſeis appoſitum jucundo illos commendat odore. In aliis quoque ferculis uſurpatur. Semen hoc ut JOH. BAUHINUS loquitur, craſſiuſcule tritum, ſacculo exceptum, calenteque vino conſperſum, exterius impoſitum, non tantum aurium doloribus, ex defluxu frigido ortis confert, verum etiam dentium cruciatus lenit.

EX HIS SEMINIBUS OFFICINÆ ALUNT

Oleum Cumini, Kümmel-öhl / *Huile de Cumin*, prodeſt ad tormina & inflationes abdominis, præſertim infantum, adhibetur ad affectus Ventriculi in Balſamis & oleis ſtomachicis. Odorem ſuum Urinæ fortiter communicat.

Emplaſtrum de Cumino, Kümmel-Pflaſter / *Emplatre de Cumin*. Roborat, reſolvit, flatus diſcutit, conducit ad fracturas & luxationes.

Oleum Carvi, Matten-Kümmel öhl / *Huile de Carvi*. Conducit in ſtomachi & inteſtinorum affectibus, colicæ medetur, flatus pellit tum externe, tum interne. Externe miſcetur oleis & linimentis. Interne ad aliquot guttas datur in vehiculo appropriato, aut cum Saccharo. Urinam quoque promovet, eamque ſuavis odoris reddit. Clyſteribus quoque immiſcetur carminativis.

BACCÆ JUNIPERI.

Sunt Juniperi vulgaris fruticoſæ C. B. P. baccæ rotun-

dæ per maturitatem nigricantes, includentes ſub tenui pellicula pulpam, acinos tres oblongos triangulos, ſaporis ſubacris ſubdulcis & reſinoſi, odoris fragrantis. Vis conſiſtit in pulpa interiore.

Harum ⊖ aromaticum oleoſum & quodammodo Therebinthinatum, cœteris excellit in promovenda Urina, ſudore, Ventriculi flatulentia, in menſium obſtructione, præcavendo calculo, & ad reſolvendas Catarrhoſas obſtructiones. Hydropicis ſingulariter conveniunt ob virtutem ſtomachicam & diureticam. Externe laudantur in ſuffitu ad Catarrhos & membra Paralytica. Dantur in ſubſtantia ad ʒj.

℞. Bacc. Junip. ℈j. ♎ d. junip. gt. iiij. rad. rub. tinct. gr. xv. f. p. capiendus ex convenienti liquore ex ▽ gramin. vel ▽ al. deſt. propria, pro diureſi excitanda.

℞. Rad. Angelic. Leviſtic. ana ʒß. roriſmar. Matricar. ſabin. ana Mj. bacc. Junip. ʒiß. Cinam. ʒiij. Croc. or. gr. xv. vel ℈j. ⊖ ♀ri ℈j. affund. Vin. q. ſ. ad menſium obſtructionem chronicam, adde ſi menſes inſtant Rhabarb. ʒij. hell. n. ʒj. f. infuſum.

℞. Roob. Junip. ʒiiij. rhabarb. ʒiij. Cinam. ʒj. f. Elect. diureticum, hydropicis convenientiſſimum, add. roob. ſambuci.

℞. Spiritus Junip. ʒiiij. balſ. Peruv. ʒj. f. lavamentum ad dolores partium à Catharrhis ortos.

Olei deſtillati guttulæ aliquot pulveribus antifebrilibus adduntur.

℞. Olei Junip. gt. iij. Ocul. 69. ℈j. ⊖ prunell. gr. xv. ſacch. ♄n. ℈ß. L. O. gr. ij. f. p. contra febres intermittentes.

℞. Vin. Junip. ʒiiij. Tinct. Nephritic. ʒj. ⏑. Carmi. Sylvii ʒß. f. mixtura diuretica.

Vinum

Vinum Juniperinum paratur ſi muſto baccæ ejus contuſæ injiciantur & fermentent ſimul.

BAC.

Ἀκρεύθης, ἀκρεύθ@, quod ejus odorem reptilia fugiant. JUNIPERUS, quod juniores ſemper baccas pariat, Weckholder/ Wachholder/ quaſi Machalter/ Weckholder/ quaſi Wegholder/ quoniam ad vias creſcit. Genevrier. GENEVRE.

Eſt plantæ genus flore amentaceo pluribus nempe foliolis apicibus donatis conſtante, fructus autem ſeu baccæ oſſiculis turgent angulatis ſemine fœtis oblongo. His notis addenda ſunt folia ſimplicia & plana.

Sequentes duæ ſpecies potiſſimum in uſu.

Juniperus vulgaris fruticoſa C. B. Pin. 488. Juniperus vulgaris baccis parvis purpureis J. B I. 293. Juniperus Dod. Pempt. 852. Weckholder-Staud/ Wachholder-Staud/ Krammet Staud/ GENEVRE ORDINAIRE.

Juniperus vulgaris arbor C. B. Pin. 488. Juniperus vulgaris celſior & arboreſcens Cluſ. Hiſt. 38. Weckholder- oder Wachholder-Baum/ Krammet-Baum/ GRAND GENEVRE.

Sunt qui dicunt. Juniperum dividi in marem & fœminam, fructus ferentem & ſterilem: florem habens Mas pulviſculum apicibus incluſum fundit, qui ex mente RAJI, fœminarum baccis aſperſus, ſpermatis maſculini modo fœcundantis inſervit.

Perpetuo viret Juniperus & quaſvis fere aëris injurias ſpernit; floret Aprili & Majo. Juniperus frutex in omnibus fere occurrit Regionibus, Arbor paulo rarior eſt: frutex, ſi bene colatur, etiam in arborem excreſcit. Ex utroque in uſum trahuntur Lignum, Gummi & fungus. Ex frutice autem potiſſimum uſurpantur baccæ ἀκρεύθιδες, Wacholder / Weckholder-Beeren/ Krammet-Beeren/ GRAINS OU BAYES DE GENEVRE. Cum Botanographis de his baccis notat SEBIZIUS, juniperum uno eodemque tempore triplicis generis baccas gerere, hornas, quæ virides plane immaturæ, anniculas, quæ ſemimaturæ, & bimulas, quæ nigræ & ad maturitatis perfectionem progreſſæ. Colliguntur baccæ iſtæ tempore autumni.

Lignum juniperi eſt compactum, albeſcens, & ſubinde rutilans, ſaporis nullius, nec manifeſti odoris, niſi fricetur durius, aut accendatur. De umbra Juniperi quidam dicunt, quod ſit noxia. Hoc lignum falſo venenatum creditur, ut ANGELUS SALA docte in HYDROLOGIA differit, ſcribens. Vana eſt perſuaſio, lignum juniperinum eſſe venenum & hominibus necem inferre, per ſomnium ſcripſere & pro inſanis habentur, qui hoc in Germania dicunt. Vires dicitur obtinere cephalicas, unde in Cucuphis adhibetur. Sunt, qui aſſerunt, hoc lignum ſuccedaneum eſſe poſſe, imo præferendum Ligno Saſſafras, & Quajaco, ob vim diaphoreticam & aperientem in Lue venerea. In Cineres redactum & in Vino infuſum contra calculum & hydropem facit. Lixivium, ſi eo caput lavetur, viſum acuit, & pediculos arcet. Alias ejus flamma pro aëre purificando, imprimis ſi Martio cædatur, adhibetur, cum bene oleat, præſertim tempore contagioſo; quem in finem etiam ſarmenta ſeu folia cum Ligno & baccis, aut etiam baccæ ipſæ tantummodo uſurpantur. Suffitus quoque hic ſerpentibus adverſus eſſe fertur. Ne dicam quid de incantationibus. Parantur exinde quoque vina & cereviſiæ medicamentoſæ. Tornantur exinde pocula ad catarrhos & articulorum dolores. An turiones ſeu teneræ juniperi ſummitates purgent æque ac turiones ſambuci ulteriori experientiæ relinquitur. Fungus Juniperi qui Majo præſertim menſe muſci inſtar adnaſcitur, inſervit aquis ophthalmicis ſed raroeſt in uſu. Dicunt hunc fungum mollem, inſtar pultis flaveſcentem vitro inditum in liquorem ſolvi ophthalmicum non ſolum, ſed & membris paralyticis convenientem & omnem contracturam curantem. De Gummi vide infra ſub Sandaracha.

Baccæ juniperi, quas quidam Aroma Germanorum appellant, revera polychreſtæ ſunt, &, præter virtutes allegatas, alexipharmacæ, nervinæ, cephalicæ atque ophthalmicæ exiſtunt; in affectibus Hyſtericis, menſium obſtructione proſunt, proſunt & in ſcabie aliisque affectibus cutaneis. Lympham vitioſam corrigunt. Arillos baccarum in Lue Venerea commendant. In peſte morbisque contagioſis jejuno ventriculo deglutiuntur, æque ac ad calculum frangendum præcavendumque, præſertim ſi uſus continuetur. Sunt tamen qui dicunt: Baccas has, ſi interne nimis ſumantur, frequentius nocere & mictionem cruentam interdum ciere. Externe ſuffitus baccarum

rum, quo pauperes præſertim utuntur, deſtituti aliis ſuffumigiis, in catarrhis etiam prodeſt. Hodiernis temporibus haud infrequenter hæ baccæ vel leviter attritæ vel toſtæ inſtar Caffe aut Thée infunduntur vel decoquuntur, & ad ſupra dictos ſcopos adhibentur. In uſum diæteticum quoque cedunt tanquam egregium condimentum, cibis non ingratum conciliant ſaporem. Imprimis carnibus ferinis ſæpiſſime admiſcentur.

OFFICINÆ PLURA EX JUNIPERO ASSERVANT PRÆPARATA. PROSTANT VIDELICET SEQUENTIA.

Aqua Juniperi ex baccis, ſine prævia fermentatione deſtillata, Wachholder-Beer-Waſſer/ *Eau de bayes de Genevre.*

Oleum baccarum Juniperi, Wachholder-Beeren-Oel/ *Huile de bayes de Genevre.* Colicis & nephriticis utile eſt, urinam pellit & partes urinarias abſtergit. Ventriculum roborat, flatus diſcutit, obſtructiones viſcerum, imprimis hepatis reſerat, in ictero, hydrope prodeſt, ad menſes, ſecundinas & fœtum pellendum inſervit. Lumbricos necat, veneno etiam peſtilentiali reſiſtit, in febre quartana ſcorbuto, contracturis, pectoris affectibus, & neſcio quibus aliis, deprædicatur. Datur ad aliquot guttas. Externe ingreditur unguenta nervina & antiparalytica & vulneraria. Ad tumores & concretiones duras reſolvendos, ad ulcera manantia, fiſtuloſa imo cancroſa, ad perniones, ariduram, contracturam, paralyſin, ulcera cacoëthea imprimis Venerea, dolores arthriticos varios, deprædicatur.

Oleum Ligni Juniperini, Wachholderholtz-Oel/ *Huile de bois de Genevre.* Hoc uſui potiſſimum externo eſt deſtinatum, in affectibus nervinis, ulceribus dyſepuloticis, pernionibus, ſcabie aliisque ante dictis affectibus, imprimis in morbis à cauſa frigida, ut loquuntur, ortis.

Spiritus Juniperi per fermentationem ex baccis paratus, Wachholder-Spiritus *Eſprit de Genevre.* Remedium eſt ſtomachicum, aperiens & diureticum, à calculo quoque præſervare dicitur; in affectibus capitis partiumque nervoſarum conducit. Datur cochleatim. Externe in affectibus colicis, ventriculo frigido affectibusque renum prodeſt, in articulorum & partium nervoſarum doloribus, læſionibus & contuſionibus laudatur. Quod ſi ex baccis citra fermentationem, per Spiritus Vini ab iisdem abſtractionem paretur, uti hoc

fieri consuevit, longe gratior evadit, appellatur *Spiritus Vini Juniperinus*, Wachholder-Brandtenwein/ *Eau de Vie de Genevre.*

Roob Juniperi, Wachholder-Muß/ *Rob de bayes de Genevre.* Sudorem movet, alexipharmacum est & Rusticorum Theriaca; commendatur etiam in stomachi morbis & flatibus pellendis, ut & in urina & calculo eliminando. Hydropicis quoque ut & in cachexia serosa datur ad ʒij. ʒß. &c.

Elixyr Juniperinum sive *Malvaticum Juniperinum*, Wachholder-Elixyr/ *Elixyr de Genevre avec Malvoise.* Tuto ad aliquot drachmas, ad unciam dimidiam, sive ad cochleare unum ad aliquot dari potest pro scopo diuretico Lithontripticoque atque in hydrope, ubi multum conducit.

Sal Juniperi, Wachholder-Saltz/ *Sel de Genevre*, sive jam ex ligno, sarmentis, vel baccis incineratis paretur, unum enim idemque est; nec ab aliis salibus vegetabilium per incinerationem paratis, ratione virtutum, quicquam discrepat.

Tandem mentio quoque facienda tantopere decantati *Vini Juniperini*, Wachholder-Wein/ *Vin de Genevre*, quod paratur imprimis infundendo in vino bono baccas, quoad partem leniter contusas, quoad partem autem integras, vel solas, vel cum uvis generosis, addendo etiam pro lubitu passulas majores, corticesque Citri. Sunt qui baccas cum musto fermentare sinunt. Vinum hoc diureticum est, calculum exturbat, conducit in hydrope, mensium suppressione, stomachicum quoque est & pectorale. Eodem modo parari potest *Cerevisia Juniperina.*

BACCÆ LAURI.

Sunt Lauri vulgaris C. B. P. baccæ oblongæ, rotundæ, nigricantes, sub pellicula tenui includentes nucleum geminum nigricantem, saporis acris amaricantis aromatici oleosi, odoris non ingrati.

Blandum suum oleosum aromaticum ☉ fovent in ♌ crasso admodum, anodyno & hypnotico, virtute diuretica & Uterina conspirant cum baccis Juniperi, his tamen virtute carminativa & anodyna longe superiores sunt.

Hinc

Hinc ſpecifice prædicantur in Colica, Paralyſi, doloribus & Uteri vitiis, in febribus malignis ſingulare & blandum ſudoriferum conſtituunt, præcipue ſi camphora addatur. Externe applicatæ conveniunt in inflatione ventriculi, paralyſi, convulſione, ileo, iſchuria, doloribus poſt partum, colicis doloribus, item in enecandis pediculis, nam odorem non ferunt, in ſananda ſcabie & maculis faciei.

Cave ne nimia quantitate exhibeantur, quia ob ſui oleoſitatem facile Vomitum cauſant.

℞. Raſ. lign. ſaſſafr. ʒij. roriſmar. Mj. bacc. laur. ʒj coq. in ▽ & vino ad Paralyſin.

℞. Bez. min. gr. xv. ⊖ volatil. C. C. gr. v. vel vij bacc. laur. ℈ß. f. p. quietem concilians in doloribus.

℞. Flor. chamom. Mij. bacc. laur. ʒij. f. decoct. vaſe clauſo leni △e, adde colaturæ ♌ expr. bacc. laur ʒj. f. Clyſter in colica optimus.

℞. Bacc. laur. cort. aurant ana q. v. infunde vin. q. ſ. exprime fortiter, expreſſum exhibe in colica paſſione.

℞. Flor. ♃is, ♁ diaphoret. bacc. laur. ana ʒß. M. f. p. diaphoreticus de die uſurpandus in febribus malignis, addi poſſunt Camphoræ gr. vij.

℞. Bacc. laur. ℈j. borrac. gr. vj. cinam. ac. gr. xv. ♌ Mac. gt. ij. M. f. p. in menſium remora cum dolore.

℞. Flor. Cham. Mvj fol. Malv. Mij. flor. ſambuc. Mj. bacc. laur. ʒj. coq. c. ▽ cui inſideat iliacus.

℞. Olei bacc. laur. expr. ℈ß. (ſi pluſcula doſis exhibetur Vomitus ſequitur ob oleoſitatem, non tamen moleſtus vel noxius) ♌ ſpicæ. thereb. ana gt. v. ♌ ſuccin. gt. j. camph. g. j. ♌ N. M. expr. gr. v. M. f. Balſamum pro ji. vel iij. doſibus, ex Cereviſia calida exhibent, idem balſamum applica partibus convulſis, præcipue infantum externe.

℞. Olei

℞. Olei laurin. expr. ℥ß. Caſtor. ʒj. ♌ deſt. chamom. ♃ß. f. liniment. ad dolorem iliacum, colicum alioſve.

℞. Olei expr. bacc. laur ℥j. ung. Mart. ℥ij. & f. ung. quo inungatur regio pubis infantum & ſubito fluet Urina ſuppreſſa.

℞. Olei expr. bacc. laur. ℥ij. flor. ♃is. ʒij. ſacch. ♄ni. ʒj. Camph. ♃ij. f. liniment ad ſcabiem: addi poſſunt ☿ dulc. ʒij.

Elect. ex bacc. laur. ad ʒj. datur cum camph. gr. v. & ♎is vol. ſuccin. gr. xv. pro ij. vicibus, conſtituit bolum ſudoriferum, anodynum & carminativum.

℞. Olei d. bacc. laur. gt. iij. L. O. g. j. cran. human. ʒß. M. f. p. anodynus in colica ab acido.

CAR-

LAURUS à laude, quaſi laudea, ſeu Laurea, forſan dicta, quoniam coronæ ex Lauro laude dignis & victoribus olim imponebantur. Dicitur quoque Δάφνη, DAPHNE, à Daphne Penei Theſaliæ amnis filia, in arborem hanc, ut inſequentis Apollinis æſtus effugeret, mutata, ut fabulantur. Hinc etiam poſtea Apollini adamatam & ſacratam eſſe voluerunt, quapropter poëtæ coronis ex Lauro cinguntur. Loorbeer-Baum/ LAURIER.

Eſt arbor flore monopetalo, pelviformi, multifido, è cujus fundo ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum plerumque ovatum, ſeu baccam, cujus cortici ſubeſt teſta unicapſularis ſemine fœta ejuſdem pene formæ.

In uſu præſertim eſt

Laurus vulgaris C. B. Pin. 460. Laurus I. B. 1. 409. Laurus mas & fœmina Tabern. Icon. 950. Laurier franc.

Arbor eſt perpetui viroris. In Italia & Hiſpania ſponte provenit. Colitur etiam ornatus & utilitatis gratia in plurimis hortis. Florere dicitur in Regionibus calidioribus Martio & Aprili, fructus autumno matureſcunt, niſique decerpantur, tota hyeme in arbore hærent. In uſum cedunt arboris hujus folia, de quibus infra, &

& Baccæ. Menſes atque fœtum pellunt, hinc ſex vel ſeptem baccæ in partu difficili devorantur. Sunt, ait ETTMÜLLERUS, qui δοκιμασίαν inſtituunt pro cognoſcenda fœmina ſi habeat tumidum abdomen, an gravida ſit vel non; propinant enim hauſtum vini infuſum per diem & noctem ſuper quatuor vel quinque baccas, & dicunt, quod ſi vomat, ſit ſignum, quod ſit gravida, quod ſi vero non vomat, illam non eſſe gravidam perhibent. In peſte quoque laudantur vel ſolæ, vel cum granis juniperi. Renes abſtergunt & urinam cient.

OFFICINÆ ASSERVANT

Oleum Laurinum expreſſum, Loorboonen-öhl / *Huile de bayes de Laurier.* Rarefacit, aperit & emollit, convenit in affectibus uteri frigidis, in flatibus, ſpaſmo flatulento gravidarum, in colica, paralyſi, roborat nervos, reſolvit tumores, in ſcabie ſæpiſſime uſurpatur, & quidem in hoc ultimo morbo eſt remedium triviale, ſi ſcilicet purgato aliquoties corpore & præmiſſis diapnoicis ſanguinemque mundificantibus, ſulphur aut flores ſulphuris admiſceantur & externe corpori ſcabioſo illinatur, cujus tamen tutior uſus, ſi ſal tartari admiſceatur. Prodeſt quoque contra pediculos & furfures capitis, nec non maculas cutis.

Oleum baccarum Lauri deſtillatum, deſtillirtes Wachholder-öhl / *Huile de bayes de Laurier:* Diſcutit, flatus pellit, contra colicam & paſſionem hyſtericam prodeſt, ſpaſmo flatulento medetur, in paralyſi, in doloribus poſt partum pubi & pectini muliebri illitum, conducit quoque ad menſium ſuppreſſionem, dolores aurium ſiſtit & maculas cutis delet: Doſis guttæ tres, quatuor &c.

Electuarium de baccis Lauri, Loorbeeren-Lattwerg / *Electuaire de bayes de Laurier.* Carminativum eſt, diſcutit, colicæ flatulentæ, urinæ difficultati & paſſioni Hyſtericæ medetur, laudatur quoque ad menſes ciendos. Doſis eſt ad drachmam unam uſque; ſed vix amplius interne datur, potius autem Enematibus carminativis & laxantibus ad ʒj, & ultra admiſcetur.

Emplaſtrum de baccis Lauri, Loorbonen-Pflaſter / Loorbeer-Pflaſter / *Emplatre de bayes de Laurier.* Ventriculi, inteſtinorum, jecoris, renum, veſicæ, uteri & partium aliarum dolorem à flatibus aut à frigida, uti loquuntur, intemperie ortum, ſanat.

CARPOBALSAMUM.

Sunt Balſami Ægyptiaci Proſp. Alpini fructus oblongo rotundi, rugoſi, piſo minores, ſpadiceo fuſci in parvum aculeum deſinentes, includentes aliquando dum matureſcunt exiguam medullam balſamicam oleoſam albicantem, odoris grati, aliquando nullam medullam includunt, ſed putamen tenerum eſt incaſſum.

[Conf. Proſp. Alpin. dialog. de Balſamo cap. 6. p. m. 75.]

Naſcitur nullibi ſua ſponte, colitur in hortis magnatum, habet folia inſtar liguſtri. Conveniunt cum Balſamo Ægyptiaco, vel Opobalſamo, quod vid. ſuo loco. Vis conſiſtit in reſina liquida ſeu ſucco balſamico fructuum cavitati incluſo.

℞. Spec. diambr. ʒß. lign. aloës, carpobalſami ana ʒij. affund. ℥ roſar. ardent. q. ſ. f. eſſentia, ejus gt. xx. ex ſyr. chermes pro cardiaco exhiberi poſſunt.

Commendatur in India ad gonorrhœam ſiſtendam. ℞. Carpobalſ. ℈j. oſſ. ſep. rhab. toſt. ana ℈j M.

℞. Carpobalſ. ʒj. affund. ♎ Hyperic. ſuccin. Junip. vel Therebinth f. balſamum Vulnerarium internum & externum.

SEMI-

BALSAMUM, Βάλσαμον, ſunt qui hoc vocabulum Hebraicum eſſe volunt. Bal enim ſeu Baal Dominum ſignificat, Samen pinguedinem, oleum, unguentum, quaſi unguentorum Princeps ſeu Dominus. BALSAM Arabibus, Balſam-Baum.

ALPINI deſcriptio Arboris Balſamiferæ hæc eſt. Balſami planta ab antiquis Arabiæ Medicis Beloſſan vocata eſt arbuſculum, quod creſcit ad altitudinem Liguſtri vel Cytiſi, folia pauciſſima gerens rutæ

rutæ proxima, non tamen iis candidiora, ſed potius colore viridi ſubalbido perpetuoque virentia. Ejus lignum gummoſum leneque apparet, colore exterius ſubrubro, cujus ramuli eodem colore conſpicui ſunt, longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, foliaque ſimul terna, aut quina, aut ſeptena alæ adnata, aliquo pacto etiam Lentiſci foliorum æmula. Sunt ramuli odorati gummoſi, digitiſque contrectati eis tenaciter adhærentes, flores fert parvos albos, Acaciæ proximos, ternos ſingulis alis appenſos, quaſi in umbellæ forma, ſumme odoratos, à quibus ſemina promanant flava, folliculis nigris ſubrubeſcentibus contenta, valde odorata intuſque humorem flavum melli perſimilem habentia, ſapore ſubamaro parumque acri linguam ferientia, Opobalſamumque redolentia, Terebinthi fructuum figuræ & magnitudinis æmula, extreme aculeata & medium craſſum obtinentia. Cum celeberrimus hic vir ipſam Ægyptum inviſiverit plantamque ipſam non ſolum conſpexerit, ſed & ipſe aluerit, inſuperque hæc deſcriptio cum aliorum BELLONII, LOBELII, DAPPERI, relationibus concordet, aut ſaltem non multum diſcrepet, illam apponere è re eſſe judicavi.

De loco Natali quoque inter ſe authores certarunt, aliis in ſola Iudæa illam proveniſſe, adeoque nunc periiſſe aſſerentibus, aliis vero cum ſupra memorato ALPINO atque BELLONIO Arabiam felicem Balſami locum patrium ſemper fuiſſe, ac nunquam Ægyptum ac Judæam Balſami terram patriam aſſerentibus, cum, JOSEPHO teſtante, Saba Regina primum ex Arabia Balſami plantam in Judæam dono Salomoni Regi tulerit, ex qua poſtea aliæ propagatæ fuerunt. De Balſamo Ægypti eadem dicenda ſunt, cum eam plantam ibi in viridario prope locum el Mattharia vocato ſumma diligentia perpetuo cuſtoditam vixiſſe, omnium Ægyptiorum relatione liquido conſtet: quod omnes antiqui ac juniores ſcriptores fatentur, minimeque in alio Ægypti loco inculto unquam vivere inventam fuiſſe, nonque ſemel ibi periiſſe atque ex Arabia, rurſum aſportatam, inſertam ac renovatam fuiſſe, omnes Cayrini affirmant. Imprimis autem prope urbem Meccha & Medina in monte arenoſo provenit, ubi quidem multum ligni & fructuum ſuppeditat, parum autem Balſami. Quod cum vidiſſent Arabes, in loca fertiliora pinguioraque tranſplantarunt, ubi majorem copiam ob-

tinent. Ex hac arbore in uſum Medicum veniunt Lignum, fructus & Lachryma. Lignum vocatur XYLOBALSAMUM, Balſam Holtz/ BOIS DE BAUME, & quod ex dictis locis traſmittitur exiguis tantum conſtat ramuſculis fragilibus rectis, nodis inæqualibus obſitis, cortice exteriore facile rubeſcente, interiori vireſcente, cui ſubjacet lignum ſubcandicans & medulloſum, quod fractum odorem gratum emittit ad Opobalſami odorem accedentem. Plures ingreditur compoſitiones, imprimis Trochiſcos Hedychroi in Theriaca. Subſtituitur autem Lignum Aloes aut Santalum Citrinum, aut juxta quoſdam Lignum Lentiſcinum. CARPOBALSAMUM ſive fructus Balſami vix etiam uſurpatur, niſi quod in Theriacam recipiatur, ejus loco aſſumuntur Cubebæ.

SEMINA DAUCI.

Sunt vel Cretici vel vulgaris. Cretici ſunt Dauci foliis fœniculi tenuiſſimis C. B. P. ſemina oblonga, incana, ſuperiori in parte acutiora, villis reſtricta, ſaporis acris aromatici grati, odoris debilis.

Vulgaris ſunt paſtinacæ tenuifoliæ ſylv. Dioſc. ſeu Dauci officinarum C. B. P. ſemina compreſſa, cinerea, Dauco Cretico breviora, latiora, circa marginem utrinque villo obſita, ſaporis dauco cretico debilioris, odoris fragrantis.

Utriuſque Dauci ſemina ob ⊖ blandum ♌ſum carminativum conveniunt in calculo, nephritide, menſium ſuppreſſione, doloribus poſt partum ut & in ſtranguria.

℞. Sem. Dauci ʒij. infunde in vino albo & exhibe hyſtericæ.

℞. Bacc. Junip. laur. ſem. Dauc. ana ʒij. coq. in Cereviſia, ad nephritidem.

℞. Fol. ribes. nigr. Mj. ſem. dauc. ʒß. coq. ex vino rubro contra ſtranguriam.

[Singulariter contra calculum commendat ſemen dauci

ci Helmont. de Lithiasi c. 1. §. 19. p. m. 14. it. cap. 7. §. 14. p. m. 39. it. cap. 8. §. 23. p. 48.]

SEMEN

Δάυκος κρητικὸς, DAUCUS CANDIANUS, Candischer oder Cretischer Vogelnest / Mohren-Kümmel / à TOURNEFORTIO ad Myrrhidem refertur,

Est enim plantæ genus flore rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis constante inæqualibus in orbem positis & calyci insidentibus, is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum rostri avium æmulis, striatis, hinc gibbis, inde vero planis. Est itaque

Myrrhis annua semine striato villoso incana Moris Umb. 67. Daucus foliis fœniculi tenuissimis C. B. Pin. 150. Daucus Creticus semine hirsuto I. B. 3. 2. 56. Daucus Creticus Tabern. Icon. 75.

In Insula Creta sive Candia sponte nascitur, colitur etiam in hortis. Solum semen est in usu.

DAUCUS VULGARIS, DAUCUS GERMANICUS, PASTINACA SYLVESTRIS.

Δάυκος ἄγριος, σταφύλινος ἄγριος, Wilde Pastinach / Wilde Pasteney / Wild-Vogelnest / Wilde-Möhren. PANAIS, CAROTE SAUVAGE, CHYROUIS.

Est planta flore rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis constante cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis & calyci insidentibus. Is autem abit in fructum subrotundum, ex duobus seminibus compositum, villis ciliorum æmulis instructum & cinctum.

Daucus vulgaris Clus. Hist. CXCVIII. Pastinaca tenuifolia, Sylvestris Dioscoridis vel Daucus Officinarum C. B. Pin. 151. Pastinaca sylvestris sive Staphylinus græcorum I. B. 3 part. 2. 62.

In pascuis & agris Junio floret. In umbellæ medio floseulus purpura rubet, qui ad epilepsiam commendatur. Sunt qui radicibus vescuntur. Alias solum semen in usum cedit & inter quatuor calida minora recensetur. Conducunt etiam hæc semina ad passionem

Hyſtericam. Semen Dauci Cretici tanquam alexipharmacum in Theriacam, Mithridatium aliaſque compoſitiones recipitur.

SEMEN SESELIOS ET SILERIS.

Sunt Liguſtici, quod Seſeli officinarum C. B. P. ſemina oblonga, ſtriata, ex viridi ſpadicea, notata per marginem fimbria exigua folioſa, ſaporis acris amaricantis aromatici, quaſi ex corticibus aurantiorum & cumino mixti.

Vulgaris ſunt ſeſelios pratenſis C. B. P. ſemina oblonga ſtriata, fœniculo proxima.

Utraque cum Dauci ſemine conſpirant, ſed virtutis ſunt remiſſioris, interim in diſcutiendis flatibus & menſibus commendantur.

℞. Sem. ſeſel. dauci. ſiler. ana ʒiij. flav. Cort. aurant. Citr. ana ℥j. infund vino ſeu ▽ gramin. ⊖e geniſtæ imprægnatæ f. infuſum diureticum.

SEMEN

σέσελι, SILER MONTANUM, LIGUSTICUM, quia in Liguria reperiebatur, Seßel / Silermontan / Sermontan / Roß-Kümm SESELI, SEMONTAINE.

Eſt planta flore roſaceo & umbellato, pluribus ſcilicet petalis conſtante in orbem poſitis, & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum compoſitum ex duobus ſeminibus oblongis, hinc gibbis & ſulcatis cum liris veluti foliaceis, inde vero planis.

Liguſticum quod Seſeli Officinarum C. B. Pin. 162. Seſeli ſive Siler montanum vulgare I. B. 3. p. 2. 168. Siler montanum Dod. Pempt. 310. In Liguria, montibus Auſtriacis &c. ſponte provenit, litur etiam in hortis Junio florens.

Seſeli pratenſe, juxta TOURNEFORTIUM pertinet ad Angelicam, & vocatur

Angelica pratenſis apii folio Tourn. I. R. H. cl. 7. S. 2. g. 7. Seſeli pratenſe Silaus forte Plinio C. B. Pin. 162. Silaum quibuſdam flore luteolo I. B. 3. p. 2. 170. Siler alterum pratenſe Dod. Pempt.

Pempt. 310. Wilder-Roß-Fenchel. In pratis & nonnullis humidis locis provenit florens Junio. Utraque planta semen suppeditat, ultimæ tamen semen vix usurpatur. In usum potius trahitur.

SESELI MASSILIENSE seu MASSILIOTICUM, Maßlischer-Seßel / quod ad fœniculum pertinet & dicitur

Fœniculum tortuosum I. B. 3. part. 2. 16. Seseli Massilienſe fœniculi folio quod Dioscoridis censetur C. B. Pin. 161. Seseli Massilienſe folio fœniculi crassiore Lob. Icon 785.

In Gallia Narbonensi & Provincia circa Massiliam, ut & in provinciis vicinis juxta vias nascitur, & in locis incultis, tum planitiebus, tum montibus; floret circa æstatis finem. Colligitur semen circa festum omnium sanctorum, succi plenum, colore ex viridi pallescens. Depressum est quodammodo hoc semen angulosum & oblongum, admodum acre & aromaticum, non multum recedens à figura fœniculi sylvestris, uti CHARAS loquitur. Semen hoc calefacit, aperit & attenuat, in affectibus pectoris, asthmate, tussi, defluxionibus catarrhalibus convenit. Carminativum quoque est atque in calculo & nephritide laudatur, menses fœtumque pellit. Remedium quoque est cephalicum & Alexipharmacum, Cicutæ antidotum. Ingreditur Theriacam &c.

SEMEN PETROSELINI.

Sunt apii hortensis Petroselini vulgo C. B. P. Semina parva, oblonga, striata, atrovirentia, saporis acris. Symbolizant cum radice propria, sed sunt præstantiora.

℞. Sem. petrosel. ʒß. cape ex decocto propriæ radicis vel affunde ▽ gramin. ∈e geniſt. imprægn. & pone in digest.

Peterſilien-Samen / Alexipharmacum censetur, ebrietatem remorari & arcere fertur.

SEMEN APII.

Sunt Apii paluſtris & Apii officinarum C. B. P. semina parva striata ex fusco spadicea. Con-

Convenit cum ſemine petroſelini & propria radice, qua tamen potentius eſt, præcipue in educendo calculo & Urina, commendatur una cum radice in Uteri affectibus.

℞. Sem. apii ʒß. ⊖ vol. C. C gr. v. cape ex ▽ chelid. maj. vel chærefol. contra calculum vel icterum.

Refertur inter ſemina quatuor carminativa minora.

SEMEN RUTÆ.

Sunt rutæ hortenſis latifoliæ C. B. P. ſemina parva, recurva, ſemilunata, coloris modo glauci, modo nigricantis, ſaporis ingrati, odoris gravis. In capſulis ſeminalibus omnis vis, ex illis enim plus olei extrahitur quam ex integris ſeminibus & caulibus rutæ.

De rutæ inſigni virtute quæ in ſeminali capſula concentrata v. cap. de herb. rutæ. Semen commendatur inprimis ad lumbricos, gonorrhœam & extinguendum ſemen ob nimiam ſui ſiccitatem.

℞. Sem rut. lin. tanacet. ana ℈j. f. p. ad lumbricos add. ♆ dulc. ℈ß.

Semen hoc drachmæ pondere aſſumptum medetur ſingultui a flatibus orto.

SEMEN TANACETI.

Sunt Tanaceti vulgaris lutei C. B. P. cum ſemine rutæ & ſantonici conſpirant, ſunt vero quoad amaritiem remiſſiora, quoad acredinem aromaticam vero intenſiora, flatus egregie diſcutiunt. Cum ſantonico ex ▽ graminis dantur

tur verminantibus pueris & cum ▽ artemisiæ contra Uteri obstructiones.

℞. Sem. tanacet. santon. ana ℈j. ☿ dulc. ℈ß. f. p. contra lumbricos, vel cum conserv. ℔. persic. ad ʒj. f. bolus.

℞. Sem. tanacet. ʒß. castor. gr. xv. f. p. exhibendus ex syr. artemis. ʒiij. ▽ artemis. ℥iij. contra Uteri obstructiones.

SALE AROMATICO BLANDO CONFORTANTE CONSTANTIA.

GRANA KERMES.

Sunt ilicis aculeatæ cocciglandiferæ C. B. P. Grana excrementitia rotunda, pisi magnitudine, rubicunda, ejusdem foliis adnata, dum recentia plena vermiculis & succo sanguineo, fatiscente in annosis in substantiam raram fungosam concolorem, saporis subacris subamaricantis, odoris non ingrati. Arbor fert glandes in calicibus, floret ut quercus nostrates, sunt igitur hæc grana ut gallæ quercuum excrementa, in trunco & ramis ejus majoribus excrescentia. Adsperguntur aceto, hinc intereunt vermiculi, solent vero illico hæc grana una cum vermibus in syrupum coqui & ad nos deferri ex agro Monspelienſi.

Sale aromatico blando Spiritus augente & confortante constant, unde decantatissima sunt in syncope, lypothymia, palpitatione cordis, Melancholia, præcavendo abortu, confortanda memoria, in singultu. Horum vis consistit in interiore pulpa seu in vermiculis inclusis.

℞. Gran. Kerm. ʒß. cap. ex ▽ borag. c. syr. borrag. ad præcavendum abortum.

℞. Ambr. gryf. ℈j. gran. Kerm. ʒij. affund. ♌ Meliss. q.

ſ. ad diſſolvendam ambram. ſacch. cand. q. ſ. f. p. doſ. à ϑj. ad ʒß. ad præcavendum abortum ab Uteri debilitate.

℞ Gran. Kerm. ʒß flaved Cort. Citr. ʒß. –u Cortic. Citr. q. ſ. f. infuſ vel Eſſent. doſ. cochl. ß. pro doſi.

℞ Eſſent gran. Kerm. cum –u Meliſſ. fact. ʒiiij. extr. lign aloës. ʒß. ſyr. flor tunic. vel cinam. ʒv. M. f. mixtura ad confortandam memoriam.

℞. Conf. alkerm. ʒß. L. O g. j. conſ. flor. borrag. ʒj. M. f. bolus confortans & hypnoticus.

℞. Gran. Kerm. ϑj. Corall. r. præpar. ʒß. conf alk. ſin. moſch. ʒß. cape ex ovo ſorbili ad præcavendum arbortum.

VAI-

ILEX COCCIFERA, Scharlachbaum/ Kermesbaum/ Ferbſörnerbaum/ DUR CHENE à AIGUILLONS.

Eſt arbor flore amentaceo, plurimis nempe ſtaminibus conſtante, ſurgentibus è calyce infundibuliformi tenuique capillamento affixo. Glandes autem naſcuntur in eadem arbore à floribus ſeparatæ, cupula munitæ, & nucleo fœtæ in duas partes fiſſili. Addantur folia denticulata quidem, ſed longe minus ſinuoſa quam folia quercus.

Ilex aculeata cocciglandifera C. B. Pin. 425. Coccus infectoria, Lob. Icon. 153. Ilex coccigera I. B. 1 106.

In regionibus calidioribus provenit. In Gallia Narbonenſi Languedocia, Provincia, Hiſpania, Portugallia, ubertim reperitur. In hac jam arbuſcula reperiuntur GRANA KERMES, CHERMES, GRANA TINCTORIA, GRANA INFECTORIA, COCCI BAPHICÆ, QUISQUILIA, COCCUM INFECTORIUM, Kermeßbeeren/ Kermeſinbeeren/ Scharlachbeeren/ Scharlachgrän/ KERMES, GRAINE D'ECARLATTE.

Videntur nihil aliud eſſe, verba ſunt ETTMÜLLERI, quam ovula vermiculorum circa Ilicis folia præſertim depoſita, quæ ſucco ex planta iſto loco exeſa exſudante involuta, hinc membrana vegetabili cincta granum Chermes conſtituunt. In ovo hoc ſucceſive exclu-

excluduntur vermiculi, nutriuntur ſucco contento tandemque in muſcas transformantur, id quod etiam exinde confirmatur, quod, dum ſiccatur Kermes, tanta vermiculorum culicumque fere imperceptibilium copia erumpat, ut tota interna ſubſtantia in talia jnſecta converſa eſſe videatur, remanente ſola pellicula. Quem in finem aſperguntur aceto. Matureſcunt Majo & Junio, & tunc ex iis exprimitur *Succus Kermes*. Magna autem quantitas exſiccatur pro uſu præſertim Tinctorio. Colorem videlicet conciliat Chermeſinum, atque Scarlatinum. Quare etiam pulpam granorum abſque pellicula exſiccant, quam Galli *Paſtel d'Ecarlatte* appellant. Cum virtute quoque adſtrictoria gaudeant, in ſtomachi debilitate, diarrhœa, dyſenteria, Hæmoptyſi aliiſque fluxibus commendantur.

ASSERVATUR IN OFFICINIS

Succus Granorum Chermes, Roher Scharlachbeer-Safft / *Suc de Chermes*. Inſervit potiſſimum ut exinde paretur

Syrupus Chermes, Scharlachbeer-Syrup / *Syrop de Kermes*. Vires cordiales & alexipharmacas obtinet, abortum quoque præcavet, in hæmorrhagiis conducit. Datur ad unciam unam ſemis uſque.

Confectio Alkermes, Alkermes, *Confection d'Alkermes*, quæ proſtat *completa* & *incompleta*, mit und ohne Bieſam und Ambra / *complete* & *incomplete*. Virtutes adſcribuntur cordiales & omnium viſcerum confortativæ atque lætificantes & aphrodiſiacæ. Doſis ad ℈j. ʒj. &c. Quidam illam ſuſpectam habent ob apidem Lazuli, qui tamen metus videtur eſſe ſupervacaneus, quamvis à Lapide Lazuli non magnæ poſſint expectari virtutes. Quidam vero tanti æſtimant, ut ſcribere auſi fuerint, illam mortuos rurſus loqui facere; aſt ne quid nimis. Externe cordi & pulſibus applicatur imprimis in variolis & morbillis, præſertim cum fruſto panni Scarlatini.

Trochiſci de confectione Alkermes, Alkermes-Täffelein / *Trochiſques* ou *Tablettes d'Alkermes*. Cordiales ſunt atque Cephalici, anhelitus quoque ſuavitatem conciliant.

VAINIGLIA.

Planta eſt convolvulacea ſcandens. Fructus ſunt inſtar vaginæ, habent ſubdulcem, ſubacrem aromaticam ſubſtantiam, in qua grana minutiſſima, odoris dum recentes gratiſſimi. Vid. Franc Hernandez.

Salem blandum aromaticum & confortantem in ſua mucaginoſa ſubſtantia fovet, virtute granis Kermes reſpondet, ſed potentius eſt & ſimul menſes & Urinam pellit, confortat memoriam & ſpiritus auget.

Datur ejus ſubſtantia, ingreditur chocolatam tanquam roborans.

℞. Vainigl. ʒj. infund. ▽ gramin. ferventiſſ. f. infuſ. ad ciendas Urinas.

℞. Vainigl. ʒß. conf. alkerm. ϑj. ambr. gryſ. gr. iij. in ♌ cardam. ſolut. add. ſyr. cinam. q. ſ. ad confortandam memoriam, addi poteſt conſerva florum tunicæ.

SEMEN

Hunc fructum ferens planta folia plantaginis ſed pinguiora & longiora obtinens, flores vero nigros, à RAJO ita denominatur.

Volubilis ſiliquoſa Mexicana foliis plantagineis Raj. Hiſt. pl. 1330. Aracus Aromaticus Tlilxochitl ſeu flos niger Mexicanus dictus Hernand. 38. Vaynillas Hiſpanis à vaginarum ſimilitudine Piſo mant. Arom. 200.

Siliquæ hujus plantæ ſemipedem fere longæ, dimidium circiter digitum craſſæ, utrinque acuminatæ, coloris obſcuri, vocantur VANILIÆ, VANILLÆ, BAINILLÆ, Vanillen / Vanillen / VANILLE.

SEMEN CORIANDRI.

Sunt Coriandri majoris C. B. P. ſemina rotunda, ſtriata,

ta, ex cinereo fuſca, includentia ſub cortice tenui medullam ſubfſcuam duriuſculam, in medio quaſi diſſepimentis diſtincta, ſaporis ſubdulcis ſubacris, odoris aromatici.

Ratione ⊖is blandi aromatici, & nonnihil oleoſi temperati, laudatur tanquam carminativum & ſtomachicum ſingulare, tollit quoque cruditates acidas Ventriculi, & inde enatos ructus, flatus, unde in præcavenda vertigine & apoplexia ex vitio ventriculi orta laudatur. Externe in flatulentis herniis laudatur.

Vulgo commendatur coriandrum, quod maceratum in aceto, ſed præſtat leviter exſiccatum, non maceratum. [Dum recens eſt habet odorem gravem, viroſum, caput tentantem, qui tamen per exſiccationem & progreſſu temporis evaneſcit.]

℞. Sem. coriandr. aniſ. fœnicul. ana ℥ß. Cinam. ac. ℥j. Mac. ʒij. flav. Cort. Citr. ʒij. pan. biſcoct. ℥iiij. ſacchar. q. v. f. p apoplecticus, poſt paſtum capiendus, addi poteſt aliquid ambræ & moſchi.

℞. Sem. Coriandr. ℥ß. ſem. cumin. aniſ. ana ʒij. ○ crud. ʒß. Vin. & aq. ℔j. coq. & applica decoct. hern. flatulentæ, addi poteſt ſem. naſturt. q. ſ.

SEMEN

Κορίαννον, κόριον, à cimicibus, quos κόρεις appellant, folia namque & caules cimices redolere videntur, Coriander/ Coliander/ CORIANDRE.

Eſt planta flore roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis inæqualibus & cordiformibus conſtante, quandoque æqualibus, in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum, nunc ſemiſphæricis, nunc ſphæricis.

Coriandrum majus C. B. Pin. 158. Coriandrum Lob. Iconu 705. & I. B. 3. p. 2. 89. Colitur

Colitur in hortis & agris, floret Majo & Junio, Julio ſemen matureſcit, quod in uſu præcipue eſt.

Falſum eſt, Coriandrum eſſe venenatum. Oris fœtorem emendat & in vomitu multum valet. Antaphrodiſiacum quoque eſſe dicitur. Torrefactum contra diarrhœam atque dyſenteriam laudatur. Commendatur quoque in peſte. Sumitur à paſtu, nt vapores, ſicuti vulgus ait, ad caput aſcendentes reprimantur. Menſes movere dicitur. Singulare quoque remedium eſſe ad quartanam EPHEM. N. C. aſſerunt.

Coriandri ſemina & pro bellariis offeruntur ſaccharo obducta, & ſine ſaccharo aliis nonnunquam ferculis tanquam condimentum adduntur.

PROSTAT *Aqua Coriandri*, Coriander-Waſſer / *Eau de Coriandre*, ſed rariſſimi eſt uſus.

SEMEN NIGELLÆ.

Sunt nigellæ flore ſimplici minore candido C. B. P. ſemina anguloſa, nigra, ſaporis ſubacris.

Ob blandum ⊖ aromaticum valde debile ♌ craſſo incluſum, commendatur in Catarrhis & coryza tum interne, tum externe, ſi naribus admoveatur, ſeu oleo ejus expreſſo nares inungantur.

Foreſtus commendat ſemen ad menſes provocandos, præſcribitur tam crudum, quam toſtum, ut & ♌ expreſſum.

℞. Sem. nigell. ʒij. ♌ majoran. gt. iij. vel iiij. f. p. naribus admovendus in coryza.

℞. Sem. nigell. ʒij. fol. majoran. p. iij. ♌ majoran. gt. ij. ſuccin. aniſ. ana gt. j. f. nodulus contra coryzam, addi poteſt aliquid ambræ & moſchi ut & ſtyrac. calamit.

SEMINA

NIGELLA, quaſi NIGRELLA, à Semine nigro. Μελάνθιον, MELANTHIUM,

LANTHIUM, CUMINUM NIGRUM, Schwartzer Coriander/ Römiſcher Kümmich / Nardenkrauth / Schabab. NIELLE.

Eſt planta flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, & corolla donato, inter petala & ſtamina collocata, quam efformant corpora quædam corniformia. Ex floris meditullio ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum membranaceum, ſubrotundum vel oblongum, ſuperne multicornem, multicapſularem, ſeminibuſque fœtum.

Ex pluribus Nigellæ ſpeciebus in uſum præprimis venit

Nigella flore minore ſimplici candido C. B. Pin. 145. Melanthium calyce & flore minore ſemine nigro & luteo I. B. 3. 208. Melanthium Dod Pempt. 303. Colitur in hortis & agris, floret Julio & Auguſto. Semen ſolummodo in uſum venit, quod recens præſertim odorem aliqualiter aromaticum ſpirat.

Incidit, aperit, attenuat, Urinam & menſes ciet. In affectibus pulmonum à pituita craſſa viſcida præſertim ortis conducit. In lumbricis necandis laudatur. Lac auget, in febribus quartanis & quotidianis ſpecificum eſſe fertur. Imprimis autem adverſus morſus animalium rabidorum & inde ortam Hydrophobiam per aliquot dies ad ʒv. aſſumptum deprædicatur. Externe vel in ſuffitu, vel in ſacculis, vel etiam in cucuphis adhibetur. Radix nigellæ maſticata hæmorrhagiam narium ſiſtere dicitur.

SEMINA SALIBUS ACRIBUS FIXIS CONSTANTIA.

SEMEN SOPHIÆ CHIRURGORUM.

Sunt Naſturtii Sylveſtris tenuiſſime diviſi C. B. P. ſemina minuta ſubrubentia, ſaporis acris fervidi ad naſturtium accedentis.

Ratione ⊖is acris & fixi acidum dyſentericum infringunt, Urinam & calculum pellunt, externe ulcera ſordida mundant, eorumque acidum corroſivum infringunt.

℔. Sem.

℞. Sem. ſoph. ʒj. conſerv. roſ. r. ʒiß. L. O. gr. j. ℥ N. M. expr. gr. xv. f. bolus in Dyſenteria.

℞. Sem. ſoph. ʒß. cap. ex ▽ Petroſel. vel gram. vel chæref. ad pellendum calculum & Urinam.

℞. Sem. ſoph. perfoliat. ana ℈j. M. f. p. exhibendus ex decocto ſymphyti in herniis à nimia humiditate ortis.

SEMEN

SISYMBRIUM ABSINTHII FOLIO, ABSINTHIUM SERYPHIUM, ACCIPITRINA TENUIFOLIA, Wellſamen/ Wurmſamen/ Habichskrauth.

Eſt Siſymbrii ſpecies, planta videlicet flore cruciformi, quatuor petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum, ſeu ſiliquam ſepto intermedio, cui valvæ utrinque adhæreſcunt, in duo loculamenta diviſam, ſeminibuſque fœtam utplurimum ſubrotundis. Addenda facies propria totius plantæ.

Siſymbrium annuum Abſinthii minoris folio Tourn. I. R. H. cl. 5. S. 4. g. 8. Naſturtium Sylveſtre tenuiſſime diviſum C. B. Pin. 105. Seriphium Germanicum ſive Sophia quibuſdam I. B. 2. 886. Sophia Chirurgorum Lob. Ic. 738.

In locis incultis, ruderatis, lapidoſis ac arenoſis exit, à Junio in autumnum florens, & ſimul ſemen perficiens.

Non ſemen tantummodo, ſed & herba atque flores quandoque in uſum trahuntur. Traumatica eſt planta, adſtringens atque anthelmintica.

SEMEN THLASPI.

Sunt Thlaſpi arvenſis Vaccariæ incano folio C. B. P. ſemina parva, oblonga, rufa, ſaporis acris & fervidi, reſpondent ſeminibus ſophiæ ſed potentiora & acriora ſunt. Propterea in rumpendis abſceſſibus internis, in pellenda Urina & menſibus uſurpantur. Cavendum vero ne facile

gravidis

gravidis exhibeantur quia Uterum nimis commovent & abortum cauſantur. Externe ulceribus inſperſa, ea mundificant & abſtergunt.

℞. Sem. Thlaſp. ʒß. vel ℈ij. Theriac. q. ſ. f. bolus ad rumpendos abceſſus.

℞. Sem. Thlaſp. ʒß. cap. ex ▽ Puleg. vel Cinam. vel artemiſ. ad pellendos menſes & Urinam.

SEMEN

Θλάσπι à θλάω premo, quod fructum habeat planum & quaſi compreſſum, NASTURTIUM TECTORUM, SINAPI RUSTICUM, Bauren-Senff / Bauren-Kreß. MOUTARDE ou SENEVE SAUVAGE.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum ſubrotundum, planum, ora plerumque foliacea & ſuprema fiſſum: in duo loculamenta diviſum ſepto intermedio, reſpectu valvarum, ad perpendiculum oblique poſito, ſeminibus fœtum utplurimum planis. Addenda folia indiviſa.

Thlaſpi vulgatius I. B. 2. 921. Thlaſpi arvenſe Vaccariæ incano folio majus C. B. Pin. 106. Thlaſpi alterum Dod. Pempt. 712. Naſcitur in locis incultis, ſaxoſis, apricis parietibus ac tectis, floret Majo, matureſcit Junio.

Præter virtutes allegatas vim quoque ptarmicam obtinet.

SEMEN NASTURTII.

Sunt Naſturtii hortenſis C. B. P. ſemina parva, oblonga, ſublutea, aliquantum compreſſa, in cacumen pallidum deſinentia, ſaporis acris amaricantis.

Horum ⊖ acre penetrantius ſubtilius & ſpirituoſius quam in ſemine Thlaſpi, reſpondent cochleariæ virtute, qua tamen paulo debiliora ſunt. Singulari quadam proprietate conveniunt in herniis tam interne, quam externe.

℞. Sem. Naſturt. ʒj. cape ex vino rubro adſtringente ſingulis diebus. ℞. Sem naſturt. album. ovi q. ſ. f. maſſa applicanda parti hernioſæ. Vel ℞. Sem. Naſturt gumm. Carann. ſagapen. M. c. album. ovi applica parti.

Variolas provocat, urinam ciet, lumbricos necat, venerem ſtimulat. Externe in apophlegmatiſmis, errhinis, phœnigmis uſu venit. Furfures ac fœdam ſcabiem capitis aliarumque partium ſanat tritum, aut frixum cum axungia porcina illitum.

SEMEN SAXIFRAGIÆ.

Sunt pimpinellæ ſaxifragæ majoris C. B. P. conveniunt cum radice, quo recentiora eo præſtantiora ſunt.

Semen hoc TRAGUS putat eſſe Semen Petroſelini Macedonici Dioſcoridis, unde quidam illud huic ſubſtituunt, raro tamen in uſum cedit.

SEMINA SALE VOLATILI ACRI CUM OLEO CRASSO CONSTANTIA.

SEMEN SINAPI.

Sunt ſinapi rapi folio C. B. P. ſemina rufa, rotunda, parva, ſaporis acris fervidi.

Ratione ſui ſalis acris, acida, fixa, terrea craſſa ♀ea mucaginoſa incidunt, attenuant, exterminant, hinc cibis craſſis, fumo induratis, ſub ſpecie embammatis tanquam appropriatum condimentum adduntur. In malo Hypochondriaco, inflationibus ventriculi, obſtructionibus lienis aliiſque morbis ab acido pendentibus tam interne quam externe

terne conveniunt. Huc ſpectant cachexia, ſcorbutus, affectus ſoporoſi. Venerem quoque ſtimulant, diureſin promovent. Externe ſub forma ſinapiſmi applicantur cuti, ad rubefaciendum, ad excitandas puſtulas.

Oleum expreſſum externe applicatur in Paralyſi & affectibus frigidis.

℞. Sem. ſinap. maſticetur leviter & volvatur ſub lingua, ad præcavendum ſcorbutum.

℞. Sem. ſinap. ʒvj. cardamom. ʒj. caric. ping. n. vj. vel vij. ⏑ Cochlear. q. ſ. f. Elect. contra Apoplexiam.

℞. Sem. ſinap. ʒij. ſucci paſtinac. ʒij. ℥ ovor. formicar. ʒj. f. ung. quo glans inungitur ad tollendam impotentiam. Interne ℞. Elect. diaſatyr. ʒij. ſem. ſinap. ʒß. f. bolus.

℞. Sem. ſinap. p. j. bacc. junip. p. ij. infund. ⏑ vin. camphorat. vel ⏑ C. C. ſuccinat. q. ſ. applica membro paralytico.

SE-

Σίνηπι, quod olfactum oculos lædat, νήπι, Senff / Moutarde.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam ſepto intermedio, (cui valvæ utrinque adhæreſcunt,) in duo loculamenta diviſam, ſeminibus fœtam utplurimum ſubrotundis, & in cornu quoddam fungoſum ſimili ſemine prægnans plerumque deſinentem. Jungatur ſapor acris & fervidus Sinapi proprius.

Sequentes ſpecies in uſu.

Sinapi Rapi folio C. B. Pin. 99. Sinapi ſiliqua latiuſcula glabra ſemine rufo, ſive vulgare I. B. 2. 855. Sinapi ſativum prius Dod. Pempt. 706. &

Sinapi album ſiliqua hirſuta ſemine albo & rufo I. B. 2. 856. Sinapi Apii folio C. B. Pin. 99. & Sinapi hortenſe ſemine albo ejuſdem. Sinapi ſativum alterum Dod. Pempt. 707.

Colitur in agris, floret Majo & Junio, Julio & Auguſto ſemen matureſcit, quod frequentius eſt in re cibaria, quam in Medicatione.

Vulgaris illa compoſitio, verba ſunt Sebizii, fit ex farina ſeminis ſinapi, Vino & aceto. Hodie etiam paratur cum muſto cocto ſeu ſapa. Excitat appetitum, calefacit ſtomachum & concoctionem juvat.

SEMEN NAPI.

Sunt Napi ſativæ C. B. P. ſemina parva, rotunda, ſubrufa, ſaporis acris amaricantis.

Remiſſiore ſunt acredine, quam ſemen ſinapi, interne in Variolis & Morbillis pellendis commendantur, de cætero cum ſinapi conveniunt.

℞. Sem. nap aquileg. Card. B. ana ʒß. ▽ fœnic. f. chærefol. q. ſ. f Emulſ. ad Variolas & Morbillos, ſtimuli loco add. ⊖ volatil. C. C. gr. vij. ad ℈ß.

℞. Sem. nap. ſinap eruc. raphan. ana q. v. affund. ℥ vin. Camph f. epithema antiparalyticum. ♎ expreſſum convenit cum ♎ ſinapi.

Hoc ♎ in Paralyſi poſt dolores colicos & iſchiaticos feliciter ſæpe uſus eſt Hermannus. ℞. ♎ Napi, eruc. ſinap. oleris atri. raphan. ana ℥ß, camph. ʒiij. f. liniment.

SE-

Bunias à tumente figura, radix namque ejus in amplitudinem excreſcit & in rotundum extuberat. Steckrüben / Stickrüben / Stickelrüben / Navet.

Eſt planta flore cruciformi quatuor ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum ſeu ſiliquam, ſepto intermedio, cui valvæ utrinque adhæreſcunt, in duo loculamenta diviſam, ſeminibus fœtam utplurimum ſubrotundis, & in cornu

cornu quoddam fungoſum conſimili ſemine prægnans plerumque deſinentem. Radix eſt carnoſa tuberoſaque, cui addatur facies plantæ propria.

Napus ſativa radice alba C. B. Pin. 95. Napus I. B. 2. 842. & Dod. Pempt. 674. Seritur in agris, floret à vere in æſtatem.

Radices ad cibos aſſumuntur. Semen abſtergit, attenuat, viſcerum obſtructiones reſerat. Alexipharmacum quoque eſt.

SEMEN OLERIS ATRI.

Sunt braſſicæ fimbriatæ C. B. P. ſemina rotunda, glabra, nigricantia, ſaporis acris aromatici, odoris grati ſed debilis.

Convenit cum ſeminibus napi.

BRASSICA FIMBRIATA, Kraußer-Köhl / CHOU CRESPE.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam teretem, longam, cylindraceam, ſepto intermedio, cui valvæ imbricatæ utrinque adhæreſcunt, in duo loculamenta diviſam, ſeminibuſque fœtam ſubrotundis.

Braſſica Fimbriata C. B Pin. 112. Braſſica Criſpa lacinioſa I. B. 2. 832. Braſſica Tophoſa Tabern. Icon. 401.

SEMEN RAPHANI.

Sunt Raphani majoris orbicularis vel rotundi C. B. P. ſemina rotunda, rutila, parva, ſaporis acris.

Serum craſſum incidunt, & ad Urinam deponunt, adeoque cum Napo conveniunt.

℞. Sem. raphan. ʒj. ∇ chærefol. q. ſ. f. Emulſ. diuretica, quæ ſimul incidit mucum primarum viarum.

℞. Sem raphan. cape ex proprio ſucco radicis, addito tantillo ⊖is communis, pro diuretico & calculo pellendo.

℞ Sem raphan. ℥ij. coq. ex ▽ f. apozema diureticum.

SE-

Ῥάφανος, παρὰ τὸ ῥαδίως φύεσθαι, ſatus namque mature admodum pullulat. RADIX, RADICULA vocatur, quod cæteris radicibus uſu ſit frequentior, & palato gratior, vel quod cæteras radices veſcas magnitudine ſuperet, aut ſaltem paucis admodum magnitudine cedat. Rettich / RAIFORT.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam corniformen, craſſam, ſpongioſam, duobus ſeminum ſubrotundorum ordinibus fœtam, mediaſtino tenui diſcretis. Colitur in hortis & agris. Sicuti diverſis temporibus ſeritur, ita & diverſis floret. Sequentes ſpecies potiſſimum ſunt uſuales.

Raphanus major orbicularis vel rotundus C. B. Pin. 96. Raphanus ſive radicula ſativa Dod. Pempt. 676.

Raphanus niger C. B. Pin, 96. & Lob Icon. 202. &

Raphanus minor oblongus C. B. Pin 96. Raphanus I. B. 2. 846. Radicula ſativa minor Dod. Pempt. 676.

Radix editur, ut SEBIZIUS loquitur, crudus cum ſale aut ſecatur in orbiculos & ſale, aceto, oleo & quandoque etiam pipere conditur. Alimentum præbet pauciſſimum, idque vitioſum, ægre concoquitur, flatus creat, ructus parit olidos, caput replet & gravitatem eidem inducit, menſes & Urinam evocat, arenulas renum exturbat, aperiendo, incidendo, attenuando, lienoſis prodeſt.

Succus radicis, item cortex vomitum quandoque movet. Succus etiam hic aſthmaticis utilis ut & decoctum, laudatur etiam contra inveteratam tuſſim. Virtus quoque alexipharmaca adſcribitur. Externe apponitur plantis pedum & cervici in capitis doloribus & febribus.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua raphani, Rettich-Waßer / *Eau de Raifort.*

SE-

SEMINA SALE FIXO AMARO CONSTANTIA.

SEMEN FUMARIÆ.

Sunt ſemina rotunda, parva, ex nigro viridantia, ſaporis amari ingrati. Ob ⊖ fixum cum paucis volatilibus laudantur in depurando ſanguine ubi acido viſcoſa, ſcorbutica, ictericia & ſcabioſa diſpoſitione laborat, potentior tamen eſt herba integra, quam vide.

℞. Sem. fumar. ʒß. exhibe ex ▽ chelid maj. contra acidas Cachexias.

℞. Sem. fumar. Naſturt. ſoph. ana ϑj. f. p. diaphoretic. contra ſcabiem & malum hypochondriacum.

℞. Sem. fumar. ʒß. croc. or. gr. vij. Camphor. gr. iij. cape ex conſerv. borrag. ſ. fumar. ſ. hyperic. contra malum hypochondriacum.

Rarius in uſum trahitur. A quibuſdam ad alvi fluxus diuturnos celebratur.

SEMEN CINÆ.

Semen Cinæ vel Zinæ, Santonici, Zedoariæ, ſanctum, it. ſem. lumbricorum.

Sunt Abſynthii ſantonici Alexandrini C. B. P. ſemina parva, oblonga, quaſi ex ſquamoſis funiculis compacta, flaveſcentia, ſaporis acris amari, odoris graviuſculi.

Vermibus unice ſunt dicata, tum quod vermes horum amaritiem ferre neſciant, tum quod horum ⊖ia fixa putridum acidumve vermium nidum deſtruant.

℞. Sem.

℞. Sem. Cinæ ʒij. Mannæ ℥ij. ſolv. in ▽ gramin. cape contra vermes add. ☿ dulc gr. vij. pro qualibet doſi, addito ſaccharo f. rotulæ ſ morſuli.

℞. Sem. cin. tanacet. ana ℈j. ☿ dulc. gr. vij. M. f. p. contra vermes, exhibendus ex decocto radicis filicis, polypod.

℞. Summit abſynth. ſem. tanacet. Cinæ. ana q. v. f. c. ſ-u vini extractum, cujus inſpiſſati cape ℈j. add. ☿ dulc. gr. vij fac. pilulas ☉o foliat. involvendas contra lumbricos & vermes.

SE-

SEMEN CONTRA VERMES, SEMEN CONTRA, SEMENZINA, SEMENTINA, Wurm-Saamen / Zittwer-Saamen. POUDRE à VERS, SEMENCE CONTRE LES VERS, SEMENCINE, BARBOTINE, XANTOLINE.

De planta hoc ſemen generante nondum certo conſtat.

Semen, quod ex Perſia atque *Ægypto* adfertur, virtute quoque gaudet ſtomachica & emmenagoga.

Datur ad ſcrupulum unum ad drachmam.

PROSTAT

Confectio ſeminis Cinæ ſeu *Santonici*; überzuckerter Wurm-Saamen / *Confection de Semence contra*, quæ admodum uſualis.

SEMEN CARDUI BENEDICTI.

Sunt Cnici Sylveſtris hirſutioris ſive Cardui Benedicti C. B P. ſemina oblonga craſſiuſcula, ſtriata, ex fuſco ſublutea, ſaporis inſigniter amari.

Salia fixa includunt in mucagine tenui, hinc blandos movent ſudores & Urinas, relinquuntque in receſſu vim anodynam, & propterea in pleuritide, peripnevmonia, variolis & morbillis commendantur. ℞. Sem.

℞. Sem. Card. B. Card. Mar. bardan. pap. alb. ana ʒij. ▽ flor. pap. rhœad. q. s. f. Emuls. cum qua cape mandib. luc. pisc. l. dent. apri. l. ♁ diaph. ℈j. contra pleuritidem.

℞. Sem. Card. B. ʒij. ▽ Cent. min. q. s. f. Emuls. add. ⊖ prunell. ℈j. exhibe contra febres intermittentes hora ante paroxysmum. add. tinct. Castor. s. Myrrh. s. ⊖ volat. C. C. exhibe contra Variolas & Morbillos.

Semen Carduibenedicti obstructiones viscerum, imprimis jecoris reserare fertur. Alias raro in usum trahitur.

SEMEN CARDUI MARIÆ.

Sunt Cardui albis maculis notati vulgaris C. B. P. cum Cardui Benedicti seminibus omnino conveniunt, verum ad fluorem album commendantur specifice.

℞. Sem. Card. Mar. ʒij. exhibe ex vino sassafr. s. ex ▽ fœnicul. contra fluorem album.

SE-

CARDUUS MARIANUS, CARDUUS LEUCOGRAPHUS, CARDUUS LACTEUS, CARDUUS LACTARIUS, CARDUUS LACTEIS MACULIS NOTATUS, SPINA ALBA HORTENSIS, SILYBUM, Marien-Distel/ Margen-Distel/ Frauen-Distel / Vehe-Distel / Silberne-Distel. CHARDON DE NOTRE DAME, CHARDON ARGENTIN, ARTICHAUT SAUVAGE.

Est planta flore flosculoso, plurimis scilicet flosculis constante multifidis, embryoni insidentibus & calyce squamato aculeatoque comprehensis. Embryo abit in semen pappis instructum.

Carduus albis maculis notatus vulgaris C. B. Pin. 381. Carduus Marianus sive lacteis maculis notatus I. B. 3. 52. Carduus Leucographus Dod. Pempt. 722.

In hortis provenit, non raro & secus vias locis incultis: floret á Junio in Augustum usque, altero à quo enatus est anno: interea & semen maturitatem assequitur, quo maturo perit, & ex semine deciduo repullulascit.

Ex hac planta semen præprimis, hinc herba & raro radix in usum trahitur. Pleuritidi dicata est planta ob signaturam. Herba quoque in fluore albo, ictero & hydrope aliisque hepatis affectibus commendatur. Succus herbæ ad ulcera cancrosa laudatur. Radix ad Hæmoptysin & ad dolores dentium prodest. Dosis seminis est ad ʒj.

PROSTAT

Aqua Cardui Mariæ ex planta tenella, Marien oder Frauen-Distel-Waßer / *Eau de Chardon Marie*, coincidit cum aqua Cardui Benedicti, & in pectoris affectibus, præsertim pleuriticis, multum deprædicatur.

SEMEN BARDANÆ

Sunt Lappæ majoris. Arcii Dioscoridis C. B. P. semina oblonga, striata, fusca, crassiuscula, saporis subamari, subacris, odoris nullius, habent partes mucilaginosas includentes salem alcalinum. Radici respondent in omnibus.

℞. Sem. bardan. ʒij. violar. ʒj. Xanthii ʒß. f. Emuls. ex ▽ gramin. ad calculum.

℞. Sem. bardan. ʒij. Card. B. ʒj. f. Emuls. ex ▽ chærefol. cum qua exhibe ♎ ⊖ ✳ci. ℈j. contra hecticam & phthisin.

℞. Semin. bardan. violar. ana ʒij. f. ex aqu. gramin. petros. Emulsio diuretica.

SE-

Semen hoc insigne venditatur esse diureticum, ita ut radici etiam à quibusdam præferatur. Exhibetur vel in substantia, vel in infuso in vino albo. Dosis ad ʒß. ʒj. & ultra.

SE-

SEMEN URTICÆ.

Sunt urticæ vulgaris urentis maximæ C. B. P. ſemina parva, compreſſa, lubrica, ſpadicea, lævia, ſaporis ſubacris & tenuis.

Romanæ ſunt urticæ urentis pilulas ferentis 1. Dioſc. ſemine lini C. B. P. ſemina pene orbicularia, compreſſa, lubrica, lævia, ex ſpadiceo nigricantia, ſaporis ſubacris, pinguis, cum quadam tenuitate.

Majoris, minoris & Romanæ gaudent ℈e diuretico ℥ſa quaſi mucagine temperato, unde non tantum in affectibus renum & veſicæ, ſed etiam in phthiſi, tuſſi, dum materiam peccantem ad Urinaria vaſa deducunt, proſunt. Laudantur ſpecifice in qualibet interna hæmorrhagia, nempe hæmoptyſi, vomitu ſanguinis, mictu cruento, fluxu hæmorrhoidum.

℞. Sem. urtic. teſt. ovor. N. M. toſt. f. p. ad dyſuriam, omiſſa N. M. pellit quoque Urinam, capiendus ex ſucco urticæ.

℞. Sem. urtic. ʒij. Carthami. ʒj. ▽ Hyſſop. q. ſ. f Emulſ. contra tuſſim, addi quoque poteſt tantillum ſyrupi papav. l. violar.

℞. Sem. urtic. ʒj. cape ex ſucco proprio ſeu decocto ad quamvis hæmorrhagiam.

℞. Veron. Mij. heder. terr. Mj. rad. helen. ℥ß. ir. florent. ʒiij. coq. in ▽ addito hydromell. ℞. Hujus decoct. q. v. fac cum ſemine Carthami & urticæ Emulſ. contra tuſſim.

SE-

URTICA ab urendo, quod pruritum & puſtulas excitet. κνίδη παρὰ κνίζειν à pruriendo, ἀκαλύφη, Neßel / Brenneßel / ORTIE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus calyci inſidentibus conſtante & ſterili: Embryones enim iis ſpeciebus urticæ innaſci ſolent, quæ flore carent, abeuntque deinde vel in capſulam bivalvem ſemine fœtam, in globulos quandoque congeſtam, vel abeunt in volſellam qua comprehenditur ſemen. Species ſequentes uſuales ſunt.

Urtica urens maxima C. B. Pin. 232. Urtica vulgaris major I. B. 3. 445. Urtica urens altera Dod. Pempt. 151. Große Brenneßel / große gemeine Neßel / Brandneßel / Donnerneßel / GRANDE ORTIE.

Urtica urens minor C. B. Pin. 232. Urtica minor annua I. B. 3. 446. Urtica urens minima Dod. Pempt. 152. Kleine Brenneßel / Heiterneßel / Haberneßel / PETITE ORTIE.

Urtica urens pilulas ferens 1. Dioſcoridis ſemine Lini C. B. Pin. 232. Urtica Romana ſive mas cum globulis I. B. 3. 445. Urtica urens prior Dod. Pempt. 151. Römiſche Neßel / Welſche Neßel / Spaniſcher Majoran. ORTIE ROMAINE.

Duæ priores paſſim, locis præſertim arenoſis, ad ſepes & margines hortorum ac muros, item in ſylvis, quandoque in hortis odioſo reptatu creſcunt, vigent æſtate, ſemen Julio & Auguſto matureſcit. Ultima in hortis colitur.

Hanc plantam manus contrectantium acriter percellere & quaſi adurere, res in vulgus notiſſima eſt, unde autem talis vis prodeat, non conſentiunt. Quidam ad ſal cauſticum provocant in urtica latitans, alii hanc herbam non urere, ſed aculeis ſuis pungere volunt. In univerſa enim herba, imprimis in foliis, microſcopii ope obſervantur acuformes imo & triſcupides adeoque horridiſſimæ ſpinæ, quibus tota urticæ ſuperficies abunde obſita eſt, unde aculeis ſuis evidenter pungit, & ex dolorifica hac compunctione poſtmodum ſuboritur læſæ cutis ardor. Malunt tamen alii ad ſuccum quendam corroſivum propterea confugere, quoniam HOCKIUS in micrographia, in urticæ folio obſervavit, Spiculis acutiſſimis illud eſſe coopertum, cujus baſis, quæ ex Sacculo aut veſica flexibilis ſubſtantiæ conſtat, & figuram fere cucumeris ſylveſtris refert, liquorem acrem & venenoſum habeat incluſum, cuſpidem autem ex ſubſtantia conſtare duriſſima & validiſſima, inque medio foramen habere aliquod, ex quo liquor ille venenoſus in partem læſam ſe inſinuet, & dolorem ibi

ibi excitet. Id quod facillime obſervare licet per accuratum aliquod microſcopium, ſiquidem extremitas illorum ſpiculorum contra baſin prematur digito. Tunc enim per illos aculeos pellucidos manifeſto aſcendere & deſcendere apparebit liquor. His autem non obſtantibus melius videntur facere ii, qui urticæ urendi vim cum BAUHINO aliiſque, imprimis LANGIO, in Diſſert. de morbillis, ſpiculis acutiſſimis in planta iſta occurrentibus aſſerunt. His namque flacceſcentibus aut tritura fractis & conquaſſatis, pungendi vis adimitur, ſicque tuto ad compeſcendas narium hæmorrhagias adhibentur. Succus præterea ille, linguam ſi judicem admittamus, ab imputata acredinis culpa immunis omnino deprehenditur, lenemque potius aliqualem adſtringendi, non corrodendi facultatem obtinet. In ſpiculis autem dictis, inquit idem LANGIUS, licet microſcopiorum ope cavitas revera occurrat, ſuccum tamen in eis, qui quidem in baſi eorum veſicæ in modum ampliata ſtagnat, reperire non potui, uti neque foramen illud extremitati innatum microſcopia mea, licet alioquin non contemnenda, detegere valuerunt, à melioribus forte manifeſtandum.

In uſum Medicum veniunt urticæ maximæ radix, ſemen & folia, Minoris herba & Romanæ ſemen.

Radix urticæ ad ʒj. vel ʒij. ad calculi præſervationem atque ad icterum laudatur. Cum vino cocta ad tuſſes, dyſpnœas & uvulæ affectus commendatur, in ſcabie quoque conducit, decoctumque ejus odontalgiam ſedat. Radix in hæmorrhagiis naribus immittitur, aut in manu detinetur. Radices urticæ majoris, ſi copioſius coquuntur, annotante HOFFMANNO in SCHROEDERUM, rei immiſſæ luteum colorem conciliant, quas & vulgus in ovis colore imbuendis adhibet, veluti eadem purpureo tingit colore per radices ſalicis rotundifoliæ. Turiones urticæ in brodio carnium cum ſale, butyro ac pipere coquuntur & comeduntur.

Folia ventrem molliunt, flatus diſcutiunt, calculum & arenulas expellunt, quem in finem etiam infuſum turionum Thei forme celebratur, reſerant obſtructiones lienis & hepatis, conducunt in ſuppreſſione menſium, in arthritide vaga & contractione nervorum, tum externe, tum interne. Foliis recentibus percutiuntur membra paralytica & aridura laborantia. Paralyticis certe urticationem cum CELSO multi ſuadent Medici.

Frigida quoque genitalia à laſcivis per ejuſmodi urticationem excitantur, teſtantibus id EPHEM. NAT. CUR. BARTHOLINO de USU FLAGRORUM &c.

Dolores ab urticis excitati mitigantur foliis Sambuci tritis & appoſitis, alii loca affecta terra fricant, alii inungunt oleum. Succus Urticæ interne & externe in fluxibus, hæmorrhagiis, ut & in fluore albo prodeſt naribuque attrahitur: folia quoque contuſa fronti, collo, aut plantis pedum applicantur, naribus quoque induntur. Decoctum urticæ ad tineam, ulcera ſerpentia & ſphacelum commendatur. In ulceribus ani & pudendorum quoque celebratur urtica. In ſemine vim aphrodiſiacam, antihyſtericam, & alexipharmacam latitare tradunt, unde in variolis & morbillis prodeſſe & Hyoſcyamo, cicutæ, fungis venenatis atque morſibus animalium rabidorum reſiſtere fertur. Semen porro in infuſo quoque Theeformi uſurpatur. Nimio uſu urtica Hecticam inducit & lente interficit juxta SCHYRONIUM.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua urticæ, Neßel-Waßer / *Eau d'Ortie*, quæ pectoralis eſt, antipleuritica & diuretica, & *Conſerva Urticæ*, Neßel-Zucker / *conſerve d'Ortie*.

SEMINA CONSTANTIA SALE BLANDO DIURETICO.

SEMEN ALKEKENGI SEU HALICACABI.

Sunt Solani veſicarii C. B. P. baccæ rotundæ, ceraſi magnitudine, incluſæ folliculo folioſo, per maturitatem rubente, continentes ſub pellicula tenui pulpam flaveſcentem, in qua ſemina compreſſa, orbicularia, rugoſa, ſaporis ſubacris, ſubamari, odoris nullius evidentis. [Fructus hi dulcacidi ſolo contactu digitorum leviſſimo amareſcunt. conf. G. H. Welſch. obſ. Med. Phyſ. Hecatoſt. 1. O. 9. p. 10.]

Fructuum

Fructuum horum virtus contra icterum, ſanguinem congrumatum, arthritidem, ſtranguriam, Urinæque remoram conſiſtit in ☉e diuretico, qui materiam morbificam per vaſa Urinaria excludit. Fumus ſeminum ore exceptus mire prolicit vermiculos ex cavo dentis. Datur eorum ſubſtantia, trochiſci, ▽ deſtillata cum corticibus Citri laudatur ab Ettmullero. [Cum cort. Citri præbet ▽am Nephriticam ab Hœfero in Hercule Medico l. 3. p. m. 167. deſcriptam & laudatam.]

℞ Sem. alkek. ʒj exhib. in ⌒u vel vino Junip.

℞. Sem. alk. ʒß. cape ex ▽ chel. maj. contra icterum.

℞. Ocul. ♋. ſem. alkek. ana ϑj. ſperm. Cet. ϑß. ☉ vol. C. C. gr. v. f. p. cap. ex ▽ chæref. ad diſſolvendum ſanguinem congrumatum.

℞. Fruct. alk. q. v. Infund. ⌒u Junip. facto per ferment. f. eſſentia diuretica, quæ ſi exhibeatur cum Tinct. Caſtorei valet, ſi Urina ſuppreſſa à cauſa quadam Paralytica.

[De virtute diuretica baccarum alkekengi ſeq. hiſtoriam habet Arnold de Villanova in libro de vinis his verbis: Fuit tempore meo Cardinalis quidam, qui jam per quatriduum Urinæ abnegationem paſſus eſt, & ut dicitur, deſperatus, nullis aliis proficientibus Medicinis, qui de conſilio parvi Medici per potum vini alkekengi liberatus eſt, & ſoluta eſt Urina in quantitate, ut impleretur quaſi concha una. Ex eo ſolo experimento Medicus ille cum parva ſcientia & pauper, factus eſt magnus & dives & multis quidem Deus dat gratiam & affert utilitates & contra, & totum eſt, quia judicia Dei abyſſus multa.]

SE-

Ἀλικάκαβον, φύσαλις, HALICACABUM, SOLANUM VESICARIUM, VESICARIA, CERASA JUDÆORUM, Judeu-

den-Kirſchen / Juden-Hüttlein / Schlutten / Blaſen-Kirſchen / Boberellen / COQUERET, BAGUENAUDES.

Eſt planta flore monopetalo rotato & multifido, ex cujus calyce campaniformi ſurgit piſtillum, quod abit in fructum mollem Ceraſiformem, ſeminibus fœtum utplurimum planis & involutum folliculo quodam membranaceo, qui aliud nihil eſt, quam calyx longe ampliatus.

Alkekengi Officinarum Tourn. I. R. H. cl. 2. S. 7. g. 3. Solanum veſicarium C. B. Pin. 166. Solanum Halicacabum vulgare I. B. 3. 609. Solanum veſicarium Dod. Pempt. 454.

Locis umbroſis aliquantulum humentibus provenit, Majo, Junio & Julio floret, autumno fructus matureſcit.

Baccæ in uſu tantum, refrigerant, aperiunt, calculum imminuunt, virtute quoque anodyna gaudent.

IN OFFICINIS ASSERVATUR

Aqua Alkekengi, deſtillata ex baccis, Judenkirſchen-Waßer / *Eau de Coqueret* ou *Alkekenge*, quam Ludovici languentem nominat.

SEMEN GENISTÆ.

Sunt geniſtæ anguloſæ & ſcopariæ C. B. P. ſemina reniforma, compreſſa, fuſca, ſaporis ex dulci amaricantis nauſeoſi & ingrati, dum annoſa farinacei.

In ſubſtantia farinacea latet ⊖ diureticum, quod per incinerationem copioſum elicitur, unde in movenda Urina uſurpatur.

Semina recentia quippiam ſapiunt nauſeoſi, unde quoque horum infuſum ex ▽ fervente factum blandos Vomitus movet, ob quos in arthritide prædicantur. Cæterum quoque alvum nonnunquam movent, ſi cum hydromel. dantur.

⊖ geniſt. gr. vij. ſemi geniſt. ʒß. f. p. diureticus, exhiben-

exhibendus ex ▽ chærefol. vel ſi alvus ſit adſtricta, ex emulſione Carthami.

℞. Sem. geniſt. ʒj. cap. c. hydrom. ad movendam alvum & Urinam, in ſpecie ſi adſit hydrops, icterus & tumor lienis.

℞. Sem. geniſt. cont. ℥ß. vel. ʒvj. infund. ▽ fervent. q. ſ. cape infuſum tepidum ad provocandum Vomitum.

Aliàs flores geniſtæ nondum expanſi eadem ratione ut cappares condiuntur, & a Nephriticis condimenti loco cum fructu uſurpantur.]

SE-

GENISTA à Genu dicta, vel quod geniculata ſit, vel quod inſtar genu flecti queat, vel quod genubus dolentibus medelam afferat, SPARTIUM SCOPARIUM, CAPPARIS GERMANICA, Genſt/ Genſter/ Ginſt/ Pfrimmenkrauth/ Pfrimmen/Reihkrauth/ GENET commun.

A TOURNEFORTIO Geniſta de qua hic ſermo, à Geniſta & Cytiſo diſtinguitur, quod foliis partim ſit ſingularibus, partim ternis, florem habet papilionaceum, cujus piſtillum abit in ſiliquam planam, in duas partes dehiſcentem, ſeminibus fœtam quaſi reniformibus.

Cytiſo Geniſta Scoparia vulgaris flore luteo, Tourn. I. R. H. cl. 22. S. 2. g. 3. Geniſta anguloſa & ſcoparia C. B. Pin. 395. Geniſta anguloſa trifolia I. B. 1. 388. Geniſta Dod. Pempt. 761.

Geniſta vulgaris eſt notitiæ, incultis agris campiſque, in ſylvis & juxta ſylvas locis arenoſis, nec non quibuſdam montanis arbuſtis gignitur. Floret vere & æſtate.

In uſum ex hac planta trahuntur imprimis flores lutei & ſemen. Flores, ſi in decocto propinentur, per inferiora purgant. Si in ſubſtantia, vomitum cient. Vires obtinent ſpleneticas, hepaticas atque diureticas & nephriticas; in ictero, hydrope, quartana, arthritide atque ſcorbuto laudantur. Scrophulas quoque curant tum

externe, tum interne. Succus ex virgis geniſtæ in aqua maceratis expreſſus in angina & coxendicum dolore prodeſt.

Lixivium cinerum Geniſtæ in hydrope quam maxime commendatur, pediculos quoque & Lendes necat. Succus geniſtæ ulcera gingivarum ſanare dicitur. Oleum florum obſtructionibus Lienis mederi creditur Arthriticis quoque affectibus medetur. Geniſta viridi fugantur erucæ, ſi arbores ea involvantur. Apes multum floribus hiſce delectantur. Semina commendantur ad eryſipelas ut & ad hæmorrhagias ſiſtendas. Sunt, qui cum ROSENKREUZERO in cineribus geniſtæ verum ſtannum fuiſſe repertum aſſerunt. ETTMÜLLERUS autem vanum hoc eſſe & vel caſu ſtannum ſimul commiſtum, vel totam hiſtoriam commentum eſſe pronunciat. Semen Scrophulis quoque medetur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Conſerva florum Geniſtæ, Pfrimmen-Zucker / *Conſerve de Genet.* Lienoſis, Hydropicis, cachecticis, nephriticis, ictericis, arthriticis utilis, per vomitum, alvum & urinam educit.

Sal Geniſtæ, Pfrimmen-Saltz / *Sel de Genet*, tanquam ſecretum à quibuſdam in hydrope commendatur, ſed præ aliis ſalibus fixis vegetabilium peculiare nil obtinet.

SEMEN MILII SOLIS.

Sunt Lithoſpermi erecti majoris C. B. P. ſemina rotunda, glabra, lævia, ſplendentia, cinerea, duriſſima, ſaporis farinacei, odoris nullius.

Subſtantia horum in omnibus fere cum oculis ♋ convenit, hinc in urina & calculo expellendo exhibentur. Freitag. [in auror. Medic.] ſuo experimento laudat in movendo partu, it in gonorrhœa ſiſtenda.

℞. Sem. mil. ſol. ʒj ⊖ geniſt. ℈j. f. p. diureticus, vel adde lap. prunell. ʒß. Datur cum Rhabarbaro & moſcho in ſanguine congrumato.

℞. Sem. mil. Solis ʒij. exhibe cum lacte ad promovendum partum.

℞. Sem.

℞. Sem. mil. sol. ʒiß. pulv. ling. cervin. ſ. phillitidis. ʒß. ſuccin præpar ϑij. M. f. p. exhib. ʒj. ſingulis diebus contra gonorrhœam.

Λιθόσπερμον, LITHOSPERMUM à ſeminis duritie, Meerhirſe/ Steinſaamen/ Steinhirß/ Perlhirſe/ Perlen-Krauth/ GREMIL, HERBE AUX PERLES.

Eſt planta flore monopetalo infundibuliformi multifido, ex cujus calyce ad baſin uſque ſecto ſurgit piſtillum quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina ſubrotunda, dura, expolita, nitida, in calyce longe ampliato matureſcentia.

Lithoſpermum majus erectum C. B. Pin. 258. Lithoſpermum ſive Milium Solis I. B. 3. 590. Lithoſpermum minus Dod. Pempt. 83.

Creſcit in hortis & inter fruges incultum, floret Majo &c.

Semen cujus doſis eſt ad ʒj. &c. in febre quotidiana ante paroxyſmum aſſumptum laudatur. Ex herba ut & ſemine ſemicupia parantur in affectibus renum & veſicæ utilia. Folia Lithoſpermi analyſi chymica nullum ſal volatile concretum, ſed ſpiritum urinoſum fortem, multum olei atque terræ ſuppeditant. Semina quoque tota quanta alcalina Sal volatile concretum cum multo oleo atque terra exhibent.

SEMEN RUSCI.

Sunt Ruſci C. B. P. baccæ rotundæ, aſparagi baccis majores, rubentes, includentes ſub pellicula tenui modo unum, modo binos acinos duriſſimos, fulvos, ſaporis ſubdulcis.

Conveniunt cum radice, quam vide.

Ad excreſcentiam in ductu Urinario tollendam.

℞. Rad. ruſc. ʒß. ſem. ruſc. ʒij. f. decoctum.

SE-

Semen Ruſci vix in uſum trahitur, niſi in ſic dicta Benedicta laxativa.

SEMEN ASPARAGI.

Sunt Aſparagi ſativæ C. B. P baccæ rotundæ, rubræ, piſi magnitudine, includentes tres acinos nigros corneæ duritiei, ſaporis ſubacris, & ſubdulcis, odoris nullius. Convenit cum radice.

℞. Sem aſpar. ruſc. alkek. mil. ſol. ana ℈j. ♁ geniſt. ℈ß. l. lap. prunell. gr. xv. f. p. diureticus, exhib. ex ▽ chærefolii.

Rariſſime in uſum trahitur ſemen aſparagi.

SEMEN COFFEE.

Eſt Euonymo ſimilis Ægyptiaca, fructu baccis lauri ſimili C. B. P. ſponte naſcuntur arbores in Perſia, Arabia felici, ad magnitudinem tiliæ. Sunt igitur hujus nuclei pallidi, faba paulo minores, altera parte convexi, altera plani, inſigni ſulco notati, bini, ſibi invicem cohærentes, tecti folliculo membranaceo tenui, ex fuſco nigricante.

Coffee crudum more leguminum in farinacea ſubſtantia fovet ♁ fixum diureticum, quod in uſtulato paululum extricatur, ut à ſuperfuſa ▽ fervente reſorberi vel imbibi poſſit, hinc ſolum uſtulatum Coffee uſurpatur in infuſo ▽æ ferventiſſimæ.

Sale quidem conſtat diuretico, ſed admodum blando & nonnihil volatili & temperato, unde viſcida diſſolvit, & ad Urinam diſponit, ſuppreſſos torpidoſque ſpiritus ſuſcitat, & alacres ad obeunda munera reddit. Conducere videtur potius obeſis & craſſis, pituitoſis, vel phlegmaticis, quam biliofis & macilentis, & quorum ſpiritus inquieti & nimis agiles. In

In Perſia uſtulantur cortices ſeu tegumenta granorum. Singulis diebus grana Coffee cremant pro uſu, procraſtinare non ſinunt, optimum eſt infuſum, quod ex recenter uſtulatis granis eſt confectum. Cortices raro ad nos transferuntur, aliàs eorum infuſum multo præſtantius.

SE-

CAFFE', CAVE', Caffe/ Kaffe-Bohnen/ du CAFFE', ou COFFE'.

Arbor qui fructum hunc fert, juxta ALPINUM, Evonymo ſimilis eſt, foliis craſſioribus, durioribus, viridioribus perpetuoque virentibus, juxta Dn. FOUR autem, qui TRACTATUM DE COFFE' in lucem dedit, Ceraſos noſtrates minores proxime refert tum ramis & foliis, tum magnitudine. Flores ejus floribus jasmini non abſimiles eſſe quidam cum TOURNEFORTIO tradunt. Sequentibus hæc arbor ab authoribus inſignitur appellationibus.

Caffé vel Coffée Offic. Evonymo ſimilis Ægyptiaca fructu baccis Lauri ſimile C. B. Pin. 428. Bon vel Ban arbor I. B. I. 422. Coffée frutex ex cujus fructu fit potus Raji. Hiſt. 1691. Buna ex qua in Alexandria potio fit Cluſ. in Garz. Bon vel Ban ex cujus ſemine Ægyptii potum Coava conficiunt Alp. de plant. Ægypt. cap. 16.

Ex his nucleis toſtis, ut loquitur RAJUS, in pulverem redactis & aqua decoctis tum Arabes, tum Ægyptii quin & Turcæ (addantur etiam Perſæ, aliique Orientales populi) omnes per vaſtum illud imperium potionem parant, Coava ſeu Coffée dictum colore nigrum, non tamen, ut vult RAUWOLFFIUS, atramenti inſtar nigerrimum, quem pitiſſando ſorbillant ex teſtis & porcellanis, quam poſſunt calidiſſimum, ſive, ut VESLINGIUS inquit, otii ſui oblectamentum, ſive bonæ valetudinis firmamentum quærant. Venditurque hic potus in publicis tabernis, quarum aliquot mille eodem teſte in una urbe Cayro habentur. Hujus decocti, quod COFFEE', CAFFE', CAFE', CAHUE, CAVET, COPHE', COVE, COVA ELLAVE appellatur; uſus non permanſit apud populos Orientales, ſed

ſuperiore ſeculo in Europam tranſiit, ubi ſimilis luxuries per omnes ſe expandit regiones, ita, ut non ſolummodo maxima thermopoliorum, in quibus potus cafe divenditur, reperiatur copia, ſed & in omnibus fere familiis ſæpiſſime uſurpetur.

Modum torrendi grana & exinde parandi decoctum quod concernit, ille adeo in vulgus notus eſt, ut ei recenſendo merito ſupersedere poſſimus. Fuere, qui pulverem cafe toſti adulterarunt pane toſto modice aduſto, aut phaſeolis fabisque &c. torrefactis. Hic potus non pleno hauſtu, aut continua ſerie bibitur, ſed ſorbillatur, ſeu minutatim paulatimque ſorbetur. Edulcoratur ſaccharo vel etiam absque eo aſſumitur. Haud pauci Lac addunt, qua ratione potus café medicamentoſus evadit quoque alimentoſus. Hodie præſertim in Belgio, Anglia, Germania, in congregationibus & congreſſibus amicorum thermopoſia Cafe & Thé multum viget. Sunt, qui ſorbitioni matutinæ cibum aliquem præmittendum eſſe ſuadent, fundantes ſe in pronuntiato Turcarum ſanitati ſuæ conſulentium, hincque dicentium, ſi nulla eſca ſuppetat, quæ ſorbitioni præmittatur aut conjungatur, globum veſtiarium ex toga deglutiendum aut à potu abſtinendum eſſe. Et certe multos à potu café jejuno ſtomacho ſumpto, & uſu ejus continuato, male ſe habuiſſe emaciatosque fuiſſe conſtat.

Novi ipſe quendam, qui ab uno aut altero minore quoque potus cafe, tempore matutino hauſte vertigine ſtomachica imo ſcotomia corripitur, quæ non ceſſat niſi aſſumpto cibo. Interim ad conſuetudinem quoque reſpiciendum, & ſi lac cafetatum ſeu virtutibus cafe imprægnatum hauriatur, talia accidentia non æque metuenda ſunt. Spernendus tamen minime Gallorum, qui in aulis Principum magnatumque quoque receptus eſt, à paſtu unum tantummodo aut alterum decocti Caffe poculum pro digeſtione adjuvanda, ſorbillandi mos.

Caffe per analyſin Chymicam ex libra una phlegmatis atque ſpiritus volatilis ℥jv. circiter; Olei ℥j. & ultra relicto capite mortuo ℥jv. &c. præter propter exhibet, reliqua parte avolante.

Medicamentis polychreſtis quidam annumerant potum Café, ſingulariterque ad ſanitatem conferre, pluresque quam herba Thée poſſidere virtutes aſſerunt. Commendatur in Cephalalgia, vertigine, defluxionibus catarrhalibus. Narcoſin pellit ſomnumque arcet,

arcet, & ebrietatem ſolvit, niſi vino plane ſint ſepulti. Pectori porro conducit, præſertim Lac cafetatum. Concoctionem Ventriculi promovet, dolores ejusdem mitigat & in colica pituitoſa laudatur. Uſurpatur quoque ad viſcerum obſtructiones, Scorbutum, ſuppreſſionem menſium & varia uteri vitia. Arthriticis quoque ſuccurrit & Nephriticis. Plura qui legere & noſſe cupit, adeat præter plures alios, celeberrimi Doctoris & Profeſſoris Argentinenſis MARCI MAPPI diſſertationem de POTU CAFFE'. Caffé deſiderium Veneris extinguere multi probare volunt teſtimonio Reginæ cujusdam Perſarum. Notandum tandem, quod Caffé toſtum ſaccharo quoque incruſtetur & menſis ſecundis inter bellaria inferatur, quodque mediante ſpiritu Vini elegans & gratiſſimus parari ſoleat liquor ſtomachalis, quem *Eau de Caffé* nominant.

℞. Caffée toſt ℥iij. Spirit. Vin. Gallici menſ. ij. digeſtione facta fiat deſtillatio, edulcor. Sacch. quant. ſ.

SEMINA SALE PURGANTE ACERRIMO CONSTANTIA.

SEMEN MEZEREI SEU LAUREOLÆ.

Sunt Laureolæ folio deciduo ſeu flore purpureo C.B.P. baccæ rotundæ pipere majores, rubentes, per maturitatem nigricantes, includentes ſub tenui pellicula nucleum rotundum ſaporis fervidi & nauſeoſi. Vocatur piper Germanicum.

Tam potenter purgante & cauſtico ♁e conſtant, ut earum uſus non niſi robuſtiſſimis concedatur, licet plebeji tribus integris granis deglutitis ad hydropem utantur. Extractum cum ♎u vini ſeu aceto factum, mitius eſt & ad ʒß cum caryophillis aromaticis tanquam correctorio hydropicis propinari poteſt. Interim nonnulli hoc Mezereo eorumque extracto ſtimulant & quaſi reſtituunt purgantia effœta.

℞. Gran.

℞. Gran. mezer. gr. iij. integra, cape ex ▽ rosar. pallid.

℞. Conf. Hamech. 3ß. gran. mezer. gr. iij. f. bolus.

℞. Mezer. q. v. infund. vin. cydonior. exime grana & exsicca & exhibe pro dosi gr. iij. integra vel in pulverem redacta.

℞. Mezer. q. v. macera in lixivio, fac turundam & insere auriculæ perforatæ ad oculorum inflammationem tollendam, exemplo Riverii. [Conf. G. H. Welsch. Mictomim. Cent. 2. obs. 63.]

SE-

LAUREOLA quasi Laurus humilis, CHAMÆDAPHNE, χαμελαία, CHAMELÆA, quali humilis olea, THYMELÆA, COCCOGNIDIUM, Seidelbast/ Zeidelbast/ Wolffsbast/ Kellerhalß/ Scheißloorbeeren/ Pfefferstaud/ LAUREOLE.

Est frutex flore monopetalo quodammodo infundibuliformi, quadripartito, è cujus fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum ovatum nunc succi plenum, nunc siccum, semine fœtum oblongo.

Thymelæa Lauri folio deciduo sive Laureola femina Tourn: I. R. H. cl. 20. S. 1. g. 2. Thimelæa folio deciduo flore purpureo, officinis Laureola fœmina C. B. Pin. 462. Laureola folio deciduo sive Mesereon Germanicum J. B. 1. 566. Chamelæa Germanica Dod. Pempt. 364. In Montibus & collibus sylvosis, sylvisque opacis fruticat, primo vere floret antequam folia prodat, baccæ autumno matureſcunt.

Flores quidam tutiores esse putant granis. Cortice quoque & radice adversus quartanam, hydropem & venena nonnulli utuntur, vel per se, vel cum saccharo. Ejus virulentiam lacte vel aceto corrigere tentant nonnulli, ob vim drasticam autem merito rejicitur.

SE-

SEMEN STAPHISAGRIÆ.

Sunt Staphiſagriæ C. B. P. ſemina rugoſa, ſcabra, nigra, anguloſa, triquetra, ſaporis fervidi.

Semina ſunt plantæ quæ refertur ad angioſpermas multiſiliquas ſiliculis corniculatis oblongis, floribus cucullatis quæ vel purgantes vel venena ſunt, ut aconita, napelli, helleborus. Eſt enim ſtaphiſagria ſpecies aconiti.

Sale purgant potius volatili quam fixo, verum ἄνω καὶ κάτω purgante conſtant, ſed cum ob violentam & moleſtam acredinem fauces exurant, & metum ſuffocationis & ſtrangulationis inferant, uſus internus ideo rariſſimus, interim maſticata & ſub lingua volutata ſalivam adeo copioſe proliciunt, ut inter apophlegmatizantia referantur. Propterea Sylvius [Meth. Med. l. 2 c. 13. §. 59. & 60. p. m. 115.] pro ptyaliſmo excitando ad L. ♀, commendat, ſed præterquam, quod ob prædictam moleſtiam eorum uſum ægri ferre recuſent, inſufficientia & plane incongrua videntur ad Luem ♀eam. Licet enim ptyaliſmum inducant, non talem tamen, quæ ita ſerum fundit, veluti ♃ialia faciunt. Salivatio enim tamdiu adeſt, quamdiu ſapor acris in lingua. Pediculis ſingulariter exitioſa ſunt, & ob id unguentum pediculorum ingrediuntur.

Vis purgans juvatur oxymelle. Saporis moleſtia corrigitur cubebis & nuce moſchata.

℞. Staphiſagr. ℈j. oxymel. ʒj. M. pro ſurſum & deorſum purgante.

℞. Sem. ſtaphiſagr. ſinap. ana ʒj. rad. pyrethr. ʒiß. Cubeb. ʒj. piper. alb. ℈j. N. M. ʒj. f. p. apophlegmatizans contra Catarrhos.

℞. Staphiſagr. q. v. coq. cum ▽, tene decoctum in ore ad ptyaliſmum excitandum.

℞. Mucag. helen. ℥ij. ſtaphiſagr. ℥ß. ♍ laur. q. ſ. f. ung. add. ♃is ℥j. & ſi videtur ☿ii vivi ℥ß. ad enecandum pediculos.

SE-

Σταφὶς ἄγρια, ἀσαφὶς ἄγρια, ob foliorum cum viti ſylveſtri ſimilitudinem, UVA TAMINEA, Φθειρόκτονον, Φθείριον, PHTHIROCTONUM, *Herba pedicularis* ab effectu, Φθειρόκοκκον, GRANUM PEDICULARIUM, PITUITARIA, **Läußkraut/ Läußmörder/ Bißmüntz/ Speichelkraut/ Staphiſander/** STAPHISAIGRE, HERBE AUX POUX.

A TOURNEFORTIO ad Delphinium refertur, eſt enim planta flore polypetalo anomalo, ex plurimis nempe petalis diſſimilibus conſtante, quorum ſuperius in caudam tenuatur, excipitque aliud petalum bifidum & pariter caudatum. Piſtillum medium occupans abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ, ſecundum longitudinem dehiſcentes, ſeminibus fœtæ angulatis.

Delphinium Platani folio ſtaphiſagria dictum Tourn. I. R. H. cl. 11. ſ. 2. g. 3. Staphiſagria Matth. 1231. & I. B. 3. 641. Staphiſagria C. B. Pin. 324.

In Italia, Hiſpania, Languedocia &c. reperitur, colitur etiam in hortis.

Semen, quod **Läuß-Saamen oder Läuß-Körner/ Läußemörder/ Steffans-Körner/ Mäuß- oder Ratten-Pfeffer/** PIPER MURIUM aut GLIRIUM, **Mäußwurtz-Saamen/** appellatur, in uſu. Ad pediculos arcendos & abigendos pulvis ejus capiti & veſtibus inſpergitur. Cum aceto contuſum dentium dolores ſedat; ſemen ut & herba Staphidiſagriæ muribus & gliribus non adeo amica; ad ſcabiem quoque adhibetur & ad ulcera antiqua, ut & ad carnem luxuriantem abſumendam.

SEMEN PSYLLII.

Sunt Pſyllii majoris erecti C. B. P. ſemina parva oblonga, puliciformia, lubrica, lucida, ex fuſco punicea, ſaporis pri-

primum mucilaginoſi, poſtmodum acris & nauſeoſi.

In horum mucagine, acria quævis temperante, occultatur ☋ blandum, bilem expurgans.

Sal purgans volatile probant ſemina cocta & uſtulata, quæ amiſſa virtute purgante adſtringunt. Bilis expurgationem evincit uſus, nam acres bilioſos humores manifeſte evacuant, eoſque ob mulcentem mucaginem obtundunt & temperant. Cæterum ob eandem mucaginem proſunt in raucedine, angina, ardore & ſiccitate faucium & tuſſi. Exterius conveniunt ad ambuſta.

Rarius uſurpantur ob ſui mucaginem, quæ ob tenacem adhæſionem Ventriculo & Inteſtinis nonnunquam torminoſa eſt. Datur ſubſtantia à ʒj. ad ʒij. Datur & Emulſ. Elect. & ſyr. Vis purgans juvatur manna, hydrommel. ſtimulatur diagrydio. Vis temperans & refrigerans intenditur æquepollentibus nempe ſemine cydoniorum. Mucago ſeminum toſtorum additur clyſteribus ad dyſenteriam & acredinem temperandam.

℞. Sem. Pſyllii ʒiß. f. Emulſ. c. hydromel. ad alvum laxandam.

℞. Sem. Pſyllii ʒij. violar. ʒij. ▽ violar ℥ij. contunde & exprime, expreſſo add. Mann. ℥j. exhibe cochleatim infantibus per vices ad laxandam alvum, ſi robuſtis exhibendum add. gr. j. vel ij. diagrydii.

℞. Sem. Pſyll. cydon. lini ana j. bulliant leviter in ▽ roſar. add. integrum ovum, ♎ roſar. q. ſ. ſacch. ♄n ad fuſcum colorem inducendum ☿ viv. ʒß. quo Hermannus cum ſucceſſu uſus eſt in hæmorrhoidibus.

℞. Sem. pſyll. cydon. gum. tragac. ana ʒj. f. mucilago c. ▽ roſar. in inflammatione hæmorrhoidum.

℞. Sem. pſyll. ℥ß. ſem. cydon. papav. ana ʒj. ▽ roſar.

calid. ℥ij. f. mucago add. ſacchar. penid. ʒj. ad raucedinem, ardorem faucium & tuſſim.

℞. Sem. pſyll. ʒß. ▽ Nymph. plantag. ana ℥ij. ſyr. violar. q. ſ. f. mixtura refrigerans vel temperans ſi adſit aridura linguæ.

℞. Mucag. pſyll. cydon. ſacch. ♄. ♎ lini q. v. f. linimentum contra ambuſta.

PUR-

Ψύλλιον à ψύλλα, pulex, quod pulices fugare, vel potius quod ſemen ejus pulici ſimile exiſtimetur. PULICARIS HERBA, Pſyllien-Kraut / Flöh Kraut / Flöhſaamen Kraut / HERBE AUX PUCES.

Eſt planta à Plantagine, ut & Coronopo diverſa in eo, quod in caules aſſurgat foliatos & ramoſos, dum Plantaginis & Coronopi flores & fructus ſimplici pediculo inſident.

Pſyllium majus erectum C. B. Pin. 191. & I. B. 3. 513. Pſyllium Dod. Pempt. 115. HERBE AUX PUCES ANNUELLE.

&

Pſyllium majus ſupinum C. B. Pin. 191. & I. B. 3. 513. Pſyllium Plinianum forte, radice perenni ſupinum Lob. Icon. 437. HERBE AUX PUCES VIVACE.

In Italia præprimis atque Gallia ſponte provenit. Colitur in hortis Julio & Auguſto florens.

Semen, autumno colligendum, ſolummodo pro uſu Medico inſervit. Herba pulices abigere & umbilico cocta impoſita alvum laxare fertur.

Proſtabat olim *Electuarium diapſyllii*, ſed non amplius in uſu.

PUR-

PURGANTIA CONSTANTIA SALE ACRI PURGANTE TAM VOLATILI QUAM FIXO.

COLOCYNTHIS SEU ALHANDAL.

Sunt Colocynthidis fructu rotundo minoris C. B. P. fructus rotundi, pugni magnitudine, ex flavo virides, includentes sub cortice tenui coriaceo medullam candidam, fungosam, levem & semina parva compressa, oblonga, cucumeracea, quasi sordida, albicantia, saporis acris amari & nauseosi.

Inter purgantia vegetabilia validissima est, humores quoscunque viscido pituitosos & tenaces, qui cæterorum purgantium vim omnem eludunt, ex ultimis quasi articulis provocat, & per superiora, frequentius tamen per inferiora educit, hinc tanquam catholicum in morbis pertinacissimis, Ischiatico dolore, Lue ♀ea commendatur. Vermibus quoque tam interne quam externe contrariatur.

Ingreditur clysteres pro stimulo in specie contra morbos soporosos, sed cave ne pulpam injicias sed sindoni includas Additur quoque pro stimulo fotibus vaporosis ad menses & fœtum mortuum expellendum, jungitur & suppositoriis.

Vis consistit in substantia fungosa & resinosa. Semina ex usu proscribuntur.

In substantia pulpa per os raro datur, quia ob nimiam levitatem Ventriculo adhæret, & tormina & hypercatharsin causat, sed prius cum tragacanth. bdell. vel gummi Arabico formatur in trochiscos, qui à gr. vj. ad ℈ß. ad summum exhiberi solent.

Externe applicata alvum ſolvit. Ita ℞ cōlocynthidis coctum externe applicatur.

Datur reſin. ad gr. x. Extract. ad gr. xij.

Virulentia corrigitur ♁e ♀ri, aceto, vel Urina in qua pulpa maceratur. [De hac re ita Laz. River. Prax. Med. l. 1. c. 15. p. m. 191. Colocynthis ad cerebrum expurgandum efficaciſſima eſt, ſed ſummo amarore infenſa eſt, vehemenſque illius eſt operatio. Corrigitur utrumque infuſione in Urina, ſic enim amaritudinem deponit, & fere inſipidum remedium evadit, tum vehementia illius infringitur ut ad ʒj. tuto exhiberi valeat, fitque excellens ad omnes capitis morbos à cauſa frigida oriundos remedium.] Aſt optima correctio fit ⏑u vini, cujus quoque beneficio reſina & extractum fit, quæ optima & tutiſſima colocynthidis præparata ſunt.

Vis tormentoſa emendatur Mace, Nuce Moſchata, cinam, &c. ſpecificatur variis morbo appropriatis.

℞. Troch. alhand. ℈j. infund. vin. coq. par. f. cholagog.

℞. Pulp. Coloc. ſ. potius troch. alhand. gr. x. Mac. gr. v. conſ. roſ. pallid. ſ. fl. perſic. ʒj. M. f. bolus.

℞. Fol. ſalv. flor. chamom. ſumm. origan. ana Mj. rad. pyrethr. ℥j. pulp. Coloc. in pet. ligat. ʒj. coq. in ſ. q. ▽ ℞. Colatur. ℥x. add. El. hier. picr. ℥j. Mell anthoſ. ʒvj Extr. Caſtor. ʒj. ♁ gemm. ʒj. f. Clyſter contra morbos ſoporoſos.

℞. Oleum Colocynth. M. c. ung. d. arthanita q. ſ. ad formam linimenti, hoc inunge totum abdomen in alvi adſtrictione.

℞. Helleb. n. ʒß. calam. ar. ℈ij. pulp. colocynth. ℈j. bacc. laur. ʒj. ſem. cumin. ℈ij. ⏑us vini ℥iiij. f. infuſum, quod guttatim inſtilla auri ad ſurditatem tollendam.

℞. Extr.

℞ Extr. coloc. ℈ß. extr. hell. n. gr. iij. ♎ d. caryoph. gt. j. Maſtich. gr. vij M. f. pil. purgantes.

℞. Pil. aloëph. gr. xv. Extr. coloc. gr. iij. ♎ Mac. gt. j. M. f. pil. cephalicæ, convenientes in Catarrhis.

℞. Pil. Maſtichin. gr. xv. Extr. Coloc. gr. iij. ♁ ſuccin. vòlat. gr. v. f. pil. cephalicæ anticatarrhales.

℞. MP. fœtid. gr. xv. Extr. Coloc. gr. iij. Caſtor. gr. v. pil. Uterinæ.

Reſina colligitur ex pulpa Colocynth. cum ⏑u vini, poſtea præcipitatur cum ▽ communi.

℞. Reſin. Coloc. gr. v. Diagr. gr. iij. ♁ ☿ri. gr. iij. ♎ cinam. gt. j. conſerv. roſ. pallid. ʒß. M. f. bolus.

Olei deſtill. coloc. per ♂am ſi abdomen eo inungatur juvat in fœcibus duriſſimis vel etiam ♎ ejus coctum.

NUX

Κολοκύνθις, κολοκύνθη, CUCURBITA AMARA, FEL TERRÆ, ob ſummam amaritiem, MORS PLANTARUM, quod vicinas plantas veneni inſtar interficere videatur. MORS IN OLLA, HANDEL, HANDAL, Coloquinthen/ COLOQUINTE.

A cæteris Cucurbitaceis folio in profundas lacinias diſſecto & fructu amaro non eduli diſcrepat. Colocynthis fructu rotundo major C. B. Pin. 313. Colocynthis I. B. 2. 232. & Dod. Pempt. 665.

& imprimis

Colocynthis fructu rotundo minor C. B. Pin. 313. Colocynthis fungoſa & lævis Cordi Hiſt. 118.

In Orientalibus & calidioribus locis imprimis provenit & exinde ad nos per Ægyptum advehuntur fructus, quos POMA ſeu CAPITA DIABOLICA, Teuffels-Köpff/ Teuffels-Aepffel/ SOLENANDER appellitat. Et certe adeo draſticum & viroſum eſt purgans, ut non immeritò à SEPTALIO aliiſque vocetur mors ipſa. Qui poma hæc manibus diutius tractant, aut in mortario terunt, hypercatharſin inde contrahere ſolent, quod etiam fit ſola inunctione.

ctione ventris. Ad menſes pellendos mulierculis quibuſdam & agyrtis in uſu eſt Colocynthis, in ipſa præſertim ſubſtantia exhibita, ſed haud raro ſiniſtro cum eventu. Vidi nuper hypercatharſin enormen exinde excitatam. Suſpectis mulierculis minime debet exhiberi aut vendi.

Doſis in ſubſtantia ſecuriſſima eſt, ſi plane non exhibeatur. Corrigitur optime, juxta Dn. TAURY, Spiritu Salis Armoniaci. Corrigitur quoque trituratione, quo inteſtinis non tam facile adhæreat, adſtringentium itidem, glutinantium & aromatum additione.

Author ſemina ab uſu removet, quæ tamen ab aliis mitiora habentur, & à quibuſdam in ictero commendantur, præſertim ſi ſtatim deſuper aqua mulſa hauriatur. Sunt, qui ad febres periodicas profligandas ſemina pari numero pro amuleto de collo ſuſpendunt.

Extractum Colocynthidos, Coloquinthen Extract / *Extrait de Coloquinte*, præſtat hoc aliis purgantibus loco ſtimuli jungere.

Trochiſci Alhandali, Coloquinten-Zeltlein / *Trochiſques Alhandal:* præſtat & hos tantum ſtimuli loco ad granum unum, ad grana duo & paulo ultra, aliis purgantibus addere.

Oleum Colocynthidos per coctionem paratum, Coloquinten-Oehl/ *Huile de Coloquinte.* Vermes atque pediculos necat, ad caſum capillorum & nigredinem capillis conciliandam adhibetur, tinnitum aurium ſedat.

NUX VOMICA.

Nux Vomica in officinis C. B. P. ſunt arboris Malabaricæ fructuum nuclei orbiculati, plani, compreſſi, cornea duritie, colore argenteo, foris parum lanuginoſi, ſaporis amari. Arbor eſt nucifera, floribus monopetalis oblongis in quinque ſegmenta diviſis, racematim diſpoſitis, fructibus rotundis aurantiæ forma & magnitudine. Hi fructus includunt ſub putamine tenui duriuſculo, fragili, pulpam mucilaginoſam involventem nucleos.

[Conf. ſupr. de ligno colubrino. Arbor hæc ſub nomi-

nomine Caniram deſcribitur in Hort. Malabar. T. I. p. 67.]

Sale purgante emetico adeo hoſtili conſtant, ut citra convulſionis metum vix interne adhiberi queant. Veteres eas alexipharmacas pronunciarunt, & ad Electuarium de ovo dictum receperunt, aſt conſultius videtur eas ex hoc Electuario & ex alexipharmacorum numero proſcribi. v. Zwelff. An. Ph. Aug. p 259. Aſt in tam parva quantitate ingreditur, ut vim ſuam minus exercere poſſit. Electuarii ʒj. vix ultra gr. j. ingreditur. [Nonnulli etiam exbibuerunt in febribus tertianis ſeu quartanis, ſed in dubiis recte mitiorem & tutiorem ſequimur viam conf. Wedel. Amœn. Mat. Med. l. 2. ſ. 2. c. 4. p. 337.]

D. Hermannus exhibuit integram nucem Vomicam aliquando cani, qui exinde mortuus eſt ſpumeſcenſque ſanguis in Pulmonibus fuit repertus, itaque diſſolvit ſanguinem. Canibus aliquot grana data omnino exitioſa ſunt, dum ſpiritus in turbas concitant, ſpaſmos, convulſiones & tetanos excitant, ſanguinis nexum ſolvunt, & tandem ſpiritus extinguunt.

Pari modo infeſtæ ſunt corvis & cornicibus; interim quibuſdam avibus Indicis noxiæ non ſunt, nam ex horum ventriculis ſæpe integræ nuces eximuntur, & reperiuntur inter alvinas fæces ex iiſdem rejectas. Indi cum aceto tritas imponunt capitis doloribus: quidam ex his infuſum parant ad quartanam v. c.

℞. Raſur. Nuc.. Vomic. ʒj. infund. vin. abſynth. exhibe infuſum contra quartanam, ſumitur hora ante paroxyſmum.

SALE

Nux VOMICA dicitur, quod vomitum ciere credatur à quibuſdam.

Neque radix eſt, uti quidam voluerunt, neque fungus, ſed fructus; verum, an arboris an herbæ, incertum, ut RAJUS dicit. Plurimi tamen hodie cum authore noſtro ex arbore provenire aſſerunt, circa quam tamen adhuc controverſiæ occurrunt.

Supra ab authore dictum, quod arbor Ligni colubrini, quæ deſcribitur HORT. MAL. T. 7. Tab. 2. & ſq. Nuces vomicas majores ferat, à quibus diſcrepent hæ minores ex arbore Canirani provenientes. Author flores dicit eſſe monopetalos racematim diſpoſitos, in horto vero Malabarico deſcribuntur polypetali & umbellati. Nihil itaque adhuc certi. In pulverem hæ nuces redigi nequeunt, niſi radula deteratur.

Virtute quoque anthelmintica & narcotica gaudere fertur, & à quibuſdam in decocta vulneraria recipitur Vomica. BARTOLETUS aſſerit, hanc nucem homini lætam conciliare ſtupiditatem, ut hilaris, liberaliſque evadat & omnia revelet, & ad quælibet præſtanda promptum ſe exhibeat, ſed forſan hæc melius ad ſtramonei ſemen referenda. Optime cenſent illi, qui nucem vomicam ablegandam, nec ad compoſitionis ullius uſum admittendam eſſe volunt.

SALE PURGANTE TAM FIXO QUAM VOLATILI OLEO CRASSO INCLUSO CONSTANTIA.

GRANA TILLI.

Pinus indica nucleo purgante C. B. P. ſunt ricini arboreſcentis ſemina, ſeu fructus oblongi, ovales, cataputia media paulo majores, una parte gibbi, altera paulo planiores, quatuor levioribus cingulis notati, includentes ſub pellicula corticoſa cinerea, nucleum albicantem, pinguem oleoſum, ſaporis exurentis.

[Vid. ſupr. Pavana ſ. lign. Moluccenſe.]

Adeo

Adeo potenter humores ſeroſos, viſcidos & tenaces incidunt, & per ſuperiora & inferiora educunt, ut hoc nomine ipſam Colocynthidem ſuperent, adeoque in morbis chronicis contumacibus, in ſpecie in hydrope, tanquam catholicum propinantur, pro ſtimulo potius quam pro baſi.

Vis concentrata eſt in foliolis iſtis ſeminalibus, quæ in media granorum ſubſtantia latent, ut & in oleo craſſo quod prelo ex granis elicitur.

Ob excedentem ſui acredinem, fauces, palatum & nonnunquam anum inflammat. Datur in forma pilularum, & corrigitur coctione, vel cum aceto vel in Urina puerorum. Corrigitur Zinzibere, ſucco glycyrrhizæ aliiſve vel aromatibus, vel dulcibus viſcoſis. Alii ſaccharum ℈ni & opium pro correctorio addunt. Cortices blandius purgant, ac ipſa ſubſtantia interior.

Datur integra ſubſtantia nucleorum, rejecto cortice exteriore, licet purgativa virtute haud careat, à gr. iij. ad v. Unumquodque granum, ſedem molitur unam, ſi ▽ calida vel juſculum ſuperbibatur, ita tamen, ut iij. grana communiter v. faciant ſeceſſus. Alvus vero in momento ſiſtitur, ſi ſuperbibitur hauſtus largior ▽æ frigidæ vel ſi pedes madefiant ▽, vel ſi manus laventur ▽ frigida & naribus admoveatur.

Dantur duo folia ſeminalia fructus medietati incluſa, vulgo germen dicta vel Cyma, quantitate ad j. vel ad ſummum gr. ij.

Datur ℥ gran. til. expreſſum gr. j. robuſtiſſimo cum oleo ex ricino vulgari expreſſo. Datur & extractum beneficio ſpiritus vini factum à gr. iij. ad v.

℞. Gran. till. gr. iij. zz. gr. vij. M. f. pil. iij. vel iiij.

℞. Fol. ſeminal. gr. till. gr. ij. Zz. gr. v. ſucc. glycyrrh.

cyrrh. in ▽ roſar. ſol. q. ſ. f. pil. j. ad purgandum ſerum.

℞. Extr. Cathol. gr. xv. gran. till. gr. j. vel. ij. ſyr. roſ. q. ſ. f. pil.

℞. Extr. gum. gutt. gr. iij. reſin. Jalap. gr. vij. gr. till. gr. ij. Zinz. gr. v. M. f. pil. antihydropicæ.

℞. Fol. ſeminal. gran. till. gr. j. fol. ſenn. ʒß. Zinz. gr. v. ſacchar. q. ſ. ſcil. ʒß. vel j. f. pulv. l. ſacchar. ſ. q. ſolv. in ▽ roſar. & ad conſiſt. coq. f. rotulæ purgantes.

℞. Olei expr. gran. til. gt. j. exhibe c. ♎ expr. ſemin. ricin. vulg. ad cochl. ß. vel. ♎ amygd. dulc. rec. expreſſ. cochl. j. exhibe pro purgante. [Deſcribit hoc Petr. Borellus ſub titulo facilis purgationis C. 3. obſ. 29. p. m. 221. ſi olei nuclei pinei indici expreſſi guttæ duæ potui infundantur, vel juſculo, & ſic procurabit purgationem facilem. Addit: alii eo umbilicum fricant, & ſic etiam incaute ægrum purgant.]

Olei hujus expreſſi uſus frequentior eſt externus. I. In alvi retentione, ſi eo umbilicus inungatur. Scil. ℞. ung. d. arthanit. ʒj. ♎ Coloc. ʒiß. ♎ gran. till. expr. gt. xij. f. liniment. quo inungatur abdomen. II. In inflammatis hæmorrhoidibus cæcis & carunculis exedendis. ℞. ♎ expr. gran. till. gt. v. add. ſach. ♄ni par. f. linim. quo inungantur hæmorhoides cæcæ inflammatæ, & ani carunculæ, 3. vel 4. de die repetatur. III. In excitandis ſedibus, dum ejus odor naribus excipitur. Hinc ex eo conficitur pomum regium cathartícum ſequenti modo. ℞. ♎ expr. gran. till. q. ſ. huic immitte pomum aurantium ſeu Citreum & relinque per menſem integrum, poſt exime & aſperge pulvere ſantali Citrini, admove naribus ad alvum movendam, vel frica hoc pomo fortiter manus & admove naribus, quotieſcunque pomum naribus admovetur, ejuſque odor fortiter attrahitur, toties movebitur alvus.

Purgier-Nüßlein / *Pignons d'Inde* ou *graines de Tilli.*
Cum tutiora proſtent, in noſtris regionibus vix adhibentur.

RICINUS MEDIUS.

Sunt Ricini vulgaris C. B. P. ſeu Cataputiæ mediæ fructus oblongi, ovales, faba minores, includentes ſub pellicula corticoſa, livida & maculoſa, nucleum bipartitum album, pinguem, ſaporis ſubdulcis, acris, nauſeoſi.

Vim purgantem incluſam habet oleo temperatiore, ita ut ℥ expreſſum ex hoc ricino ad integrum cochleare exhiberi poſſit, pro laxanda alvo, in ſpecie ſerum & aquam evacuat.

Dantur grana in Emulſione, ad ʒß. vel j. ex ▽ fumar. vel Cichor. it. in ſubſtantia dantur à gr. x. ad xv. vel xx.

Oleum, vulgo infernale dictum à cohl. ß. ad integrum exhibetur pro purgante, externe vero applicatum partibus paralyticis medetur.

℞. Ricin. gr. x. f. Emulſ. ex ▽ Cichor. q. ſ. add. pro ſtimul. gr. ij. ſcammon.

℞. Olei ricin. expr. cochl. ß. ad alvum laxandam. vel ℞. ℥ ricin. expr. inunge regioni umbilicali pro alvo laxanda.

℞. Olei ricin. med. expr. ʒij. ℥ Nuc. Moſch. expr. ʒß. M. f. linim. contra pedes paralyſi affectos, quem affectum Indi & Bontius Beriberi vocant. [De affectu hoc præter Bontium agit quoque Tulp. libr. 4. c. 5. p. m. 300. & Ol. Borrich. act. Hafn. Vol. 4. obſ. 43. p. m. 144.]

RICI-

Κίκι ἢ κρότων, à ſimilitudine Crotonis, vel Ricini animalis,

quod ſemen ejus refert. GRANUM REGIUM, CERVA aut CATAPUTIA MAJOR, PALMA CHRISTI, MANUS CHRISTI, MIRABILIS ARBOR, ob proceritatem, foliorum amplitudinem, florum ſuavitatem, ſeminum picturam & exſilitionem, radicis parvitatem. Wunder-Baum / Creutz-Baum / Zeecken-Baum / Türckiſcher-Hanff / Römiſcher-Hanff / RICIN, CHASSE TAUPE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus ex calyce ſurgentibus conſtante, ſed ſterili. Embryones enim à floribus ſejunguntur in eadem planta, & deinde abeunt in fructum trigonum, ex tribus capſulis compoſitum, axi affixis, ſemineque fœtis duriore cortice obducto.

Ricinus vulgaris C. B. Pin. 432. I. B. 3. 642. Ricinus Dod. Pempt. 367.

In Ægypto ſponte naſci tradit J. BAUHINUS, colitur in hortis, ubi in quibuſdam regionibus per duos aut plures annos perdurat, in aliis vero ſingulis annis perit. Pro diverſitate etiam provinciarum magis minuſve aſcendit, & in tantam excreſcit altitudinem, ut non niſi ſcalis admotis conſcendi poſſit.

In uſu ſunt ſola ſemina, quæ dicuntur Treib-Körner / Zecken-Körner / Purgier-Körner / Wunder-Körner. Oleum expreſſum uſurpatur quoque ad Lampades, laudatur ad tumores reſolvendos, obſtructiones lienis reſerandas, tinnitum & ſuſurrum aurium profligandum, varias cutis maculas delendas, tineam atque ſcabiem ſanandam pediculoſque necandos. Sunt, qui Ricinum adverſus impotentiam & ligationem veneficam deprædicant. SIMON BAULI in pelliculis nucleum tegentibus etiam latilitare vim purgandi aſſerit. Folia virtute vulneraria gaudere dicuntur, & ad erysipelas laudantur. Lac nunc provocare mammis impoſita, nunc retrahere dorſo applicata feruntur. Talpis admodum adverſus eſſe creditur Ricinus, unde in hortis plantatur. Hoc & ſimilibus remediis draſticis Medicus vix unquam utitur.

RICINUS AMERICANUS.

Sunt Ricini Americani majoris ſemine nigro C. B P. ſeu Cataputiæ majoris fructus oblongi, ovales, fabæ magnitudine,

dine, una parte convexi, altera depreſſi, includentes ſub pellicula corticoſa tenui duriuſcula nucleum candidum bipartitum, ſaporis cum præcedente.

Validior eſt ricino medio & propterea in minori doſi præſcribendus, cæteroquin utiliſſima Medicina purgans hydropicis.

Vis hujus conſiſtit vel in nucleo, vel oleo, potiſſimum foliis ſeminalibus. Subſtantia datur à gr. v. ad vij. vel ix. datur in emulſione, datur & ℥ ejus expreſſum.

℞. Ricin. americ. gr. vij. ▽ Cichor. q. ſ. f. Emulſ.

Oleum expreſſ. etiam exhibetur ad quartanam vel per ſe, vel cum oleo expreſſo ricini medii.

[De ricino Americano conf. prolixe Sim. Pauli Quadr. Botan. Claſſ. Quart. p. m. 549. & ſeqq.

Hic à TOURNEFORTIO à Ricino ſeparatur, & ad Ricinoidis ſpecies refertur, eſt namque

Planta flore roſaceo ex plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, calyci multifolio inſidentibus, ſed ſterili. Embryo enim in aliis plantæ partibus naſcitur calyce obvolutus, abitque deinde in fructum, in tres capſulas fiſſilem, ſemine fœtas oblongo.

Ricinoides Americana Goſſypii folio Tourn. I. R. H. app. Ricinus Americanus major ſemine nigro C. B. Pin. 432. Ricinus major Americanus Curcas dictus & Faba purgatrix Indiæ Occiduæ I. B. 3. 643. *Pignon d'Inde.*

In multis Americæ locis, præſertim in Inſula Barbados naſcitur. Convenit cum Ricino & faciei & virtutum ratione.

CATAPUTIA MINOR.

Secundum quoſdam ſpecies eſt Ricini, ſed revera eſt ſpecies Tithymali. Sunt Lathyridis majoris C. B. P. grana oblonga, rotunda, ovalia, piſo majora, includentia ſub pellicula corticoſa nucleum album pinguem. Sur-

Surſum & deorſum ſerum potentiſſime evacuat, hinc velut eſula hydropicis robuſtioribus conducit. Folia ſeminalia etiam habent vim purgantem concentratam. Externe ℥ expreſſum abdomini applicatum etiam alvum ſolvit. Datur in ſubſtantia à gr. v. ad vij. & x.

℞. Sem. Catap. min. gr. vij. Zinz. gr. v. contunde. fiant. pil. in hydrope exhibendæ. Non opus eſt, ut aliquid addatur ad formandas pilulas, nam ipſa ſubſtantia ſeminum contuſa ſat viſcoſa eſt.

℞. Catap. min. gr. vij. exhibe ex ovo ſorbili vel oxymell.

℞. Ung. d. arthanit. ℥ij. ℥ Catap. expr. ʒj. ℥ diacolocynth. ʒij. M. f. ung. ad ſolvendam alvum.

SE-

CATAPUTIA à catapotiis ſive pilulis, vel κατὰ πίνειν, deglutire, quoniam hæc grana inſtar pilularum deglutiuntur, λαθυρὶς, Spring-Krauth / Spring-Körner / quia ſemen maturum diſſilit, Treib-Krauth / Scheiß-Krauth / Treib-Körner / quoniam alvum fortiter movet. ESPURGE.

Eſt ſpecies Tithymali

Tithymalus latifolius Cataputia dictus H. L. Bat. Lathyris major C. B. Pin. 293. Lathyris ſive Cataputia minor I. B. 3. app. 864. Lathyris Matth. 1259.

In hortis ſemel ſata quotannis & cum incommodo ſe propagat, floret Julio, ſemina fert Auguſto, quæ honeſti viri remedium non videntur, cum facile ad excitandas internas inflammationes quadrent. Extrinſecus veſicatorium exhibet Cataputia & pſilothrum, præcipue ſuccus ejus lacteus, quo impudentes Mendici cutim deſœddare ſolent. Cataputiæ folia & fructus in ſtagnum aut lacum projectos, ſi piſces comederint, ventrem ſurſum vertent, quaſi mortui ſint, ita ut manu eos capere poſſis, qui, ſi eos in aliam aquam frigidam conjeceris, reviviſcent, HOLLERIO teſte. Grana hæc menſes quoque & urinam movent, adque philtra laudantur. Sunt,

qui

qui ſibi perſuadent, ſemina deorſum trahendo avulſa per inferiora purgare, ſurſum vero decerpta per ſuperna evacuare.

SEMEN CNICI SEU CARTHAMI.

Optima transferuntur ex agris Argentoratenſibus. Sunt Cnici ſativi ſeu Carthami officinarum C. B. P. ſemina oblonga, anguloſa, lævia, alba, includentia ſub cortice duriuſculo pulpam albicantem, ſaporis dulcis, poſtea acris & nauſeoſi.

Planta eſt capitata pappeſcens, floribus tinctores utuntur; multæ aviculæ veſcuntur his ſeminibus abſque purgatione, hinc quia vis languida ſatis, raro uſurpantur. Ob lentorem ſubdulcem cui vis purgans incluſa eſt conveniens eſt catharcticum, ſeriducum, tuſſientibus aliiſve vitiis Pulmonum laborantibus.

Datur in ſubſtantia, melius in Emulſione ad ʒij. in qua commode reſinæ purgantes ſolent exhiberi. Extractum datur ad ʒj. Elect. diacarthami datur ad ʒvj.

℞. Sem. Cartham. ʒij. ▽ fœnicul. q. ſ. f. Emulſ. contra tuſſim & alvi adſtrictionem.

℞. Sem. Carthami ʒij. Citr. ʒj. aq. fumar. ℥iiij. Cinam. ʒß. f. Emulſ. add. Mann. ℥ij.

℞. Extr. diacartham. ʒß. diagr. gr. iij. extr. troch. alhand. gr. j. ℀ d. fœnic. gt. ij. f. bolus purgans.

BALA-

Κνῆκος, κνίκος παρὰ τὸ κνίζειν, CNICUS SATIVUS, quod pungere notat & mordere, CARTHAMUS, ἀπὸ τοῦ καθαίρειν à purgare, quamvis ROLFINCIUS velit eſſe vocabulum Arabicum, & alii à voce Mauritanica Karten derivent, CROCUS SYLVESTRIS,

Wilder-Saffran / Flor / Safflor / Cartham / CARTAME, SAFRAN BATARD.

Eſt planta flore floſculoſo plurimis ſcilicet floſculis conſtante, embryoni inſidentibus, & calyce ſquammoſo & foliato comprehenſis. Embryo autem deinde abit in ſemen pappis nequaquam inſtructum.

Carthamus officinarum flore croceo Tourn. I. R. H. cl. 12. S. 3. g. 1. Carthamus ſive Cnicus I. B. 3. 79. Cnicus ſativus ſive Carthamum Officinarum C. B. Pin. 378. Cnicus vulgaris Cluſ. Hiſt. CLII.

Apud nos in Alſatia copioſe colitur, neque exiguum lucrum exinde trahunt tam mercatores, quam ruſtici; floret Julio & Auguſto, ſemenque interea perficitur.

Flores inſerviunt potiſſimum ad tingendos pannos & plumas; quidam his floribus crocum verum adulterare ſolent, paupereſque loco ejuſdem cibos iis condiunt, alvum laxare & menſium negotium promovere, icteroque mederi dicuntur.

Semen laudatur quoque in anaſarca, colica, quartana, aliiſque morbis chronicis. In decoctis, infuſis ac emulſionibus ad ʒiij, ad ʒvj, exhibetur.

OFFICINÆ EXHIBENT

Extractum Cnicopharmacum ſeu *Diacarthami*, Safflor-Extract / *Extrait de Cartame*, ou *Safran Batard*; Laudatur hoc non adeo concinnum extractum in Cachecticis & hydropicis, ſique ſolum uſurpetur, ad ʒß. ad ʒij. datur, ſi vero cum aliis, ad ℈j. ad ℈ij. præſcribitur.

Electuarium Diacarthami, Safflorſaamen-Lattwerg / *Electuaire de Cartame* ou de *Safran Sauvage*. Commendatur ad bilem & pituitam educendam & ad omnes affectus exinde oriundos. Doſis ad ʒiij. ad ʒß.

Oleum, ſpecies & Syrupus de Carthamo non amplius apud nos in uſu.

BALANUS MIREPSICA SEU NUX BEEN.

[Sunt glandis unguentariæ C. B. P. fructus avellanæ magnitudine,

gnitudine, triquetri, continentes ſub putamine corticoſo cinereo & pellicula candida fungoſa nucleum pinguem & oleoſum veluti amygdalæ, ſaporis ſubacris amari & oleoſi, odoris nullius.]

Ob vim purgantem, quæ in ♃ acri & amaro conſiſtit, referri quidem debet ad purgantia, ſed ob vim purgantem tardam ut plurimum ex eorum cenſu proſcribitur.

Hodie uſurpari ſolet ♃ expreſſum pro menſtruo ad extrahendos florum odoratorum odores, nam neque facile rancorem contrahit, neque alio peregrino odore florum odores inficit.

℞. Vas vitreum in imo ſtrictius, in ſummo latius, in hoc mediante crate ex ſetis equinis facta, & circulo ligneo formata, ſtratificentur flores & goſſypium tenuiſſime carptum oleo balanino imbutum per quatuor horas, exprime ex goſſipio oleum, & novis floribus prædicto modo reaffunde, donec oleum ſufficienter ſit imprægnatum florum odore. [Conf. ulterius Joh. Zwelffer. animadv. in Pharm. Auguſtan. p. 331.]

℞. Ceræ albæ q. v. ♃ balan. q. ſ. f. ungt. pro baſi omnium balſamorum, cui inſtilla olea deſtillata pro arbitrio. Cera alba in officinis plerumque adipe eſt adulterata, ideoque rancorem contrahit. Si vero non adulteratam habemus, non ranceſcit, & præfertur ♃ Nuc. Moſch. expreſſo pro balſamo conficiendo, nimis enim fragrans hoc exiſtit.

MYRO-

Βαλανὸς μυρεπσικὴ, NUX & GLANS UNGUENTARIA, BALANUS, ſeu GLANS ÆGYPTIA, GRANUM BEN, BEN PARVUM, Egyptiſche-Nüßlein/ Salb-Nüßlein.

Arbor hunc fructum ferens à BELLONIO, Betulam tum magnitudine, tum ramis ſimilibus, tum trunco albo referre dicitur.

Alii folia myrtiformia esse, aut ad Heliotropium seu polygonum accedere asserunt.

Glans unguentaria C. B. Pin. 402. Nux Ben, sive Glans unguentaria Park. Balanus Myrepsica Cord. Balanus Myrepsica, Pharagon incolis ad montem Sinai Bellon. Nux unguentaria arbor I. B. 1. 317. Prope montem Sinai, in Arabia, Syria, Æthiopia nascitur.

Fructus matureſcit in siliqua eleganti. Sunt, qui duas species faciunt, majorem, de qua hic sermo, & minorem quæ pernicioſa habetur.

Oleum Balaninum, quod etiam oleum Ben appellatur, emollit juxta SCHROEDERUM, discutit, neuriticum est, scabritiem, lentigines aliaque cutis vitia delet, tinnitui aurium subvenit. Spiritui vini supernatat, nec cum eo miscetur; unde ad experimentum, quo situs quatuor elementorum demonstrari solet, adhibetur.

MYROBALANORUM QUINQUE SPECIES.

Bellíricæ. Sunt Myrobalani rotundæ bellíricæ C. B. P. arboris pruniferæ indicæ folio laurino subcinericeo fructus rotundi, sæpe anguloſi, magnitudine majoris gallæ, in pedunculum crassum desinentes, ex rubigineo flaveſcentes, includentes osſiculum durum sub putamine carnoso duriuſculo saporis adstringentis, post subdulcis. Arabibus Belleregi dicitur.

Chebulæ. Sunt Myrobolani maxime oblongi anguloſi pituitam purgantes C. B. P. arboris folia perſicæ similia, fructus oblongi, omnium maximi, rugoſi, coloris obſcuri fuſci. Includentes sub putamine carnoso osſiculum oblongum, crassum & cavernoſum. Arbor Quebuli dicitur.

Emblicæ. Sunt Myrobalani Emblicæ C. B. P. arboris palmæ magnitudine foliis minutim inciſis, fructus rotundi, ſexan-

ſexangulares, belliricis minores, ex cinereo nigricantes, includentes officulum leve, pallidum, avellanæ minoris magnitudine hexagonum, tribus cellulis inſignitum, in quo nucleus pomaceus ſpadiceus triangularis. Arbor Embelli dicitur.

Citrinæ. Sunt Myrobalani teretes citrini bilem purgantes C. B P. Arboris ſorbi foliis, fructus oblongi, rotundi quinque angulis rugoſi, chebulis minores, coloris citrini, includentes ſub putamine carnoſo officulum anguloſum. Arabibus Azafar dicitur.

Indæ. Sunt Myrobalani nigræ octangulares C. B. P. arboris folio ſalicis, fructus oblongi reliquis graciliores & tenuiores, ſuperficie octangulari, ſolidi & duri intus & extus, piceæ nigredinis inſtar bituminis judaici. Arabibus Aſuar dicitur.

Conſtant ☉e purgante blando, cum terrea ſubſtantia adſtringente. Purgativa vis conſiſtit in ſubſtantia pulpoſa, quæ ſimul aliquid reſinæ habet, adſtrictiva vero in ſubſtantia duriore corticoſa, hinc in dyſenteria aliisve alvi fluxibus, ubi ſimul purgatione & adſtrictione opus eſt, conducunt.

Infuſum laxat alvum absque adſtrictione, in ſubſtantia & decocto purgat & ſimul adſtringit, toſtorum pulvis potentius adſtringit, & nihil vel parum purgat, præ cæteris in uſum vocantur Chebulæ.

Dantur in infuſo ad ʒij. in decoct. ad ʒiß. in ſubſtantia ad ʒj. & ultra.

℞. Chebul. ʒß. Rhabarb. ʒiß. f. p. pro ij. doſ. in Lienteria & Dyſenteria.

℞ Chebul. ʒij. paſſul. min. ʒj. Rhabarb. ʒiß. infund ſer. lactis, add. ſyr. d. Cich. c. Rhab.

℞. Myrobal. toſt. Rhab toſt. NM. toſt. ana ℈j. L. O. gr. j. f. pulv. adſtringens in quolibet fluxu alvi.

Μυροβάλανοι, Myrobalanen / MIROBOLANS. Diverſas Myrobalanorum ſpecies ex una eademque arbore provenire quidam putabant, aſt falſo, uti GARZIAS oſtendit, nam quinque ſunt diverſa arborum genera, & quod magis, mireris in regionibus 60. aut 100. leucis inter ſe diſtantibus naſcuntur.

Arbor ad prunum refertur, diciturque Prunus fructu rotundo, nigro purpureo, majori dulci, C. B. Pin. 444. Prunus Myrobalanus dicta I. B. 1. 189. MYROBOLAN.

Quinque Myrobalanorum ſpecies una cum virtutibus, ſequentibus exprimuntur verſiculis.

Myrobalanorum ſpecies ſunt quinque bonorum,
Citrinus, Chebulus, Bellirícus, Emblicus, Indus.
Primo trahit choleram Citrinus, Phlegma ſecundo
Chebulus, è contra Bellirícus Emblicus æque
Illud, & in nigram choleram niger imperat Indus.

In multis Indiæ reperiuntur regionibus, Goa, Malabar, Bengala, Cambaya, Java &c. Cum hodie vix amplius in uſum trahantur, non opus eſſe videtur de harum nucum correctione verba facere. A MARSILIO FICINO ad vires viſceraque roboranda & homines à ſenectutis ſqualore præſervandos laudantur: à quibuſdam ſaccharo condiuntur, ſed ſub hac forma apud nos non reperiuntur.

In plures olim recipiebantur compoſitiones, quarum tamen vix non omnes hodie exolevere.

VIGET TAMEN ADHUC IN OFFICINIS

Confectio Hamech, *Confection Hamech*, Medicamentum hoc nauſeabundum eſt, tormina excitat & fortiter purgat, adhibetur præcipuè in morbis Venereis. *Doſis à* ʒj. *ad* ʒvj. *ad* ℥j. *&c.*

FRUCTUS CASSIÆ.

Eſt Caſſiæ fiſtulæ Alexandrinæ C. B. P. ſiliqua oblonga, rotunda, cylindracea, nigricans, includens ſub putamine duriuſculo corticoſo in certis & ordine diſpoſitis loculamentis ſemina

ſemina depreſſa, nitida, fulva & pulpam nigricantem melleam. Ægyptiaca eſt optima, corticem habet è nigro rufeſcentem. Pulpa ⊖ purgans blandum in ſubſtantia viſcoſa nonnihil dulceſcente occultat, purgat bilem & ſerum, cietque ſimul Urinam, unde gonorrhœa, ſtranguria & calculo vexatis, ſi alvi adſtrictione laborant, conducit. Quibusdam tanquam ſingulare antipleuriticum laudatur.

Sectis à calculo hujus uſus eſt interdictus. Cæterum ob viſcoſitatem torminoſa eſt & tardæ operationis, propterea correctorio & ſtimulo eget. Hanc ob rationem hypochondriacis non conceditur.

Interſtitia lignoſa poſſidere vim purgantem experientia Simiarum conſtat, quæ hæc devorantes fortiter purgantur.

Fallopius & Fabricius vim contra ſtranguriam improbant facto experimento in pluribus.

Datur pulpa recenter ex fructibus extracta ab ℥j. ad ij.

℞. Pulp. Caſſ. ℥j. ſacch. cand. ℥ß. ſucc. liquir. ʒiß. cape ad vitia renum & expellendum ſabulum & præcavendam generationem calculi.

℞. Pulp. Caſſ. ℥j. detur in Pleuritide.

TA-

Κασία, κάσσια σιριγγώδης. CASSIA NIGRA, CASSIA SOLUTIVA, CASSIA PURGATRIX, SILIQUA PURGATRIX, CASSIA CATHARTICA, Fiſtulcaßien / Caßienfiſteln / purgierende Caßien / CASSE.

Eſt arbor flore ex quinque ut plurimum petalis in orbem poſitis conſtante, cujus piſtillum abit deinde in ſiliquam cylindraceam, oblongam, in varia loculamenta diviſam à diſſepimentis transverſa poſitis, medulla utplurimum nigricante obductis, ſeminibusque fœtam duris.

Caſſia fiſtula Alexandrina C. B. Pin. 403. Caſſia purgatrix I. B. 1. 416. Caſſia nigra Dod. Pempt. 787. CASSE DE LEVANT.

Arbor hæc perelegans creſcit in Ægypto, India ejusque variis locis. Inſulæ quoque Americanæ Caſſiam & quidem in copia proferunt. Siliquæ hujus arboris primum virentes ſunt, deinde è fulvo nigricantes, ſesquipedem & ultra quandoque longæ, diametri linearum 9. aut 10. nonnihil utrinque compreſſæ, faſcia concolori per longum producta, quam percurrit exiguus nervus paulo elatior, ſulcis inſuper ſemicircularibus veluti undulatim, annulatim & transverſim cingitur. Pulpa equidem melleum obtinet ſaporem, ſed nonnihil tamen acrem & nauſeoſum. Siliqua debet eligi recens, plena, gravis & ſonum mediocrem edens: quæ mucum contraxit vel pulpam aceſcentem continet, rejicienda. In cellis vinariis, latebris aut cavernis aſſervari, vel etiam arena operiri ſolet, & aqua conſpergi, ut plenior & recentior videatur. De ſiliquis referunt, quod maturæ in arboribus ipſis adhuc pendentes, à vento agitatæ, & invicem concuſſæ maximum edant ſtrepitum.

Optima eſt Caſſia, quæ ex Oriente affertur, interim tamen Americana multum quoque, præſertim in Gallia, in uſum trahitur.

Datur enim Caſſia fiſtula Braſiliana C. B. P. 403. Caſſia ſiliqua Braſiliana purgatrix compreſſa Lob. Pharm. Lond. 41. Caſſia fiſtula Braſiliana flore incarnato Breyn. Cent. 1. §8. CASSE DU BRESIL.

Hujus fructum longe craſſiorem, ſed breviorem, nonnihil compreſſum, duriſſimum, ut malleo frangi debeat, pulpam autem amaram priorique fortiorem exiſtere & ad ℥j. aſſumptam plus purgare, quam vulgaris uncias duas, ſe expertum eſſe in Luſitania tradit TOURNEFORTIUS.

Quodſi ſola & non diluta uſurpetur, vel in bolis, vel cum oleo amygdalarum dulcium exhiberi poteſt. In gonorrhœa virulenta conducit, imprimis ſi Mercurius præcipitatus viridis & terebinthina addantur. Hæmorrhoidum ardorem mitigat, ſitim ſedat, fibras ventriculi & inteſtinorum exſiccatas laxat. Vim Emeticorum obtundit, eaque per inferiora evacuare cogit. Alvo pigra laborantes commode ſugunt fiſtulas caſſiæ. Conducit in febribus ardentibus & inflammationibus, tum internis, tum externis,

nis. Habet tamen hoc vitii, quod flatulenta & justo humidior sit, hinc adjectis aromatibus, seminibus sale Volatili pollentibus, sale tartari &c. corrigitur. Non prodest in colica flatulenta, neque in languore ventriculi. Notant authores, Cassiam insignem habere stimulum in recessu, unde sæpius ardor Urinæ cum copioso ejus profluvio subsecutus est, adeoque caute procedendum esse suadent, neque facile in mictu cruento, diabete & similibus Urinæ vitiis ea utendum esse dicunt. Non conducit hystericis.

IN OFFICINIS PROSTANT

Pulpa Cassiæ, quæ *flos* quoque atque *Medulla Cassiæ*, *Cassia extracta*, *Cassia cribrata*, *Cassiæ atramentum* dicitur, Caßienmarck. *Pulpe de Casse*. Dosis est ad ʒij. ad ʒjß. & ultra.

Pulpa Cassiæ pro clysteribus, *Cassia pro clysteribus*, Clystier-Caßien/ *Pulpe de Casse pour les lavemens*, immiscetur clysteribus ad ʒj. ad ʒij.

Electuarium Diacassiæ cum Manna, Lattwerg von Caßien und Manna/ *Electuaire de Casse avec la Manne*. Medicamentum est leniens & laxans, conducens iis, qui alvo sunt duriore. Dosis ad ʒj. ad ʒij.

Plures præterea alias compositiones ingreditur Cassia. Quod si pulpa Cassiæ, quæ facile acescit, in quantitate aquæ sufficiente diluatur, & in doliolo per aliquot menses reponatur, sal essentiale Cremori Tartari simile præcipitabitur, quod si vero destilletur, in phlegma acidum & oleum mutabitur. Referente porro TOURNEFORTIO, ex duabus libris Cassiæ extrahitur libra dimidia pond. civilis phlegmatis acidi, phlegmatis insipidi unciæ tres. Quod si ulterius liquor iste destilletur, dicit prodire uncias sex spiritus Urinosi volatilis, olei drachmas sex, unciam circiter salis fixi, remanente capite mortuo.

TAMARINDI.

Sunt siliquæ Arabicæ Tamarindus dictæ C. B. P. fructuum pulpa ex fusco nigricans, saporis subacidi, raris per longitudinem lignosis filamentis pertexta, distincta in membranacea

loculamenta, in quibus incluſa latent oſſicula dura quadrata, ex fuſco rubicunda & ſplendentia.

Horum pulpa in ſubſtantia acido-vinoſa poſſidet vim laxantem blandam ad morem ♀ri, propterea appropriatiſſima eſt & tutiſſima, in æſtu reprimendo, præcipue febrili, ubi opus eſt ſimul laxante, ejus temperato acido bilis mulcetur & ſanguinis nimia effervescentia ſedatur, ſtomachus quoque roboratur, ejusque fermentum reſtituitur. In nidoroſa cruditate cum rhabarbaro valde commendatur. In nimio hæmorrhoidum fluxu à ſanguine acriore & bilioſo laudatur à Mercato pro laxante: ♀us etiam ex horum pulpa paratur.

Datur ſubſtantia ab ʒj. ad ij. vel cruda, vel ſoluta cum ▽ appropriata. Decoctum ad ʒiij. Pulpa ad ʒiß.

℞. Pulp. tamarind ʒj. Rhabarb. ʒj. f. bolus in cruditate nidoroſa.

℞. Pulp. tamarind. ʒß. Crem. ♀ri. ℈ij. ſyr. d. Rhabarb. ʒv. ▽ Cichor. q. ſ. pro diluenda pulpa M. f. potio purgans.

℞. Pulp. tamarind. ʒij. coq. in ſ. q. ▽æ. ℞. Colat ℔j. add. Tinct. roſar. violar. ana ʒj. ſyr. rib. ſ. berber. ʒj. f. julapium ad Linguæ ariditatem.

℞. Pulp. tamarind. ʒij. paſſul. min. ʒj. coq. cum ſero lactis. f. decoctum ad ſitim fallendam.

℞. Decoct. hord. Corn. Cerv. ana ℔j. pulp. tamarind. ʒiiij. f. potus in febribus malignis uſitatiſſimus. Add. tincturam bezoardicam quamcunque vel -n-um theriacalem camphoratum, vel aquam theriacalem camphoratam.

SE-

TAMARINDUS arbor, Tamarindenbaum / Sonnenbaum / quoniam

niam folia ſole Occidente ſe ſe contrahere, Oriente autem aperire ſolent, *Tamarin.*

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis petalis in orbem diſpoſitis conſtante, ex cujus calyce multifido ſurgit piſtillum, quod deinde abit in ſiliquam compreſſam, aliam condentem, ſemine fœtam plano utplurimum angulato, intervallum autem, quod inter duas ſiliquas occurrit, pulpa turget plerumque nigra & acida.

Tamarindus Raji Hiſt. 1748. Tamarindi I. B. 1. 422. Siliqua Arabica, quæ Tamarindus C. B. Pin. 403. Tamarindus Derelſide appellata P. Alp.

Creſcit hæc arbor in Arabia felici, inque India Orientali & Occidentali, à RAJO ſemel in anno menſe Novembri florere dicitur.

Fructus hujus arboris TAMARINDI, Tamarinden/ dicti, appellantur quoque DACTYLI INDI, ACETOSI, ACIDI, PALMULÆ ACIDÆ, PALMULÆ NIGRÆ, Saurdattlen/ ſchwartze Dattlen/ quamvis nullam cum dactylis habeant convenientiam. Afferuntur ad nos non integri, ſed contuſi, ut compactiores aërem externum non tam facile admittant.

In febribus bilioſis, inflammationibus, ictero, renum affectibus & aliis morbis ab acrioribus humoribus oriundis, non ſolum laxandi, ſed & alterandi gratia uſurpantur tamarindi vinoſo ſapore ſe commendantes. Sitim ſedant, appetitum excitant, nauſeam & vomitum arcent, vermes necant, proſunt in ſcorbuto, in fluxu ſanguinis narium & uteri conducunt, putredini reſiſtunt & in gonorrhœa virulenta proſunt, in affectibus renum quoque laudantur. Quum Tamarindi ad nos impuri devehantur, ut liberentur à filamentis & ſeminibus, per cribrum trajiciuntur.

HINC IN OFFICINIS ASSERVATUR

Pulpa Tamarindorum, durchgetriebene Tamarinden/ *Pulpe de Tamarindes*, eodem modo extrahitur ac pulpa Caſſiæ, & ab ea differt, quod magis ſit acidula, & non tam laxitatem, quam conſtrictionem poſt ſe relinquat. Scopo laxandi ad unciam ſemis ad ℥jß. datur.

℞. Pulp. Tamar. rec. éxpr. Pulp. Caſſ. rec. expr. Diacyd. lucid. Gialap. ana ʒvj. Mſc. d. ad ollam, doſis quantum 2, vel 3. cultri cu-

ſpidibus comprehendi poteſt, vel ſingulis, vel alternis diebus, pro obſtructionibus alvinis reſerandis. Addi poterit tartarus ſolubilis & ſyrup. flor. perſicorum aliusve.

Tamarindorum pulpa validiora purgantia, quæ fauces & ventriculum inflammare ſolent, corrigit, & radicem eſulæ ſemenque Ricini probe emendat.

Ex Tamarindis, monente rurſus TOURNEFORTIO, ſal eſſentiale Cremori Tartari ſimile extrahitur. Elicitur quoque exinde ſpiritus ad acetum accedens. Majori itaque acidi copia gaudet quam Caſſia, quæ copioſiore ſulphure pollet.

SEMEN ATRIPLICIS.

Sunt atriplicis hortenſis albæ, ſeu pallide virentis C. B. P. folliculi membranoſi orbiculati ex binis folliculis conflati, includentes ſemen unicum compreſſum orbiculatum ſpadiceum, ſaporis dum recens nidoroſi.

Sale nidoroſo emolliente & laxante pollent ſed debili, adeo ut vix in uſu ſint. Interim Matthiolus [l. 2. c. 112. p. m. 364.] ex Serapione vim purgantem emeticam ſatis validam his attribuit, quæ vis tamen intelligenda eſt de recentioribus. Quibusdam commendantur in ictero, dum obtundunt & evacuant bilem.

℞. Sem. atriplic. ʒij. propina cum ▽ calida, ad laxandam alvum.

℞. Sem. atripl. cannab. ana ℥j. coq. in lacte, datur in ictero.

SE-

Ἀτράφαξις παρὰ τὸ ἀθρόως ἀυξᾶν, quod cito prodeat & creſcat, χρυσολαχανον, OLUS AUREUM, Molten / Milten / Melten / Garten-Melten / ARROCHE, FOLETTES, BONNES DAMES.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus conſtante, ex calyce pentaphyllo ſurgentibus. Piſtillum autem deinde abit in ſemen orbiculatum, planum, ipſo calyce ſeu capſula obvolutum.

Atriplex

Atriplex hortenſis alba ſive pàllide virens C. B. Pin. 119. Atriplex alba hortenſis I. B. 2. 790. Atriplex ſativa alba Lob. Ic. 253. &

Atriplex hortenſis rubra C. B. Pin. 119. Atriplex rubra hortenſis I. B. 2. 97. Atriplex ſativa altera folio & flore purpureo livens Lob. Ic. 253.

Satæ hæ ſpecies humore ſatiari amant, florent Junio & Julio.

Inter olera quæ ἄποια, fatua, inertia, & inſipida appellantur, recenſentur, & à multis olim, & a quibuſdam hodie adhuc in cibis, præſertim vere, uſurpantur.

Atriplex quoque agreſtis ſive ſylveſtris annonæ caritate urgente in uſum trahitur. Leve autem, ut pronunciat SEBIZIUS, nutrimentum veſcentibus præbent, ſtomachoque ob humiditatem nocent, niſi aromatibus, ſale aut aceto condiantur. Jubent quoque, ut non niſi aqua ſæpius mutata coquantur, cum alias varias noxas cachexiam, hydropem &c. cauſentur. Recipiuntur ſæpius in juſcula refrigerantia & humectantia ut & decocta emollientia. Cataplaſmatibus quoque immiſcentur. Calidis & macris naturis conducunt.

SEMEN SAMBUCI.

Sunt Sambuci fructu in umbella nigro C. B. P. acini exigui oblongi, plani, ſaporis ſubacris & nauſeoſi. Grana ſeu ſemina habent vim blandam laxantem & Urinas moventem ſimulque in receſſu adſtringentem. Vis purgans conſiſtit in oleo, quod ex his exprimitur. Baccarum pulpa diaphoreſin potius, quam Catharſin excitat.

℞. Sem. ſambuc. coq. cum juſculo gallinaceo, add. rad. petroſel. q. v. f. apoz contra hydropem.

℞. Pulp. gran. actes, farin. ſecalin. f. paſta, exhibe cum decocto C. C. contra pleuritidem. Quercetanus laudat quoque in dyſenteria.

℞. Olei expr. gran. actes ℥j. propina ex Cereviſia butyracea ad movendum Vomitum hydropico, quod ut arca-

num laudat Hoffmannus in Clave, dicitque ℥ illud exprimi ex arillis baccarum poſt ſucci tranſcolationem in filtro relictis. Laudatur & ſequens hoc:

℞. Olei expr. gran. act. q. v. inunge ventriculi regioni pro laxanda alvo in hydrope.

SEMI-

Ἀκτὴ, Ἄκτις, ACTE, quia littora & loca humida amat, SAMBUCUS à Sambyce, inſtrumento quodam Muſico, ab inventore ſuo nomen habente. Holunder / Holder / Holder-Baum / Holder-Staud / Flieder. SUREAU.

Eſt planta flore monopetalo rotato multifido, cujus meditullium à mucrone calycis tanquam à clavo perfoditur, calyx autem deinde abit in baccam ſucci plenam & ſeminibus fœtam oblongis. Sambucus flore fructuque carens foliis conjugatis & fœtidis dignoſci ſolet.

Sambucus fructu in umbella nigro C. B. Pin. 456. Sambucus vulgaris I. B. 1. 544. Sambucus Dod. Pempt. 845.

Arbor admodum vulgaris, ſine ullo negotio, humectis præſertim & tenebroſis locis, juxta ſepes, muros aliiſque incultis naſcitur. Mature germinat, Majo floret, Autumno maturitate nigreſcunt acini.

Virtutibus adeo excellit, ut non ſolummodo juxta quoſdam ruſticorum conſtituere poſſit pharmacopolium, ſed & pronunciante THOM. BARTHOLINO de MED. DAN. plus in ea arbore Medicinæ lateat & tutior omni tempore ſit ſalubritas, quam in pompoſis antidotis, patre Theriaca & matre Mithridatio. Omnes Sambuci partes in uſum trahere licet, radicem, corticem, librum, medullam, turiones, flores, folia, baccas & ſpongiam. Succus RADICIS atque FOLIORUM purgat, & in hydrope conducit, id quod etiam præſtant, dum in vino decoquuntur. CORTEX SAMBUCI & imprimis medianus, Mittlere Holder-Rind / ECORCE MEDIANE ou MOYENNE de SUREAU, virideſcens, externum gryſeum inſequens, eſt remedium hydragogum inſigne; obſtructiones hepatis reſerat, & negotium menſium promovet. Commendatur hinc in hydrope,

hydrope, ita ut ʒß. vel ʒj. vel plus corticis recentis in vino infundatur & poſtmodum vel per ſe, vel cum aliis exhibeatur.

Succus corticis præterea expreſſus ad ʒj. vel ʒiß. hydropicos inſigniter evacuat. Idem cortex Medianus imponitur eriſypelati, & pedibus podagra affectis. Tomenta nempe corticis locis morbidis circumligantur, & iiſdem exſiccatis renovantur. Specificus quoque dicitur hic cortex contra ambuſta, ſi recenter coquatur in oleo veteri, vel oleo lini, addendo ſuccum expreſſum corticis ad imprægnationem olei, poſtea coctio continuetur & exprimatur. Cum cremore quoque lactis ad eundem conducit ſcopum. Succus hic præterea verrucas delet.

MEDULLA SAMBUCI, Holder-Marck/ MOELLE DE SUREAU, conveniens eſt in dilatandis vulneribus ulceribuſque, ut & apertis ſervandis fontanellis. Laudatur quoque ad urinam & calculum pellendum, ut & in hydrope.

TURIONES, ſive GEMMULÆ aut CYMÆ, die Holder-Sprößlein/ Holder-Keimen/ Holder oder Flieder-Spargen/ BOURGEONS DE SUREAU, vere prodeuntes adhibentur ad evacuationes per ſuperiora & inferiora inſtituendas. Vel ita per ſe comeduntur, ubi tamen ingratiorem ſaporem habent, vel bulliti cum aceto & oleo inſtar acetarii uſurpantur. Vulgus credit, turiones Sambuci ſurſum decerptos vomitum excitare, deorſum vero ablatos per inferiora operari. Curioſius eſt, ſi verum, quod refertur in ACTIS ERUD. 1682. p. 150. Ubi TILKOWSKY verba hæc leguntur. Detrahebatur medius ex Sambuco cortex, & hydrope correpto cingulotenus ſupponebatur. Si detrahebatur deorſum cortex, deſcendebat, ſi deradebatur cortex ſurſum, aſcendebat hydrops. De floribus vide infra. BACCÆ, Holder Beeren/ BAYES DE SUREAU, ſunt alexipharmacæ & ſudoriferæ, atque diureticæ, hinc in febribus, paſſionibus hyſtericis, ſcorbuto aliiſque morbis pluribus adhibentur. Obeſitatem quoque conciliare dicuntur, crudæ autem vix uſurpantur, cum Ventriculo moleſtiam creent. Oleum ex arillis baccarum Sambuci laudatur præſertim ad philtra. De ſpongia Sambuci ſupra actum.

Ex hactenus recenſitis Sambuci partibus

IN OFFICINIS PROSTANT

Tragæa granorum actes, ex ſucco baccarum, Anhaltend Magen-Pulver/

Pulver / *Poudre ſtomachale adſtringente.* Specificum dyſentericum cenſetur. Doſis ad ʒj. ad ʒß. Commendatur quoque adverſus venena varia.

Spiritus Sambuci ex baccis per fermentationem, Holderbeeren-Spiritus / *Eſprit de bayes de Sureau par fermentation.* Vires obtinet diſcutientes & diaphoreticas, interne & externe uſurpatus, datur ad guttas viginti, triginta & ultra.

Rob Sambuci, Holder-Muß / *Rob de Bayes de Sureau.* Adeo præſtans eſt, ut vulgus etiam Theriacæ adæquet; vocatur etiam à quibuſdam Theriaca Germanorum. Inſigne eſt diaphoreticum, totam maſſam ſanguineam purificat, unde in omnibus morbis, ubi expulſione opus, uſurpatur. Hydropicis conducit, & virtutem quoque habet antifebrilem. Sumitur ad dimidium, ad cochlear unum & ultra, vel per ſe, vel cum vino aut aqua quadam appropriata. Sunt, qui ex rob cum Spiritu Vini parant eſſentiam, interne ſudoriferam, externe vero tumores diſcutientem, & ſuffocationibus uterinis ſuccurrentem.

Unguentum Sambucinum è cortice mediano, Holder-Sälbel / *Onguent d'Ecorce de Sureau.* Medetur ambuſtis & dolores imprimis à veſicatoriis excitatos mire ſedat, præſertim ſi commiſceatur cum Balſamo Sulphuris Rulandi.

Nota tandem, quod, ut plures volunt, Sambucus ſuper ſalice naſcens tum interne exhibitus, tum externe tanquam amuletum, ſi appenditur, laudetur in epilepſia, monent autem ſuperſtitioſi ne manibus tangatur.

Folia Sambuci analyſi Chymica multum phlegmatis acidi & urinoſi, mediocrem quantitatem ſalis volatilis, magnam autem quantitatem terræ & olei ſuppeditant, flores iiſdem fere gaudent principiis, excepta quantitate ſulphuris narcotici, à quo odor Sambuci fœtidus ad opium accedens provenire videtur.

SEMINA

SEMINA BLANDA VISCOSITATE CONSTANTIA.

SEMINA GOSSYPII SEU BOMBACIS

Sunt Goſſypii fruteſcentis ſemine albo C B. P. ſemina oblonga, rotunda, aliquantum compreſſa, magnitudine ciceris, quæ viſcida lanugine candida includuntur, pericarpiis corticoſis in tres quaſi carinas dehiſcunt, ſaporis ſubdulcis, odoris nullius.

Planta in qua naſcitur goſſypium, eſt flore malvæ vel altheæ.

Duæ ſunt ſpecies, annua & perennis. annua adfertur ex India Occidentali, facile etiam hujus ſemina germinant in noſtris terris. Perennis ex oriente. Tertia etiam datur ſpecies, quæ lanuginem ſericam profert, quæ ex plantis perennibus præſtantior.

Ratione ſubdulcis & blandi viſcoſi Pulmonibus dicata ſunt & acria quævis temperant, conveniunt in phthiſi, tuſſi & raucedine.

℞. Sem bombac. Card. Ben. Mar. ana q. v. c. ▽ puleg. q. ſ. f. Emulſ. in tuſſi vel ▽ fl. papav. contra Pleuritidem.

SEMEN

ξύλον, Γοσσίπιον, BOMBAX, BOMBACIUM, COTONEIFERA, VITIS LANIGERA, Baum-Wollſtauden oder Baum/COTTON.

Eſt plantæ genus flore monopetalo campaniformi, patente & multifido, ex cujus fundo emergit tubus pyramidatus, ſtaminibus plerumque onuſtus. Ex calyce vero ſurgit piſtillum, infimæ floris patri tuboque ad inſtar clavi infixum, quod abit in fructum ſubrotundum

tundum, in quaterna aut plura loculamenta diviſum, apice dehiſcentem ſeminibuſque fœtum obductis molli illa lanugine, in fila ductili, quæ Xylon ſeu Goſſypium appellatur.

Prima, ab authore nominata, Bombacis ſpecies eſt.

Xylon ſive Goſſypium herbaceum I. B. 1. 343. Goſſypium fruteſcens ſemine albo 430. Bombax officinarum. Hæc ſpecies in Inſula Creta ſeu Candia, Lemno & in Syria reperitur. Multum quoque hodie colitur in Cypro, Melita & Sicilia, occurrit quoque in India tum Orientali, præſertim China, tum Occidentali; ſeritur quotannis.

Altera ſpecies arboreſcit, & dicitur Xylon arboreum I. B. 1. 346. Goſſypium arboreum caule lævi C. B. Pin. 430. Goſſypium arboreum Gotne M. Segiar Proſp. Alpin. Ægypt. 29. Flore eſt atro purpureo; datur tamen etiam ſpecies flore flavo.

Ex harum plantarum fructibus obtinetur jam lanugo iſta, quæ GOSSYPIUM, COTTONEUM, COTTON, COTTO, COTTUM, LANA XYLINA, Baum-Woll/ COTTON, appellatur. Quantis uſibus œconomicis inſerviat, quantum redituum imperantibus & mercatoribus exinde proveniat, noſtrum non eſt memorare, ſicut quoque nobis non incumbit examinare, quodnam Goſſypii genus altero præſtet.

Goſſypium uſtum ſanguinis profluvium ſiſtit, & accenſum Hyſtericas ſolatur; quidam eodem utuntur ad turundas. Alias in cucuphis uſurpatur. Sæpiſſime vero & frequentiſſime Medicamenta Otica cum eodem applicantur; formantur & exinde poma ſic dicta ambræ ſive odorifera.

Semina renibus quoque atque Hepati dicantur, & ob vim demulcentem in dyſenteria prodeſſe feruntur; aſt cum non adeo ſtomacho benefaciant, ideo rariſſimi ſunt uſus. Oleum è ſeminibus expreſſum cutis maculas fere quaſvis delet.

Tertiam denique quod attinet ab authore citatam ſpeciem, videtur illa eſſe eadem, quæ ſuppeditat iſtam lanuginem, quam HOUATTE, HOUETTE, Watt oder Seiden-Watt/ appellitant, de qua quidem quædam circumferuntur icones, ſed nullæ certæ deſcriptiones.

SE-

SEMEN HORDEI.

Viſcoſitate adeo blanda & temperata conſtat, ut tam pro medicamento, quam alimento habeatur, tanquam anodynum & mulcens acria quævis, & ex his natos affectus, hinc in febribus ardentibus, in nimia ſanguinis effervescentia, in compeſcenda ſiti, aliiſque uſurpatur. Externe quoque emollit, maturat, & anodynum eſt.

Datur hordei emulſio, cremor, ſemina etiam mundata vel uſtulata, vel ad crepaturam cocta, datur etiam decoctum.

℞. Sem. hord. ad crep. coct. ℥ij. ▽ Card. B. q. ſ. f. emulſ. temperans & refrigerans in febribus.

℞. Decoct hord. ℔j. ▽ Cinam. ℥j. ſyr. roſar. & violar. ana ℥ß. lap. prunell. ʒj. f. Julap. temperans & refrigerans in febribus ad ſitim fallendam.

℞. Decoct. hord. ℔ij. ſyr. limon. ℥ij. ⏑ ⊕l. q. ſ. f. Jul. refrigerans.

℞. Hord. ℥ij. liquir. ℥ß. paſſul min. ℥j. M. f. decoct.

℞. Raſ. C. C. hord. ana ℥ij. coq. ex ▽ ſ. q. add. ſyr. Card. Ben. f. decoctum temperans in Variolis & Morbillis, in quo & ſpecifica poſſunt exhiberi.

℞. Hord. mund. ℥ij. rad. chin. ℥ß. coq. in ▽ f. apoz. in febribus ardentibus.

℞. Decoct. hord. ▽ ſperm. ranar. ana ℥ij. ſem melon. cucum. ana ʒj. amygd. d. n. vij. f. Emulſ. ad fluxum hæmorrhoidum nimium à ſanguine acriori, in alvo adſtricta poteſt addi Mannæ. ℥ß.

℞. Hord. ⊖ commun. ana Mj. inde ſacculo & applica abdomini ad tormina & inflationes: de uſu farinæ hordei v. cap. de lino & fœnu-græco.

HORDEUM, vel ab oriendi celeritate, vel ab horrore ob mordacem & pungentem ariſtam, vel quaſi FORDEUM φέρβω nutrio, dictum, Græcis κριθὴ, Germanis Gerſten / Gallis ORGE audit.

Eſt planta flore apetalo, per faſciculos in ſpicam diſpoſito. Singuli nempe flores plurimis ſtaminibus conſtant ex calyce ſurgentibus. Piſtillum autem abit in ſemen oblongum, farinaceum, utrinque acutum, ventre tumido, glumæ, quæ calyx floris fuit, arcte adhæreſcens. Singuli faſciculi axi dentatæ affixi ſpicam conſtituunt.

Hordeum polyſtichum hybernum C. B. Pin. 22. Hordeum polyſtichum I. B. 2. 429. Hordeum polyſtichon Hybernum majus Tabern. Ic. 274. κριθὴ πολυσιχὴ, Winter-Gerſten / Große-Gerſten / GROSSE ORGE. &

Hordeum polyſtichum vernum C. B. Pin. 22. Hordeum hexaſtychum pulchrum I. B. 2. 329. Hordeum polyſtichum æſtivum Tab. Ic. 275. &

Hordeum diſtichon quod ſpica binos ordines habeat Plinio C. B. Pin. 23. Hordeum diſtichum I. B. 2. 429. Hordeum diſtichum æſtivum trimeſtre minus Tabern. Ic. 274. Sommer-Gerſten / Futter-Gerſten / Kleine-Gerſten / PETIT ORGE.

Hoc ultimum frigoris impatientiſſimum Martio, Aprili & Majo demum ſeritur. Alterum vero hybernum ante hyemem in terram conjicitur. Matureſcit autem atque demetitur ante triticum & ſecale; Diſtichum poſtea demum colligitur; Uſurpantur grana. Hordeum in cortice ſuo poſſidet vim abſtergentem, temperantem vero & mitigantem in pulpa, quæ ſumme eſt leniens, nutriens, humectans.

Antiquiſſimum in cibis hordeum eſt, & in culinis etiam noſtris temporibus frequentiſſimum. Uſurpatur autem HORDEUM EXCORTICATUM, aut DECORTICATUM, Gerölte-Gerſten / ORGE MONDÉ, quod duplex eſt, MAJUS & totum fere nucleum continens excepto cortice, große gerölte Gerſten / atque minus, HORDEUM PERLATUM, HORDEUM ORBICULATUM, Klein gerölte Gerſt / Ulmer-Gerſt / Perlen-Gerſt dictum, quod quidem palato abblanditur, ſed tantum cremoris ac prius non ſuppeditat. Non opus hic eſt multa dicere de ptiſana, pollenta, Maza &c. ex hordeo

deo olim parari ſolitis, de quibus videri poteſt celeberrimus MELCHIOR SEBIZIUS de alimentorum facultatibus. Sufficit exinde ſequentia hic allegaſſe.

Noſtræ mulierculæ ptiſanæ genus faciunt guſtu haud ingratum. Sumunt hordeum decorticatum, à ſordibus repurgatum & aqua ablutum, idque in aqua tam diu coquunt, donec mucilaginem in aquam deponat, quam poſtea auferunt & cum brodiò carnium caponum aut Gallinarum denuo ad pulticulæ conſiſtentiam percoquunt, adduntque in fine decoctionis tantum ſalis aut ſacchari, quantum palato arridet. Addi poſſunt vitella ovi, amygdalæ dulces &c. ut hecticis, Phthiſicis atque dyſentericis magis proſint.

Pulmenta etiam hordeacea, noſtris menſis ſunt uſitatiſſima. Conficiuntur apud nos ex hordeo decorticato modo ſequenti. Primum hordeum à quiſquiliis & ſordibus repurgant. Deinde calida aqua abluunt. Tum alia in aqua horis aliquot, dum diſſiliat & mucilaginem reddat, coquunt. Quarto hac ratione coctum una cum mucilagine in vas foraminulentum conjiciunt, & aquam frigidam affundunt, ut omnis tranſcoletur mucus. Tandem hordeum denuo in carnium brodio ad juſtam conſiſtentiam craſſiorem tenuioremve pro voluntatis arbitrio elixant, ſaleque & petroſelino, aliquando & aceto condiunt. Ejuſmodi pulmenta, præſertim abſque aceto, & ægris ſaluberrima ſunt raroque nocent, larga licet manu exhibita.

Hordeum non decorticatum uſurpatur præſertim ad decocta pro potu, ubi notandum, quod coctio ſolummodo ad crepaturam hordei debeat inſtitui, ne potus nimis mucilaginoſus & ingratus evadat. Decoctum hordei eſt vel ſimplex, vel compoſitum cum glycyrrhiza & paſſulis aliiſque pro intentione Medici. Cum hoc decocto hordei ſimplici fiunt emulſiones, quæ edulcoratæ & glacie refrigeratæ æſtivis menſibus in regionibus calidioribus frequentiſſimi uſus ſunt, Gallis vocantur ORGEAT. Decoctum hordei inſervit etiam pro gargariſmate in ulceribus oris abſtergendis, præſertim ſi mel roſatum addatur.

Ex farina hordei parari quidem poſſunt panes, ſed non adeo præſtans præbent alimentum. Pabulum ſunt tenuioris fortunæ hominum & vigente caritate annonæ. Commendatur interim ejuſ-

modi panes catarrhosis, Hydropicis, Podagricis, & mensium nimis fluentium affectione laborantibus.

Viget hodie mos, cum hordeo tum non excorticato, tum decorticato, ustulato, decocta instar potus Caffé parandi & matutino præsertim tempore hauriendi.

De MALTO quod ex hordeo paratur, audiendus adhuc supra allegatus author. Maltum, inquit, AETIUS βόμμι vocare videtur. Germani Maltz appellant. Conficitur ex hordei granis ad Beræ seu Cerevisiæ decoctionem, & quidem præstantissimum Martio & Aprili mensibus. In quibusdam locis ex tritico fieri solet. Frumentum per biduum triduumve in aqua maceratur, ut eluatur, humectetur & intumescat. Deinde in pavimentum siccumve tabulatum transponitur, ut imbibitum humorem aliquatenus exuat, & germinet. Tum lento igne in officina maltaria quadantenus torrefit, aut mensibus æstivis vigente æstu loco eminentiore atque perflato tenuiter per tabulatum sparsum exsiccatur, sæpiusque per diem vertitur. Tandem in molendinum deducitur, & in crassiorem farinam, quam MALTUM COMMOLITUM nuncupant, confringitur. Ex hoc malto cum lupulo paratur atque excoquitur istud potulenti genus quod CEREVISIA, CERVISIA, BERA, BIERA, ζῦθος, VINUM HORDEACEUM, Bier / de la BIERRE, vocatur, de qua consulatur aliquoties jam citatus SEBIZIUS. Notandum hic solummodo, quod potus hic alimento Medicamentosus, de quo SALERNITANI canunt

Crassos humores nutrit cerevisia, vires
Præstat & augmenta carnem generatque cruorem,

non debeat eligi vel nimis recens, vel nimis vetustus, imprimis qui acescere incipit. Mediæ æstatis Cerevisia quæ deferbuit, & à fecibus liberata, mensibus hybernis Martio præsertim parata, cæteris paribus optima. SALERNITANI ita loquuntur.

Non acidum sapiat cerevisia, sit bene clara,
Ex granis sit cocta bonis, satis ac veterata,
De qua potetur, stomachus non inde gravetur.

Farina hordei externe cataplasmatibus immiscetur, pro scopo resolvendi, emolliendi & maturandi. Tan-

Tandem quoque vel verbo mentio facienda ſacchari hordeati, *Sucre d'Orge*, de quo infra ſub Saccharo.

SEMEN CANNABIS.

Sunt grana ſubrotunda parva, quæ ſub tenui cortice ex cinereo ſpadiceo glabro includunt medullam albidam, ſaporis ſubdulcis.

Hujus mucago nonnihil olei conjunctum habens, acrem volatilemque bilem à qua icterus oritur, mire temperat & compeſcit, obtinet quoque vim ſtupefactivam, quæ ex recentis plantæ odore gravi, idem exſiccatione manifeſte percipiuntur, orgaſmum genituræ maxime compeſcit, & propterea tanquam antaphrodiſiacum & ſpecificum contra gonorrhœam laudatur.

Turcæ præparant ſuum Maslach ſeu Banque hoc modo. Recipiunt folia cannabis minoris recentiſſima, in pulverem terunt in olla, in qua butyrum fuit aſſervatum, torrent, madefaciunt, hocque aliquoties repetunt, & utuntur ſingulis diebus, quando ſibi ſtuporem inducere volunt.

In India orientali alia eſt planta ex qua fit Banque, Althæa goſſypii folio ſapore acetoſæ, terunt etiam in pulverem, miſcent cum butyro & oryza [deſcripta eſt hæc planta ab Hermanno noſtro Hort. Lugdun. Batav. p. 25. conf. etiam Garz. ab Horto l. 2. c. 25. p. 242. it. de Maslach. Turcarum Wedel. opiolog. l. 2. ſ. 4. p. 1. p. 168.]

Datur in Emulſione, decocto. it. ℥ expreſſum.

℞. Sem. cannab. ℥ij. coque in lacte bubulo ad crepaturam uſque, cape hujus decocti ℥v. bis vel ter in die, contra icterum ex acri & volatiliore bile.

℞. Sem. cannab. ℥ij. ſem. lactuc. portulac. ana ʒij f. Emulſ.

ex

ex ▽ portulac. & Nymph. ſ. q ad extinguendam ♀em, adde ſi præſtantiorem expetas ☉ præpar. ℈ß. ſacch. ℏn. gr. vij. ſem. agn. caſt ℈j.

℞. Sem. cannab. ℥vj. 4. frig. maj. ana ℥j. f. Emulſ. cum ▽ Menth add ſuccin. præpar. oſſ. ſepiæ ana ℥j. ſyr. nymph. q. ſ. ad gonorrhœam.

Oleum expreſſum inungitur regioni renum contra gonorrhœam.

FRU-

Κάνναβις, Καννάβιον, quoniam ad fonticulos, ſcaturigines, lubens & ſponte ſata luxuriet, CANAPUS. ἀσέριον, χοινόλροφον, à texendis ex ea funibus. Hanff / CHANVRE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus calyce inſidentibus conſtante, & ſterili. Embryones enim iis ſpeciebus Cannabis innaſci ſolent, quæ flore carent, abeuntque deinde in capſulam ſemine fœtam ſubrotundo.

Cannabis ſativa C. B. Pin. 320. Cannabis mas I. B. 3. 477. Cannabis fœcunda Dod. Pempt. 535. Zahmer-Hanff / ſo Saamen trägt. CHANVRE MALE ou FECOND. &

Cannabis erratica C. B. Pin. 320. Cannabis fœmina I. B. 3. 447. Cannabis ſterilis Dod. Pempt. 535. Wilder-Hanff / Femmel / Fimmel / Fimmel-Hanff / CHANVRE, CHANVRE FEMELLE.

Utraque ſpecies ex uno eodemque ſemine producitur. Vere in agris ſeritur & colitur, fœmella prior matureſcens meliorque ac præſtantior ad pannos conficiendos, Julio matura vellitur, Mas Auguſto vel etiam Septembri ſemen largitur.

De uſu Cannabis œconomico, dum caules præparati ad fila, funes, linteamina &c. paranda inſerviunt, cum is in vulgus ſit notiſſimus, non opus ut multa verba fiant, id ſolummodo notandum eſſe cenſeo, quod aquæ, in quibus cannabis caules ut & Linum macerantur, evadant inſaluberrimæ, & non tantum piſcibus lethales, ſed & hominibus exitioſæ. In uſum Medicum venit

venit ſemen, ſed raro. Olim ſemine Cannabis frixo cum tragematibus aliis utebantur. Noſtrum ſeculum, ut SEBIZIUS loquitur, has delicias non curat, & ſemina Cannabis aviculis quibuſdam projicit, inter alias etiam Gallinis, quæ exinde oviferaciores reddunturtur. Ventriculum gravat caputque tentat. Sunt tamen, qui in tuſſi illud commendant. Doſis ſeminis Cannabis eſt in ſubſtantia ad ℈j. ad ʒj. Externe emulſiones Cannabinæ laudantur quoque ad Cephalalgiam. Menſes atque urinam in vino ſumptum pellit. In laxitate uvulæ ſemen Cannabis in poſca parum coctum & colatum pro gargariſmate maximopere à SACHSIO in Ampelo graphia laudatur. Curioſum quod dicunt de herba, equos nempe à muſcarum tabanorum & aſilorum injuriis immunes reddi, ſi ea dorſum aliæque partes externæ fricentur.

IN OFFICINIS PROSTAT

Oleum Cannabis, **außgepreſt Hanffſaamen-Oehl** / *Huile de Chenevis*; emollit & reſolvit, ad ambuſta ut & ad dolores Iſchiaticos conducit.

FRUCTUS ET SEMINA SUBDULCIBUS PARTICULIS ET OLEOSIS TEMPERATIS CONSTANTIA.

AMYGDALÆ DULCES.

Hi nuclei terræ commiſſi facile progerminant, & citiſſime in arbores excreſcunt, aliquando vero ex dulcibus fiunt arbores fructus amaros ferentes, & vice verſa ex amaris, in meliorem terram tranſplantatis.

Ob vim alimentoſam conveniunt in phthiſi, hectica, tabe, atrophia: ob vim medicamentoſam conveniunt in omnibus affectibus acrioribus, mulcendo & obtundendo, tormina quoque tollunt.

Duplex parari poteſt ℞, unum ex amygdalis parum crematis

matis præloque commiſſis, quod optimum, ſi plane non cremarentur adhuc melius eſſet. Alterum fit evaporando emulſiones factas, tum ℥ remanet, quod nullius momenti.

Ob oleum quo gaudent, fœces alvinas induratas emolliunt & alvum ſolvunt, Urinæ acredinem temperant, temperant quoque acidum, à quo ſæpe inflammationes internæ, pleuritis nempe & nephritis oriuntur.

Datur eorum ſubſtantia, emulſio & ℥ expreſſum: oleum interne datur, quando recens eſt expreſſum, nam inveteratum rancidum eſt & nauſeoſum.

℞. Amygd. d. excort. ʒij. aq. rub. id. q ſ. aq. roſar. par. f Emulſ. nutriens & confortans, conveniens imprimis in phthiſi & tabe, add. Magiſt perlar. ℈j. it. aq. Cinam tantill.

℞ Amygd. dulc ℥ß. ſem. pap. alb. ʒij. ▽ Nymph. q. ſ. f. Emulſ. add. Ebor. ʒß. ſyr. d. Nymph. ℥ß. datur pro refrigerante & ſomnum inducente.

℞. Decoct hord. aq. ſperm. ranar. ana ℥iij. ſem. pap. alb. ʒij gland. immatur. num. ij. amygd. d. n. v. f. Emulſ. add. Miv. Cydon. ʒvj. Magiſt. Corall. ℈j. Unicorn. foſſil. gr. xv. L. O. gr. j. exhibe contra fluxum hæmorrhoidum.

℞. Olei amygd. dulc. ℥iiß. add. Mann. ℥iß. cape ex juſculo gallinæ contra colicam, docente ita Sennerto.

℞. Olei amygd dulc. ℥ij. Ocul. ♋ ʒß. ſyr. dialth. par. cape ad dyſenteriam.

℞. Olei amygd. ℥iß. Vin Malv. ℥ß. ſyr. papav. ℥ß. M. f. hauſtus in colica paſſione, alii addunt ſaponem Venetum.

℞ Olei amygd ℥vj. ℥ laur. expr. ℥ij. f. Clyſter in colica flatulenta. [De uſu olei amygdal. dulc. in forma clyſteris injecti conf. Sim. Paulli Quadr. Bot. Claſſ. 2. p. m. 18.]

AMYG-

AMYGDALUS, Ἀμυγδάλη, ἀμύγδαλος, Mandel-Baum / AMANDIER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum oblongum, oſſeum, callo pulvinato obductum, nucleo fœtum oblongo.

Amygdalus ſativa fructu majori C. B. Pin. 441. Amygdalus dulcis I. B. 1. 174. Amygdalus Tabern ic. 996.

Arbor hæc regiones amat calidiores. In Italia notante J. BAUHINO familiaris eſt. In Gallo provincia Delphinatuque conſitæ ſunt planities patentiſſimæ, in tractu Rhenano non paucis locis, præſertim in agro Spirenſi inveniuntur Amygdali. In Alſatia quoque haud infeliciter cultæ proveniunt. Floret vere, æſtate & verſus Autumnum matureſcunt fructus, qui vocantur ἀμύγδαλαι, AMYGDALÆ, ita dictæ, quod ſub virenti cortice illarum putamen πολλαῖς ἀμοχαῖς i. e. e multo ſcarificatu ſit veluti diſciſſum & fiſſum, AMYGDALÆ DULCES, Germanice Mandeln / Süße Mandlen / AMANDES, AMANDES DOUCES. Sunt autem fructus figuræ ovalis, depreſſæ, ſub cuticula flaveſcente granum album tegentes, ſaporis dulcis, odore carentes. Includuntur hi fructus capſulæ ligneæ & fere lapideæ cortice viridi tectæ. Probantur Amygdalæ flaviſſimæ, integræ, non confractæ nec eroſæ, duræ & ſiccæ, quantum illis datum eſt, & ob id fragiles intuſque albiſſimæ. Aliæ ſunt majores, minores aliæ. Laudantur inter alias Landavienſes. Præferuntur tamen Germanicis è Provincia Gallorum & Languedocia advectæ.

Eæ, quæ reliquas ſaporis ſuavitate ſuperant, AMBROSINÆ dicuntur. Dum Amygdalæ pro variis ſuadentur uſibus, notandum, quod vetuſtiores ſint rejiciendæ ob rancorem. Præterea pelliculæ rugioſiores factæ quandoque aſperitatem & vocis raucedinem excitare putantur. Ob eandem rancoris ſuſcepti aut facile ſuſcipiendi cauſam in febribus à quibuſdam rejiciuntur, cum facile noxam inferre queant. In affectibus etiam ſoporoſis lethargiciſque non adeo tutus ipſarum obſervatur uſus. Cum involvendo & incraſſando inſerviant, in Catarrhis tenuibus, alvi fluxibus, diarrhœa atque dyſenteria prodeſſe poſſunt. Quod ad uſum Oeconomicum attinet, palato, ut cum SEBIZIO loquar, ſapiunt, præſertim aqua ferventi maceratæ & delibratæ, poſt in aquam gelidam con-

jectæ indeque rursus extractæ, & vel ita comestæ, vel polline sacchari conspersæ. Cum rasura Casei Parmensis egregie sapiunt. Ingenia porro culinarum, ut idem author ait, amydalas ad varios escarum usus adhibent; Similiter & ars pistorum dulciariorum. Elicitur exinde emulsio, quam LAC AMYGDALINUM, Mandel-Milch / EMULSION ou LAIT D'AMANDES appellitant, cum aqua simplici, decocto hordei alioque liquido ad rem faciente. Adhibentur autem hunc in finem excorticatæ, cortex quippe colorem insigniter turbaret. Ex amygdalis porro hisce conficiuntur pulticulæ, placentæ, & cumprimis panes isti delicatissimi tum majores, tum minores, quos Marcios & Marcipanes appellitant, emaciatis, tabidis, hecticis, dysentericis & pleuriticis conducibiles. Hactenus SEBIZIAMA verba utplurimum. Cum gelatina cornu Cervi adhuc liquida, si amygdalæ dulces excorticatæ emulgeantur, paratur certe remedium alimentoso medicamentosum ad modo dictos affectus similesque & proficuum & elegans, quod vel per se cochleatim, vel quodam cum vehiculo sæpius assumi potest. Saccharo porro incrustantur & tanquam bellaria egregia usurpantur.

IN OFFICINIS ASSERVATUR

Oleum Amygdalarum dulcium, vel *cum*, vel *sine igne expressum*, Süßmandel-Oehl/ mit und ohne Feuer außgepreßt / *Huile d'Amandes douces tirée sans feu* ou *avec du feu*. Prius usui interno, alterum externo dicatum est. Commendatur præter virtutes allegatas ad dolores pleuriticos nephriticosque, conducit in raucedine, tussi, aliisque pectoris affectibus, alvum laxat, partum facilitat, ad dolores post partum prodest & infantibus recens natis quoque propinatur. In pleuritide loco olei lini ad aliquot uncias hauritur, ubi expectorationem promovet. Puerperæ statim post partum vel cum jusculo, vel cum Syrupo violarum illud hauriunt, vel cum Syrupo de manna, vel cum Saccharo penidio ad educendum meconium infantibus propinatur. Datur ad ʒß. ʒij. ʒiij. &c. Inungitur in dolore nephritico, emollit, laxat, anodynum est. Clysteribus immiscetur in fæcibus induratis, ad tumores tonsillarum illinitur, perniones cum Spiritu Vini camphorato sanat. Ad asperitatem cutis tollendam & molliorem reddendam laudatur.

Magma

Magma poſt expreſſionem olei reſiduum, die Mandel-Kleyen / *Pâte d'Amandes*, inſervit ad detergendas manus & lævorem cuti conciliandum. Sunt, qui miſcent cum mica panis albiſſimi, & aliquid vini aut ſucci limonum vel citri addunt.

℞. ℥ Amygd. dul. rec. ſin. △ expreſſ. ʒvj. Syrup. violar. ℥j. Spermat. Cet. rec. ʒj. Miſc. f. potiuncula infantibus & adultis, in aſperitate faucium & tuſſi atque aſthmate, præſertim in variolis & morbillis, conveniens.

AMYGDALÆ AMARÆ.

Ob ſui amarorem ad caliditatem inclinant, & minus temperatæ ſunt ac dulces, harum ℥ expreſſum, in quo potior vis conſiſtit, diureſin movet, calculum & nephritidem curat, eſt quoque antipleuriticum. Convenit externe in tinnitu aurium & ſurditate à ſordibus auri impactis.

An amygdalæ amaræ comeſtæ ante potum ob ſui oleoſitatem ebrietatem præcavent? experientia conſulatur.

Dantur per ſe, harum Emulſio, ℥ expreſſum ut & elixir.

℞. Olei amygd. amar. ℥ij. detur contra dolorem nephriticum, calculum & pleuritidem.

℞. Olei amygd. amar. q. v. adde ſacch. q. ſ. ad conſiſtentiam mellis, f. Electuar. applica ulceri vel vulneri faucium, œſophagi, quin & aurium.

℞. Amygd. amar. ℥ij. ⏑ vin. rectific. ℔j. cinam. ℥ß. digere, deſtilla ex cineribus: cape ℥ß. vel. ʒij. ad flatulentiam & pleuritidem.

Amygdalæ amaræ lethales ſunt vulpibus, gallinis, ſciuris &c. vid. C. N. C. Dec. 1. ann. 8. obſ. 99. p. 183. & ſqq. it. Dec. 2. ann. 8. obſ. 154. p. 335.]

Hos fructus ferens arbor dicitur

Amygdalus amara C. B. Pin. 441. & I. B. 1. 174. Fructu autem ab amygdalis dulcibus non niſi ſapore diſcrepant, vocantur Bittere-Mandlen/ AMANDES AMERES. Non omnium guſtui blandiuntur. Colliquant, reſolvunt & in chronicis ſeroſiſque affectibus conducunt. Parantur etiam ex his amygdalis frontalia ſeu Emulſiones capiti externè applicandæ in doloribus capitis.

Oleum Amygdalarum amararum, Bitter Mandel-Oehl/ *Huile d'Amandes ameres.* Præter virtutes allegatas conducit ad vermes necandos. In urinæ difficultate pubi inungitur. Menſes quoque pellit. Sunt, qui illud uſurpant ad nervorum dolores mitigandos & pudendorum fiſſuras ſanandas cum melle illitum, frigidis uteri vitiis prodeſt, ad faciei nigredinem & ad maculas à Sole contractas commendatur. Inſigne quoque dicitur eſſe vulnerarium; Manantia capitis ulcera, præſertim cum vino & furfure, detergit.

Ex arboribus Amygdaliferis quandoque extillat Gummi, quod vi incraſſante gaudet, & non tam in calculo, quam in hæmoptyſi & mictu cruento laudatur.

PISTACIA.

Sunt Piſtaciæ peregrinæ fructu racemoſo ſeu Therebinthi Indicæ Theophraſti C. B. P. fructus oblongi, anguloſi, avellanæ magnitudine, altera parte elatiores, altera depreſſiores, coſta notati, ſub putamine tenui includitur nucleus ex albo vireſcens, ſaporis oleoſi ſubdulcis.

Eſt vel major vel minor, ex Perſia raro transfertur & multo ſapidior eſt quam major, in noſtris creſcens etiam terris.

Nuclei, qui ſoli in uſu ſunt, conveniunt cum amygdalis dulcibus, ſed potentius augent genituram, vis omnis conſiſtit in oleo recenter expreſſo, dantur ut amygdalæ.

℞. Olei piſtac. expreſſ. ʒiß. vel ij. vitell. ovor. n. j. ambr. gryſ. ∋ß. ſacch. cand. ʒij. redige ad ignem cinerum in formam Electuarii, propina ſeni ad augendam ♀em. ℞. Pi-

℞. Piſtac. rec. amygd. dulc. nucl. pini ſ. Emulſ. ex lacte contra phthiſin, tabem & maraſmum, add. ſem. Eruc. ℈ß. mac. gr. v. Cubeb. gr. vij. ſ. Elect. aphrodiſiacum.

NU-

PISTACEA, πιϛάκια, TEREBINTHUS INDICA, Piſtacien-Baum / Syriſch oder Welſch Pimpernuß-Baum / PISTACHIER.

Ad Terebinthum à TOURNEFORTIO refertur. Terebinthus Indica Theophraſti, Piſtacia Dioſcoridis Adverſ. 413. Piſtacia I. B. 1. 275. Piſtacia peregrina fructu racemoſo ſive Terebinthus Indica Theophraſti C. B. Pin. 401. In Perſia, Syria, Arabia, Ægypto, Africa, multum proveniunt. Coluntur quoque in Italia, Hiſpania & quibuſdam Galliæ locis. Fructus ex hac arbore potiſſimum in uſum trahuntur & vocantur πιϛάκια, βιϛάκια, ψιττάκια, φιϛάκια, BISTACIA, PISTACIA, Piſtacien / Piſtacien-Nüßlein / Syriſch oder Welſche Pimper-Nüßlein / PISTACHES. Cum ſaporis non ingrati ſint præſertim recentes, nutrimentumque corpori non exiguum præbeant, hinc à coquis quorumdam ferculorum præparationi immiſcentur, ſaccharo etiam quandoque incruſtantur & inter bellaria referuntur. Quoniam autem non adeo recentes apud nos habentur, ideoque hic fructus pro uſu culinario frequens non eſt. Commendantur tabidis & hecticis, auxiliantur nephriticis. Ventriculo hepatique & pectori ſuccurrunt. Compoſitiones confortativas ingrediuntur, imprimis morſulos.

NUCLEI PINI.

Sunt Pini ſativæ C. B. P. nuclei oblongi, candidi, pingues, incluſi mediante rutila tunica oſſiculis craſſis & duris, in turbinato & ſquamato cono diſpoſitis, ſaporis ſubdulcis.

Virtute piſtaceis accedunt, ſed ſpecifice commendantur in temperanda lympha acriore, ſtillante in pectus, ut & in mulcendo acido ſtrangurïæ & dyſuriæ. Vis omnis conſiſtit in oleo. ℞. Piſtac.

℞. Piſtac. amygd. d. pinearum ana ʒß. ſem. eruc. urtic. ana ℈j. ſpec. diambr. ʒß. Mell. q. ſ. f. conditum aphrodiſiacum, add. diamoſch. ℈ij Elect. diaſatyr. ʒij.

℞. Olei rec. expr. nucl. pini ʒj. cape cum vino ad erigendam ♀em vel etiam ♌ Majoran. gt. iij.

NUC-

PINUS SATIVA, PINUS DOMESTICA, πέυκη, male I. B. πίτυς, Zahmer Fichten-Baum / Pinien-Baum / Zirbel-Baum / PIN CULTIVE'.

Eſt arbor flore amentaceo, plurimis ſtaminibus conſtante ſed ſterili: embryo enim à flore ſeparatim naſcitur, abitque in fructum, inter cujus ſqamas duobus ſcrobibus excavatas, occurrunt duo officula ſæpe alata nucleo fœta oblongo. His notis addenda ſunt folia bina ſimul ex eadem vagina prodeuntia.

Pinus ſativa C. B. Pin. 491. Pinus officulis duris foliis longis I. B. 1. 248. Pinus Dod. Pempt. 859.

In multis Italiæ locis, præſertim in agro Ravenate, item in Gallia Narbonenſi, circa Maſſiliam, in Hiſpania, item in aliis regionibus calidioribus Orientis provenit. Coluntur etiam in hortis & viridariis. In uſum ſuppeditat hæc arbor nuces, quæ in CONIS, STROBILIS, CONARIIS, Zirbeln / Zapffen / Pin-Aepffel / POMMES DE PIN appellatis, naſcuntur, & utplurimum abſque conis ad nos advehuntur. Vocantur NUCES PINEÆ, NUCLEI PINEI, Pinien / Pineolen / Pignolen / Krafft-Nüßlein / Zirbeln-Nüßlein / PIGNONS, PIGNOLAS, AMANDES DE PIN. Hæ nuces recentes Stomacho, ut cum SEBIZIO loquar, & palato arrident. Inveteratæ oleoſæ fiunt & rancorem contrahunt. Variis immiſcentur ferculis, ſaccharoque incruſtantur & inter bellaria referuntur: Magis tamen hodie, noſtris ſaltem in regionibus, pro uſu inſerviunt Medico. Dum detergent, humectant, reficiunt & alunt, non poſſunt non prodeſſe iis, qui tabe, phthiſi, tuſſi ſimilibuſque affectibus laborant. In calculo & exulceratione renum & veſicæ proſunt. Lac ſemenque augent. Reſinæ cum his optime tritæ in vehiculo aqueo diſſolvuntur. Sunt, qui in emulſiones eas recipiunt,

cipiunt, ſed non omnino gratum largiuntur colorem. Ingrediuntur Morſulos aliaſque formulas confortantes. Oleum apud nos non proſtat.

NUCLEI CERASORUM.

In horum ſubſtantia mucaginoſa & oleoſa latet aliquid ſalis diuretici, in oleoſa vero virtus anodyna, unde ſingulariter laudantur in nephritide.

℞. Nucl. Ceraſ. ʒiij. ▽ chæref. q. ſ. f. Emulſ. diuretica.

℞. Olei expr. nucl. ceraſ. ʒij. exhib. ex ▽ chæref. contr. nephritidem.

NUC-

CERASUS ARBOR, Κέρασος, κεράσιον, à Ceraſunte, Pontico municipio, unde Lucullus Mithridate debellato primum in Italiam arborem detulit, id quod alii negant, Kirſch-Baum/ Kirſchen-Baum/ CERISIER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum carnoſum, ſubrotundum vel cordiformem, oſſiculo fœtum ejuſdem formæ, nucleum includente. Quibus notis addenda facies Ceraſo propria.

Hujus arboris major eſt varietas, quam ut deſcribi poſſit. Quotidiana enim cultura & inſitione augeri ſolet, id quod ſuo tempore jam pronunciavit SEBIZIUS. Ceraſus alia eſt ſativa, alia ſylveſtris. Alia majores, minores aut mediocres, alia dulces, ſubdulces, acidos, amaricantes, vinoſos fert fructus; alia arbor producit Ceraſa rotunda, oblonga turbinata, cordiformia, alia dura, alia vero tenera, alia brevia, alia longidula promit, & quæ plures aliæ ſunt differentiæ. Sequentes autem ſpecies frequentiores jam ſunt.

Ceraſus major ac Sylveſtris fructu ſubdulci, nigro colore inficiente C. B. Pin. 450. Ceraſus Sylveſtris fructu nigro I. B. I. 220.

Cerasia nigra Tabern. Ic. 986. Schwartzer Kirsch-Baum / MERISIER, CERISIER SAUVAGE. Hujus fructus dicuntur Schwartze Wilde-Kirschen / kleine Schwartze-Kirschen / Vogel-Kirschen / CERISES SAUVAGES NOIRES, MERISES. Occurrit in Sylvis hinc inde.

Cerasus sativa rotundo rubro & acido fructu Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 4. Cerasa sativa rotunda rubra & acida, quæ nostris Cerasa sativa C. B. Pin. 449. Cerasia acida Tabern. Ic. 985. Kirsch-Baum / CERISIER, CERISIER DOMESTIQUE ou CULTIVÉ. Fructus dicuntur gemeine rothe Saure-Kirschen. CERASA ACIDA & VULGARIA, CERASA AGRIOTTA, AIGRIOTTES. Colitur hinc inde. Hæc Cerasa ut & alia hortensia, urbana atque domestica, prioribus Sylvestribus sunt majora carnioſioraque & succulentiora.

Cerasus sativa fructu majori Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 4. Cerasa sativa majora C. B. Pin. 449. Cerasa acida rubella I. B. 1. 221. Cerasia Hispanica Tabern. Icon. 984. GRIOTIER. Zahmer Kirsch-Baum. Hujus fructus audiunt, Zahme-Kirschen / des GRIOTTES.

Cerasus fructu acido, serotino, succi sanguinei Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 4. Cerasa acidissima sanguineo succo C. B. Pin. 450. Cerasa acida nigricantia solidiora tardius matureſcentia I. B. 1. 24. Cerasiorum primum genus Trag. 1027. dicuntur hujus fructus CERASA AMARENA, Amarellen / Weichßlen / Gallice etiam GRIOTTES appellantur.

Cerasus major fructu magno cordato Raji Hist. 1538. Cerasa crassa carne dura C. B. Pin. 450. Cerasa duracena oblonga I. B. 2. 221. Cerasia Pliniana Tabern. Icon. 985. BIGAROTIER, Gezweigte Groſſe-Kirschen / groſſe Hertz-Kirschen / BIGARREAUX.

Cerasa fructu albo dulci Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 4. Cerasa alba dulcia C. B. Pin. 450. Cerasia dulcia Trag. 1028. Eyer-Kirschen / GUIGNES.

Cerasus fructu aquoso Tourn. I. R. H. cl. 20. S. 7. g. 4. Cerasa carne tenera & aquosa C. B. Pin. 450. Cerasia aquea Tabern. Icon. 986. GUIGNIER. Fructus vocantur Glaß-Kirschen.

Ut jam non dicam de plurimis aliis speciebus; Cerasо racemoſa,

mosa, flore roseo pleno. Florent hæ arbores vere, fructus Majo, Junio & Julio habetur maturus. Debent autem Cerasa eligi bene matura & succulenta; continent plurimum phlegmatis, mediocrem quantitatem olei & salis essentialis. Humectant atque refrigerant, humorum nimium motum compescunt, sitim sedant, alvumque lubricam reddunt. Acida cor ac stomachum roborant. Dulcia habentur magis cephalica, insalubriora tamen sunt, & citius putrescunt. Quo duriora siccicorave, acida item & paululum amara, præsertim si debito modo matura sint eo præstantiora. Possemus hac occasione de usu Cerasorum, quæ communiter cruda, tum in mensis secundis tum etiam matutino tempore ad refrigerandum & appetitum excitandum haud absque successu, modo moderate istud fiat, commeduntur, culinari, eorumque variis præparationibus conditurisque apud Pistores dulciarios consuetis sermonem facere: verum quoniam, ut ita loquar, Lippis hæc & tonsoribus mulierculisque notissima, ideoque potissimum usus Medicus hic considerandus, & quæ in officinis præparata exinde prostant, contemplanda.

De usu Cerasorum SALERNITANI ita canunt,
Si Cerasum comedas, tibi confert grandia dona,
Expurgat stomachum, nucleus lapidem tibi tollit,
Hinc melior toto corpore sanguis inest.

Nuclei contusi adhibentur in frontalibus ad demulcendam Cephalalgiam. Vermes quoque necant. Ex arboribus Cerasis quoque extillat Gummi figuræ utplurimum globosæ, coloris flavescentis, substantiæ pellucidæ, saporis viscosi, omnis mordacitatis expers, odore carens. Commendatur pro verriculo sabuli & calculorum, ut & incrassatione humorum tenuium & acrium.

IN OFFICINIS OSTENDUNTUR

Aqua Cerasorum nigrorum, Schwartz-Kirschenwaßer / *Eau de Cerises noires*, destillatur præsertim ex Sylvestribus nigris cum nucleis contusis, absque prævia fermentatione. Habetur cordialis, Cephalica, in Epilepsia, vertigine, paralysi laudatur, ut & in lingua paralytica & aphonia.

Spiritus Ceraſorum nigrorum, Schwartz-Kirſchenbrandtenwein/ *Eſprit de Ceriſes noires*, paratus ex modo dictis Ceraſis per fermentationem, qui haud raro etiam κατ' ἐξοχὴν, Schwartz-Kirſchenwaßer dicitur. Habetur quoque cephalicus, antaſthmaticus, ſtomachicus atque carminativus. Adhibetur ad unum alterumve cochlear. Externe in aphonia & paralyſi linguæ conducit, rectificatur etiam hic Spiritus, ut reſinæ in eo poſſint diſſolvi.

Ceraſa præſertim *acida condita*, eingelegte ſaure Kirſchen/ oder eingelegte Amarellen/ *Condit de Ceriſe aigres* ou *Aigriottes*, ou *Griottes*. Condiuntur autem vel in forma liquida, vel in forma ſicca. Sanorum palatis egregie abblandiuntur, & ægrotorum, præcipue febri laborantium refocillationi & ad ſitim æſtumque mitigandum inſerviunt. Hæc autem Ceraſa condita merito diſtinguenda à ſic dictis noſtratibus Fäßelkirſchen/ ſive *Ceraſis in doliolis conditis*, dum Ceraſis Amarenis ſuperfunditur ſaccharum liquatum depuratumque, ſed non ulterius coctum. Hoc enim, dum doliolum præſertim commovetur, ſaccharum in liquorem Spirituoſum ardentem, Spiritus Vini æmulum convertitur. Unde quidem ſanis ad roborandum ſtomachum coctionemque adjuvandam conducunt ejuſmodi Ceraſa cum ſuo liquore. Febricitantibus autem non ſunt adæquata ut priora. Notandum hac occaſione, quod *Ceraſa Amarena ſiccata* quoque ſerventur & nunc ſic comedantur, nunc cum aqua & vino atque ſaccharo decoquantur.

Roob Ceraſorum acidorum, Saur-Kirſchenſafft/ *Rob de Ceriſes aigres*, refrigerat, ſitim ſedat & bilem refrænat.

Syrupus Ceraſorum acidorum, Amarellen-Syrup/ *Syrop de Ceriſes aigres*. Gratiſſimus hic Syrupus mixturis julapiiſque miſcetur pro extinguenda ſiti, bile domanda & æſtu extinguendo, unde & vires cordiales ei adſcribuntur; Picæ & Malaciæ medetur.

Vulgus frequentiſſime parat *Spiritum vini Ceraſorum*, Kirſchen-Brandtenwein/ infundendo Ceraſa cum Caryophillis & Cinamomo in Spiritu Vini vel ſimplici, vel rectificato, digerendo ad calorem Solis per inſigne ſpatium, addendo tandem ſi placet pro majori gratia, ſaccharum in quantitate ſufficiente. Confortativus habetur, ſtomachicus, carminativus atque cordialis; aſſumitur cochleatim. Ceraſa quoque infuſa manducantur.

Notiſſimum etiam eſt, & vix non in omnibus cauponis proſtat,

Vinum

Vinum Ceraſites, Kirſchen oder Weichſel-Wein / quod vel cum vel ſine aromatibus paratur. Bibitur magis jucunditatis & voluptatis, quam quidem ſanitatis cauſa.

℞. Spiritus Vini Gallicani menſuras ij. Succi Ceraſorum ſucco ſanguineo menſ. j. Succi fructuum rubi idæi menſ. ß. Cinamomi ʒß. Caryophyllorum, Piperis albi ana ʒij. Nucleorum Ceraſ. contuſ. manip. aliquot ſtent in digeſtione vel ad fornacem, vel ad ſolem per aliquot ſeptimanas. Adde poſtea Sacchari libras duas, vel quantum placet, filtra & ſerva pro liquore ſtomachico ſat grato, qui gratior juxta quoſdam fit, ſi ſuccus fructuum rubi idæi omittatur, & quantitas ſucci ceraſorum adaugeatur.

NUCLEI PERSICORUM.

Cum nucleis ceraſorum conveniunt, ſed amariores, acriores & potentiores ſunt in pellenda Urina.

Oleum expreſſum & infuſum propriis floribus ſingulare eſt in ſurditate, tinnitu & eliciendis vermibus ex aure. Dantur nuclei ceraſorum.

℞. Nucl. Perſicor. ʒij. ▽ gram. q. ſ. f. Emulſ.

℞. Nucl. Perſicor. ʒvj. ſem melon. cucum. ana ʒij. papav. alb. ʒß. ▽ veron. tuſſilag. farfar. ana ʒiij. f. Emulſ. in phthiſi.

℞. Nucl. Perſic. ▽ Nymph. verben. acet. q. ſ. f. Epith. ad capitis dolorem.

ANA-

PERSICA ARBOR, à Perſia unde adducta, PERSICUS, MALUS PERSICA, Μηλέα περσικὴ, Pferſich-Baum / Pferſing-Baum / PESCHER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum carnoſum ferè globoſum, per longitudinem ſulcatum, officulo fœtum, profundis ſcrobiculis excavato, nucleum includente, oblongum. Adde faciem Perſicæ propriam. Plurimæ dantur hu-

jus mali ſpecies, quarum fructus, qui dicuntur Pferſich / Pferſing / μήλα πέρσικα MALA PERSICA, PERSICA, PECHES, ratione magnitudinis, coloris, ſaporis, odoris, figura, tempore quo maturantur, pellicula, qua teguntur, ut & oſſibus differunt. Sequentes ſunt frequentiores.

Perſica molli carne & vulgaris viridis & alba C. B. Pin. 440. Malus Perſica I. B. I. 157. & Dod. Pempt. 796. Hujus fructus vocantur Gemeine Pferſing / PECHES DE MONTAGNE.

Perſica ſucco quaſi ſanguineo C. B. Pin. 440. Perſica rubra Tabern. Icon. 995. Rothe-Pferſing / Blut-Pfirſing / fructus dicuntur

Perſica dura carne buxea C. B. Pin. 440. Perſica Cydoniaria Tabern. Ic. 995. Quitten-Pfirſing / MIRCOTTONS ou MIRLICOTTONS, quaſi Goſſypio obducta audiunt fructus.

Perſica æſtiva Armeniacis ſimilia, ſive Perſica S. Johannis C. B. Pin. 440. Perſica præcocia Tabern. Icon. 994. Trecacina Perſica Car. Steph. Præd. Ruſt. 155. Fructus vocantur Früh oder Johannes-Pferſing / PECHE DE TROYE.

Perſica juglandina Elsholtz. Nuciperſica C. B. Pin. 440. Perſica nux Anguill: Fructus nominantur Nuß-Pfirſing / Glatte-Pferſing / quod nucum juglandium faciem repræſentent, & nulla lanugine pubeſcant.

Perſica dura carne candida aliquando ex albo ſubrubente C. B. Pin. 440. Duracina alba Tabern. Icon. 996. Harte oder Hertz-Pfirſing.

Perſica fructu magno globoſo carne dura Saccharata Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 3. PECHE ADMIRABLE.

Perſica fructu magno globoſo nigricante ſerotino, Tourn. loc. citat. PECHE ROYALE.

Perſica fructu globoſo compreſſo rubro carne rubente Tourn. Loc. Cit. PECHE MAGDELENE ROUGE.

Perſica Amygdalina Elsholtz. Perſica Amygdaloides C. B. Pin. 440. Amygdalo Perſicus Camer. Mandel-Pfirſing / pulpa nempe perſicum, nucleus Amygdalam dulcem ſapit. Ut jam ſilentio præteream plurimas alias ſpecies hodie uſuales.

Coluntur hæ arbores in hortis & vinetis, florent Martio & Aprili, tardius aut citius, pro natura loci & tempeſtatis, fructus diverſis tempo-

temporibus, Auguſto plerumque & Septembri matureſcunt. Multa ex hac arbore in uſum cedunt. Fructus autem potius ſunt culinares, quam officinales, nec diu poſſunt aſſervari, quia admodum ſunt ſucculenti. Refrigerant & humectant, alvumque laxant. Melius eſt, ſi jejuno ventriculo, quam eo repleto comedantur, qua ratione etiam appetitum excitant. Eligenda autem, juxta SEBIZIUM, Perſica mala quæ odorata, bene colorata, probe matura, modico ſucco prædita, ſapida & quorum caro haud difficulter à nuce recedit. Facile tamen noxam, præſertim abuſu inferunt, quia putreſcunt, ansamque ſua corruptione diarrhæis, choleræ febribuſque putridis præbent. Sunt, qui venenata qualitate hæc mala fugacia imbuta eſſe cenſent, adeoque vinum, in quo infuſa comeduntur, abjiciendum eſſe ſuadent. Sed metus eſt vanus. Quod enim vinum quaſi inſipidum reddatur, provenit exinde, quòd caro perſicorum laxa & poroſa facile vinum imbibat relicta humiditate aquea. Condiuntur ſaccharo quoque tum in forma ſicca, tum in forma humida. Hæc mala tum matura, tum utplurimum autem aſſumuntur immatura, quorum nucleus nondum induruit. Aſſervantur quoque in Spiritu Vini cum ſaccharo.

Ad ſolem porro & in fornacibus piſtoriis in fruſta diſſecta exſiccari ſolent. Flores alvum laxant, in obſtructionibus viſcerum & meſenterii laudantur, ſerum educunt & vermes necant. Tempore verno frequentiſſime in ſero lactis infunduntur, ad alvum ſucceſſive expurgandam.

Folia iiſdem fere viribus gaudent & externe ulceribus ſerpentibus & cancroſis pulvis ipſorum inſpergitur, ob amarorem quoque contra febres & icterum laudantur.

Nuclei aperiunt & extergunt, commendanturque in obſtructionibus Hepatis atque Lienis. Specialiter ad exturbandum ſabulum & calculum laudantur, ſi vel comedantur ſingulis mane, vel in pulverem redigantur, & de hoc pulvere per plures dies ʒj aſſumatur. Vim porro poſſident anodynam, unde emulſiones frontales exinde fiunt ad Cephalalgiam & Agrypniam. Gummi Perſicæ arboris ad alvi fluxum, aſperitatem faucium, hæmoptyſin, mictum cruentum &c. deprædicatur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Perſicorum florum, Pfirſichblüth-Waßer / *Eau de fleurs de*

de Pêches, quæ interne ad vermes præſertim, externe autem ad cephalalgiam & maculas faciei delendas adhibetur.

Conſerva florum Perſicorum, Pfirſingblüth-Zucker / *Conſerve de fleurs de Pêche.* Vermibus adverſatur hydropiciſque conducit.

Syrupus Perſicorum florum, Pfirſichblüth-Syrup / *Syrop de fleurs de Pêcher.* Laxat & ſerum bilemque evacuat, vermibuſque adverſari creditur, datur ad unciam dimidiam ad unicas duas uſque.

Oleum nucleorum perſicorum expreſſum, außgepreſt Pferſingkernen-Oehl / *Huile de noyaux de Pêches tirée par expreſſion.* In affectibus aurium, dolore, tinnitu, ſurditate & vermibus laudatur, temporibus illitum in agrypnia & cephalalgia commendatur. Sedat hæmorrhoidum dolores.

Ex nucleis cum Spiritu Vini paratur elegans liquor ſtomachicus, qui Gallis κατ' ἐξοχὴν, PERSICO audit.

℞. Nucleor. Perſic. ℔ß. Cinam. acut. ʒiij. Caryophyll. ſemin. Coriandr. ana ℈j. Spir. Vin. Gall. menſ. j. Stent in digeſtione, poſtea filtretur liquor & edulcoretur Sacch. libr. j. Poteſt etiam talis liquor gratus ex ipſis foliis parari.

Huc referenda merito *Aqua diuretica Schrœderi correcta*, Harntreibendes Waßer von Kernen / *Eau diuretique de noyaux*, hanc aquam laudant ad abſtergendas vias urinarias, urinam ciendam calculumque præſervandum & imminuendum: cochleatim datur. Non diu autem durat, facile namque ob ingredientium oleoſam ſubſtantiam rancorem contrahit.

ANACARDIUM.

Eſt arboris Malabaricæ Oepata dictæ, fructus compreſſus aviculæ cordis figura, nigricans, includens ſub duplici involucro, exteriore tenui rufeſcente, nucleum ſolidum albicantem, ſaporis ſubdulcis & intra illud duplex involucrum quaſi in poris favis apum ſimilibus, liquorem melleum glutinoſum rufum, ſaporis acris & exurentis, qui ab Indis habetur venenatus, à Chirurgis ſcirrhis etiam duriſſimis impoſitus eos miraculi inſtar diſſipat.

Hujus

Hujus nuclei piſtaciorum vices ſupplere poſſunt. Toſti horum nuclei ſub cineribus ab Indis avide comeduntur.

Veteres integro fructui adſcripſere vim memoriam confortandi, & in hunc uſum proſtat, an vis cerebrum confortandi conſiſtat in nucleis his innocentibus, an in muco oleoſo acerrimæ exedentis & volatilis Naturæ, qui intra corticis duplicaturam reperitur, aliis judicandum relinquo.

Hoc mucoſo acri oleo utuntur Indi ad abſumenda condylomata, ficus, carunculas, ſcrophulas aliaſque excreſcentias carnoſas.

℞. Confect. anacard. ʒj. cape pro confortando cerebro juſto humidiore.

CA-

Ἀναϰάρδιον, à cordis figura, LUSITANIS FAVA MALAGUA dicitur, quod viridis & in arbore pendens ſimilis ſit Majori noſtrati Fabæ, PEDICULUS ELEPHANTIS, Anacardien / Elefanten-Lauß / ANACARDE.

De arbore hunc fructum ferente nondum omnino conſtat inter Authores. Arborem enim Oepata Hort. Mal. RAJUS quidem fructum anacardio ſimilem gerere aſſerit aſt diverſam facit, unde deciſio adhuc expectanda. Vocatur interim

Anacardium C. B. Pin. 511. & I. B. 1. 335. In multis Indiæ locis naſcitur, Malabar Campaja Decan &c.

Vix amplius imo plane non uſurpantur in noſtris ſaltem regionibus. Oleum exinde conficiebatur. *Confectio Anacardina*, quam quidam magnifico confectionis Sapientum & Salomonis titulo inſigniebant, alii vero confectionem ſtultorum & Morionum appellarunt, quoniam, teſte C. HOFFMANNO, incauto uſu mania atque fatuitas fuit inducta exolevit. Quod ſi quis illam in uſum trahere velit, non niſi ſubjectis humidioris conſtitutionis & in affectibus ſeroſis frigidiſque uſurpetur, ne febris aliaque mala exinde proveniant. Laudatur à quibuſdam in paralyſi linguæ, ſi affricetur, quem in finem etiam adhibebant MEL ANACARDINUM, quod tamen

etiam exolevit. Solent, ut ex ACOSTA refert RAJUS, Indi hunc fructum cuſpidi cultelli infixum candelæ ardenti imponere, qui dum uritur, mirum quos ſtrepitus edat, quas ignis ſcintillas quaſi fulmina ejiciat variorum colorum, eaque ratione impoſtores mulierculis & rudioribus imponunt.

CACAO.

Sponte ſua naſcitur in India occidentali non orientali, ut quidam perperam ſcripſere.

Sunt arboris Cacaiferæ Americanæ nuclei, amygdalis magnitudine forma & conſiſtentia ſimiles, incluſi copioſo numero in involucro corticoſo, duro, rugoſo, fuſco oblongo peponem imitante. Saporis ſubpinguis oleoſi & ſubamari, odoris nullius.

Virtutem amygdalarum pinearum & piſtaciarum æmulantur, vim habent nutriendi potentem adeo, ut ex quorundam ſententia carnibus omnibuſque aliis alimentis ſint anteponendi. Vis omnis conſiſtit in mucoſa blanda & oleoſa ſubſtantia, qua totus fructus ſcatet.

Si ex retorta debite deſtilletur ſuppetit phlegma inſtar juſculi carnis, cujus ſpiritus & oleum redolet pinguedinem ex aſſata carne deſtillantem. Hinc emaciatis tabidis & qui pingueſcere cupiunt valde convenit. Datur uſtulatum in emulſione cum ſaccharo, lacte ſeu vino, additis vitellis ovorum, & ſi lubet aromatibus.

Indi & nunc Europæi ex hoc componunt maſſam Chocolatam dictam, quam in lacte, aqua & etiam vino fervente diſſolvunt, eamque ſorbillant.

℞. Cacao. toſti ℔j. farin. tritic. turcic. ℥vj. ſacchar. ℔ß. ſolut. in ▽ roſac. contund. invicem & agitetur ſuper ignem continuo ne aduratur, redigatur in maſſam.

Modus

Modus quomodo in Hiſpania à ditioribus conficitur. ℞. Cacao excortic. mundi & toſti ℔vj. Cinam. ℔ß. Vainigliæ n. vij in ſyrupo ſolut. caryoph. arom. n. vj. vel vij. farin. frumenti indici ℔iß. piper hiſpanic. ʒj. orleanæ, quæ ſuppetit colorem rubellum, in ▽ roſac. ſeu ſyr. ſolut. ʒij. ſacchar. q. v. circiter ℔iij. vel iiij. contunde & miſce in cacabo ſuper △e leni, agita continuo, dum omnia exacte invicem mixta ſint, redige in maſſam & ſub finem adde eſſent. ambr. & moſch. ſi velis.

FRU-

CACAO, rarius CACAVATE, CACAVI, CACAVAL, AVELLANA MEXICANA, FRUCTUS PERUVIANUS CACAO DICTUS, Cacau-Nuß/ CACAO, CARAQUE.

Arbor hunc fructum ferens, magnitudine & trunco Pruno ſimilis, folia autem majora obtinens, nondum omnimode deſcripta eſt. His autem inſigniturnominibus.

Cacao Acoſtæ: Cacao ſive Cacavate. Park. Amygdalis ſimilis Guatimalenſis C. B. Pin. 442. Cacao Americæ ſive Avellana Mexicana I. B. 1. 291. Cacahuaſe vulgo Cacao Piſ. Mant. arom. 198. Cacava Quahuitl ſive arbor Cacari Cacavifera Hern. 79.

Quatuor ejus ſpecies recenſent, quæ in America Inſuliſque vicinis proveniunt, unde & quatuor ſpecies fructus recenſentur. Le *Cacao gros noir & petit noir*, quæ ſpecies nobiliores appellantur, *Gros & petit Caraque*, *& le Cacao gros rouge & petit rouge*, ſpecies ignobiliores. Præſertim pro confectione Chocolatæ prima ſpecies adhibetur, fructus Cacao annoſi licet facti rancidi tamen non fiunt.

Indi varia edulia & potulenta exinde parant, utuntur quoque iis loco monetæ. Apud nos vix aliter uſurpatur hic fructus quam ad confectionem Chocolatæ, quæ etiam Succolada dicitur. A. DN. MARCO MAPPO, qui diſſertationem de Chocolatæ potu edidit, ita definitur, Cocholata eſt maſſa ex toſtis Cacao nucleis, additis interdum, quæ ad hos virtute accedere videntur, Saccharo & aromaticis quibuſdam interdum etiam pretioſis fragrantibus adornata, ſaturate

rubra in aqua lacte & ſimili liquore ſolubilis, & potabilis ad nutritionem, voluptatem, recuperationem ſanitatis comparata. Plures Chocolatam parandi circumferuntur modi. Authoris deſcriptioni placet adjungere Lemeryanam. ℞. Cacao decorticati toſti & in maſſam redacti libr. jv. Sacchar. finiſſimi ℔iij. miſce exacte adde ſub finem pulverem compoſitum ex octodecim ſiliquis Vanillæ Cinamomi ʒiß. Caryophyll. No. X. Ambræ gryſeæ gran. ij. Moſchi gr. j. quæ duo ultima ingredientia pro lubitu omitti poſſunt, ſicuti etiam omitti ſolent Piper Indicum ſive Capſicum & frumentum Indicum &c. Formantur panes variæ figuræ, utplurimum tamen quadratæ oblongæ.

Modum præparandi potum Chocolatæ ex DN. DU FOUR ſequentibus verbis proponit ſupra citatus MAPPUS. Ex communi more in Cucumam vel ollam Chocolatæ deſtinatam tot pocula aquæ profundunt, quot ſunt perſonæ, quæ Chocolatam haurire conſtituerunt, hinc curant ut bulliat aqua & quam primum incipit bullire, injiciunt Chocolatæ inſtrumento aſpero comminutæ unciam unam cum quadrante pro ſingulis poculis. Sine more agitatur in Cucuma baccillo ad hoc rite adaptato, ad diſſolutionem, retracta ab igne cucuma agitatio continuatur donec probe ſpumeſcat; ſpumæ pars cratere excipitur, qui decocto liquore repletur: hinc iteratur agitatio, donec iterum ſpumeſcat idemque laborepetitur donec exhauſta ſit Cucuma & Crateres ſint repleti omnes. Hinc ſorbetur quantum fieri poteſt calide. Sunt, qui antequam aſſumant, hauriunt poculum aquæ frigidæ, alii panem intinctum in craterem præmittunt. Voluptuoſi adjiciunt aliquot guttas eſſentiæ ambræ aut Crateri injiciunt paſtillos ex ambra paratos. Sunt qui loco aquæ lac aſſumunt addentes inſuper vitella ovorum, ut magis nutriat potus fortiuſque ſpumeſcat. Sunt etiam qui cum farina Caffé toſti miſcent & decoquunt, unde Caffé Chocolaté oritur: in hoc potu autem minime excedendum, cum nimis nutriat, variaſque noxas producere poſſit. Unum aut alterum poculum per diem ſufficere poteſt. Cum Succolada ex ingredientibus conſtet alimentoſis & aromaticis, facile judicare eſt, quod obtineat vim ſtomachicam carminativam analepticam, aphrodiſiacamque. Senibus, prægnantibus, Hypochondriacis, Phthiſicis, Hecticiſque cæteris paribus convenientem. Chocolada refertur alias etiam inter bellaria, menſis ſecundis inferenda, poteſt enim commode manducari.

FRU-

FRUCTUS PARTICULIS DULCIBUS VISCOSIS CONSTANTES.

DACTYLI.

Sunt Palmæ majoris C. B. P. dactyliferæ fructus oblongo rotundi, glandium magnitudine & forma ſed paulo majores, includentes ſub pellicula fulva & tenui pulpa melleam ſubdulcem, & ſub hac nucleum oblongum durum, per longitudinem ſulco notatum. Ob vim mulcentem & temperantem acria quævis eorum caro commendatur in tuſſi, aſperitate faucium, raucedine vocis, catarrhis ab acriore lympha oriundis, ut & in dyſuria & ardore Urinæ tanquam ſpecificum. Nucleus terreis conſtat, & in dyſuria pro acido imbibendo datur.

Præſcribuntur ut ficus & paſſulæ.

℞ Carn. dactylor. ficu. ana n. xx. paſſul. min. ℥ij. rad. helen. ʒ. x. f. c. ▽ decoct. add. ſyr. violar. q. ſ.

FICUS

Hos fructus ferens arbor dicitur PALMA ἀπάλαμη, manus, à foliis inſtar manus apertæ diſpoſitis, φοίνιξ Palm-Baum / Dattel-Baum / PALMIER.

Arbor hæc, quæ in Ægypto, Arabia, Syria, Indæa, Perſia &c. provenit, vocatur

Palma major C B. Pin. 506. Palma Raji Hiſt. 1252. Palma Dactylifera major Ionſt. Palma ſive Dachel Alp. Ægypt. 28. Phœnicobalanus quorumdam.

Onerum, ut SEBIZIUS loquitur, dicitur impatiens, onerata enim contra pondera eluctatur, ut neque incurvetur neque ſubſidat, ſed onera ſecum ſuſtollat in altum, & rami eos ſurſum elevant qui ſe deorſum trahere nituntur; unde in Hieroglyphicis Victoriæ eſt emblema.

Hujus arboris deſcriptionem nullus authorum melius exhibuit, quam ENGELBERTUS KÆMPFERUSIN AMOEN. EXOTIC. POLIT. PHYS. MEC. faſc. 4. ubi diffuſe de Palma agit. Sequentia inde deſumpta hoc loco ſufficiant de ejus fœtu. Primitias ſuas edit, quarto aut quinto tranſplantationis anno, (falſum itaque poſt centeſimum demum annum frugiferam hanc exiſtere arborem.) Fœtus ſuos haud arborum ceterarum ritu parte gignit promiſcua, ſed eos in ſummo tantum caudicis faſtigio è frondium axillis egerit, racemis inſtar ſcoparum ingentibus conſitos, cum quibus adhuc tenelli vagina quaſi coriacea arcte compacte obvolutique reconduntur. Amant Romani racemos ſive termites hos appellare Spadices thecas eorum ob romphææ ſimilitudinem ſpathas, (Vagina hæc vocatur Ἐλάτη & σπάθη,) propriis ſed ex Græcia translatis vocabulis. In ortu ſuo fœtus palmæ maris à fœmina externa facie non eſt diſcretus, quin utraque palma ſpathas fert ſimillimæ prorſus figuræ, & in utriſque prolem, dum ſectione eximitur, intus & extrinſecus candidiſſimam, facie utraque glabram, nitidam & in unius quaſi tuberis ſoliditatem, ſtrictura thecæ compactam, gemmulis nimirum una cum virgulis, quibus adhærent, adhuc tenerioribus molliculis & edulibus. Principio menſis Februarii arbores intra ſinus frondium rudimenta partus ſui concipiunt, nimirum Spathas ſurrectas, compreſſa ſui facie caudici accumbentes, ſed adhuc intra texturas & involucra frondium reconditas. E quibus emerſæ & poſtea in omnem dimenſionem perpetuo augmento accreſcunt, & ex prolis quam ferunt copia, ſic intumeſcunt, ut Martio in longum dehiſcant & per fiſſuram alterutro latere rarius utroque factam incluſum tuber excludant, quod ipſum clauſtro ſolutum paucos intra dies Spadicis habitum induit, in virgulas reſolutum numeroſiſſimas, floſculis in mare in fœmina prunulis refertas ſecundum longitudinem in ordinate & ſigillatim conſitis; illis uſum pro imprægnandis palmis fœmineis ex tempore præſtantibus, his à tardiori incremento demum menſe abhinc quinto matureſcentibus. Spathas uſu ſuo defunctas natura nutrimento prorſus deſtituit, ita ut brevi deformes extabeſcant.

Spathæ maſculi recens in lucem naſcenti exempta floſculorum moles, integro menſe quo ejus habetur copia exquiſitum præbet tam liguritoribus obſonium, quam ſocordibus remedium excitandæ

tandæ libidinis, ſi ejus buccellæ aliquot comedantur. Extrahitur eum in finem Spathe, vix dum è faſciis ſuis prominens cui in longum inciſæ embryo ille eximitur & in virgulas vel buccellas divulſus dono diſtribuitur petentibus. Exſciſſus hic partus ſaporem habet vapide dulcem, & pròut omnis pars palmæ eſculenta, nucis caſtaneæ æmulum ſed cum ſubamara cruditate quadam, & humiditate nitorem præbente ſpermaticum. Ejus gemmæ rudimenta ſunt floſculorum proxime explicandorum tenerrima candidiſſimaque, vinaceorum magnitudinis & mutua compreſſione multilateralia, mox figuram acceptura trigonam, quæ petalorum numero & ſitui reſpondeat. Hæc intemerato relicta domicilio perfectionem menſe Martio conſequuntur, cujus calore promota carceris anguſtiam facto impetu diſrumpunt, prodeunte per Spathæ hiatum incluſo ſpadice cum racemoſa oſcitantium floſculorum Schola. Floſculi Liliis convallium ſunt minores, oblongi, tripetali, coloris albidi in luteum palleſcentis & ingrati, ſtaminum tribus ad numerum, donati veſtigiis, nituntur non petiolis, ſed herbei coloris carnoſo quodam principio, reſpondente magnitudini ſeminis coriandri & in petioli modum emarcente. Petala floſculorum ſurrecta ſunt, oblonga, concava, obtuſe mucronata, ſuccoſa, carnoſa, rigida, ſtamina ſunt lanuginoſa, rigida, breviſſima, albicantia, multo referta polline, in luteum palleſcente, leviſſimo & ſubtiliſſimo, qui etiam floris umbilicum copioſe obſidet. Pollis drachmæ unius pondere aſſumptus dicitur, ad ciendam libidinem majorem præſtare efficaciam quam ipſe embryo, quod vel ex ſeminali halitu conficias, quem exſpirat prægravem. Colligitur à granis, concuſſione ſpadicum recens natorum, & pyxide reconditur probe operculata, vel immiſcetur electuariis, ut eo melius a ſitu conſervetur. Floſculorum uni ſpadici numeroſa eſt congeries. Spadix namque unus mediocriter magnus virgulas ducentas continet.

Spadix fœmineus termes palmeus eſt, ſine prodromis floribus agmen plurimorum fructuum exhibens, cum quibus dum uterino adhuc cortice obvolvitur, guloſæ plebi ſalivam quoque movet, ferculum ventri ac Veneri expetitum, ſed quod maſculo haud melius quidem ſed eo rarius habetur, quo majus nefas eſt, id gravidæ arbori eximere. Vergente Februario, ac ineunte Martio ſpathis rumpentibus primum emicant Spadices clauſtroque non multis

tis poſt diebus relicto nudi in lucem prodeunt. Rudimenta fructuum, in Spadice magnitudinem æque ac rotunditatem obtinent granorum piperis, ſuperficiem nitentem albam, ſaporem ſubauſterum: ſubtus duplici induta membranula ſive calyculo uno exteriori, qui brevior eſt altero interiori, qui fructum proxime & pene integrum involvit utroque oram habente inæqualem, & ſuperficiem ſubaſperam. Copioſiſſima uni Spadici inſident, ſed quorum vel medius vel major numerus per tot incrementi & mutationum gradus, quos ad maturitatem uſque ſubeunt, defluit. Aprili menſe invaleſcens Spadix extenſis ultra maris vigorem virgulis fructus extra caliculos exhibet provectos, vergentes in figuram turbinatam coloris una cum virgulis in luteum languentis, ſaporis paulo quam antea auſterioris. Menſe Majo fructus, parum figura nil ſapore mutati, ceraſorum adipiſcuntur magnitudinem colore in herbeum virente, ſubnato intus officuli rudimento molliculo, virgulis interim longius quoque productis ac quodammodo luteſcentibus. Junio ineunte vel citius olivas figura & magnitudine exprimunt, dum officula indureſcunt & caro imminuta humiditate fit ſolidior, ſapore & colore nihil mutatis. Appetente Julio plenum adeptis, qui dactylis competit, habitum viridiſſimus nitor eſt, figura turbinata, officulum induratum, caro ut cunque mollior, ſed pene exſucca, duriuſcula & acerba. Hos tamen vulgus tam difficiles ventriculo & auſteros fructus cum voluptate eſitat, expectationis dum matureſcant impatiens. Maturitatem accelerant Circii æſtivi venti ſupra fidem ardentes, & frequentiſſime ſpirantes circa Caniculam. Menſe Auguſto citius tardius matureſcunt Dactyli. Matureſcunt vero non more ceterorum prunorum, quæ ſenſim tota ſimul ſubſtantia molleſcunt, ſed primo acquirunt putreſcentis inſtar pomi maculam mollem, utplurimum in extremitate, quæ ſenſim proripiens omnem ſubſtantiam crudiorem paucis diebus in dulcem pulpam convertit. Legendi tamen ſunt citius, ne producta ad umbilicum mollitie ſuo caliculo excidant, lapſuque ſpontaneo conquaſſentur. Hos fructus *Dumbaſios* gula popularis maturis dactylis longe anteponit, fortaſſe, quod mixta partis crudioris durities cum pulpa bolum reddat commordenti gratiorem, vel quod primi expleant pruritum appetitus, quem in has annonæ primitias vulgus dudum acuerat.

rat. Quin & conviviis ingeruntur virorum illuſtrium inter antecænii menſæve ſecundæ tragemata loco non poſtremo proponendi. Eorum pars cruda ſuperficiem habet, cum nitore quadantenus flaventem, carnem ex auſtero dulciculam, albam, duriuſculam, quodammodo farinulentam ſiccam & friabilem, pars matura pellucida eſt, mollis, dulciſſima, pro ſpeciei varietate, in rubeum languens vel rufa. Hac facie, qua ad maturitatem vergunt, excuſſi in cumulos partiendi & ſolaribus radiis exponendi ſunt, ut reliqua cruditate depoſita, inſolatione penitus emolliantur & dulceſcant; quo modo omni graduum numero abſoluti & excocti DACTYLORUM nomen ſubeunt.

Vocantur alias PALMULÆ Græci eas Δακτύλους à figura digitorum, quos tamen minime referunt, appellitant, Dattlen / DATTES. Sunt vero Phœnico balani, Caryotæ &c. Palmæ pruna utplurimum glandium quercinarum figura, ſed iis fere majora, pellicula veſtita tenui pellucida, nitida, coloris in aliis ſpeciebus pallentis in aliis lutei, rufi vel rubri, pro diverſo colore carnis translucentis. Caro eis multa eſt pinguis, pulpoſa ſaporis vinoſi, dulciſſimi, officulo ſuo laxe inhærens intercedente membranula albicante, tenera molli & quaſi bombycina in plures pelliculas dividua. Officulum ſolidum eſt, cornu inſtar tenax ac durum ſuperficie granis uvarum concolori, vel ex cinereo magis minuſve diluta, interiori ſubſtantia ad ſimilitudinem nucis myriſticæ variegata, figura ejus quodammodo eſt turbinata, incurva una facie gibba & æqualis, altera inſigni pulvinatæ figuræ ſulco in longum diviſa. Facies gibba notabili cælatur lineola tenui, per mediam longitudinem decurrente, cujus in medio punctum quaſi umbilici conſpicitur, albam fovens cartilaginem, quæ ad mediam officuli ſubſtantiam penetrans futuri germinis rudimentum eſt.

Officuli magnitudo plerumque ea eſt, ut tertiam totius ſubſtantiæ partem exhibeat. In oſſium viſceribus medulla talis non reperitur, qualem ineſſe ac terra emollitis eximi poſſe perſuaſum eſt RAJO.

Palmicolis incumbit, ut imprægnandis arboribus fœminis quotannis impendant operam. Spathæ videlicet maſculæ incluſo tumentes flore & ad thalami conſortium maturo ſub finem Februarii ex arboris faſtigio extrahuntur, quibus in longum diſſectis exi-

muntur ſpadices, floſculis nondum oſcitantibus ſed in unam maſſam compactis conſerti. Hos protinus in ſurculos ſive bacillos ſpadicibus fœmineis inſerendos divellunt, quantum quidem fieri poteſt in bifurcos, quoniam hac forma commodius uſui venire poſſunt. Bacillos alii amant recentes, alii eos prius exſiccant & in Martium uſque menſem cuſtodiunt, quo hiantibus uteris ad unum omnibus, inſitionem uno actu & opera inſtituant. Fœcundandi efficacia in eo poſita eſt, ut rudimenta fructuum ſeminali floſculorum polline vel ejuſdem ſubtiliſſimis & inſenſibilibus particulis perfundantur, quod, ut eveniat, furca una floridæ medio ſpadicis fœminei racemo per tranſverſum infigitur vel intexitur, ita ut evelli procellis non poſſit, ſed aliquandiu infixa retineri, dum omni depoſita virtute, embryonum rudimenta requiſitum vigorem adepta ſunt. Imprægnatio quoque ultronea contingit ſine ſtudio & manu cultoris, translato per aërem polline ex palma florida non procul extante à fœminea. Videmus, cum toti palmeto virgas diſtribuunt, eas omnes haberi inſuper, quæ marem proxime circumſiſtant ex floribus halitum ultro ſuſcepturæ. Quid quod orbum curatore nemus fœcundari univerſum poſſit ab unica Phœnice florida, ſi duntaxat vario flatu ſeminale pollen juſte circumferatur; nam perinde quomodo pertingat, ſeu vento appulſum ſeu manu immiſſum ſive etiam ore afflatum.

Palmulæ dicuntur eſſe optimæ, quas Regias vocant, cum magnitudine, tum virtute.

Reſtat ut de uſu quem palma præſtat verba quoque pauca faciamus. Nolumus autem inhærere multum uſui œconomico, dum tenella partium principia, medulla, comæ, frondes palmæ adoleſcentis, novelli ſpadicis principium, fœtus tum maſculini tum fœminini exciſi manducari poſſunt, & quidem omnes hæ partes tum crudæ tum coctæ aut in bellaria redactæ. Omnem vero palmeas inter cupedias abſolvunt paginam ipſa pruna ſive fructus, qui varietatem ferculorum non contemnendam ſuppeditant. Alimentum etiam quod præſtant nec pondere aliquo, nec mora longiori gravat ventriculum, nec etiam, quod alii auctores ſcribunt, inebriante vapore turbat, ſed aquæ bibulis perquam ſalutare & maxime temperatum exiſtit. Exſiccati autem fructus duritie compagem nacti ſunt firmiorem, ſtypticam & concoctu difficilem. Elicitur quo-

que

que exinde Syrupus & vinum, quæ potulenta in noſtris regionibus non conſpiciuntur. Inſervit porro palma ad ædificia variaque ſupellectilia &c. conficienda.

Caryotæ ſive Dactyli moderate adſtringunt, cohibent alvi fluxiones, inteſtina uterum & fœtum roborant. Ingrediuntur varias compoſitiones pectorales, Decoctum pectorale, Decoctum pro potu infantum &c.

PROSTAT IN OFFICINIS

Electuarium Diaphœnicum, ſive de Dactylis, Purgierende Datteln-Lattwerg / *Electuaire Diaphœnic*, pituitam & humores ſeroſos evacuat, convenit in Hydrope, Lethargo, Apoplexia, morbiſque ſoporoſis, menſes quoque ciet. Datur à ʒj. ad ℥j. uſque.

Emplaſtrum Diapalmæ, Palmen-Pflaſter / oder Gicht-Pflaſter / *Emplatre Diapalme*; polychreſtum eſt in quibuſvis fere affectibus externis, vulneribus & ulceribus, ambuſtis, oſſium fracturis & luxationibus. Cicatrices egregie exſiccat. Prolixius quidem videri poſſet me hæc ex KÆMPFFERO excerpſiſſe, aſt quoniam curioſa admodum ſunt & a teſte oculato prolata, ideo non ſpero nauſeam motura dicta, remittens ſimul Lectorem ad prædictum authorem, ubi plura alia lectu haud indigna haudque injucunda adinvenientur.

FICUS ſeu CARICÆ.

Sunt ficus communis C. B. P. fructus pyriformes, figuræ p. m. rotundæ ac depreſſæ, coloris ex flavo fuſci, intus copioſiſſimis granulis per pulpam infarcti, ſaporis dulcis, odoris debilis non ingrati.] Variæ ſunt ſpecies & tot ferme ficus quot pyrorum.

Acria quævis mulcent potius quam dactyli, hinc in tuſſi, aſthmate, raucedine, nephritide, ardore urinæ, mictu cruento & iſchuria, mire commendantur. Urinam adeo potenter pellere dicuntur, ut tam eorum decoctum quam

arilli manifestè à quibusdam conspecti fuerint. In specie temperant acidum Variolarum & morbillorum, temperando sanguinis ebullitionem & præcavendo ne acidum profundas foveas faciat.

Externe impositi maturant, emolliunt, leniunt & tollunt tumores gingivarum, uvulæ & faucium ut & horum omnium inflammationem. Nimium eorum usum generare pediculos experientia tam veterum, quam recentiorum confirmat. [Conf. Sebiz. d. alim. fac. l. 5. probl. 169. p. m. 1538. cujus sententiam & nostram facimus.]

Datur in substantia, decocto, gargarismate &c.

℞. Hord. mund. passul. min. ana ℥j. liquir. ʒij. ficu. n. vj. herb. capill. ♀is, hyssop. ana M^{ß}. sem. brassic. ʒij. pin. recent. ℥ß. f. c. ▽ dec. ad. raucedinem.

℞. Ficus q. v. macera in ℔u vini anisato, deflagra, cape residuum pro tussi, raucedine & asperitate.

℞ Ficus n. xv. fol. millefol. summit. hyperic. ana Mj. coq. in ▽ contra mictum cruentum.

Cum successu adhibetur in bubonibus ♀eis pulpa ficuum cum ☿io maritata, loco emplastri de ranis cum ☿io.

℞. Caric. ping n. iiij. vel v. herb bellid. Mj. coq. in ▽ add. tantill. ⊖is prunellæ, f. gargarisma contra inflammationes quævis oris.

JU-

FICUS arbor Græce vocatur συκὴ Feigen-Baum / FIGUIER.

Est plantæ genus floribus, authore VALERIO CORDO, in ipsius fructus cavitate nascentibus, capillamentis scilicet tenuibus ex involucro quodam prodeuntibus, quod semen complectitur, utplurimum subrotundum. Fructus autem plerumque turbinatus est vel globosus, quandoque ovatus, sensibilis carnosus & mollis.

Ficus

Ficus dividitur in ſativam συκὴν ἥμερον & ſylveſtrem συκὴν ἀγρίαν καὶ ἐρινεὸν. Hic autem ſermo eſt de priori. Ex diverſis ſpeciebus, quæ figura, magnitudine, colore, ſapore fructus præſertim ratione diſcrepant, ſequentes potiſſimum ſunt in uſu.

Ficus ſativa fructu oblongo albo mellifluo Tourn. App. I. R. H. p. 662. Ficus Uttata vulgo dicta ſuavi fructu albo ſciſſurato oblongo medio, delicatis micis albis conſtante H. Cathol. LA GROSSE BLANCHE LONGUE.

Ficus ſativa fructu globoſo albo mellifluo Tourn. l. c. LA GROSSE BLANCHE RONDE.

Ficus ſativa fructu majori violaceo oblongo cute lacera Tourn. l. c. Ficus nitide purpureo, cæſio fructu majori ſeu magnitudine & forma Melongenis propinguo ſcarificato cortice H. Cath. GROSSE VIOLETTE LONGUE.

Ficus ſativa fructu violaceo longo intus rubente Tourn. l. c. Ficus longo fructu medio nigro rubente cortice duro, intus rubro non contemnendi ſaporis H. Cathol. FIGUE ANGELIQUE.

Ficus ſativa fructu parvo ſerotino albido intus roſeo, mellifluo cute lacera Tourn. l. c. FIGUE DE MARSEILLE.

Ut de plurimis aliis Ficus ſpeciebus nunc taceam. In regionibus calidioribus Italia, Hiſpania, Gallia, imprimis Languedocia, & Provincia uberrime reperiuntur. Coluntur quoque vix non in omnibus hortis.

Ex hac arbore vix quicquam aliud in uſum Medicum cedit quam fructus, excepto quod ſuccus lacteus, quo ſcatet, verrucas tollat, impetigines maculaſque cutis deleat. Fructus hi nondum maturi vocantur GROSSULI & GROSSI, quando autem maturuere dicuntur FICUS, Feigen / FIGUES, cujus grana vocantur κεχρίδες frumenta, ficaria. Quando autem ſiccati ſunt, CARICÆ, Dürre-Feigen / FICUS PASSÆ audiunt, ubi notandum, quod quoties in formulis quis præſcribere velit Ficus, non debeat præſcribere ficus exſiccatas ſed CARICAS & quidem PINGUES. Caricæ advehuntur ad nos utplurimum ex Gallia, vel in corbibus & vocantur Korb-Feigen / vel in ciſtis commiſtæ cum foliis laurinis & dicuntur Laub-Feigen. Inter omnes autem CARICÆ parvæ in minutis & turbinatis è Sparto confectis corbi-

but allatæ, ſuavitate ſaporis præſtantes, quæque MASSILIENSES appellantur.

Ficus recentes in eſum cedunt, non autem adeo bonum chylum generant, ſæpius flatus, colicam diarrhœam, aliaque mala producunt, præſertim ſi non adeo moderate uſurpentur. Vermes inſuper & fœtor alarum, ut & ſcabies exinde poſſunt oriri. Sunt, qui venenis adverſari ficus aſſerunt.

Ficubus recentibus præferuntur Caricæ, utpote humiditate minus ſcatentes, Vim attenuandi & abſtergendi obtinent alvumque ſubducunt. Abuſu tamen ſuperius allegata mala inferre poſſunt. Decoctum ficuum ſaturatiſſimum in affectibus pectoris, tuſſi præſertim ferina minime ſpernendum. Ingrediuntur decoctum pro potu infantum, florum & fructuum ut & pectorale. Sunt qui Caricas ad partum facilitandum commendant, alii vero iis præſertim inverſis loco ſuppoſitorii utuntur. Applicantur quoque hæmorrhoidibus dolentibus. Uſum ad bubones peſtilentiales ex Hiſciæ per Jeſaiam mediante ficu curatione confirmare conantur.

Curioſum eſt, quod litteræ, quæ lacte ſeu ſucco ficus exarantur in charta omnino inconſpicuæ ſint, donec charta igni admota vehementer incaleſcat, tunc autem velut uſtulatæ ſe manifeſtant. Quod etiam aceto ſucco limonum aliiſque acidis commune eſt. Lac quoque ſucco iſto coagulatur in caſeum.

Analyſi Chymica exhibent ſpiritum ardentem phlegma acidum oleumque craſſum.

JUJUBÆ ſeu ZIZIPHI.

Sunt ſpecies prunorum, deferuntur ex Ægypto, Hiſpania, Mauritania. Sunt jujubæ majoris oblongæ C. B. P. pruna ſeu fructus olivæ magnitudine & forma, punicei ſeu rutili, involventes ſub pellicula craſſiuſcula oſſiculum oblongum, utrinque acuminatum, incluſum pulpæ molli fungoſæ, ſaporis mellei & vinoſi.

Symbolizant cum dactylis & ficubus, ingrediunturque decocta pectoralia & nephritica.

℞. Flor.

℞. Flor. Malv. Mj. junip. ſebeſt. ana n. xv. coq. in ▽ ad ardorem Urinæ.

℞. Syr. jujub. violar. liquir. ana ℥ß. ſyr. pap. ℥ij. f. linctus contra tuſſim.

ZIZYPHUS, ZIZYPHA, Rother Bruſtbeerlein-Baum / Zieſerlein-Baum / JUJUBIER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum olivæ æmulum, carnoſum oſſiculum includens.

Ziziphus Dod. Pempt. 807. Jujubæ majores oblongæ C. B. Pin. 446. Zizipha ſativa I. B. I. 40.

Hæc Arbor in regionibus calidioribus etiam ipſius Europæ, Hiſpania, Italia, Gallia, imprimis Galloprovincia verſus Telonis potum naſcitur; colitur quoque in hortis ſed in noſtro climate fructus rarius matureſcunt.

In uſum hæc arbor ſuppeditat fructus, qui vocantur ζίζυφα, ζίζιφα, ζίνζιφα, ZIZYPHA ZIZIPHI, Jujuben / Bruſtbeerlein / rothe Bruſtbeerlein / JUJUBES.

Circa decoctum Jujubarum notandum ne nimis iis ſaturatum ſit, quoniam ægro non ſolum nauſeam movet, ſed & inflationem abdominis, qua reſpirationis difficultas adaugetur, parit.

OFFICINIS NOTUS EST

Syrupus Jujubinus, aut *Jujubarum*, Bruſtbeer-Syrup / *Syrop de Jujubes*, pectori dicatus eſt, convenit in tuſſi & aſthmate, ubi ſerum tenue & acre peccat, incraſſat enim & demulcet.

SEBESTEN.

Sunt Sebeſtenæ domeſticæ C. B. P. fructus prunis domeſticis ſimiles, nigricantes in plicas ſive rugas contracti, includentes in ſubſtantia carnoſa mellea oſſiculum tribus angulis vel coſtis notatum, in quo nucleus conditur exilis.

Virtu-

Virtute cum jujubis conveniunt.

℞. Elect. diaſebeſten. ℥ß. cape ad mulcendos quoſvis æſtus ſanguinis.

SEBESTEN, quaſi σεβαστὸς quod ob fructum arbor ſit venerabilis, aut quod in honorem Auguſti Cæſaris ita fuerit vocata, vel à Sebaſta, Sarmatiæ Metropoli, MYXA ἀπὸ τῆς μύξης à mucore lento, quem fructus habent. PRUNUS SEBESTENA. Sebeſten-Baum / Bruſt-Pflaumlein/ Schwartze Bruſtbeerlein-Baum/ PRUNIER SEBESTEN.

Arboris hujus, quæ in Syria, Ægypto &c. frequens eſt, & curioſitatis cauſa etiam in quibuſdam hortis Italiæ alitur, accuratiſſima deſcriptio nondum ſuppetit. Refertur interim ad prunum flores albos parvos geranii proximos ferentem. Sequentibus ab authoribus inſignitur nominibus.

Sebeſtena Domeſtica C. B. Pin. 446. Myxa ſive Sebeſten I. B. T. 1. par. 1. 197. Sebeſten Trag. 1021. Myxa Dod 806.

Hujus arboris fructus, qui MYXA, MYXÆ, MYXARIA, SEBESTEN, Schwartze-Bruſtbeerlein / Sebeſtes appellantur, vix aliter quam pro uſu pectorali inſerviunt, leniunt fauces exaſperatas, ſedant ſitim, ventrem laxant, viſcera autem facile obſtruunt, & inflationes pariunt, ut cum SEBIZIO loquar. *Electuarium diaſebeſten* non amplius in uſu.

PRUNA DAMASCENA.

Sunt pruna magna dulcia atrocœrulea C. B. P. recentia ſiccis longe præferenda, præter virtutes mulcentes & temperantes quas cum ſuperioribus, ſebeſten & ficubus habent communes, laxant ſimul alvum, & cum facile ſint fermenteſcibilia, excitant quoque fermentationem in ſanguine, unde nimis comeſta dyſenteriam & alvi fluxus atque febres cauſant.

Viſcoſitas eorum, quæ aliquando juſto diutius inteſtinis adhæret & tormina facit, corrigitur cinamomo, aniſo, fœniculo.

Datur

Datur horum decoctum, pruna laxativa, electuarium, pulpa.

℞. Prunor. damasc. passul. major. ana ℥j. coq. in ▽ add. fol. senn. ℥j. cinam. ʒj. sem. fœnic. ʒiij. ad laxand. alvum pro aliquot dosibus.

℞. Prun. damasc. ℥iiij. coq. in ▽ simpl. colatur. add. fol. senn. ʒvj. Crem. ♀ri ʒij. cinam. ʒij. mane ebulliant leniter, colaturam reaffunde prioribus prunis, serva in vase ut humiditas paulatim exhalet, dantur pro laxante pruna v. vj. vel etiam plura.

℞. Prun. damascen. n. xv. coq. in ▽ ad ℔j. colatur. infund fol. senn. ℥j. sem. fœnicul. ʒß. flor. buglos. violar. ana ℘ j. add. Mannæ ℥ij. sicca leniter super △ cape pruna vij. vel plura pro laxante.

℞. Elect diaprun. ʒß. ad alvum laxand. add. diagryd. gr. v. pro stimulo & troch. alhand. gr. iij. ad purgandum.

PAS-

PRUNUS, Κοκκυμηλέα, Pflaumen-Baum/ PRUNIER.

Est arbor flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, ex cujus calyce surgit pistillum, quod abit in fructum ovatum vel globosum, carnosum mollem, osficulo fœtum utrinque plerumque acuminato, nucleumque includente.

Distinguitur Prunus in sativam & sylvestrem, hæc hujus loci non est, altera vero præcipue ratione fructuum maxime discrepat. Quæ in usum Medicum cedunt species sunt

Prunus fructu magno dulci atro cœruleo Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 7. g. 1. Pruna magna dulcia atro cœrulea C. B. Pin. 443. Pruna Damascena Lugd. 314.

Prunus fructu magno crasso subacido Tourn. l. c. Pruna magna crassa subacida C. B. Pin. 443. Pruna Hungarica præstantissima Damascena forte Gesn.

Prunus Brignonienſis fructu suavissimo Tourn. l. c. Pruna ex flavo rufescentia mixti saporis gratissima C. B. Pin. 443.

Fructus duarum priorum ſpecierum vocantur PRUNA DAMASCENA, Zwetſchen/ Quetſchen / Damaſcener oder Ungariſche Pflaumen / PRUNES DAMAS, tertiæ vero ſpeciei PRUNEOIA, BRIGNOLÆ, PRUNA BRIGNOLENSIA, Prineolen / Brignolen / Pronolien / BRIGNOLES audiunt.

Hæc ultima Pruna ſunt minora exacinata & à cute libera ſiccata, in febribus gratum præbent refrigerium, ſitim ſedant, refrænant bilem linguam humectant, ægrumque refocillant, é cauſo & hectica febri emaciatis conducunt, vel in vino, vel in aqua decocta, vel etiam abſque præparatione comeſta.

Quod ipſa pruna attinet, recentia, ut SEBIZIUS loquitur, refrigerant, humectant minimumque corpori alimentum ſubminiſtrant. Siccata ſtomacho ſunt meliora plus alimenti probioris nec adeo facile corruptibilis conferunt. Menſis & primis & ſecundis apponuntur, coquuntur in vino & ſaccharo conſperguntur. Conveniunt juvenibus bilioſis & ſanguineis. Pro vehiculo purgantium Decoctum prunorum ſæpius uſurpatur. Solum etiam decoctum ex prunis exacinatis in fruſta ſciſis cum aqua coctis hincque expreſſis pro alvo laxanda inſervit, ſi ſucceſſive hauriatur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Pulpa Prunorum, Durchgetriebene Quetſchen / *Pulpe de pruneaux.* Refrigerat ſitim ſedat alvumque laxat, datur ad ʒj. ʒij. & ultra; pro ſcopo vero laxandi ad ℥j. ad ℥ij.

Electuarium diaprunis lenitivum, Erweichende Quetſchen-Lattwerg / *Electuaire Diaprun lenitif*; ad alvum humectandam datur etiam in febribus ardentibus & hecticis ad ℥j. ℥ij. & ultra.

Electuarium diaprunis laxativum, Purgierende Quetſchen-Lattwerg / *Electuaire diaprun laxatif.* Confert morbis à bile genitis, ſed in febribus, ubi calidiora purgantia ſuſpecta, ab eo debemus abſtinere, datur ad ʒj. ad ʒvj.

PASSULÆ MAJORES ET MINORES ſive CORINTHIACÆ.

Eſt uva paſſa major βάμας Græcis C. B. P. ſunt baccæ exſiccatæ

exſiccatæ depreſſæ, rugoſæ ex obſcuro rufeſcentes, continentes ſub pellicula tenui acinos anguloſos, involutos pulpæ melleæ ſubrufæ.

Harum ſubſtantiam temperatam ſubacrem, ſubdulcem lenientem & alvum blande laxantem conſtare in particulis ☉no volatilibus & ☿uoſis docet vinum quod ex fermentatis conficitur ut & earum fermenteſcibilitas.

Ob ſubſtantiam viſcoſam ſubdulcem & temperatam emolliunt, leniunt, temperant, & propterea in tuſſi, raucedine, aſperitate conveniunt & partibus nutriendis alimentum apponunt, quem in finem decoctis infuſis acrioribus, tanquam temperans adjunguntur, ob ſui fermenteſcibilitatem alvum ſolvunt, eamque apertam detinent, ut proinde in alvi retentione & fœcibus induratis mire proſint. Ob ſalia vero volatilia aperiunt & deobſtruunt, adeoque ſcorbuticis, cachecticis & hypochondriacis ſingulari proprietate conducunt.

Datur earum ſubſtantia, pulpa, infuſum, decoctum.

Minores ſunt uvæ paſſæ minores ſive paſſulæ Corinthiacæ C. B. P. quæ præferuntur majoribus. Si majores præſcribuntur ſignentur paſſulæ majores exacinatæ, quia in acinis conſiſtit vis adſtrictoria. [Acinos exemptos & toſtos in pulverem redigit ſubtiliſſimum & à ℈j. ad ʒj. alvi fluxu laborantibus cum εὐφορίᾳ adhibet propter ſingularem vim ſtegnoticam Joh. Ægidius Euth. C. N. C. Dec. III. ann. 7. & 8. obſ. 5. p. m. 8. imo ex iis beneficio ☿us vini rectificati tincturam extrahit ſaturate tinctam quæ mirificam cum marte vel terra Japonica habet analogiam.]

℞. Paſſul. cum pyris moſchatellin. q. v. contunde, ſine ſuccum efferveſcere ut fiat vinum, quo in cachexia utere, ſeu loco pyrorum cape poma redolentia contra hypochondriacam paſſionem.

℞. Pulp. paſſul. ℔ß. rhabarb. ʒij. ſacchar. ℥ij. M. cape cochl. j. ante menſam ad dyſcraſiam ſanguinis, aromatiſa etiam cinamomo.

℞. Pulp. paſſul. tamarind. ana ℥j. cape in ſanguinis æſtu cum adſtrictione alvi.

℞. Paſſul. min. ℥ij. coq. in ▽ ſimpl. add. colatur. adhuc ferventi fol. ſenn. ℥ß. Crem. ♃ri ʒiß. f. laxans.

℞. Pulp. paſſul. min. ſyr. d. cich. c. rh. ana ʒij. corall. r. Oc. ♋ ana ℈ß. M. datur infantibus ad expurgandum meconium, etiam in febribus in alvo adſtricta.

℞. Pulp. paſſular. cape c. ♒u vini aniſato contra tuſſim. & raucedinem.

℞. Paſſular. amygd. dulc. ana q. v. cape ſingulis diebus pro corpore pinguefaciendo.

℞. Paſſul. minor. hord. mund. ana ℥j. rad. liquirit ʒij. caric. ping. n. vj. herb. capil. ♀is Mj. pinear. recent. ʒj. M. f. decoct. ad tuſſim & raucedinem.

SILI-

Occaſione harum paſſularum imprimis majorum poſſemus ſermonem de Vite viniſera ejuſque productis imprimis Vino facere, verum quoniam commentatio iſthæc longius excurreret, inſuper animus ſit, ea ad materiam Medicam pertinentia, quæ ab authore non fuere pertractata, peculiari in tractatu ſiſtere, ideoque de ipſis uvis paſſis tantummodo tractabimus.

PASSULÆ MAJORES vocantur alias UVÆ PASSÆ, ϛαφίδες aut ἀϛαφίδες, ZIBEBÆ, UVÆ MARINÆ, Zibeben / große Roſinen / Meertrauben / RAISINS SECS, RAISINS PASSES. Quæ ex vitibus Damaſcenis ex Syria adferuntur reliquis præferuntur, hodie autem Uvæ Paſſæ ex Hiſpania, Gallia, Italia, ad nos perveniunt.

DALE ſequenti modo exſiccari docet, Botrorum ſeu racemorum, quos ad hunc uſum deſtinant, pediculos ad mediam partem tranſverſim incidunt, adeoque ſucci nutritii magnam partem interci-

intercipientes impediunt, ne ad uvas copioſe affluat, ſed parce admodum derivetur. Racemos ſemiſectos in vite pendentes relinquunt, donec paulatim calore ſolis & alimenti inopia exſiccentur: cum ſufficienter exſiccatos ſenſerint demetunt & in vaſe recondunt. Juxta Dn. TOURNEFORTIUM parantur racemos uvarum ſæpius in aquam bullientem immergendo & ad ſolem ſiccando. Comeduntur uvæ paſſæ tum crudæ, tum elixæ extra & in paſtibus ordinariis. Ingeruntur enim, ut SEBIZIUS ait, menſis ſecundis una cum amygdalis aut bellariis aliis. Adduntur etiam cibis aliis, carnibus maxime, artocreatibus guſtus gratia.

Paſſulis majoribus virtutes quoque cordiales atque cephalicæ adſcribuntur. Vias urinarias abſtergunt & urinæ acrimoniam mitigant. Lieni autem non admodum convenire dicuntur.

Juxta illud SCHOLÆ SALERNITANÆ, *Paſſula non ſpleni, tuſſi valet, eſt bona reni.*

Aliis è contra tota ſubſtantiæ ſuæ familiaritate convenire dicuntur. Ob acinos alvum haud raro adſtringere aſſerunt, unde ſæpiſſime paſſulæ exacinatæ præſcribuntur. LEMNIUS puerorum lumbricos uvarum paſſarum eſu expurgari aſſerit, ſi jejunis, nullo alio admixto edulio illas exhibeas. In decoctis pro potu & pectoralibus ſolent uſurpari. Uva paſſa inverſa clavis pedum imponitur, ut dolores mitigentur & præcaveantur.

UVÆ PASSÆ MINORES, PASSULÆ MINORES, PASSULÆ CORINTHIACÆ, PASSULÆ SINE GRANIS, PASSULÆ APYRENÆ, Kleine Roſinen / Roſinlein / Corinthen / Corinth-Träublein / RAISINS DE CORINTHE, proveniunt ex viteaquæ dicitur

Vitis Corinthiaca ſive Apyrina I. B. 2. 72. Uvæ paſſæ minore, vel paſſulæ Corinthiacæ C. B. Pin. 299. Paſſulæ Trag. 1054.

Olim circa Corinthum, unde & nomen habent, reperiebantur in copia. Hodie ex Inſulis Ægei Maris imprimis Zante, Cephalonia ad nos devehuntur, curioſitatis quoque gratia in hortis coluntur. Menſe ſcilicet Auguſto, cum maturuerunt, decerpuntur & exſiccantur, ſiccatæ poſtmodum doliis committuntur, arctiſſime illas comprimendo ut aër & per conſequens corruptio arceatur.

Paſſulæ minores comeduntur vel crudæ, vel aliis quoque eduliis ſæpiſſime admiſcentur. Crudæ comeſtæ ad hæmorrhagiam narium copioſiorem a fluxilitate & acrimonia ſanguinis ſcorbutici præſertim oriundam conducunt, commendantur ad atrophiam ab acrimonia ſanguinis dependentem & certe egregium conſtituunt nutriens & humectans in phthiſicis atque hecticis, modo non adſit diarrhœa. Sitim ſedant atque refrigerant, affectibus pectoris medentur, hepati & renibus proſunt, in ſcabie & lue venerea uſurpantur, & ad alvum emolliendam faciunt. Communius nihil eſt, quam ut adhibeantur in decoctis pro potu ordinario. Paſſulæ aqua fervente emollitæ & tumefactæ ad ſitim extinguendam etiam in ipſis febribus egregie proſunt. ZORNIUS laudat ad tuſſim cum ſibilo infantum, ſi paſſulæ minores in aqua Scabioſæ decoquantur, poſtea per linteum exprimantur, & infanti ſucceſſive exhibeantur.

PROSTANT IN OFFICINIS

Pulpa paſſulorum, Durchgetriebene Roſinlein / *Pulpe de raiſins de Corinthe*, refrigerat ſitimque ſedat & alvum laxat, datur ad ʒij. ʒß. ʒj. ad ℥ij.

Paſſulæ purgantes cum brodio, Purgier Roſinlein mit der Brüh / *Raiſins de Corinthe laxatifs avec le jus*, ut & *paſſulæ purgantes ſine brodio*, Purgier-Roſinlein ohne Brüh / *Raiſins de Corinthe laxatifs ſans jus*. Alvum laxant & expurgant. Dantur ad ʒß. ad ʒj. &c.

Lohoch de paſſulis, Roſinlein-Lattwerg / *Looch de Raiſins de Corinthe*, ad affectus pectoris difficilem reſpirationem, pituitam craſſam incidendam, præſertim in infantibus adhibetur.

Tandem notandum quod ex paſſulis minoribus quoque aqua fermentatis liquor vinoſus dulcis prodeat.

SILIQUA DULCIS ſeu CERATONIA.

Sunt Siliquæ edulis C. B. P. fructus oblongi, compreſſi, paululum intorti, craſſi, digito longiores, pollice latiores,

res, fuſci ſplendentes, dorſo elatiore includentes pulpam carnoſam, rufam, dulcem, ſub qua intra membranaceos loculos latitant nuclei plani, compreſſi, orbiculati, lucidi, fuſci. Habent dulcedinem majorem in pulpa, quam in cortice. Hujus dulcis & viſcoſa ſubſtantia in ſpecie temperat ſodam, ardorem Ventriculi & urinæ. Datur integra cum pulpa & cortice.

℞. Siliq. dulcis ʒj. cape cum ▽ Nymph. contra ſodam & ardorem ventriculi.

SEMI-

Κεράτιον, κεραλώνια, à fructu quaſi cornuto & falcato, ξυλοκέρατον, XYLOCARACTA, CERATIA, CAROBA, SILIQUA ARBOR, CERAUNIA, SILIQUA, St. Johannisbrodt-Baum/ Horn-Baum. CAROUGE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſtaminibus conſtante ex diviſuris calycis naſcentibus, cujus meditullium occupat piſtillum, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam planam, veluti carnoſam, ſeminibus fœtam planis pariter & ſubrotundis.

Siliqua edulis C. B. Pin. 402. Siliquæ arbor ſive Ceratia I. B. 1. 413. Ceratonia Dod. Pempt. 787.

In regionibus orientalibus, India, Syria, Judæa, Palæſtina, item porro in Candia aliiſque regionibus calidioribus, Regno Neapolitano, Campania, Apulia, item in Hiſpania provenit, colitur quoque in hortis. In Syria atque Judæa, adeo familiarem eſſe hanc perhibent, ut fructibus porcos pinguefaciant. Floret mox ſoluta hyeme, vere appetente, fructus autumno matureſcunt. Ante duos annos in horto noſtro Academico tres quoque perfecte maturos obtinui. Sunt autem hi ſoli ex hac arbore in uſu; dicuntur SILIQUÆ, SILIQUÆ DULCES à ſapore, CERATIA, Johannes-Brod/ quaſi Joh. Bapt. iis uſus fuerit, Sood-Brod/ ab effectu contra ardorem ſtomachi.

Recentes ſiliquæ adeo grati ſaporis non ſunt, ſiccatæ autem temporis progreſſu dulces evadunt & guſtu ſuaves. Edulium præbent

bene non adeo boni ſucci. Recentes & humidæ adhuc alvum laxare poſſunt, ſiccæ remorantur. Orientales populi ſuccum melleum, quo utuntur ad condituras, ex his exprimunt. Cum ratione hujus ſucci præſertim demulceant & involvant humores acres, ſiliquæ tuſſientibus, aſthmaticis & orthopnoicis in decocto commendantur. Ingrediuntur ſpecies pro potu ordinario.

IN OFFICINIS CELEBRIS EST

Syrupus de Siliquis, ſive *Syrupus Diacodii pectoralis* ſeu *Diacodion Johannis Baptiſtæ Montani*, Diacodium / oder componirter Magſaamen oder Schotten-Syrup / *Syrop de Diacode, de Carouge* ou *pavot blanc compoſé*, commendatur in tenuibus & acribus defluxionibus pulmones & aſperam arteriam vellicantibus item in tuſſi continua & ferina, datur cochleatim.

SEMINA PARTICULIS AQUOSIS ET CRASSIS CUM OLEO PAUCO CONSTANTIA.

SEMINA QUATUOR FRIGIDA MAJORA.

Sunt Citrulli, melonum, cucurbitæ, cucumeris. Vocantur majora, quia majorem habent vim refrigerantem.

Citrulli ſemen. Sunt Anguriæ Citrullus dictæ C. B. P. Semina oblonga plana, rhomboidea, ad margines æqualia abſque eminentia, modo nigra, modo nigricantia, ſub cortice duriuſculo includentia medullam albam, ſaporis aquei.

Planta eſt pomifera ſcandens monopetala.

Melonum ſunt ſemina oblonga ex flavo albicantia, ad ſemen cucumeris accedentia.

Cucurbitæ ſunt ſemina thyroidea, oblonga, plana pallida,

lida, parte ſuperiore cornuta, ſeu auriculata duabus apophyſibus quaſi anguloſis eminentibus, & duabus lineis per longitudinem excurrentibus notata.

Cucumeris ſunt ſemina oblonga, plana, in medio paululum tumida ſeu convexa, candicantia, ſeminibus melonum anguſtiora, puſillo ſubtus apiculo protenſo.

Semina hæc, inter quæ præſtantiora ſunt ſemina melonum, conſtant particulis viſcoſis, aquoſis, craſſis, cum blando & pauco ♌, propterea temperant & obtundunt ☉ia acria quævis, eaque ad renes præcipitant & per urinam expellunt, hoc nomine proſunt etiam in ſupprimendo orgaſmo genituræ, conveniunt etiam in linguæ ariditate, & mulcendis doloribus inteſtinorum à bile acri. Dantur horum pulpæ excorticatæ vel per ſe, vel in Emulſione.

℞. Sem. 4. frig. maj. ana ʒij. amygd. dulc. ℥j. decoct. hord. ℥vj. ▽ roſar. ℥j. f. Emulſ. temperans & refrigerans, add. ſyr. papav. alb. q. v.

℞. Sem. 4. frig. maj. ana ʒij. ſem. cannab. ʒij. f. Emulſ. ex ▽ lactuc. nymph. portulac. q. ſ. add. ☽tr. præpar. ʒj. ſacch. ♄ni ʒß. contra nimiam ſalacitatem.

Semina Citrulli ſpecifice in menſibus decoloratis laudantur ſi xij excorticata ſimul deglutiantur & hauſtus lactis ſuperbibatur.

SEMI-

Ἄγγουρος, ANGURIA, CITRULLUS à citreo colore, CUCUMIS CITRULLUS, Citrullen / Angurien / CITROUILLE.

Anguria differt à reliquis cucurbitaceis folio in profundas lacinias diſſecto & fructu eduli.

Anguria Citrullus dicta C. B. Pin. 312. Citrullus folio Colocynthidis ſecto ſemine nigro quibuſdam Anguria I. B. 2. 235. Anguria Cucumis Citrullus Dod. Pempt. 664.

In regionibus calidioribus, Apulia, Calabria, Sicilia & Hiſpania præſertim provenit, floret Junio & Julio. Caro fructus comeditur tum cruda tum cocta, parum alimenti præbet, ſemen in uſum medicum cedit, aſt ſemper recens deſideratur.

MELO à voce Græca μῆλον, à malo ſive pomo, nam & majus malum refert, & fragrantis mali odorem ſpirat, vocatur à quibuſdam quoque MELOPEPO, Melon / Melonen / MELON.

Eſt planta floribus monopetalis, campaniformibus, patentibus, multifidis, cucumeris flores omnino referentibus, ex iis autem alii ſteriles ſunt, nulli embryoni adhæreſcentes, alii vero fœcundi inſidentes embryoni, qui deinde abit in fructum utplurimum ovatum, glabrum aut rugoſum in terna loculamenta diviſum, quæ bifariam ſecari videntur, ſeminibus fœtum oblongis. Etiamſi Melo à Cucumere foliis rotundioribus & fructu ſuavi diſtinguatur, plus tamen faciei externæ tribuendum eſt.

Feliciſſime in Italia, Hiſpania, Gallia, aliiſque ſiccis regionibus proveniunt, Fructus tum carnis, tum corticis ratione, differentes odore, ſapore, colore &c. Julio præſertim & Auguſto crudi vel ſoli vel cum Saccharo, vel cum Saccharo & Pipere, vel cum Sale & pipere eſitantur.

Melo vulgaris C. B. Pin. 310. Melones I. B. 2. 242. Melo ſive Melopepo vulgo Cucumis Galeni Dod. Pempt. 663.

Melo rotundus parvus C. B. Pin. 311. Melo Moſchatellinus rotundus parvus & pyriformis I. B. 2. 244. Melo Saccharinus Tabern, Ic. 469,

Melo reticulatus I. B. 2. 244.

Fructus refrigerant & humectant, ſed paulo difficilioris ſunt digeſtionis, nutrimenti non omnimodo boni, ſed putreſcibilis, febribus ac torminibus generandis apti. Unde, (quod quaſi in proverbio dicitur) Melones ſi plus juſto comederis opus habebis eorum ſeminibus, h. e. febres exinde excitatæ emulſionibus ex ſeminibus indigebunt.

CUCURBITA à concurvatu dicta putatur, facile enim ſi quid obſtiterit, quo minus extendatur, incurveſcit, ut loquitur SEBIZIUS; Græce vocatur κολοκύνθη ὑμερὸς καὶ ἐδώδιμος, ſativa & edulis ad differentiam κολοκύνθιδος, quæ non veſca, ſed vehementer purgatoria juxta eundem authorem. Kürbiß / Kürbße / CALEBASSE, COURGE.

Eſt

Eſt planta floribus campaniformibus, patentibus, & plerumque ita ſectis, ut ex quinque petalis conſtare videantur, ex floribus autem alii ſteriles ſunt, nulli embryoni adhæreſcentes, alii vero fœcundi ſeu inſidentes embryoni, qui abit in fructum in quibusdam ſpeciebus teretem & longum, in aliis lageniformem, in ſex loculamenta plerumque diviſum ſeminibus fœtum planis, oblongis hinc obtuſis inde latioribus & quaſi introrſum emarginatis.

Ex cucurbitæ ſpeciebus pluribus, ex quibus quædam ad Peponem & Melopeponem cum TOURNEFORTIO referendæ, in uſum præſertim veniunt

Cucurbita latior folio molli flore albo I. B. 2. 215. Cucurbita major ſeſſilis flore albo C. B. Pin. 312. Cucurbita latior Dod. Pempt. 669. Großer Plat runder Kürbis mit Weißen-Blumen.

Cucurbita longa folio molli flore albo I. B. 2. 214. Cucurbita oblonga. flore albo folio molli C. B. Pin. 313 Cucurbita longior Dod. Pempt. 669. Lange oder trompeter Kürbis.

Ad PEPONEM, qui fructum oblongum vel rotundum, carnoſum, cortice nonnunquam duro tuberoſum, cavum in tres partes ſæpe diviſum, ſeminibus fœtum planis annulo quodam veluti cinctis & placentæ ſpongioſæ affixis, obtinet, refertur

Pepo vulgaris Raji. Hiſt. 639. Cucurbita foliis aſperis ſive Zuccha flore luteo I. B. 2. 218. Cucurbita major rotunda flore luteo folio aſpero C. B. Pin. 312. Großer runder Kürbiß mit gelben Blumen und rauchen Blättern.

Cucurbitæ ſeruntur & coluntur in hortis agris & vinetis. Autumno fructus matureſcit.

Fatua eſt, inquit SEBIZIUS, atque inſipida ſuccumque gignit improbum gelidum & humidum. Elixatur, aſſatur, frigitur, variis additis condimentis, ut ſapidior evadat.

Folia Cucurbitæ recentia puerperarum mammis applicata lac minuunt.

CUCUMIS, CUCUMER, à curvore vocatur, σίκυς καὶ σίκυος ἥμερος, ἥδὺ ὠδιμος, CUCUMIS SATIVUS & eſculentus, Gurcken / Cucumern / CONCOMBRE.

Eſt planta floribus monopetalis, campaniformibus, patentibus & multifidis, ex quibus alii ſteriles ſunt, nulli embyoni adhæreſcentes, alii fœcundi inſidentes embryoni, qui deinde abit in fru-

ctum carnoſum plerumque teretem in terna vel quaterna loculamenta diviſum & ſeminibus fœtum oblongis.

Cucumis ſativus vulgaris maturo fructu ſubluteo C. B. Pin. 310. Cucumis vulgaris viridis I. B. 2. 245. Cucumis vulgaris Dod. Pempt. 662.

&

Cucumis ſativus vulgaris maturo fructu albo C. B. Pin. 310. Cucumis vulgaris albus I. B. 2. 245.

Seritur Cucumis non tam in hortis quam etiam in agris. Julio, Auguſto & Septembri ſunt edules.

Fructus imprimis ſunt culinares, refrigerant, ſuccumque humidum & alimentum humidius frigidiuſque ſuppeditant. Cortex cartilagineus reſecatur, verba rurſus ſunt SEBIZIANA, reliquum ſecatur in taleolas, quæ conſperguntur ſale: Salſugo poſtea abjicitur, & taleolæ pipere oleo atque aceto conditæ menſis condimenti loco apponuntur. Coquuntur quoque cum ſucco ex carne vervecina præſertim aſſa extillante & cum eadem carne apponuntur. Vulgus præfert in cibo Cucumeres, qui ſunt adultiores & maturitati proximi, qui flavent. Aſt Apiciis magis ſapiunt, qui virides nondumque maturi. Cum infantes adhuc ſunt parumque ventroſi, apices avelluntur, horam unam circiter atque alteram in aqua macerantur tandem ſiccati, ſale anetho, fœniculo, Dracunculo &c. & aceto condiuntur & pro condimento aſſervantur. Gallis dicuntur Cornichons.

Modo dicta ſemina frigida majora nunc ſimpliciter uſurpantur, nunc etiam excorticantur.

SEMINA QUATUOR FRIGIDA MINORA.

Sunt Lactucæ, Scariolæ, Portulacæ, Plantaginis.

Lactucæ ſativæ C. B. P. ſunt ſemina parva oblonga, compreſſa, pallida, utrinque acuminata, ſaporis aquei.

Scariolæ ſunt Intybi ſativæ anguſtifoliæ C. B. P. ſemina Cichorii ſeminibus ſimillima, colore pallidiora.

Portulacæ latifoliæ ſeu ſativæ C. B. P. ſunt ſemina exigua nigra.

Planta-

Plantaginis latifoliæ ſinuatæ C. B. P. ſunt ſemina parva oblonga, puliciformia, coloris obſoleti ac ferruginei.

Endiviæ vulgaris C. B. P. ſunt ſemina parva oblonga anguloſa ſpadicea, in ſummo acetabulo inſtar coronæ notata.

Coincidunt cum ſeminibus frigidis majoribus, excellunt vero ſemina lactucæ, ſemen vero plantaginis habet ſimul virtutem adſtringentem, ut proinde forſitan rectius ad terrea quam ad aquoſa amandari poſſit. Dantur in Emulſ. ut frigida majora.

℞. Sem. frig min. ana ʒij. f. Emulſ. ex decoct. hord. add. ſyr. pap. alb. q. ſ.

℞. Sem. plantag. portulac. corall. præpar. borrac. calcinat. ana ℈j. ſacch. ℥n. gr. v. L. O. gr. ij. f. pulv. ad ij. doſes exhibendus in nimiis alvi & menſium fluxibus.

SEMI-

LACTUCA, à lacteo, quem fundit, ſucco, θρίδαξ θριδακίνη, Lattich / Lactucke / LAITÜE.

Eſt planta flore ſemifloſculoſo, plurimis ſemifloſculis conſtante, embryoni inſidentibus & calyce ſquammoſo oblongo tenui comprehenſis. Embryo autem deinde abit in ſemen pappis inſtructum. Quibus notis addatur facies propria.

Lactuca ſativa C. B. Pin. 122. Lactuca ſativa vulgaris non capitata I. B. 2. 997. Lactuca ſativa folio ſcariolæ Lob. Icon. 241. Gemeiner-Lattich. LAITÜE NON POMMEE.

Lactuca foliis endiviæ C. B. Pin. 122. Lactuca Intybacea Tabern. Icon. 423. Weißer Sommer-Endivien / Endivien-Lattich.

Lactuca maculoſa C. B. Pin. 123. Lactuca fuſci ac veluti purpurei coloris Dod. Pempt. 644. Lactuca rubra, Brauner oder Spaniſcher Lattich.

Lactuca Romana longa dulcis I. B. 2. 998. Lactuca folio obſcurius virente ſemine nigro, C. B. Pin. 123. Lactuca folio obſcurius

ſcurius virente Dod. Pempt. 644. Brauner Sommer-Endivien oder Lattich / Florentiner-Salat / LAITUE ROMAINE.

Lactuca capitata C. B. Pin. 123. Lactuca ſativa vulgaris capitata I. B. 2. 997. Lactuca ſativa ſeſſilis ſive capitata Lob. Icon. 242. Kopff-Lattich / Köpffel-Lattich / LAITÜE POMMÉE.

Lactuca Criſpa laciniata I. B. 2. 999. Lactuca Criſpa C. B. Pin. 123. Lactuca Criſpa non capitata Lob. Icon. 242. Krauß-Lattich / LAITÜE CRESPÉE.

Lactuca folio oblongo acuto C. B. Pin. 123. Prodr. 60. Lactuca longo & valde anguſto folio I. B. 2. 999. &

Lactuca Criſpa altera C. B. Pin. 123. Lactuca Criſpa & tenuiter diſſecta I. B. 2. 999. Lactuca Criſpa ij. Tabern. Icon. 423.

Ex his ſpecies prima præſertim toto anno ſeritur ad uſum acetariorum, aliæ vero ſua certa requirunt tempora hortulanis & olitoribus notiſſima.

Lactuca comeditur cruda tum tenella adhuc, tum etiam adultior, condita oleo aceto ſale & pipere, placet imprimis capitata & criſpa. Coquitur quoque cum juſculis & ſic in uſum trahitur. Alimentum humidum & frigidum equidem ſuppeditat, ſed non adeo pravum. Ob vim ſomnum indulcendi olim ſumſere ultimo in cœna, recentiores vero de appetitu magis ſolliciti ab ea dapes inchoant, hinc MARTIALI quærenti,

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?

Reſpondet FRID. HOFFMANNUS,

Vim vini reprimens affert lactuca ſaporem,
Humiditate ſua, frigiditate ſua.
Ferventis ſtomachi Lactuca refrigerat æſtum,
Et facit ut poſitas appetat ille dapes.

Alvi laxitatem Lactucam inducere vel modo dicti Poëtæ verbis confirmatur, dum canit

Prima tibi dabitur ventri Lactuca movendo
utilis. &
Utere Lactucis & mollibus utere malvis,
Nam faciem durum, Phœbe, cacantis habes.

Lactuca

Lactuca biliosis & sanguineis convenit, sitim sedat, acrimoniam humorum reprimit, gonorrhœam sistit, venerem refrænat, Lac auget præsertim in subjectis calidioribus. Somnum inducit unde veteres post cœnam assumebant. Quidam folia lactucæ ebullire sinunt in jusculo, quod deinde contra agrypniam propinant, immiscetur quoque Lactuca pediluviis ad vigilias arcendas.

Semen Lactucæ valet ad gonorrhœam, & ad ea, ad quæ ipsa Lactuca prodest. Venerem porro quoque extinguit, & alvi fluxum sistit. Juxta illud Poëtæ,

Semen Lactucæ Veneris ludibria tollit,
Cum vino bibitum fluxum quoque comprimit alvi.

Succum Lactucæ expressum venenatum esse quidam asserunt.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua Lactucæ ex foliis, Lattich-Waßer / *Eau de Laitûe*, quam tum interne, tum externe adhibent, ad acrimoniam humorum demulcendam, æstum sedandum, vigilias arcendas capitisque dolorem mitigandum. Ad hæmorrhagias narium multorum e vulgo est remedium, assumendum dum cubitum itur.

Conditum Lactucæ, Eingelegter-Lattich / *Condit de Laitûe*; in febribus ad refrigerium ut & in affectibus hepatis celebratur.

Scariola cum concordet cum Endivia vulgari, cujus etiam author meminit, utramque plantam simul lustrare lubet. ENDIVIA vocatur σέρις, INTYBUM SCARIOLA, Endivien / Sckariol / ENDIVE, SCARIOLE.

Est species Cichorei, de quo supra, in usu sunt sequentes species.

Cichorium latifolium sive Endivia vulgaris Tourn. I. R. H. cl. 13. S. 2. g. 3. Intybus sativa latifolia sive Endivia vulgaris C. B. Pin. 125. Intybum sativum latifolium I. B. 2. 1011. Intybus major sativa. Cichoreum domesticum Tabern. Ic. 173. Endivien mit breiten Blättern oder Winter-Endivien.

Cichorium angustifolium sive Endivia vulgaris Tourn. l. c. Intybus sativa angustifolia C. B. Pin. 125. Intybum sativum angustifolium I. B. 2. 1011. Serium Cichorium Sativum minus Tabern.

Ic.

Ic: 174. Seriola aut Endiviola adv. Scariola Officin. Schmale Endivien.

Cichorium Criſpum Tourn l. c. Intybus Criſpa C. B. Pin. 125. Intybum ſativum criſpum I. B. 2. 1011. Intybus criſpa, Endivia criſpa Tabern. Ic. 173. Krauße Endivien / ENDIVE ou SCARIOLE CRESPE'E.

Seritur Intybum in hortis & agris & quod vere ſatum (verba ſunt J. BAUHINI) celeriter adoleſcit, ac ipſa æſtate florens ſemina profert ac deinde intercidit. Julio vero ſatum in Hyemem reſtat, Septembri ac Octobri terra obrutum, colligatis prius foliis, nivis inſtar candidum redditur ac deinde menſibus hybernis aliorum acetariorum loco menſis infertur. Coquitur quoque in juſculis variarum carnium & ipſis etiam ægrotis gratum præbet edulium.

Olus iſtud refrigerat extergit & aperit leniter inſuper adſtringit, ſitim ſedat, ſtomachi, ut SEBIZIUS loquitur, ardores compeſcit, appetitum conciliat, ictericos juvat, Hepati prodeſt ut & affectibus ſic dictis calidis laborantibus. In ipſis quoque febribus continuis ægris conceditur. Saluberrimum Cholericis, ſanguineis, juvenibus & quibus viſcera ventriculusque æſtuant. Conducit hinc hecticis atque phthiſicis. A quibuſdam quoque contra ſterilitatem in mulieribus celebratur, dum alii Venerem extinguere dicunt.

IN OFFICINIS PROSTAT

℥ *Aqua deſtillata Endiviæ* ſive *Intybi*, Endivien-Waßer / *Eau d'Endive* ou de *Scariole*; quæ interne in emulſionibus & potionibus refrigerantibus, externe in Epithematibus & frontalibus uſurpatur. Olim proſtabant *Syrupus de Endivia*, *Syrupus Byzantinus & Syrupus diaſereos* Andernaci, ſed vix amplius uſurpantur.

Ἀνδράχνη, ANDRACHNE, PORTULATA, PORCELLANA, quod porcis proſit, Burtzel / Burtzel-Krauth / Börtzel / Portzel-Krauth / POURPIER, POURCELLANE.

Eſt planta flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce monophyllo & bifido ſurgit piſtillum, quod deinde ſimul cum calyce abit in fructum, plerumque ovatum, ſeminibus fœtum exiguis & duabus teſtis in ſummo donatum, quarum exterior, quæ calycis pars fuit bifida primo, interior vero, quæ aliud nihil eſt, quam piſtillum ampliatum poſtremo tranſverſa bifa-

bifariam dehiſcunt, inferiori ſeu calycis altera parte pediculo affixa. His notis adde folia craſſa, carnoſa alternatim poſita.

Portulaca latifolia ſativa C. B. Pin. 288. Portulaca hortenſis latifolia I. B. 3. 678. Portulaca ſativa Dod. Pempt. 661.

Portulaca ſativa, latifolia, flaveſcens ſive foliis aureis H. R. Par. Portulaca hortenſis folio flavo Moris. H. R. Bles. POURPIER DORE'.

Portulaca anguſtifolia ſive Sylveſtris C. B. Pin. 288. Portulaca Sylveſtris minor ſive Spontanea I. B. 3. 678. Portulaca Sylveſtris Dodon. Pempt. 661.

Hæc ultima autem ſpecies non æque bona ac ſativa, quæ ſeritur Martio & Aprili, deinde vero in autumnum uſque viget & viret. In uſum ſuppeditat folia & ſemen. Refrigerat, æſtum mitigat, vermibus reſiſtit, in febribus, urinæ ardore & ſcorbuto convenit. Largius comeſta Venerem extinguere fertur. Maſticata ſtuporem dentium tollit. Externe quoque folia applicantur, in inflammationibus mammillarum, dolore & rubore. In culinis multi quoque uſus, adhibetur in acetariis ut & juſculis refrigerantibus, pauci tamen eſt nutrimenti.

IN OFFICINIS EXTAT

Aqua portulacæ deſtillata ex herba, Burtzel-Waßer / *Eau de Pourpier*, quæ refrigerat & humectat inque allegatis morbis conducit.

PLANTAGO, quod plantam pedis æmuletur, aut quod ſit planta καθ' ἐξοχὴν MULTINERVIA, CENTUMNERVIA, à foliis, quæ multis quaſi nervis gaudent ἀρνογλώσσον, LINGUA AGNINA obſimilitudinem, OLUS AGNINUM Wegerich, quia ſecus vias creſcit, PLANTAIN.

Eſt planta flore monopetalo, hippocrateriformi, plerumque quadripartito, ex cujus fundo ſurgit piſtillum, ſtaminibus utplurimum longioribus ſtipatum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam fere ovatam, aut conicam, per maturitatem in duas partes, quarum altera alteri incumbit, tranſverſa dehiſcentem, ſepto intermedio in duo loculamenta diviſam, & ſeminibus fœtam oblongis placentæ affixis.

Duæ ſequentes ſpecies potiſſimum in uſum cedunt:

Plantago latifolia ſinuata C. B. Pin. 189. Plantago major folio glabro non laciniato utplurimum I. B. 3. 502. Plantago major Dod. Pempt. 107. Breit-Wegerich / PLANTAIN à LARGE FEUILLE.

&

Plantago anguſtifolia major C. B. Pin. 189. Plantago lanceolata I. B. 3. 505. Plantago minor Dod. Pempt. 107. Spitz-Wegerich / PLANTAIN à FEUILLE ETROITE.

Creſcunt fere ubique in locis herboſis, florent Majo, Junio &c. ſemen Auguſto matureſcit. Ex hac planta in uſu ſunt non ſolum ſemen, ſed radix, quæ puſiilla, tenera, fibris multis conſtans, albicans; atque folia ſaporem inſipidum & adſtrictorium poſſidentia.

Planta eſt polychreſta. Abſtergit, incraſſat, vim temperandi & acrimoniam demulcendi obtinet, conducit hinc in affectibus hepatis. Vulneraria inſuper eſt & adſtringens. Hinc in omnibus fluxibus, imprimis alvi, diarrhœa, dyſenteria, Hæmoptyſi, vomitu & mictu cruento, menſium & Lochiorum fluxu nimio, gonorrhœa quavis laudatur. Conducit quoque ad febres intermittentes, ubi decoctum radicum, numero videlicet trium in tertiana, quatuor vero in quartana à Dioſcoride aliiſque commendatur. Febribus quoque ſymptomaticis medetur. Cum ad læſiones internas æque ac externas quam plurimum valeat, ingrediens potionum vulnerariarum conſtituit. Virtus quoque Alexipharmaca ad morſus canis rabidi ſerpentum & inſectorum variorum adtribuitur. Externe folia vel contuſa vel non contuſa vulneribus & ulceribus variarum partium, ad ficus condylomata hæmorrhoides dolentes & nimium fluentes, ulcera oris, tonſillarum & uvulæ applicantur. Conducunt ſugillatis & ambuſtis, item inflammationibus oculorum & eorundem doloribus folia æque ac radix, cujus decoctum in odontalgia quoque celebratur. SIMONE PAULI teſte, radix lota recens ex terra extracta, cultro raſa & auris meatui indita dolorem dentium incantamenti inſtar mitigat. Semen quoque plantaginis ad calculum & herniam laudatur & in fluxibus alvi & ſanguinis præſertim menſium nimio item ad abortum præcavendum celebratur. Meretur hoc de ſemine audiri DAN. LUDOVICI, ſemen inquiens, commendatum quidem eſt, vique ſimul leniendi Lapathi, conſimiliaque ſtypticorum ſemina nonnunquam ſuperant, dum tot

tamen

tamen æquivalentibus circumſcribatur, & in dyſenteriis præcipue promiſſis haud adeo ſtet, quandam ejus neceſſitatem non videmus.

Plantago immiſcetur quoque clyſteribus. Ad tumorem & læſionem pedum exitinere plantaginem cum aceto impoſitam ſuadet TABERNÆM. Succus plantaginis vermes necat, ictero, hydropi & phthiſi conducit & ad ſingultum illico tollendum facit. Succus plantaginis ſi inungatur papillis lac egregie imminuit, porro in mortario plumbeo ad mutationem coloris cum axungia anatis mixtus ad rhagades uteri prodeſt. Folia plantaginis trita & cum modico ſalis impoſita ad podagram & omnem tumorem nervorum faciunt.

IN OFFICINIS CONSPICIUNTUR

Aqua plantaginis deſtillata ex herba, Wegerich-Waßer/ *Eau de plantain*; quæ in omnibus affectibus hepatis, præcipue autem ejus inflammationibus prodeſt; æſtum mitigat, fluxiones quaſvis ſiſtit, ſodam minuit, lumbricos necat, in ictero, hydrope & peſte laudatur. Gargariſmata ingreditur ad anginam & oris ulcera, oculorum inflammationes tollit, & lac è mammis abigit. Frequentiſſime aſſumitur ad injectiones in membrum virile ad gonorrhœam.

SEMINA ET FRUCTUS PARTICULIS CRASSIS AQUOSIS SEU MUCAGINOSIS ABSQUE OLEO SE TAM SUBITO MANIFESTANTE CONSTANTIA.

SEMEN ALTHEÆ.

Sunt Altheæ Dioſcoridis & Plinii C. B. P. ſeu Malvæ paluſtris ſemina ſemicircularia ſemilunam exprimentia, ex dorſo craſſiori in acutiorem aciem deſinentia, ſaporis viſcoſi. Sua mucaginoſitate conſpirant cum radice, niſi quod mucago ſeminum ſit paulo tenuior.

℞. Sem. alth. ʒß. ſacch. ℈j f. pulv. in dyſuria, ſi potentiorem velis, add. Oc. ♋. j. ⊖ ſtip. fabar. ℈ß.

℞. Sem. alth. ʒij. ▽ roſar. q. v. f. Emulſ. ſ. mucago ad dolores ex ambuſtione ortos.

Eibiſch-Saamen / *Semence de Guimauve.*

Ad calculum frangendum, arenulas educendas & dolores nephriticos minuendos commendatur. Doſis ʒß.

SEMEN MALVÆ.

Sunt Malvæ folio ſinuato & rotundo C. B. P. ſemina in rotulæ aut caſeoli formam circumacta &c. inferiora ſunt & debiliora ſemine altheæ.

℞. Sem. Malv. Alth. ana ʒij. ▽ chærefol. f. Emulſ. vel mucilag. diuretica & ſimul. anodyna.

Semina Malvæ rariſſime in uſum trahuntur.

SEMEN AQUILEGIÆ.

Sunt aquilegiæ ſylveſtris & hortenſis ſimpl. C. B. P. ſemina nigra lucida. In mulcente ſua mucagine habent aliquid ſalis, quod ſimul movet blandos ſudores, hinc in acido Variolarum & Morbillorum expellendo, & in nimia ſanguinis efferveſcentia tollenda laudantur.

℞. Sem aquileg. ʒj. naſturt. ʒß. ▽ Card. Bened. f. Emulſ. temperans fervorem ſanguinis in variolis & morbillis.

FOE-

AQUILEGIA, AQUILEIA, quia folia nondum expanſa facile aquam ſeu pluviam legunt, vel colligunt. Alii aquilegiam dictam putant, quaſi AQUILINAM ab aquila; cujus ungues petalis cucullatis & aduncis referre exiſtimatur, Agley/ Ackeley/ Aquiley/ ANCHOLIE.

Eſt planta flore polypetalo anomalo ex pluribus petalis diſſimilibus utplurimum conſtante, horum enim nonnulla plana ſunt, cætera vero cucullata, utraque ſimul alterno ordine poſita. E floris meditullio ſurgit piſtillum ſtaminibus ſtipatum, quod abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ membranaceæ, ſeminibus fœtæ utplurimum ovatis planiſque. Addantur folia glauca ad Thalictrum accedentia.

Plures Aquilegiæ reperiuntur ſpecies, ſequentes tamen quoad maximam partem in uſum cedunt.

Aquilegia ſylveſtris C. B. Pin. 144. Aquilegia flore ſimplici I. B. 3. 484. Aquilegia Dod. Pempt. 181.

Aquilegia hortenſis ſimplex C. B. Pin. 144. Aquilina rubra Lob. Icon. 761.

Aquilegia flore albo ſimplici Eyſt. &c.

Creſcit in locis ſylveſtribus incultis ut & ſata in horto, floret Majo, Junio, Julio &c. In uſu folia, quæ ſemen virile ſpirant, ſi conterantur. Vim obtinent aperitivam & diureticam atque diaphoreticam, menſes pellunt, virtutemque poſſident alexipharmacam æque ac ſemen, quod ſeminibus expulſivis accenſetur. Externe ad anginam, putredinem gingivarum, vacillationem dentium & ulcera oris conſolidanda ſemen hoc ut & flores commendantur.

IN PHARMACOPOLIO EXTAT

Aqua Aquilegiæ ex floribus imo tota herba deſtillata, Agley-Waßer/ *Eau d'Ancolie*, rarius autem præſcribitur.

FOENUM GRÆCUM.

Sunt Fœnugræci ſativi C. B. P. ſemina oblonga flavescentia ſeſamacea, compreſſa, anguloſa, ſaporis mucilaginoſi odoris jucundi, cum quadam gravedine.

Horum mucago in farinacea ſubſtantia conſiſtens, includit quidpiam ⊖is volatilis, quod odor indicat, unde non tantum emolliunt & leniunt, ſed etiam diſcutiunt, incidunt.

Horum uſus potior externus eſt in cataplaſmatibus emollientibus & maturantibus, ut & in clyſteribus anodynis, dantur etiam in fotibus, inſeſſibus. Uſurpatur farina, mucago, ipſa ſubſtantia, rarius interne, frequentius externe datur.

℞. Fœn. græc. ʒiij. ferment. ℥j. ſterc. columb. ʒij. ♁ chamom. ℥iß. Mell. ℥j. contund. miſc. f. catapl. in maturandis abſceſſibus.

℞. Fœn. græc. ſem. lin. herb. chamom. chæref. coq. c. ▽ ad form. Catapl. ad tumorem lienis.

℞. Mucag. ſem. lin. fœn. græc. alth. ♁ amygd. d. lilior. alb. ana q. v. applica tumoribus emolliendis.

℞. Sem. fœn. græc. pſyll. ana ʒij. flor. verbaſc. Mj. roſar. pallid. Mß. lumbric. terr. ℥ß. coq. omnia c. lacte f. clyſter. in teneſmo add. ſebi cervin. ℥j.

SEMEN

FOENU GRÆCUM, quia ſemen è Græcia primum allatum, Τῆλις βόκερας, CORNU BOVINUM, Αἰγόκερας, CORNU CAPRÆ, κεραίτης. SILIQUA, SILICULA SILICIA, FOENACIA HERBA, Fönu-Greck / Grünſchau / quaſi Griechiſchhau / Ziegenhorn / Bockshorn / Kühhorn / FOENUGREC.

Eſt planta flore papilionaceo, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in ſiliquam nonnihil planam corniformem, ſeminibus fœtam plerumque rhomboidiformibus aut reniformibus. Addantur folia terna ſingulis pediculis inſidentia.

Uſuale potiſſimum eſt

Fœnum Græcum ſativum C. B. Pin. 348. Fœnu Græcum I. B. 2. 363. & Dod. Pempt. 536.

Fœnum Græcum ſeritur, floret Aprili Majoque, ſemen Auguſto

Auguſto mâtureſcit, dicitur de eo, quod quo pejus tractetur, eo melius proveniat. In uſu tantummodo eſt ſemen, quod olim culinis quoque inſerviebat, hodie non item. E farina ſeminis Fœnu Græci parant cataplaſma ad dolores podagricos & malum iſchiaticum. Mucilago ſeminis expectorationem promovere & ad aſthma arenulas calculum & ulcera renum conferre fertur. Rubedinem inſuper oculorum, ſugillationes atque dolores eorumdem curat. Decoctum Fœnigræci pediculos capillorum necat, ſi caput illo abluatur, capillos auget & maculas faciei delet. CRATO laudat in ſcirrhoſa meſenterii diſpoſitione; ab aliis vero hoc dococtum celebratur ad affectus ſpleneticos, glandulas induratas, ſcirrhos atque ſcrophulas; ad quas ſtrumas quoque ut & ad tumores duros frigidoſque oleum ex hoc ſemine expreſſum commendatur. Veterinarii Fœnum Græcum cum avena exhibent equis tuſſientibus & aſthmaticis.

SEMEN OROBI.

Sunt Orobi ſiliquis articulatis ſemine majore C. B. P. ſemina ſeu grana anguloſa, ſubrotunda, fuſca, ſpadicea, ſaporis amaricantis & ingrati paululum.

Ob farinaceam mucaginem reſpondet fœnu græco in emolliendis & maturandis abſceſſibus, ſed quoniam more omnium leguminum gaudet ☋e diuretico ideo medetur Urinæ & calculo pellendo. Datur ut fœnum græcum.

℞. Sem. Orob. Cicer. ana ℥ij. rad. gramin. ℥j. f. decoct. cui add. ſyr. dialth. Fern. q. ſ. contra calculum.

SEMEN

OROBUS, ὄροβος παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ἀπὸ τῶν βοῶν, quod boves eo paſcantur & ſaginentur, ERVUM ab eruendo, Erven / Orobus / ERS.

Eſt planta flore papilionaceo; ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod

quod abit in ſiliquam utrinque undulatam, veluti nodoſam, ſeminibus fœtam ſubrotundis. Addantur folia bina quaſi conjugata coſtæ innaſcentia.

Ervum verum Camer. Hort. Orobus ſiliquis articulatis ſemine majore C. B. Pin. 346. Orobus ſive Ervum multis I. B. 2. 321. Mochus ſive Cicer ſativum Dod. Pempt, 524. &

Ervum ſemine minore Tourn. I. R. H. cl. 10. S. 2. g. 9. Orobus ſemine minore C. B. Pin. 346. Orobus Creticus Lugd. 469.

Seruntur in agris & hortis. Semen tantummodo in uſu, pro uſu alimentari non niſi in fame magna adhibitum fuit, nam vomitiones movere, capiti ſtomachoque oneroſum eſſe, genuaque degravare jam Plinius aſſeruit.

Sunt tamen qui juſcula ex farina Orobi Nephriticis calculoſis, cachecticis, cacochymicis pituitoſiſque commendant.

SEMEN CICERIS.

Eſt vel rubrum vel album, rubrum officinale, album culinarium. Cicer rubrum ſunt Ciceris ſativi C. B. P. ſemina rotunda anguloſa, piſo majora, unico angulo acuto prædita, coloris ex fuſco rubentis, ſaporis viſcoſi & leguminoſi.

Symbolizant cum ſemine orobi, aſt temperatiora ſunt & gratiora, provocant urinam, menſes lochia & fœtum. Dantur ut ſemina fœnugræci.

℞. Sem. Cicer. q. v. coq. cum brodio vel juſculo carnis ad menſes & urinam provocandam ut & ad lochia expellenda.

℞. Sem. Cicer. ʒß. ſtipit. fabar. cremat. Mj. rad. gramin. petroſel. ana ʒij. f. decoct. diuretic. cui add. ſyr. dialth. Fern.

℞. Farin. Cicer. lupin. fabar. ana ʒij. f. Catapl. in tumoribus duris leniendis.

℞. Cicer.

℞. Cicer. rubr. ℥j. flor. verbaſc. Mij. coq. in ▽ colatur. add. ſevi hircin. ℥ß. f. Clyſter. in teneſmo.

SEMEN

CICER forſan à κύκλῳ, ut SEBIZIUS loquitur, nomen accepit, circularis enim & rotunda illi figura, ἐρέβινθος, Kichern / Ziſern / Kücher-Erbs / POIS CHICHE.

Eſt planta flore papilionaceo, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in ſiliquam brevem veſicæ inflatæ æmulam, ſeminibusque fœtam caput Arietinum quodammodo referentibus.

Cicer ſativum flore candido C. B. Pin. 347. Cicer Arietinum I. B. 2. 292. & Dod. Pempt. 525. Vocatur etiam Columbinum, quod Columbæ eo alantur.

Cicer ſativum flore ex purpura rubeſcente ſemine rubro C. B. Pin. 347. Dicitur etiam Venereum, quod Venerem ſtimulet.

Cicer ſativum ſemine rufo C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum ſemine ex ſaturo rubente C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum ſemine nigro C. B. Pin. 347. Cicer Arietinum fructu nigro Mor. H. R. 8les.

Seruntur vere, Junio Julioque florent & poſtmodum ſemen in ſiliquis producunt, citius tardiuſque, pro diverſo ſationis tempore.

Legumen hoc rarius in culinis uſurpatur, niſi quod viridia quandoque adhuc & inſtar fabarum præparata adhibeantur, aperiunt, abſtergunt, diſcutiunt. Nigrum Cicer præ cæteris urinam ciere & calculum frangere, rubrum autem ad excitandam Venerem aptius eſſe cum multis aſſerit SEBIZIUS. Decoctum Cicerum commendatur quoque ad Lienem & jecur expurgandum, Ictericis, Hydropicis atque cachecticis prodeſt. Lac quoque auget, & ſunt, qui cicer cum lacte coctum ſummum analepticum eſſe pronunciant. Hoc habet vitii, quod flatus excitet in copia. Farina ſeminis Orobi in cataplaſmatibus emollientibus ad teſtium præſertim tumores laudatur, convenit quoque contra ſcabiem. Dioſcorides tradit, quod nonnulli in verrucarum curatione tradant, prima Luna ſingulis granis ſingulas verrucas eſſe tangendas, eaque grana linteo deligata poſt ſe eſſe abjicienda, ita eas decidere arbi-

trantes. Huic jungendus SIMON PAULI QUADRIP. BOT. vulgus noſtras, inquiens, piſis idem molitur, quæ poſtea verrucoſi jubentur à tergo in puteum dejicere ac taciturni ab eo celerrime profugere, ne exaudiant, ut piſa fundum petant.

SEMEN LUPINI.

Sunt Lupini ſativi flore albo C. B. P. ſemina orbicularia plana, compreſſa, ſaporis leguminoſi ingrati.

Coincidunt cum orobo & ob ſui amaritiem lumbricos pellunt, tum interne in decocto data, tum externe. Datur decoctum & farina.

℞. Farin. lupinor. ℥ amygd. amar. applica umbilico contra vermes.

℞. Sem. lupinor. ʒj. f. dec. contra vermes.

SEMEN

LUPINUS ita dictus videtur, juxta J. BAUHINUM, quod ſicut Lupus terram appetit, & in fame terra veſcitur, ita Lupinus tellurem, ut PLINIUS ait, adeo amat, ut quamvis fructetoſo ſolo conjectum inter folia vepreſque ad terram tamen radice perveniat, vel quod velut Lupus expoſitus impune jaceat, vel derelictus, ſi non protinus ſecuti imbres, ab omnibus animalibus amaritudine ſua, tutus ſit. θέρμος, θέρμος ἥμερος, λυπανάριον, Lupinen / Wick-Bohnen / Feig-Bohnen / Wolff-Schotten / Wolff-Sackbohnen / LUPIN.

Eſt planta flore papilionaceo, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in ſiliquam ſeminibus fœtam nunc planis nunc ſphæricis; adde folia flabelliformia ſeu digitatim pediculo innaſcentia.

Lupinus ſativus flore albo C. B. Pin. 347. Lupinus vulgaris ſemine & flore albo ſativus I. B. 2. 288. Lupinus ſativus Dod. Pempt. 529.

Lupinus ſylveſtris purpureo flore ſemine rotundo vario majore Bot. Monſp. App. Lupinus Sylveſtris purpureo flore ſemine rotundo

rotundo vario I. B. 2. 290. Lupinus Sylveſtris C. B. Pin. 348. Lupinus minor Tab. Icon. 494. Plures dantur adhuc ſpecies, quæ ornatus gratia coluntur in hortis, aſt uſualis maxime eſt primo loco allegata. Multum coli non vult Lupinus. Junio circiter floret, Auguſto, Septembri, Octobri, ſemen matureſcit.

Legumen hoc in uſum cibarium recipiebatur & decoctione ſuam amaritiem deponit, ſed cum dyſpeptum admodum & alimentum malæ notæ producat, melioraque proſtent, non amplius hodie uſurpatur. Juxta SCHWENCKFELDT ſi in aqua decoquatur, donec in cremorem lenteſcat, faciem abſtergit, ſcabiem & livores tollit. Farina Lupinorum cum aceto ſtrumas ac tubercula diſſipat & carbunculos rumpit. Cum pulvere Myrrhæ & melle mixta ventri calide impoſita menſes provocat.

SEMEN FABARUM.

Sunr Fabæ vulgaris C. B. P. ſemina oblonga, elata, ovalia, coloris varii, cum ciceribus conveniunt, tum ratione virtutis diureticæ, tum emollientis, uſurpantur ut cicera, proſtant etiam ſtipites fabarum uſtulati, ut & ⊖ è ſtipitibus paratum.

Farina eſt abſterſoria, unde Coſmeticum. Exterior cortex fabarum habet vim adſtrictoriam.

℞. Farin. Fabar. ʒiij. ſem. Cumin. ʒß. f. Catapl. ad inflammationem ſcroti & teſtium, add. flor. cham. Mj.

℞. ⊖ ſtipit. fabar. gr. vij. Oc. ♋ ℈j. M. f. pulv. diureticus.

SEMEN

FABA à fructu eduli, Κύαμος, quod fœcunditatem adjuvet, BOONA, Bonen/ FEVE.

Eſt planta flore papilionaceo, vexillo alis & carina conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in ſiliquam longam, ſe-

minibus fœtam planis & quaſi reniformibus. Addantur ſtipites firmi & folia bina velùti conjugata, coſtæ innaſcentia in mucronem abeunti.

Faba flore candido lituris nigris conſpicuo C. B. Pin. 338. Faba Cyamos I. B. 2. 278. Faba major recentiorum Lob. Ic. 57.

Faba flore ex purpura nigreſcente C. B. Pin. 338. Flos vel ex purpureo nigricat vel candidus eſt, ſed nigris lituris, quas literas vocant lugubres, notatis.

Variat, ut C. BAUHINUS ait, flore & fructu. Sunt enim Fabæ magnæ, longæ, latæ, ſunt etiam parvæ: ſunt itidem pleræque veluti compreſſæ, quædam tamen orbiculatæ. Candicant aliæ, vel in candido pallent, viſuntur vero & nigræ & rubræ, & purpureæ, viridive colore tinctæ. Fructus magnitudine figura & colore differunt. Seritur in agris Faba poſt hyemen, floret Majo, Julio, fructus matureſcunt. Juxta MATTHIOLUM ſeritur à nonnullis ſolum ad impinguanda arva. Nam cum florere incipit totaque ſtirps eſt ſucculenta, terram arare ſolent Agricolæ, ita ut Faba in illam quaſi defodiatur & contabeſcat. Tabida facta planeque conſumpta lætiſſimum pinguiſſimumque agrum reddit.

De Fabis agentes diſputant, an Fabæ hodiernæ conveniant cum Bonis veterum, & quam ob rationem PYTHAGORAS Fabarum eſum interdixerit. Priorem quæſtionem decidit cum aliis affirmative SEBIZIUS, alterius cauſam quidam eſſe dicunt, vel quod ſomnia turbulenta excitent Fabæ, vel quod animas mortuorum in iis habitare creditum fuerit, quidam vero PYTHAGORAM per κυάμους, non Fabas ſed generationis organa intellexiſſe, adeoque abſtinentiam à Venere injunxiſſe aſſerunt. Nonnulli plures alias examinant quæſtiunculas & proverbia à Fabis deſumpta, quibus nunc ſupersedemus, conferatur laudatiſſimus SEBIZIUS, qui de uſu Fabarum cibario ita porro loquitur. Virides gratiam in menſis habent majorem. Avide enim æſtivo tempore à gulæ proceribus expetuntur. Aridæ deſtinantur ſaginæ porcorum, unde & Fabæ dicuntur Suillæ Sau-Bohnen. Offeruntur tamen etiam tenuioris fortunæ hominibus, variis modis præparatæ. Virides Fabas delibrant, delibratas in butyro frigunt, tum porrum ſectile vel cepas petroſelinum, ſaturejam, piper & quandoque lac, vel juſculum addunt, tandem denuo, dum prorſus tenereſcant aliquandiu coquunt. Edu-

lium

lium ſapidum magis eſt & gulæ placens, quam valetudini conducens. Coquuntur quoque cum fruſtis lardi, rediguntur in pulmentum inſtar piſorum addendo convenientia aromata.

Fabæ flatus pariunt, inſomnia turbulenta cauſantur, caput gravant, viſum debilitant, ingenium gravant, nec laudabile admodum præbent nutrimentum. Conveniunt tantummodo ventriculo valido præditis, corpuſque labore exagitantibus. Fabas ſiccas, antequam in uſum trahantur, quidam leviter mola confringunt, & dicuntur à Plinio Fabæ freſſæ.

Fabis crudis præmanſis maculæ faciei præſertim à variolis relictæ tolli dicuntur, ſi iis veſperi ante lecti introitum facies illinatur, mane vero iterum abluatur vel frigida, vel ipſarum fabarum aqua. Vapor fabarum coctarum auribus exceptus in auditus difficultate laudatur. Farina fabarum non ſolum inſervit pani tempore annonæ exinde conficiendo, ſed & maculas cutis imprimis à ſole contractas abſtergit nitoremque ei conciliat, ad diarrhœam hæmoptyſin alioſque fluxus adhibetur, inſuper uſurpatur ad tumores inflationes & inflammationes pudendarum inprimis partium genitalium, ut & mammarum.

Cineres ſtipitum Fabarum, Bohnen-Strohaſch / *Cendres de Feves* ut & *Sal ſtipitum fabarum*, Bohnenſtroh-Saltz / *Sel de tiges de Feves*, tanquam remedium diureticum, in aſthmate, hydrope, urina ſuppreſſa, calculo &c. extollitur. Ex priori fit cum aqua vel cum vino lixivium, poſterius per ſe datur ad ʒß. ʒj. &c. Præter modo allegata

In Officinis Prostat

Aqua florum fabarum, Bonenblüth-Waßer / *Eau de fleurs de Feves*, quæ tanquam diuretica & ophthalmica celebratur non tantum, ſed imprimis tanquam inſignis coſmetica ad maculas cutis delendas & cutis nitorem conſervandum dicatur.

SEMEN LINI.

Sunt Lini ſativi C. B. P. ſemina oblongo-rotunda compreſſa, lubrica lucida, in medio tumida, ex fuſco punicea.

Eſt planta multicapſularis non leguminoſa.

Ex mucagine farina & oleo conſtructa ſunt, unde leniunt, molliunt & ſuppurant.

Oleum recenter expreſſum per os ſumtum ſpecificum eſt in Pleuritide & tuſſi pro juvanda expectoratione, per clyſteres injectum in fœcibus alvi induratis, à quibus colica & iliaca paſſio oritur. Oleum lini cum terra japonica & ſigillata exhibitum in dyſenteria arcanum. Externe applicatum valet ad ambuſta & dolores hæmorrhoidum. Oleum lini cum ☿a deſtillatum mire medetur Paralyſi.

Mucago & farina applicantur tumoribus emolliendis & abſceſſibus maturandis.

Decoctum ſeminis vim habet ſingularem ad fœtum mortuum expellendum [conf. Dav. Herlicius de cura gravidar. c. XI. p, 57. & ex eo Sim. Pauli Quadr. Bot. p. m. 77.]

Datur mucago & oleum.

℞. ℥ lini rec. expr. ʒiij. amygd. dulc. ʒj. cape ex jusculo ad pleuritidem.

℞ ℥ lini ʒiij. dent. apri præpar. ʒj. cape ex ▽ chærefol. calide ad pleuritidem.

℞. ℥ lini ʒvij. infund. troch. alhand. ʒß. f. clyſter. injiciendus ad fœces emolliendas.

℞. ℥ lini, rapar. ana ʒiiij. f. Clyſter. ad iliacam paſſionem.

SEMEN

LINUM, λίνον & λινάριον à mollitie & lævitate, Flachs/ Flaß/ Lein/ Lien/ LIN.

Eſt planta flore caryophyllæo, plurimis petalis conſtante in orbem poſitis, ex calyce polyphyllo & quaſi tubulato emergentibus. Piſtillum autem ex eodem calyce ſurgit, abitque deinde in fructum fere globoſum, plerumque acuminatum, ex pluribus capſulis

capſulis compoſitum, introrſum dehiſcentibus, ſemine fœtis plano fere ovato hinc obtuſo, inde vero utplurimum acuto.

Linum ſativum C. B. Pin. 214. Linum I. B. 3. 450. Linum ſativum vulgare cæruleum Lob. Ic. 412.

Seritur Linum Vere, Majo & Junio floret. Colligitur Linum (verba ſunt JOH. BAUHINI) cum maturo colore flaveſcit, & eodem die ne rore tangatur, ſub tecto ponitur in faſcibus, deinde malleolis ligneis excutiuntur ſemina & ipſum Linum ad maturandum in aqua ponitur, in qua quatuor vel quinque diebus ſi putrida ſit, ſtetiſſe ſufficit, ſi autem aqua non ſit corrupta ſeptem dies ſtare in eadem oportet, ut putrefiat caro herbalis & cortex, ex quo fit ſtuppa, cujus præparandi modum optime ex ruſticis addiſces. Quantum uſum œconomicum habeat, in ſuppeditandis filis linteaminibus, charta &c. Linum, omnibus eſt notiſſimum. In uſum Medicum præſertim cedit ſemen, Lein-Saat / Lein-Saamen / SEMENCE DE LIN, quod vel per ſe vel in decocto eroſiones ventriculi à Cantharidibus factas, ut & mictum cruentum corrigit, & pro earum antidoto habetur. Recens comeſtum cum paſſulis minoribus commendatur phthiſicis, cum melle vero aſſumptum reſpirationem liberam reddit, pulmones detergit, & ad aſthma raucedinem & tuſſim laudatur. Semen quoque hoc virtute fœtum & ſecundinas pellendi pollet, ſi vel ejus decoctum potetur vel in partes genitales infundatur, vel in balneis adhibeatur, unde gravidis neque interne neque externe debet adhiberi. Mucilago ſeminis Lini ad affectus oris, ad ambuſta, ad dolores podagricos & ad hæmorrhoides dolentes celebratur. Cum aceto fronti impoſitum hæmorrhagiæ narium obviam it, & dolores quoſvis compeſcit atque ſcrophulas diſcutit.

Oleum Lini, Lein-Oehl / *Huile de Lin*; præter virtutes allegatas, vi quoque gaudet anodyna, convulſionem articulorum curat, muſculorum, nervorum atque cervicis duritiem mitigat, prodeſt ad pterygium ſeu unguem oculorum. Abdomini illitum lochia remorantia & ſecundinas pellit, auribus immiſſum vermes necat. Imprimis in pleuritide lateri dolenti illinitur vel per ſe, vel in eo friguntur poma noſtratibus dicta die Francken-Aepffel / vel recentia, vel quod melius putant ſemiputrida, & cataplaſmatis inſtar applicantur. Veterinarii hoc oleo utuntur in canibus & equis

equis ad pilos adaugendos. Quod ſi hoc oleum inveteratum ſit & rancidum, quale pro uſu interno plane non convenit, ſequenti modo corrigi poteſt. ℞. Olei Lini, Aquæ tepidæ ana ſeu partes æquales, concute bene invicem, quantum poſſibile eſt, ut commiſceantur, poſtmodum expone Soli, relinquendo ibidem per tempus, & ſemper quod in fundo eſt removendo, idque tamdiu continuatur, donec oleum Lini optime ſit depuratum. Poterit etiam quis hoc modo procedere: Oleum Lini cum Spiritu Vini coquatur, donec ſpiritus fuerit conſumptus, hoc enim modo Spiritus Vini acidum in oleo Lini exiſtens ſecum aufert, aut potius mitigat.

Inſervit porro oleum Lini variis artificibus, Pictoribus, fabris Scriniariis &c. Reſiduum ſeminis poſt expreſſionem olei, ſi decoquatur in aqua pluviali, vel tantummodo in eadem maceretur, & facies ea aqua aliquoties abluatur, cutis nitida redditur, rugæque quadantenus obliterantur. Confert quoque talis aqua ſcabioſis.

Sunt qui decoctum Lini recentis cum radice in vino factum, & calide potum, præſtantiſſimum dicunt eſſe remedium ad diuturnam urinæ ſuppreſſionem. Denique illud notandum, quod oleum ex Lino aut Linteaminibus vel charta combuſtis productum, ad odontalgiam & maculas cutis præſertim Lichenes delendas conducat.

SEMEN HYPERICI.

Sunt Hyperici vulgaris C. B. P. ſemina exigua, oblonga ex fuſco nigricantia, ſaporis ſubamari & reſinoſi, odoris picei. Planta eſt tricapſularis polyſperma.

Ob reſinam cui ☉ blandum diureticum conjunctum convenit in calculo, ut & in vulneribus tam internis quam externis. Specifice laudatur in mania, melancholia, delirio atque in vermibus, unde ſi herbam inſpergis caſeo, omnes vermes exiliunt.

Datur ſubſtantia, eſſentia ſeu tinctura ♃ dlat. decoct. & balſam. ℞. Sem

℞. Sem. hyperic. ʒj. ſacch. q. ſ. f. conſerv. l. a. contra nephritidem.

℞. Sem. hyperic ʒj. conſerv. roſar. fl. malv. ana ʒj. f. bolus diuret.

℞. Sem. hyperic. ʒj. conſerv. fl. nymph ʒij. f. bolus contra maniam & deliria.

℞. Sem. hyperic. affund. ℥ vin. q. v. f. tinctura Vulneraria, vel affund. ☉☉ thereb. ℥uoſ. l. Balſ. ♎is & fac balſamum vulnerarium.

Quidam ad vulnera conſolidanda & cicatriſanda capiebat Hyperic. recent. Mij. affundebat vinum, idem vinum bis vel ter ſeminibus affundebat, & ſic deſtillabat, uſque dum ℥us vini prodiens per alembicum totus reſinoſus adparebat, hoc penicilla tingebat & vulneribus applicabat.

SEMI-

Τ'περικὸν, PERFORATA, MILLEFORA, quod folia obverſa ſoli innumeris fere poris acu quaſi trajectis aciem tum noſtram, tum Solis tranſmittant radios. FUGA DÆMONUM, quoniam ſpectra & dæmones fugare ſuperſtitioſi credunt, juxta verſiculos iſtos,

Doſt / Harthaw und Weiße / Heidt
Thut dem Teuffel viel leid.

HERBA ST. JOHANNIS, à tempore, quo reperitur, Johannes-Krauth / Harthau / Wald-Hopff / Teuffels-Flucht / MILLE PERTUIS.

Eſt planta flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce polyphyllo ſurgit piſtillum, quod abit in fructum plerumque trigonum, & tricuſpidem, tricapſularem, ſeminibusque fœtum utplurimum exiguis. Addantur folia bina è regione in caulis geniculis naſcentia.

Hypericum vulgare C. B. Pin. 279. Hypericum vulgare ſive

perforata caule rotundo foliis glabris I. B. 3. 381. Hypericum Dod. Pempt. 76.

Planta eſt ubique vulgatiſſima & uſu tritiſſima, margines ſatorum areas deſitas & ruinoſas ſectans etiamque latiora loca floret æſtate. In uſu ex Hyperico, quod manibus confrictum thuris odorem refert, ſunt folia flores & ſemen. Duo priora conſtituunt remedium vulnerarium inſigne. Conducit in vulneribus tum externis, glutinat vulnera, medetur ruptis, convulſis, contuſis, ambuſtis, aperit præterea, attenuat, ſanguinem coagulatum reſolvit, putredinique reſiſtit. Uſurpatur in calculo, urina & menſibus ciendis. Roborat porro ſyſtema nervoſum, vertiginem abigit, Melancholicos juvat, unde forſan, quoniam Melancholia balneum Diaboli dicitur, vis iſta Dæmonifuga derivata fuit, quæ tamen virtus æque vera videtur ac altera, qua non ſolummodo incantamenta & faſcinationes arcere, ſed & tempeſtates præcavere tonitruaque ac fulmina pellere ſuperſtitioſe ſatis creditum fuit. Recenſetur quoque Hypericum inter alexipharmaca peſtis. Commendatur inſuper ad fluxus alvi, item fluxus ſanguineos hæmoptyſin, mictum cruentum, febres imprimis quartanam &c. Suffitus Hyperici celebratur ad accelerandum partum. Virtutes anthelminticæ Hyperici tum externe, tum interne uſurpati magni quoque fiunt. Herba devorata, ut SCHWENCKFELDT dicit hauſtaque, tum vulneri illita venenoſorum morſibus reſiſtit. Miſcetur inſeſſibus & decoctis ad articulorum & uteri affectus.

Semen quoque in fluxibus ſanguineis deprædicatur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Hyperici ex foliis & floribus deſtillata, **Johannes-Krauthwaſſer** / *Eau de Millepertuis* ou d'*Hypericum*, contra ſanguinem congrumatum vulnera & ulcera externa & interna prodeſt, valet quoque contra ſpaſmum, nervos roborat, caputque confortat.

Oleum Hyperici, **Johanneskrauth-Oehl** / *Huile de Millepertuis* ou d'*Hypericum*, per infuſionem florum in oleo communi paratum. Egregium eſt vulnerarium & anodynum, in doloribus articulorum, in affectibus nervorum & contuſionibus luxationibusque in colica & verminatione infantum conducens.

Bal-

Balſamum Magicum Pforzheimenſium, Zauberbalſam / *Beaume de Pfortzheim.* Vires hujus Balſami cujus principale fere ingrediens eſt Hypericum, prædicantur inſignes ad incantamenta; præterea pellit calculum necat vermes, curat hæmoptyſin ac doloribus colicis arthriticis & nervinis medetur, interne & externe

Tinctura Hyperici, Johanneskrauth-Tinctur / *Teinture de Millepertuis.* Convenit in maniacis melancholicis in affectibus nephriticis in vulneribus & ulceribus &c. Doſis eſt ad drachmam ſemis & ultra.

℞. Sem. Hyperici in umbra exſiccati ℥iij. Conſerv. roſ. rubr. ℔j. Julep. roſac. q. S. Mſc. f. elect. quod ad ʒß. per tempus aſſumptum à calculo arenuliſque præſervare & liberare dicitur.

SEMINA MUCAGINE VOLATILI PRÆDITA.

SEMEN HYOSCYAMI.

Sunt Hyoſcyami albi majoris C. B. P. ſemina exigua rotunda, compreſſa, ex cinereo ſpadicea, ſaporis aliquantum viſcoſi, odoris narcotici & ingrati. Semen toſtum ad △em omni virtute anodyna expers eſt, unde probatur in volatilitate illam conſiſtere.

Horum oleum craſſum quod per expreſſionem elicitur, includit quoque volatilem quandam mucaginem -ſ-us involventem eorumque ferociam ſiſtentem velut opium, unde inter anodyna & hypnotica refertur.

Suffitus tetri odoris eſt & vermibus exoſus, ſi dentibus cavis & auribus excipiatur elicit vermes. Cave tamen ne nimis utaris ſuffitu vel ſeminibus ipſis nam ſtuporem & amentiam inducunt.

℞. Sem. hyoſc. ʒj. infund. vin hiſpan. relinq. per 24. horas, cape hora j. ante decubitum, ad ſomnum conciliandum.

℞. Sem. hyoſc. ℈j. conſerv. fl violar. vel pap. rh. ʒj. f. bolus ad ſputum ſanguinis.

℞. Sem. hyoſc. papav. ana ʒß. Coriandr. ʒj. thur. gr. ij. maſtich. gr. iiij. hirund. præpar. ℈ß. ſacch. ʒiiij. f. pulv. ad ſput. ſanguinis doſ. ad ʒj.

℞ hyoſc. expr. ℈ß. extract. verben. ʒj. f. liniment. ad cephalalgiam.

℞. ℞ hyoſc. gt. vij. nucl. perſic. ungt. alabaſtr. ʒj. f. linim. ad leniendos dolores capitis.

℞. ℞ hyoſc. inunge inguina & lumbos ad gonorrhæam & menſium nimium fluxum, inunge tempora ad compeſcendum ſanguinem.

SE-

SEMEN HYOSCYAMI Ὑοσκύαμος ab ὗς ſus & κύαμος faba, JUSQUIAMUS, FABA SUILLA vel PORCINA, quibus lethalis exiſtit, HERBA CANICULARIS, DENS CABALLINUS, HERBA APOLLINARIS, Bilſen-Krauth/ Toll oder Schlaff-Krauth ab effectu, Säu-Krauth/ Säu-Bohn// Zigeiner-Krauth/ Rind-Wurtzel/ Raaſe-Krauth/ JUSQUIAME, HANNEBANE.

Eſt planta flore monopetalo, infundibuliformi & multifido, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum in ipſo calyce reconditum, ollæ ſimilem operculo inſtructum, in duo loculamenta diviſum ſepto intermedio, cui adhæreſcunt plurima ſemina.

Hyoſcyamus vulgaris vel niger. C. B. Pin. 169. Hyoſcyamus vulgaris I. B. 3. 627. Hyoſcyamus niger Dod. Pempt. 450. Juſquiame noir &

Hyoſcyamus albus major vel tertius Dioſcoridis & quartus Plinii C. B. Pin. 169. Hyoſcyamus albus I. B. 3. 627. & Dod. Pempt. 451.

Niger creſcit incultus ſecus vias, & in locis ſabuloſis ubique fere gignitur, floret Junio & Julio, Auguſto & Septembri ſemen obtinetur. Albus apud nos colitur in hortis. Diſtinguuntur autem

autem potiſſimum ratione floris & imprimis ſeminis. Albus Hyoſcyamus præfertur nigro, qui ob virulentiam quadantenus ſuſpectus videtur. In uſum autem venit radix folia & ſemen. Radix Julio collecta & collo appenſa pro amuleto in Epilepſia venditatur. Hyoſcyamus emollit, ſomnum ciet, ſtupefacitque. Folia ob vim anodynam in ſcorbuto laudantur. Cataplaſma exinde cum lacte præſertim paratum ad dolores Ventriculi ſcorbuticos conducit. Prodeſt quoque ad alios dolores atque tumores, etiam ad podagricos ex mente quorumdam. Succus Hyoſcyami cum gummi ammoniaco commixtus & dentibus illitus ſponte & abſque dolore dentes cadere facit, ut ajunt. Idem ſuccus partibus inunctus pilos demit; atque non permittit ut renaſcantur, parietibus porro conclavium illitus cimices abigit, ſicut & ſuffitus Hyoſcyami glires necare creditur. Sunt, qui Hyoſcyamum ad incantationes prodeſſe, præprimis ſi toto corpore excipiatur fumus, perſuadere volunt. In exhibitione ſeminis contra hæmoptyſin caute mercandum.

IN OFFICINIS ASSERVANTUR

Oleum Hyoſcyami ex ſemine imprimis albo, expreſſum, außgepreſtes Bilſenſaamen-Oehl / *Huile de Juſquiame tirée de la Semence par expreſſion.* Anodynum eſt, ſomnum conciliat, ad odontalgiam, dolores ſcorbuticos, cephalalgiam ſcorbuticam &c. laudatur. &

Emplaſtrum de Hyoſcyamo Ludovici, Bilſen-Krauth-Pflaſter / *Emplatre de Juſquiame.* Inſigniter reſolvit & ſimul dolores quoque mitigat. Ab authore omnibus reſolventibus & ſpleneticis, imo ipſi Emplaſtro de Cicuta præfertur. Huic ultimo Emplaſtro etiam haud raro jungitur.

Noxæ à ſemine Hyoſcyami illatæ vel hauſtu lactis aut mulſæ, vel aſſumptione ſeminis urticæ, ſinapi ceparum atque allii &c. tolluntur.

SEMEN PÆONIÆ.

Sunt Pæoniæ folio nigricante ſplendido maris C. B. P. ſemina ſeu grana oblongo rotunda, nigra, lucida, ſub cor-

tice craſſiuſculo membranaceo includentia pulpam albam ſaporis ſubdulcis, odoris nullius.

Emulſiones Epilepticæ cum aquis appropriatis nonnullis inde parantur.

Colligi debent juxta quoſdam, ita ut manibus non contrectentur, cum inſtrumento aureo in vas aureum. Sicuti de radice ita & de ſemine multa ſuperſtitioſa finguntur. Adhibentur in variolis & morbillis; puerorum pavoribus & terroribus nocturnis, qui prodromi ſolent eſſe Epilepſiæ; In Incubo ſpecificum quoque eſſe dicuntur. Laudantur etiam interne ad loquelam amiſſam & hepar nimis magnum imminuendum. Externe quoque collo & bracchiis ad eundem ſcopum à mulierculis appenduntur. Ob oleoſitatem, virtute quadam anodyna, aliquid præſtare poſſunt. Dubium autem maxime adhuc eſt an tantas mereatur laudes.

SEMEN PAPAVERIS.

Sunt papaveris hortenſis ſemine albo ſeu ſativi C. B. P. ſemina minuta rotunda, rugoſa, candicantia, ſaporis ſubdulcis. Nigri ſunt ejuſdem deſcriptionis.

Utrumque opii ſuccedaneum eſt, conſtans oleo craſſo cum mucagine -ſ-uum motum compeſcente, acria quævis mulcente, ſanguinis fermentationem compeſcit, hinc tanquam anodynum, hypnoticum & lenitivum in catarrhis à lympha acri, in tuſſi, raucedine, hæmoptiſi, cephalalgia convenit.

Dantur ſubſtantia, emulſio, ſyrupus & ℥ expreſſum tam interne quam externe.

℞. Sem. papav. alb. ʒij. ▽ pap. rhœad. q. ſ. f. Emulſ. cui adde ſyr. ſcabioſ. q. ſ. ad tuſſim & lympham acrem.

℞. Sem. papav. alb, ʒij. decoct. hord. cum liquirit. fact. q. ſ. f. Emulſ. ℞. ℥

℞. ♃ papav. expr. ʒj. ♃ N. M. expr. ʒß. opii g. v. f. liniment. temporibus applicandum.

℞. ♃ papav. expr. ʒj ♃ nucl. perſic. ʒiß ♃ hyoſc. aneth. ana ʒj. ceræ q. ſ. vel potius ♃ N. M. expreſſ. q. ſ. f. unguentum anodynum & hypnoticum.

SE-

PAPAVER ita dictum à pappa pultis ſpecie, cui papaver olim immiſcebatur, μήκων ἀπὸ τῆ μὴ κυεῖν, à non miniſtrando, eo quod veſcentes muniis ſuis fungi nequeant. Mag-Samen / Mohn / Mohn-Saat / Mohn-Saamen / Oehl-Magen / PAVOT.

Eſt planta flore roſaceo, quatuor plerumque petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce bifolio ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam ovatam vel oblongam, capitello ornatam, ſub quo in quibusdam ſpeciebus ſeriès ſpiraculorum in circuitu aperitur in fructus cavitatem, variis per longitudinem foliis munitam ſeu lamellis, quibus tanquam placentis adhærent ſemina rotunda utplurimum & minutiſſima.

Papaver hortenſe, ſemine albo ſativum Dioſcoridis, album Plinio C. B. Pin. 170. Papaver album I. B. 3. 390. Papaver album ſativum Lob. Icon. 272. Weißer Mag-Saamen / PAVOT BLANC.

Papaver hortenſe, nigro ſemine, ſylveſtre Dioſcoridis, nigrum Plinio C. B. Pin. 170. Papaver nigrum ſativum Dod. Pempt. 445. Schwartzer Mag-Saamen / PAVOT NOIR.

Plures dantur adhuc ſpecies, ſed hæ, quarum differentia in ſeminis colore conſiſtit, quam maxime ſunt uſuales. Coluntur in hortis imo in ipſis arvis; florent æſtate.

In uſu flores atque ſemen tum album tum nigrum, tum & capita cum vel ſine ſemine. Tota planta ſcatet lacte, ſucco nonnihil pingui & oleoſo. Laudatur in deliriis, diarrhœis, dyſenteriis, &c. motus elaſticos ſiſtit, confert in febribus. Sunt qui vim narcoticam in codiis ſeu capitibus potiſſimum conſiſtere, minus in ſeminibus, autumant. Olim ſemen tanquam condimentum uſur-

uſurpabatur. Incruſtatur quoque ſaccharo & inter bellaria à quibuſdam adhibetur. Capita papaveris à mulierculis decoquuntur, & decoctum infantibus, qui vigiliis nimiis & torminibus vexantur, exhibetur. Proſtant autem exempla funeſti exinde inducti ſomni. In pediluviis ut & frontalibus alias pro ſiſtenda Cephalalgia & ſomno leni inducendo adhibentur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Syrupus Papaveris albi, Weiß Magſaamen-Syrup / *Syrop de Pavot blanc*; quemadmodum quælibet ex papavere parata virtute anodyna pollent, & blandum conciliant ſomnum, ita quoque Syrupus his viribus inſtructus eſt; commendatur in catarrhis tenuibus & acribus, tuſſi aliiſque pectoris affectibus. Conducit in colica diarrhoeis, dyſenteriis &c. Datur ad unciam unam.

Syrupus Diacodii pectoralis, ſive *Diacodium liquidum*, de quo jam ſub ſiliqua dulci dictum.

Diacodium ſolidum. Magſaamen-Täffelein / *Tablettes de Pavot blanc*. Conducunt in tuſſi ab acredine orta &c. ubi in ore liquantur & ſucceſſive deglutiuntur, demulcent & irritationem ſiſtunt.

Oleum papaveris albi, Weiß Magſaamen-Oehl / *Huile de Pavot blanc*. Anodynum eſt. Adhibetur externe ad ardorem febrilem mitigandum, ſomnum conciliandum & capitis dolores tollendos, fronti & temporibus inungitur.

Oleum tum ex albo tum ex nigro ſemine expreſſum, non ſolum ad lampades uſurpatur, ſed & multis è plebe gratum præbet edulium, præſertim in acetariis.

SEMINA TERREIS CONSTANTIA.

GALLÆ.

Gallæ & glandes cum cortice & foliis quercus conveniunt. Cæterum in glandibus eſt vis alimentoſa, unde tempore annonæ caritatis vices alimentorum ſupplent, in gallis vero major vis adſtrictoria cum auſteritate. R. Rad.

℞. Rad. torment. biſtort. ana 3j. ſem. papav. alb. 3ij. coq. in ▽ colatur. add. gall. 3ij. f. gargariſm. ad gingivas cruentas.

℞. Gallar. malicor. ana 3j. fol. ſalv. laur. chamom. ſummit. aneth. flor. balauſt. ana p. ij. coq. in vino & ▽ chalybeata, applica pro fotu ad procidentiam ani ex ſphincte-re reſoluto.

Βάλανοι τῆς δρυὸς, Eichlen/ GLANDS. Glandes, ut JOHANNES BAUHINUS inquit, in calycibus ſuis ſeu cupulis ſeſſiles vel ſurculo proxime adhærent, & longis tenuibuſque pediculis appenduntur; atque etſi magnitudine varient, unciam tamen communiter longæ ſunt, corticoſa membrana tectæ punicea, nucleo calloſo acerbo & auſtero, quemadmodum & cupula exterius aſperiuſcula, interius lævis, prædicto cortice multo denſior, vix tertiam glandis partem capiens.

Glandes olim fuere victus, hodie non amplius, cum frugibus inventis glandes edere inſipientis ſit.

Pulverem glandium ſiccatarum etiam nonnulli interne ad alvi fluxus varios, mictum cruentum, & fluorem album, ſuadent, æque ac *Capulas* ſeu *Cupulas*, die Eichen-Köpfflein / oder Eichen-Hütlein / Eichen-Häußlein / *Ecorce ou Calyce de glands*, *Calotes de glands*; laudantur quoque in urina calculoque pellendo, ut & ad ſtranguriam curandam. Caute autem utique mercandum.

Cupulæ quandoque adhuc uſurpantur in fonticulis excitandis, ſupponendo illis cauterium, ne ſerpat ulterius.

Sues glandibus pingueſcere & duram ſolidamque carnem exinde obtinere res eſt notiſſima.

GALLÆ, Gall-Aepffel/ GALLES ou NOIX DE GALLES. In regionibus præſertim calidioribus quercubus adnaſcuntur & præſertim ſequentibus ſpeciebus, quæ vocantur

Quercus Gallam exiguæ nucis magnitudine ferens C. B. Pin. 420. Robur iij. Cluſ. Hiſt. 18.

Quercus foliis muricatis non lanuginoſis Galla ſuperiori ſimili C. B. Pin. 420. Robur iiij. Cluſ. Hiſt. 18.

Quercus foliis muricatis minor C. B. Pin. 420. Robur. v. Cluſ. Hiſt. 19. &c.

De Gallarum natura inſignis authorum eſt differentia, ſunt qui pro fructu ſed male habent, ſunt qui pro excremento venditant. Et certe Illuſtris MALPIGHIUS haud male judicat, gallas eſſe excreſcentias morboſas, à puncturis inſectorum præſertim muſcarum ova deponentium ortas. Nidus quippe ſunt ejecti illuc ovi vel vermiculi è parente animali, nequaquam vero a planta ortus. Dum namque futuri ſurculi alimonia circa ovum vel plura etiam affunditur, & utriculorum ordines ſurculum compoſituri immutata via circa ovum contorquentur, Galla fit. Hinc recte à LANGIO definiuntur, quod ſint quercus tubercula excrementitia, rotunda, (ſeu morboſæ excreſcentiæ in ſuperficie inæqualitatibus pluribus ornatæ) admodum lævia, utplurimum foramine pertuſa, intus fungoſa, ſaporis acerbi admodum adſtringentis, nata è compage folii vel rami turbata, ob vitiatum humorum nutritiorum motum, quem excitant ovula muſcarum pullitieſque inde orta, quæ veluti in utero intra hos folliculos foventur, donec manifeſtis firmatiſque partibus, novum exoptantes aerem, vias ſibi parant, exitumque ex hoc ergaſtulo quærunt. Hinc Gallæ ſæpe ſæpius & utplurimum perforatæ reperiuntur. Plures equidem Gallarum ſunt differentiæ, ſed potiſſimum quæ in uſum veniunt dividuntur in Turcicas & vulgares. Illæ Aleppo, Tripoli, Smirna &c. ad nos allatæ minores ſunt nigrioreſque, verruciſque pluribus obſitæ, hæ quæ ex Gallia &c. aſportantur majores ſunt magiſque albicantes. Gallæ interne in uſum non trahuntur, externe autem in ulceribus quoque putridis uſurpantur. Laudatur pro hoc ſcopo decoctum nigrum MYNSICHTI, in armamentario deſcriptum, quod etiam omnia equorum vulnera & plagas antiquas curare dicitur.

Communiter Gallæ ad atramentum conficiendum adhibentur.

℞. Gallar. ℥iij. ⊖li ℥ij. Gummi Arab. ℥j. affunde aquam, vinum vel Cereviſiam.

Optimum atramentum admodum nigrum corruptioni non obnoxium deſcribitur ab Euthio in Eph. N. C. hoc modo.

℞. Aceti ℔j, Aqu. pluvial. ℥xiij. ebullitis adde ⊖l, calcinat. ℔ß.

℔ß. ſtent per 24. horas deinde adde Gall. ℔j. ℥iv. Gumm. Arab. ℥j. agitentur ſæpius.

Ob hanc rationen Tinctoribus quoque multum inſerviunt.

Curioſum eſt, quod de Gallis quidam præſagium circumferunt. Perhibent nempe, quod ſi vermis in medio Gallæ ſitus ſit, futuram hyemem aſperiorem deſignet, levem autem ſi circa margines. Porro dicunt illas quotannis annonæ fertilitatem aut ſterilitatem aut peſtilentem auram præſagire. Si ſcilicet è perforata evolet muſca futuri belli, ſi prorepat vermiculus, annonæ penuriam, ſi currat araneus peſtilentium morborum omen adeſſe volunt.

Plures adhuc alias excreſcentias habet quercus, pilulas, uvas quercinas &c. verum quoniam non multum in uſum trahuntur, ideo non opus eſt verba de iis facere.

SEMEN SUMACH.

Rhus folio Ulmi C. B. P. ſunt baccæ ſeu grana orbiculata, villoſa, parva, rubentia ſeu coccinea, includentia nucleum ſeu ſemen orbiculatum ſpadiceum, ſaporis adſtringentis & terreſtris.

Terreis & acido-auſteris conſtant, hinc conveniunt in fluxu alvi, uteri, ſeminis, ſanguiniſque ob vim ſumme adſtringentem. Pro ſunt etiam in procidentia ani, dum firmant ſphincterem, conveniunt etiam in dentium vacillatione, laudantur ſingulariter ad præcavendos oculos à variolis & morbillis.

Datur ſubſtantia, decoctum.

℞. Sumach. ℥j. cape ex ▽ plantag. ad fluxum alvi.

℞. Cort. granator. ℥iiij. ſumach. ℥ij. Maſtich. ℥j. coq. in vino rubro ad procidentiam ani.

℞. Sumach ℥j. infund. c. ▽ fœniçul. ad præſervandos oculos à variolis & morbillis.

RHUS, ῥὰς, quod fluxus sistat, ῥὰς ἐρυθρὸς à semine rubente, RHOE ῥόη, RHUS CULINARIA, RHUS CULINARIUM, quod olim inter obsonia referebatur, RHUS OBSONIORUM, RHUS CORIARIORUM, ῥὰς βυρσοδεψικὴ, quia Coriarii ad desiccandum & adstringendum coria utuntur hoc frutice RHOE SUTORIA, CORIORUM enim infectoribus inservit, SUMACH. Gerber-Baum / Färber-Baum / Schling-Baum / SUMAC.

Est arbuscula flore rosaceo, plurimis petalis in orbem positis constante, ex cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in capsulam subrotundam, quasi reniformem semine fœtam ejusdem formæ.

Rhus folio ulmi C. B. Pin. 414. Rhus sive Sumach. I. B. I. 555. Rhus Coriaria Dod Pempt. 779.

In regionibus calidioribus, Italia, Hispania, Gallia Narbonensi, Provincia &c. provenit. Colitur in hortis. Fructus Autumno matureſcit.

Olim semen ferculis inspergebatur, hodie ex culinis exulat. Decoctum foliorum capillos denigrare fertur. Gummi Sumach ad odontalgiam celebratur.

MESPILUM.

Immaturum ob austerum terreum potenter adstringit in quovis alvi fluxu, vomitu, diarrhæa, dysenteria. Matura facile fermenteſcunt, & ventriculo debili & intestinis nocent.

℞. Mespil immatur. crud. utere frequenter ad fluxus alvi, vel coque cum ▽ contra fluxus alvi.

NUX

Μέσπιλον, μεσπίλη, ἐπιμηλὶς, Neßpel-Baum / Meßpel-Baum / NEFLIER.

Est arbor flore rosaceo, plurimis petalis in orbem positis constante, cujus calyx foliatus abit in fructum fere globosum, coronatum, mollem unicapsularem osſicula condentem nucleo fœta oblongo.

Mespilus

Meſpilus Germanica folio Laurino non ſerrato, ſive Meſpilus ſylveſtris C. B. Pin. 453. Meſpilus vulgaris I. B. 1. 69. Meſpilus Dod. 801. &

Meſpilus folio Laurino major C. B. Pin. 453. Meſpilus domeſtica Lob. Ic. 166.

Illa Colitur in hortis, hæc ſponte provenit, & malum agreſtem plerumque habet vicinam. Floret Meſpilus Aprili & Majo: fructus ſeu poma μέσπιλα, MESPILA Neſplen / Meßplen dicuntur, & quinque oſſicula raro plura aut pauciora continent, Autumno matureſcunt.

Immatura Meſpila prædura, ut SEBIZIUS loquitur, ſunt, valdeque acerba; quocirca eſui inepta. Paleis inſtrata mollia mitiaque evadunt, quod fit menſe Octobri.

In pica gravidarum conducere dicuntur, ut & ebrietatem arcere. Urinam quoque ciere feruntur. Imprimis autem oſſiculis ſeu lapillis aut acinis virtus Lithontriptica adſcribitur. Foliis Meſpili tribuitur quoque vis adſtringens. Uſurpantur in Gargariſmis, Balneis uterinis &c. Lignum appenſum contra abortum, hæmorrhagiam mictionemque cruentam celebratur.

Quidam Meſpila dura atque acerba melle cinamomo & caryophyllis condiunt, & pro remedio confortante tonicoque uſurpant.

NUX CUPRESSI.

Terreis adſtringentibus cum pauca reſina gaudet, & officium adſtringendi cum blanda vi anodyna abſolvit.

℞. Nuc. cupreſſ. n. vij. fol. ebul Miiij. Cort. aurant Mac. Cinam. rad. Zedoar. galang. deſtilla ex cereviſia Brunſvicenſi vel alia generoſa, cape ad crebrum vomitum ex crapula.

BAC-

Κυπάρισσος, CYPARISSUS, à Cyparo in hanc arborem mu-

tato, ut fabulæ ferunt, CUPRESSUS, Cypreßen-Baum / CYPRES.

Eſt arbor flore amentaceo, plurimis nempe foliolis ſeu ſquamis conſtante, ſed ſterili; in earum alis adſunt apices pulverem tenuiſſimum effundentes. Embryo autem abit in fructum ſubrotundum, in plures veluti clavos dehiſcentem, ſeminibuſque fœtum plerumque angulatis.

Cupreſſus meta in faſtigium convoluta quæ fœmina Plinii Tourn. I. R. H. cl. 19. S. 3. g. 5. Cupreſſus Dod. Pempt. 856. Cypres femelle. &

Cupreſſus Ramos extra ſe ſpargens, quæ mas Plinii Tourn. l. c. Cuprêſſus Matth. 119. Cyprès Mâle.

In Inſula Creta ſive Candia in copia proveniunt. In Italia frequens eſt. Colitur multum in hortis ornatus gratia. Perpetuo viret, funebris arbor olim habebatur, unde funeſta, moeſta, funerea, atra, feralis, inviſa arbor audit.

Lignum odore non admodum ingrato fragrans, diu abſque corruptione perdurat, Tineis adverſatur, & calefactum in gravitate auditus & ſurditate commendatur. Folia, quæ tamen raro uſurpantur, cum fructibus ſymbolizant. Hi autem CONI, NUCES, PILULÆ, GLOBULI GALBULI, GALBULÆ, Cypreß-Nüßlein / *Noix de Cyprès* appellantur. Commendantur ut in aliis fluxibus ita & in incontinentia urinæ & herniis tum interne tum externe. Juxta EUSTACHIUM RUDIUM pulvis harum nucum ad polypum eſt præſtantiſſimus.

BACCÆ MYRTI.

In ſpecie ſtomachi fibras roborant, hinc quibuſdam ſtomachicæ audiunt, laudantur in gingivarum laxitate, præſipue ſcorbutica, junctis ſpecificis.

℞. Bacc. Myrt. ℥ij. nuc. cupreſſ. ℥iß. coq. in ▽ f. apoz. add. ſyr. menth. q. ſ. ad ventriculum debilitatum.

SE-

MYRTUS, MURTUS, Μυρσίνη, μυρρίνη, à Myrſine Athenienſi puella in hanc arbuſculam mutata, nominatur. Aliis ſic dicitur propter æmulam Myrrhæ quandam odoris gratiam, quæ in ejus baccis recentioribus obſervatur. Myrten / Myrten-Baum / Myrrhen / MIRTE, MYRTE, MEURTE.

Eſt arbuſcula flore roſaceo plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, cujus calyx abit in baccam olivæformem, coronatam, in tria loculamenta diviſam, ſeminibusque fœtam utplurimum reniformibus.

Myrtus communis Italica C. B. Pin. 468. Myrtus vulgaris ſylveſtris I. B. 1. 510. & Camer Hort. &

Myrtus minor vulgaris C. B. Pin. 469. & Lob. Icon. 127. Myrtus Tarentina Cluſ. Hiſt. 67. & I. B. 1. 512.

Coluntur hæ aliæque ſpecies in hortis decoris & deliciarum cauſa. Creſcunt in regionibus calidis Italia, Gallia &c. Perpetuo virent, florent Majo ſequentibusque menſibus, quos flores excipiunt baccæ primo vireſcentes, poſtmodum rubentes maturæque nigreſcentes.

Olim ad varios uſus tum triſtes tum hilares, imprimis vero ad coronamenta uſurpabatur Myrtus. In uſum Medicum trahuntur folia & Baccæ. Illa refrigerant & adſtringunt, inque fluxibus variis commendantur, polypo medentur, putredinem oris ſanant, & imprimis ad fœtorem atque ſudorem ſub axillis in inguinibus & pedibus ſiſtendum tollendumque deprædicantur. Caute autem in hoc caſu verſandum. Baccæ, quæ MYRTI, MYRTILLI, MURTA, MYRTA, , Myrtlen oder Myrten-Beerlein / dicuntur, præter virtutes aſſignatas mitigant oculorum inflammationem, ut SCHROEDERUS ait, juvant luxatos articulos ac oſſa fracta, ſubveniunt procidentiæ uteri ac ani, capitis tineas furfuraceaque excrementa abigunt. Sunt qui exinde oleum adſtringens parant, alii vero Syrupum ex iis conficiunt.

In ramis Myrti, præſertim annoſæ, excrementum naſcitur inæquale, tuberoſum colore vario, quod manus inſtar arborem complectitur vocaturque Μυρτίδανον, Myrtidanum, virtute gaudens adſtringente.

SEMEN

SEMEN CYDONIORUM.

Auſteras & terreas particulas obtinent in mucagine, in quam reſolvuntur ſemina, hinc in fluxu alvi, ſiſtendo vomitu, in temperando æſtu, ardore linguæ, faucium, cæteris mucaginoſis præſtantiora ſunt, conveniunt etiam partibus ambuſtis & inflammatis oculis.

Datur eorum ſubſtantia, emulſio & mucago.

℞. Sem. cydon. ʒiß. Cort. granat. ʒj. add. conſerv. roſar. r. ʒß. f. bolus in alvi fluxu & in ſiſtendo vomitu add. L. O. gr. ij. cum ſyr. cydon. ſ. q.

℞. Sem. Cydonior. ʒß. ▽ ſemperviv. plantag. nymph. q. ſ. f. mucago add. ☉tri ʒj phlegm. ☽li par. & ſyr. papav. q. ſ. detine in ore ad ariduram ſiccitatem & æſtum.

℞. Sem. cydon. fœnicul. hormin. f mucilag. c. ▽ flor. cyan. add. ſacch. ♄ni ℈ß. impone oculis inflammatis.

℞. Pulp. pomor. redolent. ʒiiij. mucag. ſem. cydon. ſperm ranar. ana ʒiß. camph. ʒiß. ſacch. ♄n. ʒß. f. cataplaſma ad ambuſta & oculorum contuſiones.

℞. Mucag. cydonior. fact. c. decoct. linariæ, applica hæmorrhoidibus dolentibus.

℞ Mucag. ſem. cydon. cape ad faucium præcluſiones ex ▽ forti factas.

CAPUT

CYDONIA, Μηλέα κυδονία, à Cydone Cretæ oppido, κυδώνι & μηλέα, COTONEA. Quitten-Baum/ Kütten-Baum/ COIGNIER, COIGNASSIER.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, cujus calyx abit in fructum turbinatum, carnoſum in loculamenta diviſum, ſeminibus fœta oblongis & calloſis. Addatur ſimul facies propria.

Cydonia

Cydonia fructu oblongo læviori Tourn. I. R. H. cl. 21. S. 8. g. 2. Malus Cydonia fructu oblongo & læviori H. R. Par. Mala Cotonea majora C. B. Pin. 434. Cydonia majora Raji Hiſt. 1453. Cotonea malus I. B. 1. 27. Struthia & Pyra Cotonea Caſt. Bieren-Quitten / COIGNIER FEMELLE, COIGNASSIER ou POIRIER DE COING.

Cydonia fructui breviore & rotundiore Tourn. l. c. Malus Cydonia fructu breviore & rotundiore H. R. Par. Mala Cotonea minora C. B. Pin. 434. Cydonia minora Raji Hiſt. 1453. Quitten-Aepffel / Aepffel-Quitten / COIGNIER ou POMMIER DE COING.

Hæ arbores frequentiſſime coluntur in hortis, pratis & vinetis, florent Aprili & Majo, fructus Septembri & Octobri matureſcunt.

Fructus hic vocatur μῆλον κυδώνιον, MALUM aut PYRUM COTONEUM, eo quod cortex tenui lanugine, Xylo, Goſſypio ſeu bombace obducitur. De uſu horum fructuum ita differit SEBIZIUS. Cydoniorum crudorum nullus eſt in menſis uſus. Gratiora ſunt aſſa & cocta. Ventriculum firmant, vomitiones arcent, alvi profluvia ſiſtunt, ac ob id cæliacis, lientericis, dyſentericis, diarrhœa conflictatis & cholera affectis utilia. Cordi præterea robur addunt, à cibo ſtomachum claudunt, appetitum excitant, fœtum roborant. Apponuntur menſis cocta eaque aut integra aut in partes diſſecta. Condiuntur quoque vel cum melle, vel cum Saccharo & aromatibus.

Lanugo corticis in pulverem redacta celebratur ad hæmorrhagias. Quod ſi malum cotoneum excavatum oleo maſtichino repleatur, aſſumque poſtea & contuſum ventriculo imponatur, ſingultum vomitum ac choleram ſiſtit.

IN OFFICINIS VARIA EX CYDONIIS PROSTANT.

Aqua Cydoniorum, Quitten-Waßer / *Eau de Coins.*

Aqua Cinamomi Cydoniata, de qua ſub Cinamomo.

Cydonia condita, Eingelegte-Quitten / *Condit de Coings.*

Diacydoniatum lucidum ſimplex, gemeine helle Quitten-Lattwerg / *Cotignac ſimple.* Conducit pro roborando ſtomacho alvique fluxibus ſedandis. Sumitur drachma una aut altera pro doſi.

Diacydoniatum aromatisatum, gewürtzte Quitten-Lattwerg/ *Cocignac aromatisé*, iisdem ac prius virtutibus gaudet. Datur ad Drachmam & ultra.

Diacydoniatum lucidum Gialappinum, de quo sub Gial app p

Miva Cydoniorum, Flüßige Kütten-Lattwerg/ *cotignac liquide*; adstringit & roborat.

Panis Cydoniorum cum & sine aromatibus, gewürtzt und ohngewürtzt Quitten-Brod/ *Pain de Coins simple & aromatisé.*

Succus Cydoniorum, Roher Kütten-Safft/ *Suc de Coins*, & exinde paratum cum Saccharo

Vinum Cydoniorum, Quitten Wein/ *Vin de Coins*, quod cordiale roborans & adstringens existit, fœtumque confortat.

Syrupus Cydoniorum, Kütten-Safft oder Syrup/ *Syrop de Coins.* Gratus ventriculo syrupus eundem roborat, appetitum excitat, nauseam vomitum & fluxus alvi sedat, bilem reprimit & ob vim suam adstringentem abortui præcavendo destinatus est, ita ut mulierculæ sæpius eundem in usum trahant, & amygdalas à pellicula liberatas ex eo comedant. Datur per se ad unciam unam semis usque.

Oleum Cydoniorum coctum, Quitten-Oehl/ *Huile de Coins.* Stomachicum est, conducit in ventriculi imbecillitate, vomitu, alvique fluxibus nimiis, sudores quoque spinæ illitum cohibere fertur.

Unguentum Cydoniorum, Kütten-Salb/ *Onguent de Coins*; conducit ad roborandum ventriculum & fluxus alvinos sistendos, abortum præcavendum & mensium atque lochiorum fluxum nimium cohibendum.

Tandem quoque mentio facienda *Vini* ex cydoniis in Vino infusis parati, quod *Vinum cydonites* vel *Melites*, Quitten-Wein audit. Adstringit, ventriculum roborat, hepaticis & diarrhœa conflictatis prodest. Habet etiam vim cardiacam.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

DE HERBIS, FOLIIS ET GERMINIBUS.

PLANTÆ CONSTANTES SALE VOLATILI OLEOSO seu AROMATICO.

ORIGANUM.

CReticum & Hiſpanicum vulgari longe præferendum, inter plantas ☉e aromatico ♁ſo volatili conſtantes penetrantiſſimum & ſpirituoſiſſimum, propterea in obſtructione contumaciſſima, in morbis ſoporoſis, catarrhoſis, hyſtericis ſpecificum eſt.

Datur infuſ. ▽ decoct. ♁ deſt. ingreditur clyſteres.

℞. Summit. origan. fol. thym. ſerpill. ana p. ij. flor. origan. Mß. infund. vino ad pint. ij. f. infuſum anticatarrhale vel apoplecticum, addita radice pyrethri ad ℥j. f. infuſum antiparalyticum tam internum quam externum.

℞. ▽ origan. deſt. c. vino, inſtilla auribus ad auditum amiſſum, ex cruditate tympanum obſidente.

℞. ♁ d. origan. gt. iij. excipe goſſypio & inde cavo dentis.

Ὀρίγανον ab ὄρος mons & γάνος lætitia, quaſi dicatur planta, quæ montibus delectetur, alii ab ὁρᾶν videre & γάνω clarifico, quod viſum acuat, dici volunt. AGRIORIGANUM, ONITIS MAJOR, MAJORANA SYLVESTRIS, ORIGANUM VULGARE, ORIGANUM SYLVESTRE, CUNILA BUBULA, Doſten / Wohlgemuth / Berg-Müntz / Coſtentz / ORIGAN.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calyce ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti adinſtar clavi infixum. ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt, in totidem ſemina ſubrotunda, in capſula, quæ floris calyx fuit recondita. His notis addendum eſt flores Origani in Spicis ſquamoſis & Muſcarii æmulis naſci.

Origanum ſylveſtre Cunila bubula Plinii C. B. Pin. 23. Origanum vulgare ſpontanum I. B. 3. 236. Origanum ſylveſtre Dod. Pempt. 285.

Naſcitur in inculto ſolo, ſecus itinera, in collibus & apricis, in locis campeſtribus etiam opacis, floret menſibus æſtivis.

Species allegata apud nos unice uſualis, in uſum ſuppeditat folia cum floribus ſeu ſummitates.

Origanum aperit, abſtergit, diſcutit. Vires obtinet ſtomachicas & uterinas; Laudatur in ſingultu, aſthmate, ſtranguria, tuſſi ictero, urinam & ſudorem movet, lac auget menſeſque pellit. Poterit infundi inſtar Thée. Externe in balneis uterinis nerviniſque celebratur, in partibus tumentibus & ſugillatis à caſu, contra ſcabiem item adhibetur. Pectini ad urinam movendam imponitur, conducit in uvulæ prolongatione. Aurium dolorem mitigat ſuccus origani, cum lacte præſertim muliebri mixtus, quem in finem etiam prodeſt ſuffitus Origani in Vino decocti.

OFFICINÆ ASSERVANT SOLUM

Aquam Origani deſtillatam, ex integra planta cum floribus, Wohlgemuth-Waßer / *Eau d' Origan.*

Sunt qui exinde deſtillant oleum, quod tanquam uterinum, Cephalicum & ſtomachicum & à quibuſdam tanquam arcanum odontalgicum laudatur.

MAJO-

MAJORANA.

Mitior eſt origano, ſpecifica in catarrhis, obſtructionibus, doloribus capitis, vertigine & morbis ſoporoſis.

Datur infuſ. ▽ ℥ d. ingreditur quoque clyſteres.

℞. Majoran. ſerpill. thym. ana Mj. infund. vino q. ſ. f. infuſum anticatarrhale.

SER-

MAJORANA, Ἀμάρακος, σάμψυχον, AMARACUS, SAMPSUCHUS, Majoran / MARJOLAINE. Differt ab origano capitulis rotundioribus denſioribus & brevioribus, ex quaterno ordine foliorum ſquamatim poſitorum conflatis.

Majorana vulgaris C. B. Pin. 224. Majorana majori folio ex ſemine nata I. B. 3. p. 2. 241. Majorana ſive Marum Dod. Pempt. 270.

&

Majorana tenuifolia C. B. Pin. 224. Majorana tenuior I. B. 3. p. 2. 241.

Eſt planta hortenſis, floret Julio & Auguſto. In uſu ſunt folia & ſemen. Vires obtinet Majorana cephalicas, digerentes, attenuantes & incidentes, in affectibus nervorum prodeſt, flatus diſcutit, præſertim à cauſa, uti loquuntur, frigida ortis. Conducit in uteri & ſtomachi morbis. Menſes promovet & Urinam, commendatur ad ſterilitatem. Externe adhibetur in peſſariis uterinis, in cucuphis cephalicis & in fomentis. In ictibus aranearum & ſerpentum cum ſale & aceto imponitur. Suffitus decocti Majoranæ præſertim in vino laudatur ad auditum roborandum & tinnitum atque ſuſurrum tollendum, Errhina eſt planta & apophlegmatizans. Uſurpatur vel recens vel ſicca in pulvere. Additur etiam hæc herba ferculis multis, præcipue vero juſculis, quibus gratiam in ſapore conciliat.

IN OFFICINIS REPERIUNTUR

Aqua Majoranæ ex foliis recentibus deſtillata, Majoran-Waßer / *Eau de Marjolaine.* Errhina eſt & coryzam abigens, ſi ore aqua repleto ex vola manus naribus hauriatur.

Conſerva Majoranæ, Majoran-Zucker / *Conſerve de Marjolaine*, quæ cephalica eſt & uterina, & imprimis mulieres fluxu albo laborantes ſolatur.

Butyrum Majoranæ, Majoran-Butter / *Beurre de Marjolaine*, conducit in affectibus narium, earumdem ſcilicet obſtructione, præſertim in infantibus; illinitur radici dorſo & cavitatibus narium.

Oleum Majoranæ coctum, Majoran-Oehl / *Huile de Marjolaine*, reſolvit & nervos roborat, errhinum eſt & in catarrhis & coryza infantum prodeſt.

Oleum Majoranæ deſtillatum, deſtillirt Majoran-Oehl / *Huile diſtillé de Marjolaine*, ad eoſdem uſus celebre, ſtomachicum inſuper eſt & carminativum atque uterinum. Facile exinde poteſt parari Balſamum.

SERPILLUM.

Coincidit cum majorana & datur ut majorana.

℞. Lign. ſaſſafr. ℥iij. rad. helen. ℥ß. Zedoar. ʒiij. Majoran. fol. ſerpill. ana Mj. cort. Winteran. ʒj. affund. vin. generoſ. Miij. f. infuſum anticatarrhale.

℞. Majoran. Thym. ſerpill. ſaturej. ana q. v. affunde ſuum proprium harum plantarum, f. tinct. ſ. eſſent. contra catarrhos.

℞. ▽ ſerpill. ℥ij. cape pro cienda urina, it. in menſibus obſtructis & pro Catarrhis.

℞. ▽ ſerpill. infund. rad. pyretr. f. infuſ. ad aphoniam.

℞. ℥ Nuciſt. expr. ℈j. ℥ ſerpill. gt. vj. vel. viij. f. balſam. ad vertiginem.

TYH-

Ἕρπυλλον ἀπὸ τῦ ἕρπειν, à ſerpendo, SERPYLLUM. Quendel / Feldquendel / Feld-Kümmel / Wilder-Tymian / Hüner-Krauth / Hünerꝛ

Hüner-Kohl / Hüner-Serb / quoniam Gallinis morbidis auxilio eſt; SERPOLET.

Differt tantum à Thymo caulibus humilioribus & minus duris ac lignoſis.

Serpillum vulgare minus C B. Pin. 220. Serpillum vulgare I. B. 3. 2. 269. & Dod Pempt. 277.

Serpillum vulgare majus flore purpureo C. B. Pin. 220.

Serpillum foliis Citri odore C. B. Pin. 220. Serpillum Citri odore I. B. 3. p. 2. 270. Serpillum Citratum Tabern. Ic 360. Vulgare creſcit locis ſabuloſis, apricis & ſiccis, Citratum colitur in hortis; floret æſtate.

Herba cum floribus eſt in uſu. Planta eſt cephalica, ſtomachica, hyſterica, attenuat, aperit, convenit in obſtructione menſium & urinæ, ſudores ciet. Externe cucuphas, pediluvia, blanea, gargariſmata, fomenta ingreditur, cephalalgiæ atque vertigini medetur.

IN OFFICINIS NON EXTAT NISI

Aqua Serpilli, Quendel-Waßer / *Eau de Serpolet*, ex planta cum floribus collecta. Quidam eam cum vino deſtillant. &

Aqua Serpilli compoſita, vermiſchtes Quendel-Waßer / *Eau de Serpolet composée*, quæ vires obtinet cephalicas, cordiales, ſtomachicas atque carminativas, dolores colicos compeſcit, menſes quoque atque partum promovet. Doſis cochlear unum duo & ultra.

THYMUS.

Gratior eſt ſerpillo, & tanquam aroma cibis crudioribus adjungitur.

℞. Thym. infunde △ propriæ deſt. & ſpirituoſæ, fac eſſentiam & detine in ore ad læſam deglutitionem, it. ad odontalgiam ex catarrhis.

SATU-

θύμος, THYMUM, ἀπὸ τῦ θυμᾶ, quod animum addat, vel à ſuffitu,

ſuffitu, quoniam in ſacris olim ad ſuffimenta recipiebatur, SERPILLUM HORTENSE, Thymian / Welſcher Römiſcher Quendel/ Kümmich / THYN, THYM, THIM.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt plerumque bifidum inferius vero tripartitum. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti adinſtar clavi infixum ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendi ſunt caules duri lignoſi & flores in capitula collecti.

Thymus vulgaris folio latiore C. B. Pin. 219. Thymum durius Dod. Pempt. 276.

&

Thymus vulgaris folio tenuiore C. B. Pin. 219. Thymum vulgare rigidius folio cinereo I. B. 3. p. 2. 263.

Coluntur Thymi ſpecies in hortis, florent Majo & tota æſtate.

Incidit, diſcutit, appetitum excitat digeſtionem juvat, flatus pellit, egregium eſt anticatarrhale, vim habet diaphoreticam & alexipharmacam, uſurpatur in affectibus capitis pulmonum & artuum. Sacculos ingreditur carminativos, ſanguinem coagulatum reſolvit, omnia viſcera reſerat, menſes partum & ſecundinas pellit, hebetibus oculis prodeſſe dicitur in cibo.

OFFICINÆ DESTILLANT

Aquam Thymi, ex herba cum floribus, Thymian oder Kümmich-Waßer / *Eau de Thym.*

Oleum Thymi, Thymian-Oehl / Kümmich-Oehl / *Huile de Thym*, Quod morbis capitis ſtomachi & uteri dicatum.

SATUREJA.

Thymo reſpondet, & fabis additur, quarum flatulentiam præcavet, cæterum ♀ ſtimulat. Datur ut Thymus.

℞. Saturei. q. v. affunde aquam ⏑uoſam propriam f. eſſentia contra odontalgiam & catarrhos.

℞. Eſſent. ſaturej. ▽ Magnanim. ſ. ⏑us formicar. ana q. v. exhibe cum. tinct. ambr. & elect, diaſatyr. ad excitandam ♀.

MELIS-

SATUREJA nomen habere videtur à ſaturando, quod cibis condimenti loco addatur, alii juxta SEBIZIUM à Satyris denominatam autumant, quod coitus marceſcentes ſtimulet, Satureÿ / Garten-Eyſop / Garten-Yſop / Bohnen-Krauth / Käſe-Krauth / Sengen-Krauth / SARIETTE.

à Thymo differt floribus ſparſim in foliorum alis naſcentibus, non vero in capitulum collectis, à Calamintha floribus pediculis non ramoſis inſidentibus, à Thymbra vero floribus non verticillatim diſpoſitis.

Satureja ſativa I. B. 3. 272. Satureja hortenſis ſive Cunila ſativa Plinii C. B. Pin. 218. Satureja Dod. Pempt. 289. Colitur in hortis, floret fere integra æſtate, eodem anno quo ſeritur rurſus perit.

Attenuat, aperit, diſcutit, convenit in affectibus uteri, menſes ciet, cruditates ventriculi corrigit, prodeſt in anorexia, in affectibus pectoris cephaliciſque. Viſum acuit. Externe diſcutit tumores & ad dolores aurium laudatur. Pulices necare dicitur ſtrata in cubili aut accenſa.

IN OFFICINIS EXTAT

Oleum Saturejæ deſtillatum, Satureÿ-Oehl / *Huile de Sariette*, roborat nervos, eorumdemque obſtructiones tollit, habetur etiam anodynum in doloribus dentium & aurium.

MELISSA.

Ob Θia ſua aromatica valde ſpirituoſa, analogiam quandam cum ſpiritibus noſtris habentia ſummum cardiacum & analepticum eſt. Hinc in ſubitanea virium proſtratione & amiſſa memoria, in palpitatione cordis ſpecificum eſt. Commendatur & ad epilepſiam, maniam & ſterilitatem.

Febure primum ens Meliſſæ, mire prædicat, quo aniculam iuventuti reſtituiſſe affirmat. [ſi credere fas eſt vid.

ejus Chym. part. 2. p. m. 221. ſeqq. ubi plura de renovatione & reſtauratione habet.]

Vis analeptica intenditur flavedine Corticum citri.

℞. Herb. Meliſſ. Mj. ▽ Meliſſ. c. v. ℔j. flaved. Cort. Citr. ʒß. f. infuſum ad palpitationem cordis.

℞. Fol. Meliſſ. Mj. incidantur minutim & infundantur in ☍ vini ʒij. deind. add. marg. præpar. ʒß. doſ. cochl. ij. ex mente Riverii [l. 1. prax. Med c. 13. p. m. 187. qui addit hoc in Illuſtr. quadam familia Monſpelienſi pro ſecreto gentilitio & hæreditario habitum.]

℞. ▽ Meliſſ. rub. id. vel fœnicul ana ʒij. ☍ Theriac. ʒß. ſyr. flor. tunic. ʒvj Eſſ. Citr. ʒß. M. f. mixtura ad tremorem & palpitationem cordis.

℞. Aq. Meliſſ. ſpirituoſ. ʒj. Cinam. ʒiij. borrac. ϑj. f. mixtura ad menſium remoram.

℞. ▽ Meliſſ. rub. id. ana ʒij. Cinam. ʒß. Conf. alk. ʒiij. ſyr. rub. id. ſ. cinam ʒß. Julep. roſar. ʒß. M. f. mixtura analeptica.

HOR-

Μελισσόφυλλον, μελίφυλλον, MELIPHYLLUM, MELLIFOLIUM, MELISSA quaſi folium melleum, quod mellis materiam hinc exugant apes, vel à Cretenſium Regis Meliſſi filia, quæ una cum ſorore Amalthæa Jovem caprino lacte aluiſſe in fabulis dicitur. APIASTRUM, quod apes ea delectentur, CITRARIA vel CITRAGO, CITRONELLA, CEDRONELLA ab odore, cum malum Citreum vulgaris Meliſſa redoleat. Melißen / Mutter-Krauth / Citronen-Krauth / Bienen-Krauth / MELISSE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. Adde flores

Meliſſæ

Meliſſæ in foliorum quidem alis naſci, non tamen omnino verticillatos eſſe.

Meliſſa hortenſis C. B. Pin. 229. Meliſſa vulgaris odore Citri I. B. 3. p. 2. 232. Meliſſa Dod. Pempt. 91.

Colitur in hortis, floret menſibus æſtivis & ſemina perficit, perit poſtmodum, radice ſolummodo reſtibili.

Meliſſa vires quoque ſtomachicas, carminativas atque uterinas obtinet. Notanda vero in ultimo caſu idioſyncraſia. Valet contra malum Hypochondriacum & exinde dependentem Melancholiam. In balneis uterinis & pediluviis in menſibus deficientibus prodeſt, quo in caſu non tantum interne in infuſo ſumitur, ſed tibialibus quoque recens immittitur. Sacculis quoque cordialibus immiſcetur. Viſum clarificat.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Meliſſæ, ex herba integra deſtillata, Meliſſen-Waßer / *Eau de Meliſſe*, quæ vel cum aqua vel cum vino deſtillatur. In palpitatione cordis & ſymptomatibus uterinis multum celebratur. In affectibus quoque capitis locum habet.

Oleum Meliſſæ deſtillatum, Meliſſen-Oehl / *Huile de Meliſſe*, quod tanquam cephalicum, cordiale atque uterinum externe potiſſimum uſurpatur.

Sunt qui exinde conſervam, eſſentiam, extractum, ſpiritum atque ſal parant, ſed in uſum vix amplius veniunt. Celebratur hodierno tempore multum AQUA ſic dicta CARMELITARUM, cujus primarium ingrediens quidam Meliſſam eſſe putant. LEMERY Aquæ Meliſſæ compoſitæ deſcriptionem hanc tradit.

℞. Meliſſæ viridis m. vj. flavedinis Cortic. Aurant. ℥ij. Nuc. Moſch. ſemin. Coriandr. ana ℥j. Cinam. Caryophyll. ana ℥ß. infundantur in vini albi generoſi & Spiritus Vini ana libris duabus, digerantur invicem per aliquot dies, poſtea fiat deſtillatio. Aqua hæc ſpirituoſa in morbis uteri, capitis, ſtomachi, cordis, imprimis ejus palpitatione &c. interne conducit, externe membris paralyticis, debilibus, contuſis, ſugillatisque prodeſt. Doſis pro uſu interno à drachma ad unciam unam.

Tandem nec omitti debet ex Meliſſa parata aqua antihyſterica egregia & uſu multiplici comprobata, ab Hochbergio deſcripta, quæ hæc eſt.

℞. Folior. Meliſſ. rec. man. x. vel xij. conciſis interſperge baccarum Lauri contuſarum & ſeminis Cumin. ana man. j. Myrrh. elect pulv. ℥ß. caſtor. ʒij. ſuperaffunde Vini gener. menſ. ij. vel iij. ſtent in digeſtione per 24. horas in vaſe bene clauſo, poſtea deſtillatione proliciatur dimidia pars, quæ multum conducit.

Tandem vel verbo quoque tangendum Arcanum ſeu primum ens aut quinta eſſentia Meliſſæ, de quo remedio cum Paracelſo, le Febure aliique præſertim ad rejuveneſcentiam conciliandam mira fabulantur.

HORMINUM SCLAREA DICTUM.

In colica & hyſterica paſſione ut & in fluxu albo mulierum & ♀e ſtimulanda ſingulariter prodeſt, aſt cave ne nimis utaris, quia ob nimiam ſui fragrantiam capiti inducit gravedinem. Datur ut Meliſſa.

℞. Hormin. roriſmar. ana Mij. Vin. generoſ. Menſ. ij f. decoct. leni igne vel infuſum in cineribus contra fluorem album & hyſtericam paſſionem.

℞. Horminum, ova conquaſſata & flores lactis q. ſ. f. c. butyro placentæ pro ſtimulanda ♀e, addi poteſt aliquid eſſentiæ ambræ.

PLAN-

Ὅρμινον, quoniam venerem ſtimulat, SCLAREA à caule duriore nec admodum ſucculento, SCARLEA, GALLITRICUM, ORVALA, TOTA BONA. Scharlach / Gemein-Scharlach / Muſcateller-Krauth / quoniam vino conciliat ſaporem moſchatellinum. TOUTEBONNE, ORVALE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius falcatum eſt, inferius vero in tres partes diviſum, media cochlearis inſtar excavata. Ex calyce ſurgit piſtillum floris parti poſteriori inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt

abeunt in ſemina ſubrotunda, in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita.

Sclarea Tabern. Icon. 373. Horminum Sclarea dictum C. B. Pin. 238. Gallitricum ſativum I. ß. 3. 309. Orvala Dod. Pempt. 292. In hortis & viridariis colitur, floret æſtate.

Notandum de Sclarea, quod vina, in quibus vel per ſe, vel cum floribus ſambuci fuit infuſa, cito inebrient, capitiſque dolores inſignes excitent.

PLANTÆ SALE AROMATICO VOLATILI CUM QUIBUSDAM FIXIS CONSTANTES,

ROSMARINUS.

Præter vires analepticas vim etiam habet in uteri capitis & nervorum obſtructionibus, ut & in colica, fluore albo, memoriæ debilitate, ingreditur quoque cum majorana, hormino ſatureja & mentha inſeſſus & balnea contra ſterilitatem.

℞ Roriſmarin. matricar. ſabin. ana Mj. bacc. junip. ℥iß. Cinam. ℥ij. Croc. ʒj. ♁ ♀ri ʒß. infunde vini q. ſ. ad remoram menſium. Si alvus ſit adſtricta add. helleb. n. ʒj. fol. ſenn. ℥j. exhibe per vices.

℞ Fol. roriſmar. ℥ß. rad. caryophyllat. ℥j. lign. ſaſſafr. ℥ij. affund. vin. generoſ. q. ſ. coque leniter in vaſe clauſo, cape hauſtum ſubinde inter cibandum ad catarrhos.

℞. Roriſmar. ſalv. abſynth. ana q. v. coque in vino chalybeato & applica utero contra procidentiam.

SAL-

ROSMARINUM, quoniam prope mare provenit, & rorem

marinum recipit, λιβανωτὸς, λιβανωτὶς, quia thus accenſum redoleat, LIBANOTIS, στεφανωτικὴ, LIBANARIA, ROSMARINUM CORONARIUM, quod coronis inflectatur. HYSSOPUS HEBRÆORUM, CASIA NIGRA. Per excellentiam quoque vocatur ἄνθος, ANTHOS, quaſi totus floridus ſit hic frutex, Roßmarin / ROMARIN.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius bifidum & ſurſum verſus poſteriora revolutum eſt, cum ſtaminibus aduncis, inferius vero in tres partes diviſum, media cochlearis inſtar excavata. Ex calyce autem bidentato vel tridentato ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina ſubrotunda, in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita.

Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio C. B. Pin. 217. Roſmarinus Coronarius fruticoſus ſive nobilior anguſtiore folio I. B. 2. 25. Roſmarinum Coronarium Dod. Pempt 272. &

Roſmarinus ſpontaneus latiore folio C. B. Pin. 217. Roſmarinus Coronarius fruticoſus ignobilior I. B. 2. 25.

Apud nos colitur in hortis. Sponte naſcitur in Gallia præſertim Languedocia, locis etiam incultis, Hiſpania &c. floret Majo & Junio.

Uſurpantur folia & flores, Vires obtinent attenuantes, abſterſivas, incidentes, aperientes & obſtructiones reſerantes. In affectibus quoque pectoris, aſthmate, & catarrhis, ut & inflatione ventriculi, ſterilitate, chloroſi, ictero, arthritide conducunt.

Externe nervos & articulos roborant, ingrediuntur fomentationes. Recipiuntur quoque in pulveres Ptarmicos; in Epilepſia à LINDANO multum commendatur Roſmarinus, in apoplexia aliiſque affectibus ſoporoſis atque paralyticis, Melancholia itidem palpitatione cordis &c. celebratur. Viſum & auditum acuit, & tum externe tum interne uſurpatus à quibuſdam vix non pro panacea habetur.

IN OFFICINIS ASSERVANTUR

Aqua Roriſmarini ex integra planta cum aqua vel vino deſtillata; Roßmarin-Waſſer / *Eau de Romarin.*

Aqua Reginæ Hungariæ, Ungeriſch-Waßer / *Eau de la Reine, d'Hongrie*

d'Hongrie, quæ nihil aliud eſt quam Spiritus Vini rectificatiſſimus ſuper folia ſeu, quod melius flores aliquoties cohobatus. Optima ex Languedocia habetur ob majorem plantæ ibidem fragrantiam.

Aqua hæc ſpirituoſa, verba ſunt Dn. CHARAS, præſtantiſſima eſt adverſus quoſvis affectus cerebri frigidos, utiliſſime etiam in uſum venit in nervorum & artuum morbis, contra Rheumatiſmum & arthritidem frigidam. Cephalalgiam ſanat, vertiginem diſſipat ſurditati auriumque tinnitui medetur. In capitis contuſionibus cunctarum corporis partium ſanguinem à concretione præſervando & coagulatum reſolvendo utilis eſt. Virtutes quoque ſtomachicas, carminativas atque Hyſtericas poſſidet. Interne aſſumitur ad drachmam & ultra ex vino vel aqua cephalica, externe pro refocillatione naribus admovetur & partes eadem foventur.

Aqua Cephalica Bœcleri, Böcklers Haupt-Waſſer / *Eau Cephalique de Bœcler*. Sale volatili oleoſo ſexui quoque ſequiori non adverſo turget, convenit in affectibus capitis, Cephalalgia, clavo, affectibus ſoporoſis, &c. nec in paſſionibus hyſtericis ultimum locum occupat; cochleatim, ab uno ad duo &c. datur cochlearia.

Conſerva Anthos, ſive florum Roriſmarini, Roßmarin-Zucker / *Conſerve de Romarin*, quæ præter virtutes cephalicas memoriam ſingulariter confortare dicitur.

Oleum Roriſmarini deſtillatum, Roßmarin-Oehl / *Huile de Romarin*. Interne commendatur in affectibus capitis, apoplexia, paralyſi ut & in affectibus uterinis ad aliquot guttas. Externe ingreditur Balſama Cephalica. Facili quoque negotio exinde conficitur

Balſamum Roriſmarini, Roßmarin-Balſam / *Beaume de Romarin*.

Mel Anthoſatum, Roßmarin-Honig / *Miel de Romarin*. In colica, affectibus ſoporoſis, imprimis apoplexia clyſteribus inditur.

Olim proſtabant ſpecies dianthos & Sal Roriſmarini, ſed hodie non amplius uſurpantur

Tandem merito mentio injicienda remedii contra gravem auditum non omnimodo ſpernendi, quod conſiſtit in axungia, quæ ex anguilla ſurculis Roriſmarini confixa & ad ignem lentum aſſata extillat & calide auribus inſtillatur. Quidam etiam per infuſionem

ſionem exinde parant *Vinum Roſmarinatum*, Roßmarin-Wein/ *Vin de Romarin*, quod cephalicum cardiacum ſtomachicum atque Hyſtericum habetur.

SALVIA.

Virtute rorimarino reſpondet, ſed in epilepſia, vertigine, paralyſi, virginum cachexia & leucophlegmatia conſenſum cum Utero habente, ut & podagræ & arthriditi medetur.

℞. Fol. ſalv. ſerpill. ana Mij. roriſmar. Miij. vel iiij. bacc. Junip. ℔ß. coq. in aq. f. pediluvium contra podagram.

℞. Fol. ſalv. q. v. infund. ℥ vini fac eſſentiam, quam cape cochleatim ad podagram.

℞. Conſerv. ſalv. ʒvj. Zinz. chin. cond. ʒß. ſem. ſinap. l. eruc. ʒij. cardam. cubeb. galang. ana ℈j. ⊖ vol. ſucc. ʒß. ℥ Ceraſ. nigr. & ſyr. flor. tunic. q. ſ. f. Elect. ad vertiginem ex cruditate ventriculi.

℞. Salv. menth. abſynth. ana q. v. deſtilla c. vino & deſtillatum cape ad famem caninam.

MEN-

SALVIA à ſalute, vel ſanitate, quam inducit & conſervat, dicta; Alii à Saliva, quam maſticata elicit, dictam putant, ἐλελίσφακος, quoniam retorrida quaſi viſitur & exſucca, Salbey/ SAUGE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius modo fornicatum eſt modo falcatum, inferius vero tripartitum extuberans, nec cochlearis inſtar excavatum ut in hormino & ſclarea. Ex calyce ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac veluti quatuor embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina ſubrotunda, in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addenda ſunt ſtamina os Hyoides quo-

quodammodo referentia. Salviæ ſpecies flore fructuque carentes facile dignoſcuntur odore quodam proprio, aromatico, graveolente, & foliis rugoſis quales eſſe ſolent uſu detritæ veſtes.

Ex pluribus Salviæ ſpeciebus duæ ſequentes in uſum culinarem atque Medicum potiſſimum veniunt

Salvia major an Sphacelus Theophraſti C. B. Pin. 237. Salvia latifolia I. B. 3. 304. Salvia major Dod. Pempt. 250. Große Breyte-Salbey. SAUGE. &

Salvia minor aurita & non aurita C. B. Pin. 237. Salvia minor Auriculata I. B. 3. 305. Salvia minor Dod. Pempt. 290. Spitz-Salbey / Edle-Salbey / Kreutz-Salbey / SAUGE FRANCHE, PETITE SAUGE.

Utraque colitur in hortis, floret æſtate. Folia & flores in uſu ſunt. Surculi Salviæ haud raro carni vervecinæ ad gratiorem ſaporem conciliandum infiguntur. Miſcentur quoque cum ovis frixis, aut cum certa maſſa farinacea in lagana coguntur. Vires obtinet Salvia abſtergendi, incidendi, menſes movendi, urinam ciendi & partum pellendi. Cerebro nervis & articulis quam maxime convenit, unde illud SALERNITANORUM.

Salvia confortat nervos manuumque tremorem
Tollit.

Ad fœcunditatem uterum calefaciendo roborandoque conferre dicitur; qua ex cauſa, quoniam multos curat morbos, hæcce pronunciant verba SALERNITANI,

Salvia Salvatrix, Naturæ conciliatrix.

Sunt qui contra febres intermittentes per novem dies folia Salviæ comedunt, & quidem primo die novem, ſecundo octo & ſic porro deſcendendo ad unum diem: Memoriæ confortandæ & ſenſuum vi adaugendæ conſecrata eſt Salvia, tuſſim mitigat aliisque pectoris morbis medetur. Valere quoque fertur contra peſtem venena & pocula ſuſpecta, unde rurſus SALERNITANI canunt,

Salvia cum Ruta faciunt Tibi pocula tuta.

Externe Salvia commendatur in balneis, cucuphis, fomentis & ſuffitu. Ingreditur pulveres ſternutatorios. Serpigines & lentigines delet, in oris Scorbuto, aphthis & ulceribus oris convenit. In

odontalgia laudatur decoctum ſalviæ cum vino, item in vulneribus mundandis atque curandis. Quidam adeo extollunt ob virtutes Salviam, ut cum Schola SALERNITANA exclament

Cur moritur homo cui creſcit Salvia in horto?

Quibus tamen cum ejuſdem Scholæ Medicis facile reſpondere eſt dicendo

Contra vim mortis non eſt Medicamen in hortis.

Circa uſum autem Salviæ monent, ne in uſum trahatur antequam optime lotione ſit depurata, quoniam bufonum præſertim veneno aut ſaliva venenata facile illam infici aſſerunt. Hinc reperiuntur qui hoc metu inducti ſalviam & rutam alterno ordine plantant.

IN OFFICINIS INVENIUNTUR

Aqua Salviæ, Salbey-Waßer/ *Eau de Sauge* deſtillata ex herba cum floribus.

Aqua Salviæ compoſita, vermiſchtes Salbey-Waßer/ *Eau de Sauge compoſée.* Calefacit, ſiccat, cephalica, arthritica & penetrantiſſima eſt, conveniens tam interne quam externe. Hyſtericas quoque ſolatur debito tempore adhibita. Doſis cochlear unum ad duo &c.

Conſerva Salviæ ex floribus, Salbey-Zucker/ *Conſerve de Sauge.*

Oleum Salviæ coctum, Salbey Oehl/ *Huile de Sauge*, partibus nervoſis, quas roborat, amicum eſt, & virtute diſcutiente gaudet.

Oleum Salviæ deſtillatum, deſtillirt Salbey-Oehl/ *Huile de Sauge diſtillé*, partibus quoque nervoſis dicatum eſt.

Extractum Salviæ, Salbey-Extract/ *Extrait de Sauge*, quod ut reliqua ex Salvia præparara capitis affectibus medetur.

De Salvia Franc. PAULINI peculiarem edidit tractatum, qui inſignitur SACRA HERBA ſeu NOBILIS SALVIA.

Nec ſilentio prætereundum tantopere celebratum & adamatum *Vinum Salviatum*, der Salbey-Wein/ *Vin de Sauge*, per infuſionem in vino vel cum uvis recentibus vel cum uvis paſſis, & aromatibus paratum, in vulgus notiſſimum, quod, ut cum SEBIZIO loquar, nervis potiſſimum cerebro & ventriculo ſalutare eſt, conferet

fert tremulis, convulsis, paralyticis. Adversatur venenis. Bibendum est mulieribus, quæ ob frigiditatem & lubricitatem matricis infœcundæ sunt.

MENTHA CRISPA.

Hujus ♁ aromaticum ventriculum ejusque fermentum auget & confortat, ut specifica audiat in cholera, vomitu, colica, anorexia, singultu & vertigine, ob sui penetrantiam etiam uterina est. Externe commendatur ad lactis concrescentiam, it. ad vomitum & dolorem ventriculi. Datur decoct. conserv. infus. aq. dest. ℥us, ♁ dest. Elix.

℞. Menth. q. v. affund. ℥ vin. f. Elix. stomachic.

℞. Menth. summit. absynth. ana Mj. acori rec. ʒij. Cinam. ac. ʒß. f. nodulus in vino ad vitia Ventriculi.

℞. Aq. Menth. ℥iij Essent. Castor. ʒiij. Laud. op. gr. iij. Elix. Citr. q. s. M. exhibe in colica convulsiva.

℞. Aq. Menth. ℥iß. ℥ theriac. ʒiij. Conf. alk. ʒj. L. O. gr. ij. syr. menth. ʒvj. f. mixtura ad singultum.

℞ ♁ Menth. dest. gt. ij. L O. gr. ij. aq. Menth ℥j. Cinam. ʒij. M. contra vomitum præcipue ex hypercatharsi.

℞. ♁ Menth tacamahac. q. v. cum ♁ Nucist. expr. f. liniment. ad vomitum & cardialgiam add. L. O.

MEN-

Μίνθη, ἡδύσμος, MENTHA, ab odore dicta, quod eo mentem excitet, BALSAMUM olitoribus audit, Münz / Balsam/ MENTHE, BEAUME.

Est planta flore monopetalo labiato, cujus labium superius fornicatum est, inferius vero tripartitum, sic tamen ambo secantur, ut flos quadripartitus primo aspectu videatur, observante RAJO. Ex calyce autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde

abeunt in totidem semina, in capsula, quæ floris calyx fuit, recondita. Menthæ species flore fructuque carentes odore quodam proprio aromatico dignosci solent. Plures autem reperiuntur, hic vero de crispa sermo est, quæ iterum duplex in usum trahituri nempe

Mentha rotundifolia crispa spicata C. B. Pin. 227. Mentha spicata rotundifolia crispa I. B. 3. p. 2. 218. Mentha altera Dod. Pempt. 95. Krauße-Müntz / Krauß-Balsam / MENTHE ou BEAUME CRESPE'E &

Mentha crispa verticillata C. B. Pin. 227. Mentha crispa verticillata folio rotundiore I. B. 3. p. 2. 215. Mentha prima Dod. Pempt. 95. Garten-Müntz / Krauß-Balsam / ꝛc.

Coluntur in hortis, sponte etiam nascuntur, florent Julio præsertim.

Mentha, cujus usus olim etiam fuit culinaris, attenuat, subadstringit. Inter remedia stomachica vix non principatum obtinet. Contra lactis coagulationem mulierculæ viridem mentham contundunt & mammis applicant vel etiam ejusdem decoctum cum linteis adhibent. Juxta HORSTIUM surculi Menthæ in lac immissi ejus coagulationem impediunt.

Semen Menthæ venereum extinguere appetitum & sterilitatem inducere dicunt, unde ab ARISTOTELE jam quæsitum fuit, cur in proverbio quæratur, Mentham belli tempore neque edito neque serito. Alii vero Mentham Venerem stimulare autumant. Nonnulli media incedunt via. Mentham recentem Venerem stimulare siccam vero inhibere asserentes. Laudatur semen ad gonorrhœam. Succus Menthæ fluxibus sanguineis conducit. In doloribus post partum & in fluore albo atque chlorosi commendatur. Laudatur in sacculis carminativis, anticolicis & antihystericis, tinnitum & sibilum aurium tollit, morsibus animalium medetur, ut & rheumatismis. Nondum experientia sufficienter comprobatum est, vulneratos, quibus Mentha exhibetur, aut qui solummodo mentham secum gestant, difficilius curari.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Menthæ, Krauß-Müntz oder Kraußbalsam-Waßer / *Eau de Menthe*, quæ stomachica & antihysterica est insignis, passiones hyste-

hyſtericas & præcavens & arcens, mulieres ad tormina ventris in infantibus compeſcenda adhibent, commendatur quoque in tumore teſtium ex hernia & fecibus retentis in ſcroto.

Oleum Menthæ coctum, Krauß-müntz-Oehl / *Huile de Menthe*, ſtomachicum eſt & uterinum.

Oleum Menthæ deſtillatum, deſtillirtes Krauß-balſam-Oehl *Huile de Menthe diſtillé*, datur ad aliquot guttas.

Syrupus Menthæ, Krauß-balſam-Syrup / *Syrop de Menthe*. Non admodum quidem gratus eſt, ventriculo tamen dicatus, eundem roborat & calefacit ſingultum & vomitum inhibet, flatuſque diſſipat, ſicuti quoque in affectibus uterinis haud inutiliter adhibetur.

MENTHA AQUATICA.

Cum Mentha omnino conſpirat, ſed recipitur hodie inter balnea uterina & nervina.

MENTHA AQUATICA vocatur quoque σισύμβριον, SISYMBRIUM, BALSAMUM PALUSTRE, Waſſer-Müntz / Bach-Müntz / Fiſch-Müntz / Wildkatzen-Krauth / Roß-Müntz / MENTHE AQUATIQE ou SAUVAGE. Character plantæ ſub Mentha criſpa cerni poteſt.

Mentha rotundifolia paluſtris ſeu aquatica major C. B. Pin 227. Mentha aquatica ſive Siſymbrium I. B. 3. p. 2. 223. Siſymbrium Dod. Pempt. 97.

Riguorum ac humentium alumna eſt hæc Mentha, floret Julio.

Præterquam quod cum Mentha coincidat urinas quoque & calculos pellit cum vino pota, dicente SCHWENCKFELDTIO. Folia ad cephalalgiam & apum veſparumque ictus laudantur. Poſtponitur ſemper Menthæ criſpæ ob odorem inſuaviorem.

MENTHASTRUM.

Nil differt à Mentha aquatica, niſi quod odor ſit paulo gravior, ingreditur etiam balnea uterina & nervina.

MENTASTRUM, MENTHA EQUINA, MENTHA CABALLINA, Wilde Krauß Müntz / Roß-Müntz / Wilde-Müntz / MENTHE SAUVAGE: à Mentha ratione characteris non differt; vocatur

Mentha ſylveſtris folio longiore C. B. Pin. 227. Menthaſtrum ſpicatum folio longiore candicante I. B. 3. 2. 221. Menthaſtrum Dod. Pempt. 96.

Humidis locis provenit, ad fluviorum ripas, gravem odorem exhalat, floret Julio.

Virtute anthelmintica gaudet, in aſthmate conducit & menſes pellit, laudatur in auditus difficultate.

NEPETA.

In Uteri affectibus, in menſium & lochiorum remora tam interne quam externe ſpecifice uſurpatur, ingreditur quoque balnea & clyſteres uterinos.

℞. Nepeth. puleg. ſabin. matricar. ana q. v. f. infuſum uterinum ex vino ad menſium remoram.

CA-

MENTHA CATARIA, MENTHA FELINA, CATARIA dicitur quod Cati ſeu feles mire ea planta delectentur, HERBA FELIS, HERBA CATI, CALAMINTHA CATARIA, NEPETA, Nept / Katzen-Müntz / Katzen-Nept / Katzen-Krauth / Stein-Müntz / HERBE AUX CHATS.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum bifidum, inferius vero in tres partes divi-

diviſum, media cochlearis inſtar excavata, cæteris tanquam alis orificium inſigne inter duo labia poſitum cingentibus. Ex calyce autem ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. Catariæ ſpecies flore fructuque carentes odore quodam proprio acri & aromatico, foliiſque caneſcentibus dignoſci ſolent.

Cataria major vulgaris Tourn. I. R. H. cl. 4. S. 3. g. 18. Mentha Cataria vulgaris & major C. B. Pin. 228. Mentha Cataria I. B. 3. p. 2. 225. Cataria herba Dod. Pempt. 99.

Circa margines hortorum, ſecus aggeres, ſcrobes ac vias humido & uliginoſo ſolo naſcitur: Floret menſibus æſtivis.

Partium eſt tenuium, attenuat atque aperit. Commendatur in obſtructionibus Hepatis & Lienis, ictero, tuſſi, aſthmate & pulmonum tartaro. Uſurpatur infuſa vel in aqua vel in vino. Succus inditus naribus pituitam extrahit & viſum acuere dicitur. Adverſus veneficia à vulgo commendatur. Dicitur etiam præſertim ejus radix maſticata & comeſta homines mites reddere iracundos & truculentos.

OFFICINÆ SERVANT

Aquam Nepetæ, Nept oder Katzenmüntz-Waßer / *Eau de l'herbe aux Chats.*

CALAMINTHA.

Cum mentha conſpirat, ſed in flatibus diſſipandis & menſibus ciendis potens eſt, adeo ut & fœtum excludere dicatur, in artuum doloribus & orthopnœa appropriatum medicamentum eſt.

Externe pubi ad inflammationem uteri, ut & capiti ad vertiginem, & ventriculo ad vomitum applicatur. Præterea ingreditur catapl. fomenta inſeſſus & balnea.

PU-

καλαμίνθη, quasi pulchra Mentha, Calamenth/ Ackermünt̃z/ Gemeine-Bergmünt̃z/ Wild-Mutterkrauth/ Berg-Poley/ CALAMENT.

Est planta flore monopetalo labiato, cujus labium superius surrectum est subrotundum bifidum, interius vero tripartitum. Ex calyce surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina subrotunda in capsula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum est flores Calaminthæ in foliorum alis nasci, pediculis ramosis insidentes.

Calamintha vulgaris vel officinarum Germaniæ C. B. Pin. 228. Calamintha flore magno vulgaris I. B. 3. p. 2. 228. Calamintha montana Dod Pempt 98.

Crescit in arvis, montes amat umbrosos & saxosos clivos. Viget æstate ac fere toto anni tempore, à Junio in autumnum flores semenque perficit.

Calamintha aperit, attenuat, abstergit viscera atque corrigit, tussi medetur & asthmati. Blandum quoque est diureticum, ulcera renum abstergit & mictum cruentum sanat.

Syrupus atque *species Diacalaminthæ* ut & *Aqua destillata*, ob ingratiorem paulo saporem non amplius in usu.

PULEGIUM.

Menthæ vel calaminthæ analogum est, ast præstantius, & in tussi clamosa, in mensibus & lochiis pellendis nulli secundum. Externe in ischuria renali singulare est.

℞. Puleg. Mij. infund. vino dulci, add. syr. puleg. vel scabios. contra tussim, clamosam, vel loco vini affundatur aqua dest. -uosa.

℞. Decoct. puleg. ʒiiij. Tinct. Castor. ʒj. syr. puleg. q. s. ad gratiam. M. exhibe contra ischuriam. it. injice in vesicam ad eundem affectum.

℞. Puleg. flor. chamom. sabin. ana Mj. pulp. colocynth. ʒß. f. decoct. injiciendum ad provocandos menses.

℞. Decoct.

℞. Decoct. Puleg. vel aq. ℩uoſ. ℥iiij. ex quo cape borrac. Venet. ℈j. pulv. Cinam. ℈ß. ♎ d. cinam. gt. j. f. pulv. ad menſium remoram, ſi dolores adſunt add. L. O. gr. j.

℞. Aq. puleg. ℥ij. hyſteric. ʒij. Eſſent. Caſtor. ʒß. liq. C. C. ſuccinat. ʒj M. mixtura in paroxyſmo apoplexiæ.

℞. Aq. puleg. ℥iij. Cinam. ʒiij. M. pro vehiculo in quo medicamenta contra obſtructiones uteri exhibentur.

℞. Gumm. animæ ʒß. aq. Puleg. ℩uoſ. q. ſ. redige in formam Emulſ. add. ſyr. puleg contra tuſſim & aſthma.

Γλήχων, γλίχων, βλήχων, πλίχων, quia à pecoribus comeſtum balatum excitat, PULEJUM, PULEGIUM REGALE vel REGIUM, Poley / Hertz-Poley / POULIOT.

Ad Mentham pertinet, & eſt

Mentha aquatica ſeu Pulegium vulgare Tourn. I. R. H. cl. 4. S. 2. g. 10. Pulegium latifolium C. B. Pin. 222. Pulegium I. B. 3. p. 256. & Dod. Pempt. 282.

Locis gaudet paluſtribus incultis tamen, Julio & Auguſto floret, & tunc quidem colligendum.

Pulegium aperit, attenuat, reſolvit, refertur inter plantas nervinas & cephalicas, uterinas ſtomachicas atque pectorales ictericis atque hydropicis conducit. Externe quoque dolores mitigat, vertiginem diſcutit & ingreditur pediluvia ad ciendos menſes. Pulegium ex aceto tepido potum & appoſitum naribus loquelam amiſſam ſtatim reſtituit ex mente SCHWENCKFELDTI.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua pulegii, Poley-Waßer / *Eau de Pouliot* &
Oleum deſtillatum Pulegii, Poley-Oehl / *Huile de Pouliot*, æque ac aqua utero eſt dicatum.

EUPATORIUM.

Salia aromatica obtinet cæteris rigidiora, propterea

convenit in obſtructionibus & morbis chronicis ortis à craſſa, terreſtri acida viſcoſa materia. Datur decoctum & infuſum.

℞. Eupator. Mij. agrimon. ſummit. abſynth. ana p. ij. f. infuſum ex vino ad affectus melancholicos.

℞. Eupator. Mij. coq. c. vino, adde camphoram & applica tumoribus hydropicis.

HYS-

EUPATORIUM, Eupatoria, à Rege Eupatore, unde regiam auctoritatem habere dicitur à PLINIO. Triplex potiſſimum recenſetur, Eupatorium veterum, de quo infra; Eupatorium Meſues quod eſt Ageratum, & Eupatorium Avicennæ ſive Cannabinum.

Ultimum vocatur alias EUPATORIUM ADULTERINUM PSEUDO EUPATORIUM, CANNABINA AQUATICA, HERBA ST. CUNIGUNDIS, TRIFOLIUM CORVINUM, CONSOLIDA CERVINA, Waßer-Doſten / Waßer-Hauff / Königs-Krauth / Kunigunden-Krauth / Alb-Krauth / Hirtz-Güntzel / Hirſch-Klee / Hirſchwund-Krauth / EUPATOIRE.

Eſt planta flore floſculoſo, plurimis ſcilicet floſculis (ex quibus longa capillamenta plerumque ſurgunt) conſtante multifidis, embryoni inſidentibus & calyce longo, tereti, ac ſquamoſo comprehenſis. Embryo autem abit in ſemen pappis inſtructum.

Eupatorium Cannabinum C. B. Pin. 320. Eupatorium adulterinum I. B. 2. 1065. Vulgare Hepatorium Dod. Pempt 28.

Ad ſcrobes rivulorum, ſtagnantium aquarum margines, fluviorumque ripas Julio & Auguſto viget.

Planta hæc hepati & Lieni eſt dicata, in ictero & hydrope prodeſt, item in febribus tertianis & quartanis, urinam pellit & in tuſſi aliiſque pectoris affectibus conducit. Remedium præterea conſtituit inſigniter vulnerarium imprimis externum; Detergit cutim ſcabieique medetur. Balneis & inſeſſibus uterinis ad menſes præſertim ciendos immiſcetur. Ad Cephalæam in lixiviis adhibetur. Animalia venenata fugare dicitur, ſi in ſuffitu uſurpetur.

EUPATORIUM MESUÆ vocatur alias AGERATUM, ἀγήρατον,

Ἀγήρατον, quod non ſeneſcat ſeu flores diu ſervet. HERBA JULIA à menſe, quo floret, BALSAMITA MINOR, COSTUS HORTENSIS MINOR, HERBA DIVÆ MARIÆ, Leber oder kleiner Coſten-Balſam / Frembd Leber-Krauth / Klein Welſch Frauen-Krauth. EUPATOIRE DE MESUE.

Eſt ſpecies Ptarmicæ, planta ſcilicet flore radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis, corona vero ex ſemi floſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce ſquamoſo comprehenſis. Embryones autem abeunt in ſemina tenuia. His notis addenda ſunt folia vel denticulata, vel in amplas lacinias diviſa & à millefolii inciſuris aliena.

Ptarmica lutea ſuaveolens Tourn. I. R. H. cl. 14. S. 3. g. 9. Ageratum foliis ſerratis C. B. Pin. 221. Ageratum pleriſque, Herba Julia quibuſdam I. B. 3. 142. Balſamita minor Dod. Pempt. 295.

In Gallia Narbonenſi & Italia ſponte naſcitur, colitur in hortis floret Julio & Auguſto.

Calefacit, attenuat, abſtergit, aperit, reſolvit, bilemque evacuat, ut SCHWENCKFELDI loquitur. Hepatica eſt planta atque ſplenetica, ictero medetur, atque Hydropi; laudatur contra febres inveteratas præſertim quartanam. Vi ſtomachica quoque gaudet, colicæ conducit & paſſioni hyſtericæ. Vermes necat tum interne tum externe.

HYSSOPUS.

Ob vim aromaticam temperatiorem in ſpecie pectori dicatur, tuſſi & pleuritidi medetur. Datur decoctum infuſum ſyr. ſimpl. & comp. aq. deſt.

℞. Hyſſop. Mij. coq. in vino, add. colatur. ſyr. propr. contra tuſſim.

℞. Aq. Hyſſop. Menth ana ℥ij. aſthmatic. ℥vj. ⏑ gumm. ammom. ʒiß. ſyr. Nicot. ʒiij. M. cape cochleatim. ad aſthma.

℞. Aq. Hyſſop. applica oculis ad ſugillata, add aq. puleg.

Υσσωπος, a madefaciendo faciem, HYSSOPUM, Jſop/ Eb ſop/ Kloſter oder Kirch-Hyſop/ Eiſewig/ HISOPE

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt ſubrotundum, bifidum, inferius vero in tres partes diviſum, media cochlearis inſtar excavata, bicuſpide & quodammodo alata Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina oblonga in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. Hyſſopus flore fructuque carens foliis longis anguſtis & odore grato dignoſci ſolet.

Hyſſopus Officinarum cærulea ſeu ſpicata C. B. Pin. 217. Hyſſopus vulgaris ſpicatus, anguſtifolius flore cæruleo I. B. 3. 274. Hyſſopus vulgaris Dod Pempt. 287.

Colitur in hortis. Floret Junio Julioque. In uſum veniunt folia cum floribus Auguſto collecta. Magnas habere vires in apoplexia & epilepſia tum curatorie tum præſervatorie fertur. Aperit præterea, obſtructiones viſcerum reſerat, in ictero, Hydrope calculo prodeſt, menſes ſecundinas ut & urinam pellit Ob vim balſamicam refocillat. Oculorum ſugillationibus, uteri impuritatibus, auriumque tinnitui medetur. Odontalgiæ quoque condu it. Inſeſſibus, Balneis, fomentis, clyſteribus ad colicam & uteri affectus immiſcetur.

IN OFFICINIS EXIAT

Aqua Hyſſopi ex herba & floribus deſtillata, Hyſop-Waſſer / *Eau d'Hiſope.*

Syrupus Hyſſopi, Hyſop Syrup / *Sirop d'Hiſope* Pectoralis eſt & in aſthmate commendatur, præſertim ubi pituita & ſerum craſſum peccat.

Tabulæ de Hyſſopo, Hyſop oder Kirch-Hyſop-Täfflein / *Tablettes d'Hiſope*, ad incidendam pituitam craſſam ad tuſſim & ad aſthma commendantur, expectorationem promovent. Doſis ad drachmam, drachmas duas &c.

PO-

POLIUM.

Celebre eſt in Uteri vitiis ab obſtructionibus. Sylvius adſcribit vim antepilepticam [Prax. Med. l. 2. c. 20. §. 148. p. m. 427. ubi inter celebratiſſima medicamenta antepileptica poſt rutam, polio montano ſecundum locum tribuit] veteres vero vim contra maniam & noctambulationem.

℞. Summit. polij, q. v. affund. vin. f. infuſ. uterinum.

℞. Polij q. v. f. cucupha imponenda capiti.

Πολιὸν, quaſi canum, nam ex DIOSCORIDE corymbos habet cæſariei canæ ſimiles. POLIUM MONTANUM, Berg-Polium / Berg-Poley. POLIUM.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labii ſuperioris locum occupant ſtamina; Labium vero inferius in quinque partes dividitur. Ex calyce autem ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum eſt flores polii in capitulum collectos ſummis ramulis & caulibus innaſci.

Polium montanum luteum C. B. Pin. 220. Tabern. Ic. 364. Polium luteum Lob. Ic. 487.

Creſcit in montibus regionum calidiorum, Languedocia, Provincia, Delphinatu &c. colitur in hortis, floret Julio & Auguſto.

Polium rarius in uſum trahitur, commendatur in obſtructionibus, catarrhis, affectibus pectoris, menſes & urinam ciet, in Hydrope & Ictero conducit. Recipitur in Theriacam, ſunt qui illud quod ex Creta ſive Candia affertur, præferunt; ſed diſcrimen vix adeſt.

DICTAMNUS CRETICUS.

Polio accedit & cum pulegio ad partum promovendum commendatur.

℞. Dictamn. Cretic. ʒß. borrac. ℈j. f. pulv. dandus ex vino rutaceo ad partum promovendum.

℞. Dictamn. Cretic. puleg. polij. ſabin. f. ex vino infuſ. ad part. promovendum.

℞. Fol. dictamn. p. j. infund. ▽ fervent. infuſum ſorbillando cape ad menſium remoram.

Δίκταμνος, δίκταμνον, quidam hanc vocem ἀπὸ τῆς τίκτειν, alii ἀπὸ τῆς δίκτειν parere, JOH. BAUHINUS vero à monte Cretæ δίκτης & θάμνος deducit. **Cretiſcher oder Candianiſcher Diptam/** DICTAME DE CANDIE, DICTAME DE CRETE.

Inter Origani ſpecies refertur.

Origanum Creticum latifolium tomentoſum ſeu Dictamnus Creticus Tourn. I. R. H. cl. 4. S. 3. g. 12. Dictamnus Creticus C. B. Pin. 222. Dictamnus Cretica ſeu vera I. B. 3. p. 2. 253. Dictamnum verum Dod. Pempt. 281.

In Creta provenit, Julio floret, colitur etiam in hortis.

In uſu folia tomentoſa & odorata. Vires obtinet attenuantes, aperientes, uterinas & Alexipharmacas, unde in Theriacam & Mithridatium recipitur. Externe ad ſpicula & res heterogeneas ex vulneribus extrahendas conducere dicitur, ea præſertim de cauſa, quod cervos ſagittis ictos ad Dictamnum recurrere ſicque ſpicula extrahere narretur.

MATRICARIA SEU PARTHENIUM.

Cæteris rigidiore & penetrante ♁ præfertur, & propterea ratione virtutis uterinæ polium & dictamnum ſuperat, habet quoque blandam vim anodynam, quæ ex odore ad chamomillam nonnihil accedente cognoſcitur. Succus in pluſcula doſi datus alvum laxat.

℞. Matricar. artemiſ. flor. chamom. ſabin. ana Mj. f. de-

coct. ex ▽ & vino ad Uteri affectus. Ex eodem decocto f. etiam clyſter carminans. Etiam cataplaſmatis forma abdomini applicari poteſt poſt partum.

AR-

Παρθένιον, HERBA VIRGINEA, quod virginum morbis medeatur, MATRICARIA, MATRONELLA, MATRONARIA HERBA UTERINA à virtutibus, Mettram / Metram / Meter / Metter-Krauth / Matron-Krauth / Mutter-Krauth / Magd-Blum / Meyd-Blum / Sonnen-Aug / MATRICAIRE.

Eſt planta flore plerumque radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis, Corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce ſemiſphærico & quaſi ſquamoſo comprehenſis. Embryones autem abeunt in ſemina oblonga thalamo affixa. His notis addendum flores quaſi per faſciculos naſci & folia multifariam ac veluti per conjugationes ſecari.

Matricaria vulgaris ſeu ſativa C. B. Pin. 133. Matricaria vulgo minus Parthenium I. B. 3. 129. Artemiſia tenuifolia Tab. Ic. 8.

Naſcitur in ſepibus, hortis, ſecus veteres muros, locis gaudet ruderatis, floret æſtivis menſibus.

Folia cum floribus in uſu ſunt. Vires obtinet Matricaria attenuantes, aperientes, incidentes & diureticas. Menſes & ſecundinas atque lochia pellit, in paſſione Hyſterica conducit. Colicos quoque dolores ſedat, & flatus diſcutit. Ruſtici adverſus nauſeam, anorexiamque & dolores ventriculi folia recentia vel per ſe vel cum ſale aſſumunt.

Succus matricariæ laudatur in quartana Hydrope & juxta quoſdam in impotentia. Valet etiam in arthriride & vertigine. Externe ingreditur ſacculos & clyſteres carminativos contra colicam & tormina hyſterica. In infantum morbis præſertim torminibus multum uſurpatur. Imponitur mammis ad lac diſcutiendum, ad dolores capitis quoque uſurpatur. Peſſarium exinde factum menſes ciet.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Matricariæ, Metram oder Mutterkrauth-Waßer / *Eau de Matricaire.*

Oleum Matricariæ, Mettram-Oehl / *Huile de Matricaire*, per coctionem paratum, in colica flatibus & uteri affectibus ut & doloribus post partum conducit.

ARTEMISIA

Virtutibus uterinis remissior est, quam matricaria. Carbo ad radicem repertus neque productum radicis est, neque antepilepticus, ex observatione propria.

℞. Artemis. Mij. sem. cicer. r. ℥j. coq. cum ▽ propria destillata, exhibe contra dolores post partum, adde tantillum cinamomi si adsit virium prostratio.

℞. ⊖ artemis. ʒß. exhibe ex decocto ficuum ad sudores movendos, præcipue in variolis & morbillis.

PLAN-

Ἀρτεμισια vel ab Artemi Mausoli Cariæ Regis uxore, vel ab Artemide Diana, quia succurrit parturientibus, παρθενις, παρθένιον; PARTHENIUM, HERBA REGIA, OLUS REGIUM, MATER HERBARUM, CINGULUM ST. JOHANNIS, St. Johannes-Gürtel / faciunt enim inde coronas & cingula, quibus corpus cingunt, inde nescio quæ carmina recitant, & vesperi in ignem St. Johannis conjiciunt, & sic ab omnibus malis se tutos putant; qua de re conferatur FUCHSIUS. Germanice vocatur etiam Beyfuß / quia lassitudinem præcavere fertur. Quidam autem id in jocum trahunt dicentes, non facile fatigatur, qui habet Beyfuß / hoc est quatuor pedes equi validi, videatur HOFFMANNUS de medicamentis officinalibus; Buck / ARMOISE.

Est planta flore flosculoso plurimis flosculis constante multifidis, embryoni insidentibus & calyce squamoso comprehensis. Inter

floſculos vero occurrunt, & embryones nudi in capillamentum bifidum deſinentes, qui perinde ac embryo abeunt in ſemina Abſinthii æmula: ab abſinthio autem differt ſola facie externa, nam florum diſcrimen oculos pene fugit.

Artemiſia vulgaris major caule & flore purpuraſcentibus C. B. Pin. 137. Artemiſia vulgaris I. B. 3. 184. Artemiſia rubra Tabern. Icon. 7. Rother Buck. &

Artemiſia vulgaris major caule ex viridi albicante Tourn. I. R. H. cl. 12. S. 3. g. 4. Artemiſia alba Tabern. Icon. 8. Weißer Buck.

Differunt inter ſe ratione potiſſimum caulis ut & floris. Paſſim circa urbes, pagos, arces, muros in convallibus & montibus proveniunt florentes Julio & Auguſto.

Utraque Artemiſia in uſum venit, frequentius tamen rubra & quidem tum ſummitates tum tota herba.

Attenuat artemiſia, aperit & penetrat, Menſes & Lochia promovet. Smuck & alii putant quod ſi artemiſia ab inferiore parte ſurſum verſus decidatur Artemiſia menſes ſupprimat, ſin vero à parte ſuperiori deorſum verſus, eoſdem promoveat: fides ſit penes authores. Ex uterinis plantis eſt celeberrima, tam interne quam externe uſurpata. In utero purificando ſterilitateque corrigenda, mola, partu difficili, fœtu mortuo exturbandis conducit, item in chloroſi & pallidis virginum coloribus. Laudatur quoque ad affectus urinarios ad obſtructiones viſcerum, icterum & Hydropem. A TABERNÆMONTANO inter plantas vulnerarias ex propria experientia recenſetur & præſertim in vulneribus Sclopetorum ejus decoctum tum externe tum interne uſurpandum celebratur. In doloribus podagricis & arthriticis laudem obtinet, ſunt enim, qui dicunt, radicem comeſtam ſubito intolerabiles lenire dolores. In contracturis & paralyſi artuum locum habere poteſt. Deprædicatur à quibuſdam in affectibus pectoris. Ingreditur Balnea & pediluvia uterina in menſibus ciendis & ſterilitate arcenda. Commendantur Balnea Artemiſiæ ad laſſitudinem & imbecillitatem membrorum, vel ex itinere vel ex morbis contractam. Ingreditur quoque ſacculos carminativos & antihyſtericos.

De CARBONIBUS ARTEMISIÆ, quæ nihil aliud ſunt quam radices Artemiſiæ annoſæ, demortuæ atque ita exſiccatæ &

nigricantes, multa inter Authores disceptatio est. Quidam hos carbones colligendos esse ipso S. Johannis Baptistæ festo hora 12. meridiana suadent, alii ante solis ortum effodiendos & imprimis sub Artemisia rubra reperiundos censent. Hos jam tanquam antepilepticum mirum deprædicant, cum JOELE, PATAEO, ETTMÜLLERO &c. Reclamant autem alii & rem superstitionem anilem sapere asserunt, ita ut stultorum lapides Narren-Kohlen / hos carbones appellitent. Quod si aliquid etiam præstitere, certe tamen non tantis laudibus virtus ipsorum celebranda carbonum, qui circa festum Joh. Baptistæ per aliquod reperiuntur tempus. Usurpantur autem tum interne tum etiam externe collo instar amuleti appensi. Reperiuntur etiam qui hanc plantam contra incantationes & veneficia facere sibi persuadent. Usus quoque Artemisiæ est culinaris dum summitatibus infarciuntur imprimis anseres tum jucunditatis, tum melioris digestionis gratia.

IN OFFICINIS ASSERVANTUR

Aqua Artemisiæ, Beyfuß-Waßer / *Eau d'Armoise.*

Syrupus Artemisiæ, Beyfuß-Syrup / *Syrop d'Armoise*, qui mensium obstructionibus, partui difficili & uteri suffocationibus medetur; communiter miscetur aliis remediis uterinis.

Sal Artemisiæ, Beyfuß-Saltz / *Sel d'Armoise*, quod nil peculiare obtinet.

PLANTÆ SALE AROMATICO VOLATILI OLEOSO CUM MULTO FIXO CONSTANTES.

SHOENANTHUS seu JUNCUS ODORATUS.

[Juncus odoratus aromaticus C. B. P. seu Gramen dactylon aromaticum, multiplici pannicula, spicis brevibus tomento candicantibus, ex eodem pediculo binis. Plucken. Phyt.

Phyt. Eſt ſaporis acris amaricantis & ſuavis odoris fragrantis.] Dicitur etiam fœnum ſeu gramen camelorum.

Gratius eſt acoro & cum hoc felici ſucceſſu præſcribitur, additur quoque tanquam confortans infuſis & decoctis diureticis contra hydropem v. c.

℞. Rad. gramin. ℥ij. vincetoxic. ℥j. ſchœnanth. Mij. f. decoctum ex ▽ cui adhuc ferventi pro ſtimulo ſi opus ſit add. rhabarb. ʒiij. colatur. edulcor. ſyr. ʒ. rad. aperient.

℞. Schœnanth. Mj. ſantal. citr. ℥ß. rad. acori ʒj. f. infuſum diureticum & ſtomachicum.

Σχοίνος, χοίναθον, SCHOENANTHUM, PALEA DE MECHA, SQUINANTHUM, FOENUM CAMELORUM, STRAMEN CAMELORUM, quoniam ab Arabibus Camelis non tantummodo ſubſternitur, ſed & pro pabulo exhibetur. Camel-Heu/ Cameel-Stroh/ Squinanth/ SCHÆNANTHE OU JONC ODORANT.

Refertur ad Juncos, flos tamen & ſemen nondum omnimode deſcripti ſunt. Appellatur interim

Juncus odoratus aromaticus C. B. Pin. 11. Schœnanthos ſive Juncus odoratus I. B.

Ex Africa imprimis Arabia ejuſque Provincia Nabathea & Ægypto præprimis adfertur.

Vix uſurpatur quam ad confectionem Theriacæ, ubi quidem flores ſolummodo aut ſummitates deberent adhiberi, ſed Juncus ipſe haud raro, & quidem quandoque abſque floribus aſſumitur. Bene interim obſervandum ut genuina obtineatur. Virtutes cordiales alias ipſi cephalicæque adſcribuntur & in reſerandis obſtructionibus confortandiſque viſceribus, flatibus diſcutiendis & menſibus pellendis commendatur.

ABROTANUM MAS.

Hujus acredo aromatica graveolens pronunciat vim

uterinam, fragrantia vero camphorata sudoriferam in malignis, ob amaritiem vermes quoque expellit. Externe quoque laudatur ad alopeciam; junctum cum floribus chamomillæ & seminibus calidis vim acquirit anodynam & uterinam.

℞. Abrotan. Matricar. sabin. ana Mj. rad. galang. ℥ß. flor. chamom. p. ij. f. dec. Uterin.

℞. ⊖ abrot. ℈ß. Camph gr. v. C. C. phil. præpar. ℈j. f. pulv. exhibendus ex decocto abrotani in febribus malignis.

RU-

Ἀβρότανον, ab ἄβρος mollis quod aspectu tenerum, molle ac delicatum appareat, & τείνω tendo, extendo, quod molle sit & longum vel extensum, vel quod gravem acremque odorem spiret, ἀπρότανον, ἀβούτανον. ABROTANUM alii dictum putant à βροτὸς mortalis, quasi diceres plantam immortalem vel à βρώσκω comedo, quod comedi ob saporem ingratum nequeat. ABROTANUM MAS, Stab-Wurtz, Schoß-Wurtz / ab effectu Gert / Gert-Wurtz / Girt-Wurtz / Garten-Heyl / AURONNE, GARDE ROBBE.

Est planta floribus & fructibus Absinthii à quo sola facie externa differt.

Abrotanum mas vulgare angustifolium majus C. B. Pin. 136. Abrotanum vulgare I. B. 3. 129. Abrotanum mas Dod Pempt. 21.

Colitur in hortis, floret Augusto, folia atque summitates potissimum in usu.

Cum Absinthio multum conspirat. Incidit, aperit, abstergit, discutit putredini resistit. Celebratur tanquam remedium Hepaticum convenit asthmaticis, convulsis, & Ischiadicis. Venenorum habetur antidotum præsertim eorum quibus coitus inhibetur. In affectibus renum & vesicæ quoque commendatur, item in ictero & quartana. Extrinsecus in ossibus exsiccandis roborandisque item in Alopecia. In culinis usurpatur ad farcimina, quamvis

vis ſint qui ejus uſum ventriculo infeſtum & moleſtum eſſe aſſerant.

IN OFFICINIS REPERITUR

Aqua Abrotani, Stabwurtz-Waßer / *Eau d'Auronne*, ex foliis atque ſummitatibus deſtillata, quæ præter alias virtutes etiam ad paſſionem cardiacam infantum laudatur. &

Oleum Abrotani coctum, Stabwurtz-Oehl / *Huile d'Auronne*, quod ad dolores abdominis & inteſtinorum placandos commendatur membris paralyticis conducit & in alopecia ſive defluvio capillorum laudatur.

RUTA.

Vim aromaticam penetrantem & ſuoſam obtinent, cui quoque ⊖ia fixa ſunt aſſociata, unde in morbis chronicis contumaciſſimis & malignis indubitatum promittit effectum. Præ cæteris laudatur in peſte, variolis, morbillis, epilepſia, paſſione hyſterica & affectibus ſoporoſis. Confert quoque in gonorrhœa, ſatyriaſi & priapiſmo. Externe gangrænæ & ſphacelo ſuccurrit. Vis concentrata conſiſtit in capſulis ſeminalibus.

℞. Rut. ſabin. abrotan. ana Mj. coq. c. cereviſia & cape cum tinctura caſtorei vel croci, contra omnes obſtructiones uteri.

℞. Capſul. ſeminal. rutæ q. v. affunde aquam propriam ſuoſam ſ. eſſentia, exhibe in morbis malignis cum camphora, vel ſu vini camphorato & theriaca.

℞ Rut affund. acet. q. v. cape tempore peſtis pro præſervatione. add. rad. Zedoariæ, Camphor.

SA-

Πήγανον, quod ſiccitate, & calore coagulet & condenſet ſemen, Rauten / Wein-Rauten / RUE,

Eſt planta flore roſaceo quatuor plerumque petalis cavis & in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum ſubrotundum utplurimum tetragonum, ex quatuor ſæpe capſulis axi affixis compoſitum, ſeminibuſque fœtum non raro reniformibus aut angulatis. Juxta ipſum TOURNEFORTIUM Ruta utique pertineret ad flores cruciformes niſi ſæpe floribus eſſet pentapetalis. In uſum promiſcue veniunt ſequentes ſpecies.

Ruta hortenſis latifolia C. B. Pin. 336. Ruta ſativa vel hortenſis I. B. 3. 197. Ruta graveolens hortenſis Dod. Pempt. 119.

&

Ruta hortenſis altera C. B. Pin. 336. Ruta tenuifolia Tabern. Icon. 133.

Colitur in hortis, floret Junio. In uſum cedit herba ac ſummitates cum ſeminibus. Incidit & attenuat, alexipharmaca eſt cephalica, ſtomachica, carminativa & anodyna. Singularem antipathiam cum bufonibus & ſerpentibus obtinere creditur, narrant hinc muſtelam cum ſerpente dimicaturam manducare ſolere Rutam & ſe præmunire, quoniam itaque bufonibus adverſus exiſtit juxta ſalviam, cui ſæpius ſubſunt, plantari poteſt. Jungitur etiam Salviæ in potu ob vim venenis reſiſtendi, unde SALERNITANI canunt

Salvia cum Ruta faciunt Tibi pocula tuta.

Uſurpatur jejuno ventriculo ad arcendum contagium & eſt Ruſticorum Theriaca.

Rutam ad libidinem ſtimulare ſexum muliebrem cum aliis tradit TABERNÆMONTANUS, unde de hac aliiſque virtutibus SALERNITANI differunt,

Nobilitas Rutæ hæc, quod lumina reddat acuta,
Auxilio Rutæ vir quippe videbis acute,
Cruda comeſta recens Oculos caligine purgat.
Ruta Viris minuit Venerem, Mulieribus addit.
Ruta facit caſtum dat lumen & ingerit aſtum
Cocta Ruta facit de pulicibus loca tuta.

Virtute anthelmintica Ruta quoque gaudet. Externe nervinas vires exſerit, in carbunculis & ictibus ſerpentum ut & in fiſtulis laudatur

laudatur. Ophthalmicam virtutem externe poſſidet, unde vel appenſa oculos à Variolis præſervare fertur. Recens contuſa cum fermento panis capiti, item plantis pedum contra cephalalgiam & æſtum febrium malignarum & ardentium non ſine ſucceſſu applicatur; imprimis ubi metuendæ ſunt agrypniæ.

Ruta ſi in vino coquatur & hoc decocto os eluatur calide, contra dentium cariem & gingivas ſcorbuticas valet. Commendatur ad ictus veſparum apum aliorumque inſectorum. Mammis impoſita lac diſcutit, Verrucas abigit. Contra pediculos laudatur. Ad olfaciendum quoque inſervit præſertim iis, qui circa ægros & mortuos verſantur. Nimius uſus internus gravidis noxius eſt, externe nimium olfacta Cephalalgiam inducit.

IN OFFICINIS PROSTANT

Acetum Rutaceum, Rauten-Eßig / *Vinaigre de Rhuë*, quod Bezoardicum eſt & externe naribus olfaciendum admovetur.

Aqua Rutæ deſtillata, ex planta cum cauliculis Majo collectis, Rauten-Waßer / *Eau de Rhuë*, laudatur imprimis ſingulariter ad affectus uterinos à menſibus retentis, expertum quoque eſt remedium ophthalmicum.

Oleum Rutæ coctum, Rauten-Oehl / *Huile de Rhuë*. Inter linimenta carminativa primatum fere tenet, calefacit diſcutit, dolorem colicum ſedat cum clyſteribus injectum. Nervorum & ſpinæ reſolutioni convulſionibuſque medetur.

Oleum Rutæ deſtillatum, deſtillirt Rauten-Oehl / *Huile de Rhuë diſtillé*. Convenit in doloribus colicis, morbis flatulentis præſertim ubi Epilepſiæ metus. Exinde quoque cum oleo Nuciſtæ paratur

Balſamum Rutæ, Rauten-Balſam / *Beaume de Ruë*, in Cephalalgia & præſervatione à morbis malignis & peſtilentialibus uſurpari ſolitum.

SABINA.

Salia volatilia oleoſa fixis juncta incluſa habet reſinæ, inc vermes, urinam, præcipue vero menſes & fœtum provet, & ob reſinam inter vulneraria ponitur. In

In verme umbilicali dicitur ſpecifica. [Si pulvis ſabinæ cum vitro veneto & melle ſubigitur & in putamine nucis dimidiatæ infantis umbilico per noctem applicatur. De hoc verme umbilicali vid. Sennert. Pract. l 3. part. x. c. 4. p. m. 984. & Hœfer. Hercul. Medico. l 7. p. m. 352.]

℞. ℥ deſt. ſabin. gt. ij. extract. inſpiſſ. croc. myrrh caſtor. ana gr. vij. f. pil ad menſes provocand.

℞. Rut. matricar. ſabin. ana Mß. Myrrh. ʒij. Croc. ʒß. f. peſſus ſyndoni involvendus &c.

MAR-

SABINA à Sabinorum regione, in qua copioſe creſcebat, βράδυς, quia βραδέως tarde in altum creſcit, SAVINA, SAVINARIA, Sevenbaum / Sadebaum / Siebenbaum / Mägdebaum / Jungfern-Roßmarin / Kindermord / SABINE ou SAVINIER.

Eſt frutex flore amentaceo extremitati ramorum innaſcente ſed ſterili, embryones autem ſeu baccæ baccis juniperi ſimiles nucleis turgent anguloſis & aſperis. Addatur propria Sabinæ facies

Sabina folio Tamariſci Dioſcoridis C. B. Pin. 487. Savina mas Tab. Ic. 945. Savina Mirifolio Cord. Colitur in hortis, perpetuo viret. Folia in uſu præſertim ſunt, penetrant, incidunt, diſcutiunt, abſtergunt, acidum vulnerum externorum & internorum corrigunt & res extraneas extrahunt. Commendantur in ulceribus fiſtuloſis cancroſis & dyſepuloticis, imprimis pulvis eorum cum Spiritu Vini adhibitus. Laudatur quoque Sabina in ictero & Hydrope, Aſthmate & arthritide, ut & in vermibus. Ob vim promovendi & enecandi partum ſuſpectis mulierculis nunquam dari debet. Ingreditur balnea uterina in menſium obſtructionibus & fœtu mortuo expellendo, ut & in fluore albo, pulvis Sabinæ in conſumendis tumoribus & verrucis multum laudatur, cum emplaſtro diapalmæ clavos pedum abigit.

Decoctum Sabinæ vel in aqua vel in vino odontalgiam ſedat. Suffitus Sabinæ laudatur in eriſypelate ut & teneſmo. Tineas arcet Sabina.

IN

IN OFFICINIS ASSERVATUR

Aqua Sabinæ, Sevenbaum-Waßer / *Eau de Sabine*, quæ præter vim emmenagogam, ſanguinem congrumatum diſſolvit cutiſque maculas delet.

Extractum Sabinæ, Sevenbaum-Extract / *Extrait de Sabine*, doſis ad ℈j. ℈ij. &c.

Oleum Sabinæ deſtillatum, Sevenbaum-Oehl / *Huile de Sabine*, fortiter menſes movet, fœtumque pellit interne ſumptum ad aliquot guttas, adeoque perſonis ſuſpectis minime dandum. Externe reſolvit tumores ſcirrhoſos & clavos diſcutit, doloreſque ſopit, conducit quoque in vermibus, ut & dolore dentium.

MARRUBIUM ſeu PRASSIUM.

Præter cæteras virtutes quas cum abrotano aliiſque graveolentibus communes habet, poſſidet quid ſingulare in tuſſi aſthmate & ictero flavo ex mucagine orto.

℞. Cichor. tarax. ana ℥ij. chelid. maj. ℥j. Endiv. Mij. Marrub. M ß. ♀ri. ℥ß. coq. ex ▽ & vino, infunde fol. ſenn. ℥vj. contra icterum.

TANA-

MARRUBIUM dicitur quaſi macidorum rubus, quoniam in hectica conducit, πράσιον, PRASIUM OFFICINARUM, MARRUBIUM VULGARE, MARRUBIUM FOEMINA, MARRUBIUM ALBUM, Andorn / Weißer Gemeiner Andorn / MARRUBE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt & bicorne, inferius vero tripartitum. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit recondita.

Marrubium album vulgare C. B. Pin. 230. Marrubium album I. B. 3. 316. Marrubium album ſive Praſſium album Tab. Icon. 539.

Multis locis frequens ſponte creſcit incultum juxta vias, in ruderatis, floret Junio & Julio.

Marrubium, quod folia in uſum ſuppeditat, inſigne eſt ſolvens, aperiens atque abſtergens. Convenit in cachexia, lochiis & menſibus pellendis, aliiſque uteri morbis. Roborat porro ventriculum, appetitum excitat, vermes necat, renes expurgat & in hydrope prodeſt. A quibuſdam phthiſicis & hecticis multum commendatur.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua Marrubii, Andorn-Waßer *Eau de Marrube.*

Syrupus de Praſio, Andorn Syrop/ *Syrop de Marrube*, qui pectoralis conducit in affectibus à materia craſſa & viſcida oriundis, in tuſſi aſthmate & expectoratione promovenda.

TANACETUM.

Convenit cum cæteris nempe ſabina, matricaria abrotano. Hodie in uterina balnea, cum nepetha, pulegio, menthaſtro ingreditur, decocta minus.

AB-

TANACETUM forte à Tanaco, quo nomine Parthenium appellatum fuiſſe PLINIUS teſtatur, Ἀθανασία λεπτόφυλλος, Ἀθανάσια quaſi IMMORTALIS, THANASIA, HERBA MARIÆ, Rheinfarn/ Weinfarn/ Wurmkraut/ Wurmfarn/ Revierblumen/ TANESIE.

Eſt planta flore floſculoſo, plurimis ſcilicet floſculis conſtante multifidis embryoni inſidentibus & calyce ſquamoſo & quaſi hemiſphærico comprehenſis. Embryo autem abit in ſemen pappis nequaquam inſtructum. His notis addendi ſunt flores craſſi in capitulum quoddam collecti.

Tanacetum vulgare luteum C. B. Pin. 132. Tanacetum vulgare ſtreo luteo I. B. 3. 131. Tanacetum Millefolii foliis Lob. Ic. 749.

Paſſim

Paſſim ad margines agrorum pratorumque ſecus foſſas & aggeres occurrit, floret Julio & Auguſto.

In uſu herba cum floribus & ſemen. Incidit, attenuat, aperit, & ob amaritiem putredini reſiſtit, & vermibus adverſatur hinc communiter agyrtæ pulveres anthelminticos exinde parant. Vulnerarium præterea eſt Tanacetum, uterinum, nephriticum, ſtomachicum, febrifugum, & anticachecticum. Semen laudatur in flatibus & vermibus atque hydrope.

Decoctum Tanaceti in Atrophia membrorum celebratur. Succus in vulneribus & ulceribus inveteratis & dyſepuloticis ut & rimis atque fiſſuris manuum & pedum commendatur. Sunt è mulierculis, quæ ad abortum præcavendum ſæpe applicant partibus genitalibus tanacetum in manu calefactum.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua Tanaceti, Reinfarnkraut-Waßer / *Eau de Taneſie.*

Oleum Tanaceti, Reinfarn-Oehl / *Huile de Taneſie.* Commendatur in Lumbricis & menſium obſtructionibus tum interne ad aliquot guttas tum externe.

℞. Pulv. Tanac. ʒij. Corall. r. C. C. uſt. Semin. Cyn. ana ʒj. Cort. Aurant. Rhabarb. ana ʒß. rad. Zedoar. ℈j. Mſc. f. pulv. cujus doſis ʒß. Uſurpatur autem potiſſimum Luna decreſcente.

ABSYNTHIUM.

Ob ſal volatile oleoſum cum multis fixis ſociatum, convenit in morbis chronicis tanquam polychreſtum, in ſpecie eſt ſtomachicum, antihydropicum, antifebrile, anticolicum, antihyſtericum, anthelminticum: ob nimiam ſui graveolentiam accerſere dicitur ſomnum.

Datur infuſ. ⏑⏑. Eſſent. ☉. ſyr. conſerv.

℞. Summit. abſ. p. ij. menth roriſmar. ana Mß. galang. Zedoar. Zinz. ana ʒj. ſem. fœnic. ʒß. cinam. ʒv. Cort. aurant. ʒß. f infuſ. cum vino ad cachexias quaſcunque.

℞. ♁ absynth. ℈j. Oc. ☽ gr. xv. L. O. g. j. ♒ junip. gt. ij. M. f. p. contra febres tertianas.

℞. ♁ absynth. ℈j. succi limon cochl. j M. exhibe in crebro vomitu. [Insigniter laudat River. Prax. l. 9. c. 7. p. m. 284. ubi nominat remedium præstantissimum, præsertim in vomitu, qui à febribus malignis solet contingere: & exemplis id confirmat. Cent. 1. obs. 15. & Cent. 2. obs. 99.]

℞. Elix. propr. ʒß. Essent. absynth. ʒj. f mixtura in appetitu prostrato.

℞. Vin. absynthit. cape per totum tempus curationis febris tertianæ, it. ad anorexiam.

AB-

ABSINTHIUM ἀψίνθιον, ἀψίνθιον, quasi planta minime grata, Wermuth / Wermuth / quasi Wehr den Muth / quoniam somnolentum reddit & impigrum ac venerem retundit, Wurmtodt / Wermuth / quasi Wehr = Unmuth / ABSINTHE.

Est planta flore flosculoso sed exiguo, plurimis scilicet flosculis constante multifidis, embryoni insidentibus & calyce squamoso comprehensis. Embryo autem abit in semen pappis nequaquam instructum. His notis addenda totius plantæ facies.

Absinthium Ponticum seu Romanum Officinarum seu Dioscoridis C. B. Pin. 138. Absinthium vulgare majus I. B. 3. 168. Absinthium latifolium Dod. Pempt. 23. Absinthium commune seu rusticum Gemeiner Wermuth / ABSINTHE ORDINAIRE.

Multis in locis hodie seritur, sponte quoque provenit in hortis imprimis vero Alpibus, floret Julio & Augusto.

Folia ac summitates in usum veniunt Remedium est polychrestum, aperit, attenuat, incidit, anticachecticum, hepaticum, spleneticum, verum bilis, ut quidam loquitur, & sanguinis condimentum, viscera insigniter roborans. Sudorem ciet, putredini ac ipsi etiam pesti, ut loquitur J. MICH. FEHR. in HIERA PICRA seu ANALECTIS DE ABSINTHIO, resistit; obesitatem minuit, fœcunditatem parit, in paralysi & surditate præstans, hydro-

hydropicorum & arthriticorum ichores abſumit, vermes enecat crapulam & maris nauſeam tollit, ſomnumque inducit, tum interne præſertim cum vino ſumptum, tum extrinſecus plantis pedum ac temporibus impoſitum. Succus abſinthii ad ulcera putrida & cancroſa conducit, ſiccat, exterget & adſtringit. Decoctum capitis furfures & tineam tollit, pediculoſque profligat. Curioſum, ſi verum eſt, quod infantes recens nati antequam 12. ſeptimanas excedunt, ſi abſinthii ſucco undique, præſertim manus & pedes, perungantur, nullam neque à frigore neque à calore læſionem per totam vitam ſentiant. Prodeſt porro ſuccus ut & decoctum ad ſcabiem vitiligines & herpetes. Auditum quoque acuit ſuffitus Abſinthii auribus exceptus. Aqua in qua Abſinthium maceratum fuit, ut & ſuccus Abſinthii pavimentis veſtibus & linteis aſperſus, curculionum, tinearum, pulicum generationem prohibet. Suffitus ex Abſinthio muſcas necat & abigit.

Plura qui deſiderat adeat ſupra citatum FEHRIUM & BARTHOL. ZORN in BOTANOLOGIA MEDICA.

IN PHARMACOPOLIIS PROSTANT SEQUENTIA PRÆPARATA.

Aqua ſtillatitia ex ſummitatibus & foliis recentibus deſtillata, Wermuth-Waßer / *Eau d'Abſinthe*, inſipida fere, cui tamen plurimi decoctum præferunt.

Succus Abſinthii inſpiſſatus, Außgetruckneter Wermuth-Safft / *Suc d'Abſinthe*, qui alias quoque vocatur *Extractum Abſinthii*, Wermuth-Extract / *Extrait d'Abſinthe*, quod pilulas ingreditur in affectibus ventriculi &c. ex hoc diluto cum vino poteſt ex tempore parari vinum Abſinthites.

Eſſentia Abſinthii, eaque multiplex *Eſſentia Abſinthii ſimplex*, gemeine Wermuth-Eſſentz / *Eſſence d'Abſinthe*. Stomacho medetur, appetitum excitat, coctionemque promovet atque hepati prodeſt, aliaſque virtutes quas ipſum Abſinthium habet poſſidet. Datur ad triginta quadraginta guttas, vel per ſe vel etiam cum aliis miſcetur.

Eſſentia Abſinthii compoſita, Vermiſchte Wermuth-Eſſentz / *Eſſence d'Abſinthe compoſée*, iiſdem ſed majoribus ac prior gaudet virtutibus, datur eadem doſi.

Essentia Absinthii Zvvelfferi, Zwelffers Wermuth-Essentz/ *Essence d'Absinthe composée de Zvvelffer.* Hanc essentiam tanquam integras sui vegetabilis vires referentem aliis longe præfert author. Datur eadem dosi sed acrior est & magis nauseosa, unde macilentis non usque adeo conveniens.

Oleum Absinthii coctum, Wermuth-Oehl/ *Huile d'Absinthe*, calefacit & roborat ventriculum, flatus dissipat & lumbricos necat

Oleum destillatum Absinthii, destillirt Wermuth-Oehl / *Huile d'Absinthe distillée*, in affectibus ventriculi convenit interne & externe, in febribus & unguentis stomachicis prodest

Oleum stomachicum Cratonis, Magen-Oehl / *Huile stomachale de Craton*, quod principaliter ex Absinthio constat, in affectibus ventriculi, ejus doloribus, flatibus &c. conducit.

Syrupus de Absinthio, Wermuth-Syrup / *Syrop d'Absinthe.* Viscerum confortationi imprimis autem stomacho dicatus appetitum excitat, concoctionem juvat, flatusque pellit.

Dari potest ad unum alterumque cochleare vel per se, quod tamen ob amaritem multi detrectant, vel cum Vino. Utplurimum electuariis stomachicis & febrifugis, si propter palatum licet, jungitur.

Sal Absinthii, Wermuth-Saltz / *Sel d'Absinthe.* Paratur per incinerationem Absinthii & elixiviationem, adeoque ad alcalina pertinet salia. Ne autem facile liquescat per additionem sulphuris desuper deflagrandi in crystallos redigitur adeoque castratur. Laudatur ad aperiendas obstructiones, humores crassos attenuandos, viscidos incidendos & ad putredinem tollendam. Stomacho quoque medetur, appetitum excitat & vomitum compescit, in febribus multum commendatur etiam continuis, ut & in Ictero & Hydrope. Quicquid autem sit, à reliquis salibus plantarum fixis ratione virium non discrepat. Dosis Salis à ℈j. ad ʒj.

Tandem quoque mentio facienda *Vini* istius, quod per infusionem Absinthii solius, vel cum aliis remixti, in vino cum vel absque uvis paratur & vocatur *Vinum Absinthites*, Wermuth-Wein/ *Vin d'Absinthe.* Prostant hunc in finem *Species pro vino Absinthiaco*, Species zum Wermuth-Wein / *Poudre pour le Vin d'Absinthe.* Stomacho potissimum medetur, digestionem juvat & appetitum excitat, urinam ciet & obstructiones reserat, in ictero & hydrope conducit,

ducit, Lumbricos necat & venenis, contagioque reſiſtit. Sunt qui ad amarorem mitigandum Abſinthium ante infuſionem in aquam ferventem conjiciunt. Nocet ſiccioris conſtitutionis hominibus, neque tempore matutino multum debet aſſumi.

℞ Summit. Abſinth. fol. Card. Bened. ana mj. Summit. Centaur min. Mß. Rad. Helen. ʒiij. Pom. Citr. vel Aurant. Caryoph. & Cinam. transfix. No. 1. infund in ℔jv. Vin gener. ſtent per diem. Fit inde vinum egregie ſtomachicum poſt febres intermittentes imprimis utile.

ABSYNTHIUM PONTICUM.

Virtute eſt remiſſius abſynthio vulgari, ſed vim habet diureticam ſpecificam ob quam hydropicis valde convenit.

℞. Abſynth. pont. Mj. Card. B. Mj. Cent. min. Mß. lign. ſaſſafras ʒij. f. infuſ. in vino contra hydropem, ad diureſin movendam.

ABSINTHIUM PONTICUM, ἀψίνθιον πόντικον, quoniam in ponto maxima ejus copia, ABSINTHIUM ITALICUM, ROMANUM, NOBILE & HORTENSE. Welſcher Römiſcher Wermuth/ Pontiſcher-Wermuth/ Alb-Krauth/ quoniam ad incubum præſervandum facere dicitur. PETIT ABSINTHE.

Abſinthium Ponticum tenuifolium incanum C. B. Pin. 138. Abſinthium Ponticum vulgare folio inferius albo I. B. 3. 175. Abſinthium tenuifolium Dod. Pempt. 24.

Provenit maxime in Ponto. Hodie tamen in Hungaria Bohemia, Sileſia &c. reperiri dicunt, quamvis ſint, qui diſtinguant inter Ponticum & in modo dictis regionibus proveniens. Colitur in hortis florens Auguſto.

Herba minus eſt in uſu quam Abſynthium vulgare, attamen à quibuſdam ratione virtutis carminativæ præfertur.

PLAN-

PLANTÆ SALE AROMATICO CUM PAUCA RESINA CONSTANTES.

CHAMÆPITYS.

Ob reſinoſum ſeu piceum illud, quod tam ex ſapore quam odore percipitur anodyna & nervina eſt & in doloribus arthriticis & iſchiaticis ſpecifica eſt, in aſthmate convulſivo ſingulariter convenit, ab aliis in mictu cruento & catarrhis laudatur.

℞. Chamædr. chamæpit. ana Mj. Cent. min. Mß. coq. ex aqua ſeu vino dulci contra arthritidem, podagram & iſchuriam, ſi vinum ſuſpectum videatur, decoq. in ſero lactis.

BO-

Χαμαιπίτυς, quaſi Pinus humilis, χαμαιπέυκη, IVA, IVA ARTHETICA & MOSCHATA, AJUGA ABIGA, & IBIGA, THUS TERRÆ, HERBA APOPLECTICA, Erd-Pin/ Feld-Cypreſſen/ Schlag Kräutlein / IVETTE.

Eſt planta flore monopetalo unilabiato, in tres partes diviſo, quarum media bifida eſt, labii ſuperioris locum occupantibus denticulis. Ex floris fundo ſurgit piſtillum quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina oblonga in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. Addendum eſt flores Chamæpytios ſparſim in foliorum alis naſci non vero verticillatim.

Chamæpytis lutea vulgaris ſive folio bifido C. B. Pin. 249. Chamæpytis vulgaris odorata flore luteo I. B. 3. 295. Ajuga ſive Chamæpytis mas Dioſcoridis Lob. Ic. 382.

Creſcit locis aridis arenoſis & incultis, floret Julio.

Chamæpytis conducit quoque in apoplexia epilepſia, vertigine

gine paralysi paresi, scorbuto & ictero. Vulnera, recens præsertim, glutinat & putrescentia sanat, tumoresque mammarum discutit.

IN OFFICINIS HABETUR

Aqua Chamæpyteos sive *Ivæ artheticæ*, Erd-Pin oder Schlag-Kräutlein-Waßer / *Eau d'Ivette.* &

Extractum Chamæpyteos, Erdpin-Extract / *Extrait d'Ivette* quod datur ad ʒß. ʒj. &c.

BOTRYS.

Virtute incidente discutiente potentior est quam chamæpitys, unde in flatulentia hypochondriaca, præcipue infantum expertissimum est remedium: laudatur quoque in tussi, asthmate & vitiis pulmonum.

℞. Botrys Mij. coq. in vin. add. Mell. q. s. ad orthopnœam singulis diebus capiendum.

Aqua botrys detur cochleatim ad inflationem hypochondriacam infantum.

LAU-

Βότρυς, UVA HERBA à dispositione floris atque seminis, ARTEMISIA TURCICA, PATIENTIA, Trauben-Kraut / Botrys-Kraut / Lungen-Krauth / Schaben-Motten-Krauth / PIMENT.

Est planta flore apetalo, plurimis staminibus constante ex calyce multifido surgentibus. Pistillum autem abit in semen orbiculatum & planum, in capsula veluti stelliformi, quæ floris calyx fuit, reconditum.

Chenopodium Ambrosioides folio sinuato Tourn. I. R. H. cl. 15. S. 2. g. 4. Botrys Ambrosioides vulgaris C. B. Pin. 138. Botrys Dod. Pempt. 34.

Sponte nascitur in arenosis Italiæ & Galloprovinciæ locis, in hortis ex deciduis seminibus facile propagatur. Floret Julio.

Bacc. obſtructiones viſcerum reſerat, conducit in Ictero & Hydrope. Menſes lochiaque pellit, & paſſionem Hyſtericam ſedat. Adhibetur ad pollincturas. Ob odorem veſtimenta à tineis præſervat. Antidotum dicitur eſſe Aconiti.

LAURI FOLIA.

Reſpondent virtute baccis lauri, licet baccæ ob olei copiam vim potentiorem anodynam habeant, quas vide ſupra.

℞. Fol. laur. Mj. cort. lign. ſaſſafr. ℥ij. f. infuſum diureticum, hydropicis utile.

Lorbeer-Blätter FEUILLES de LAURIER. Tanquam condimentum plus culinis quam uſui Medico inſerviunt, cum vix non in omnibus ferculis adhibeantur. Quod coronæ exinde formentur, ſupra jam dictum fuit. Has imponebant tum ad ebrietatem arcendam, tum ut ſe præcaverent à fulmine. Intactam enim ab eodem manere laurum fabulabantur. Id quod experientia falſum deprehendit. Folia devorata quidam ad ebrietatem arcendam laudant. Ad veſcarum apumque ictus commendantur, ſuffitus, menſes provocat. Adhiberi poſſunt in clyſteribus & ſacculis carminativis ut & fomentis.

PLANTÆ SALE BLANDO CUM PAUCO VOLATILI CONSTANTES.

AGRIMONIA.

Ob blanda ſua ſalia tam fixa quam volatilia egregium eſt deobſtruens in morbis chronicis, incidens ſanguinis impuritates acidas & terreſtres, eaſque per urinam expellens, unde

unde quoque in mictu cruento ſpecifice laudatur. Externe convenit in uteri procidentia ut & tumore ſcroti. Datur decoct. infuſ. extr. eſſent.

℞. Agrimon. & hyperic. coque ex vino ſeu cereviſia contra mictum cruentum, a ſanguine juſto acidiore.

℞. Agrimon. fol. plantag. ana Mj. rad. liquir. ʒß. coq. in aq. ferrarior. ʒxij. add. mell. roſac. q. ſ. extr. aloës ʒß. f. injectio in penem, contra mictum cruentum.

℞. Agrimon. fumar. capill. ♀is ana Mß. rad. Cichor. fœnic. ana ʒj. ir. flor. ʒß. fol. ſenn. ʒvj. rhabarb. ʒij. Cort. aurant. ʒiij. ⊖ ♃ri. ʒj. M. f. infuſum contra hydropem.

THEA

Ε'παλώριον, ἡπαλώριον, ἡπατῖτις, EUPATORIUM VETERUM HEPATORIUM, quod hepati medeatur, LAPPULA HEPATICA, MARMORELLA CONCORDIA, Agrimonien / Odermennig / Aggermennig / Leberkletten / Steinwurtz / Bruchwurtz. AIGREMOINE.

Eſt planta flore roſaceo plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante calyci inſidentibus. Calyx autem abit in fructum plerumque oblongum veluti echinatum uno vel altero ſemine oblongo utplurimum fœtum.

Agrimonia Officinarum Tourn. I. R. H. cl. 6. S. 9. g. 3. Agrimonia ſeu Eupatorium I. B. 2. 398. Eupatorium veterum ſive Agrimonia C. B. Pin. 321. Agrimonia ſive Eupatorium Dod. Pempt. 28.

In ſatorum & viarum marginibus circa ſepes & in pratis paſſim provenit. Æſtate floret, ſemen Autumno matureſcit. Herba potiſſimum in uſu, quæ verno tempore, quo maxime eſt odorata, colligi debet ex mente TRAGI.

Calefacit, ſiccat, detergit, ſubadſtringit, unde una ex præcipuis hepaticis & ſpleneticis eſt, ad febres, icterum, Hydropem, menſium ſuppreſſionem celebratur. Planta quoque eſt vulneraria, laudatur in quibuſvis exulcerationibus internis, hæmoptyſi, ut & externis

externis Ingreditur potiones vulnerarias. Conducit in vulneribus & ulceribus mundificandis & detergendis, in ulceribus manantibus & sinuosis, fistulis & ulceribus cancrosis &c. Laudatur ad exulcerationes oris, crurumque. In gonorrhœa virulenta, fluore albo, imo ipsa Lue venerea ad dolores artuum mitigandos celebratur. Nervos luxatos restituit, & recens vel sicca juxta TRAGUM cum furfuribus triticeis in vino cocta luxationibus medetur. Radix helenii cum herba agrimoniæ decocta in pernionibus confert. Pediluvia ad abigendam lassitudinem, & lixivia Cephalica ad sordes capitis detergendas ingreditur. Cum aceto impastata verrucas tollere dicitur. In pulvere data ad ʒj. &c. in incontinentia urinæ laudatur. Sunt, qui dicunt Agrimoniam pulvinari subjectam dormientem tamdiu somno vinctum detinere, donec removeatur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Agrimoniæ, Odermennig-Waßer / *Eau d'Aigremoine.*

℞. Agrimon. pulv. ʒj. pellicul. Ventric. Gallinac. ʒß. Ciner. erinac. ʒiij. Mſc. f. pulv. doſ. ʒß. vel ʒj. dum cubitum itur in incontinentia Urinæ.

THEA.

Hujus vis in ☉ volatili blando potius quam fixo consistit, quod acida quævis dissolvit & per urinam educit, unde in cruditatibus mali hypochondriaci, podagra, arthritide & nephritide mire conducit, ☊us valde auget & confortat, eosque in continua agitatione conservat, proinde etiam cephalicum audit, & in confortanda memoria, arcendo somno & inducendis vigiliis elegans remedium est. A Chinensibus laudatur in comate tam somnolento quam vigili.

BE-

THEA Japonibus TSIAA, Sinenſibus THE'H dicta, THE'E, Thee/ DU THE'.

De planta hac exotica multi equidem verba fecerunt imo integros tractatus aut ſaltem prolixas deſcriptiones tradiderunt. Non ſolum enim ii qui itinerum rationem ſcriptis reddidere, uti eſt inter alios DAPPER, NEUHOFF, MONTANUS, OLEARIUS, MANDELSLO aliique plures, quique peculiarem Indiæ Chinæ atque Japoniæ tradiderunt deſcriptionem, KIRCHERUS, MAFFEUS, LINSCHOTTUS, &c. ſed & illi, qui ſimplicium rariorum conſignarunt hiſtoriam, ut BONTIUS, WORMIUS, PISO, cum pluribus Thée examen ſiſtunt, imo haud pauci peculiarem de eo concinnarunt tractatum, inter quos eminent SIMON PAULI de Usu & ABUSU TABACI, & THEE: AUTHOR GALLICUS LIBELLI de POTU CAFFE' THEE' & CHOCOLATA, PECHLINUS, imprimis vero WILHELMUS TEN RHYNE, αὐλόπτης, cujus obſervationes legere eſt apud BREYNIUM in APPENDICE ad EXOTICARUM PLANTARUM CENTURIAS. Nullus autem magis videtur rem melius examinaſſe, quam modo dicti TEN RHYNE ſucceſſor, ENGELBERTUS KÆMPFERUS in faſciculo 3. amoen. exotic. obſerv. 13. qui ea, quæ anteceſſor annotare per cauſas non potuit, optime maximeque curioſe, conſarcinavit. Hinc non omnimodo rem ingratam fore autumamus, ſi in compendio ejus deductionem exhibeamus.

THEA ultra orgyiæ altitudinem tardo incremento fruticans, foliis veſtitur carnoſis breviſſimis ſurculos perenni, niſi decerpantur, vigore, inordinate ſingulatim occupantibus, foliis Ceraſi hortenſis fructu acido, ſubſtantia figura colore & magnitudine paribus; utut recens nata, qualia pro interno uſu carpuntur, magis fortaſſe folia Evonymi vulgaris granis rubentibus excepto colore, referant. Flores autumno ſinguli geminive ex foliorum axillis prodeunt, roſæ ſylveſtris facie, remiſſe fragrantes, albi, hexapetali, petalis rotundis concavis cum numeroſis ſtaminibus; fructus florem numeroſus excipit monococcus bicoccus & utplurimum tricoccus, concretus ex tribus globoſis capitulis pruni ſylveſtris magnitudine nucula fere globoſa fœtis Fructuum autem atque florum nullus eſt uſus, De folio deinde ſequentia proponit. Pediculo pingui perbrevi herbaceo inſiſtit folium ex membranaceo carnoſum,

ſum, longitudine maxima geminæ unciæ, latitudine pollicari vel minori, figuram obtinens ex anguſtiori principio languide arcuatam mucrone obtuſo; ſæpe etiam ovatam in longitudinem repandam & inordinate undulatam medio depreſſo ambitu aliquantillum reflexo. Facies utraque lævis eſt, & ex depreſſis nervulis lacunoſa, ſaturo & ingrato virore micans, in dorſo magis diluto, ora denticulis nonnihil repandis, duriuſculis, obtuſis denſe & inæqualiter eſt crenata. Odorem recens habet nullum, ſaporem ex ſylveſtri ſubamarum, adſtringentem, ſine tetricitate. Folium ratione ſoli natalis, ſitus, ætatis, haud parum in ſubſtantia magnitudine & figura variat, unde ex novellis foliis, qualia in Europam toſta perferuntur, perfectorum forma perperam judicatur. Foliis maligna quædam vis & inimica cerebro qualitas ineſt, quæ ſpiritus animales turbando mentem inebriat, & tremulum inducit nervorum motum: quæ vero aſſidue frigendo egregie corrigitur, ita ut eliminata narcoſi blanda remaneat animales ſpiritus refocillandi efficacia.

Folia autem hæc, quæ ex frutice juniori quam trienni, quæ tum & præſtantiſſima & ſatis copioſa exhibet, non colligenda, nec carptim rapienda, ſed ſigillatim capienda ſunt & quidem non eodem tempore, nec una vice, ſed utplurimum diverſis. Qui tertium colligunt, illi auſpicium tentant circa finem menſis Japonum primi, qui exorditur cum novilunio illo, quod æquinoctio verno eſt propius, ſive id in Februarii exitum ſive Martii initium inciderit. At hic menſis folia pauca tantum ſuppeditat, eaque perquam tenella, & nondum integre explicata, duorum aut trium dierum; quæ vero nobiliſſima ſunt omnium & ob pretioſam raritatem palatiis principum ac divitibus dicanda, unde Thea Cæſarea nec non flos Theæ appellari ſuevit. Ex hoc cenſu eſt THEA Buu Sinenſium, vera illa atque optima, quæ & ſub ipſo cœlo patrio bene cara eſt. Secunda collectio, (quæ prima eſt aliis) menſe ſecundo inſtituitur, id eſt circa Martii finem vel Aprilis initium, hac folia integre explicata una ſi placet cum ſemiexplicatis decerpuntur, ante præparationem ſecundum bonitatem & magnitudinem in claſſes ſeligenda. Ex his, quæ nondum explicata ſunt bonitatem prædictorum quodammodo aſſequuntur, unde eodem nomine veniunt, à cæteris ob præſtantiam ſeparanda. Poſtrema atque omnium uberrima collectio (aliis altera) fit menſe Japonum tertio;

tio, quo explicata folia multitudine luxuriant. Sunt qui neglectis prioribus unica hujus menſis collectione omnem Theæ claudunt abſolvuntque meſſem, cum ſedula disjunctione foliorum in diverſas primæ, ſecundæ & tertiæ bonitatis claſſes, quarum ultima exhibet folia bimeſtria & rigidiora pro uſu plebejorum.

Triplex foliorum jam eſt diſtinctio. Prima eſt foliorum tenerrimæ ætatis, quæ præparata vulgo vocantur MOLENDA THEA, quia molendo in pollinem redigitur cum aqua fervente ſorbillanda. Huic Theæ reſpondet Sinenſium quod dixi THE'H BUU. Secunda eſt adultiorum THEA SINENSIS dicta, quod Sinenſium more præparata ſit. Hæc in Japonia dividitur à tractatoribus & Theæ venditoribus utplurimum in quatuor claſſes bonitate & pretio differentes. Prima eſt foliorum recens natorum, quorum collectio ſaltem ineunte vere celebratur, dum ſinguli novelli ſurculi non amplius duo vel tria folia ſive integre, ſive minus explicata ferebant. Secunda eſt paulo adultorum quolibet menſe collectorum. Tertia claſſis folia nonnihil craſſiora exhibet. Quarta eſt foliorum, quæ promiſcue & ſine diſcretione collecta ſunt. Tertia diſtinctio Theæ foliorum ultimæ collectionis farraginem exhibet nimirum rigidiorum ad præparationem Sinicam (id eſt ad criſpandum) ineptorum; unde utcunque ſaltem præparata uſui villicorum & numeroſæ plebis dicata ſunt. Vires hæc obtinere dicuntur maxime fixas, quæ nec longiori aëris contactu, nec coctione pereant, ſecus ac Thea priorum ordinum, cujus admodum volatilis quanquam ſubtilior nobiliorque virtus, nec foliorum in aëre expoſitionem nec coctionem patitur ſine inſigni diſpendio.

Præparatio in eo conſiſtit, ut folia recens decerpta torreantur ſupra laminam ferream, toſta vero dum fervent, volvantur volis manuum ſupra ſtoream, donec criſpa reddantur. Torrendo enim non modo folia exſiccantur, verum etiam caſtrantur maligna ſua & inimica cerebro qualitate, ut in uſum humanum mitigentur, rotatione vero rediguntur in compendium ſive molem parvam, qua commode aſſervari poſſunt. Perficitur opus in Officinis urbium publicis eam in rem adornatis, ut quiſque folia ſua iis inferre torrenda poſſit, ſiquidem paucioribus œconomis rite præparandi vel notitia vel apparatus inſtrumentorum ſuppetit. Inſtruuntur Officinæ furnis, quorum ſummitates claudit ſartago ferrea ampla, plana,

na, quadrata vel rotunda, prælonga itidem tabula, ſtoreis ex ſubtili junco tectis, in quibus foliorum rotatio celebratur, & denique ipſis operatoribus tum exuſtionem dirigentibus, tum volutationis negotium perficientibus. Torreri debent folia recentiſſima, quia ſervata in diem ſequentem nigreſcunt, dum friguntur, & de virtute plurimum remittunt. Carpta in cumulo jacere diu non debent, ne inteſtinum calorem concipiant, qui vires deſtruit.

Ipſa præparatio ſic peragitur. Immittit, qui toſtionem dirigit, foliorum libras aliquot in prædictam ſartaginem, quæ ex ſuppoſito igne uſque adeo fervere debet, ut immiſſa folia velut ſucco nativo humentia ad laminæ contactum crepent. Eadem ille huc atque illuc utraque manu verſat ſtrenuè, ne aliquo loco immota quieſcant & impariter torreantur. Nota morem obtinere in Sina potiſſimum, ut folia primæ collectionis ante uſtionem bullienti aquæ immergantur per dimidium temporis minutum, quo facultas narcotica, qua maxime ſcatent folia magis ſuccoſa recens nata, duplici correctione eliciatur. Ignis in furno ad illum gradum moderari debet, ut à manibus tractantis ægre perferri poſſit; verſatio autem eo uſque eſt continuanda, dum invaleſcens foliorum calor tolerantiam manuum pene excedat, quo ipſo actutum ope rutabili lignei in flabelli formam expanſi eximuntur, ac in ſtoream effuſa traduntur collegio rotantium. Ex his illico, dum fervent, volvendis, raptim quiſque modicam ante ſe capit partem. Volvuntur autem utraque palma, non quidem motu promiſcuo ſed uniformi, quo eodem tenore pariter contorqueantur. Hac volutatione compreſſa ſuccum exerunt ex luteo virentem, qui fervorem manibus infert pene intolerabilem; ſed quo non obſtante volutatio continuanda eſt, donec folia refrixerint. Nam ſicut criſpandi actus non ſuccedit niſi in fervore, ita gyri non perdurant, niſi ſub manibus refrigeſcant. Refrigeratio autem quo citior eo laudabilior eſt, cum ſic gyros folia arctius retineant, quæ proinde ſedula ventilatione ope flabelli promoveri debet: Frigefacta reddunt uſtori velut directori operis (interea occupato in aſſandis aliis, quæ criſpanda reſtituat) frigenda viciſſim, dum omnis humor exſpiraverit. Hic ea ſecus ac antea non tumultuarie, ſed lenta manu huc illuc commovet, eo conſilio ne gyri evolvantur, quamvis caveri nulla arte poſſit, ne multa rurſum dehiſcant. Exempta

ex

sartagine secundo traduntur in manus volutantium priori modo caute rotanda, tum si satis exsiccata sint, asservanda; sin minus, ustioni ac rotationi denuo subjicienda: in iterandis ustionibus cautio est, ut subinde cum decremento humoris gradus quoque ignis imminuatur, quo insuper habito folia aduruntur & nigrescunt. Qui curiosi sunt, quinquies, imo si otium suppetit, septies ustionem cum volutatione iterant, breviter semper & leniori igne theam in frixorio versantes, ut sensim & lentis gradibus arescat, quo ipso viror vividus & unicolor ex voto conservatur, qui citiore nimia & inæquali ustione facessit. Ad virorem conservandum requiritur etiam ut post singulas ustiones sartago aqua fervente repurgetur ab inquinamentis humorum, qui foliis eliciti adhærere parietibus & theam immissam contaminare solent. Tosta sufficienter folia deponuntur in pavimentum storea contectum, ut sicuti ante præparationem cruda folia in classes dividebantur, ita nunc à præparatione recondenda censuram subeant, qua crassiora incondite volutata & nimis adusta separantur & ad sequiorem referuntur classem. Folia Theæ primi ordinis Theæ molendæ ad ariditatem majorem assari debent, ut molitori obediant, & in pollinem minori opera se redigi patiantur. Eadem si perquam tenerrima ac recentissimè nata sint, tunc extracta è ferventi, cui immergebantur, aqua, frigi vel saltem exsiccari solent in crassiori charta, super prunas expansa, omissa ob parvitatem omni volutatione. Rustici folia sua torrent in lebete fictili paucis vicibus & rudi manu, nec tamen sic postremæ notæ Theam obtinent. Thea mensibus aliquot asservata securitatis gratia conditoriis suis rursus eximenda & de novo igne leniſſimo frigenda est, ut si quæ humiditas relicta, vel per menses pluviosos contracta fuerit, penitus absumatur, ita citra corruptionis periculum denuo recondenda, & ab aëre caute munienda, quippe qui sub calidiori climate, virtutem Theæ subtiliorem magis faciliusque dissipat. Hinc etiam credendum quod in Europam delata jam subtilissimi salis passa sit jactura, nam in ea nec illa saporis gratia, nec recreandi facilitas invenitur, quam hausta in natali solo. Sina conditoriis utitur ex laminis stanni ignobilioris, in quibus etiam trans mare in alias regiones transmittitur Thea. Japones eam condiunt in ollis magnis fictilibus

orificii anguſtioris, & ſi præſtantior ſit in vaſis myrrhinis ſive porcelanis.

Servit Thea interno uſui duplici præparatione. Prima eſt Sinenſibus uſitata quæ fit infuſione, dum integris foliis ſuperfundimus aquam ferventem, quæ foliorum virtute imbuta protinus ſorbilletur. Hic modus ex Sina in occidentem translatus jam lippis & tonſoribus innotuit. Altera eſt quæ fit attritu; quomodo folia cum mola manuali ex lapide ſerpentino fabricata in ſubtiliſſimum pulverem pridie vel eodem die religuntur, ut aquæ ferventi mixta pulpæ ad inſtar tenuioris pitiſſando pariter hauriatur. Uſus hujus inter divites Magnates & Principes per ſolam & pene omnem Japoniam obtinet. Tertia eſt, quæ fit coctione, quæ à civium & ruſticorum vulgo recepta eſt.

Ratione virtutis qua Thea pollet dictum quod inebriandi & & ſpiritus animales turbandi facultate polleat, quæ uſtione expelli debeat; non poteſt autem ita ſufficienter debellari, ne remaneat quædam cerebro inimica qualitas, ſed quæ ſua miteſcit ſponte, videlicet mora decem pluriumve menſium. His elapſis tantum abeſt, ut ſpiritus turbet, ut potius blande excitet & eorum organa demulceat adeoque exhilarandi præſtet efficaciam. Intra annum ſorbillata delicatiſſima ſapit quidem ſed turbat copioſe aſſumpta mentem, & tremorem inducit articulis. Optima delicatiſſima & maxime exhilarans eſt, quæ unius anni ætatem habet, recentiorem Japonum nemo bibit, niſi mitigatam admixta æquali portione Theæ vetuſtioris. Virtutes paucis comprehenduntur, ſi quis dicat, Theæ liquorem obſtructiones viſcerum reſerare, defæcare ſanguinem, præſertim vero eluere tartaream calculi materiem. Vitia Theæ à Japonenſibus dicuntur ſequentia.

Omnis Theæ potus ſupprimit Medicamentorum efficaciam. In Colica endemia nocet & maxime vitandus eſt. Recentioris Theæ potus, uti in genere totam cerebri compagem turbat & offendit, ita certo experimento quam maxime nocet ophthalmia laborantibus. Theæ potum qui toto die biberet fortiter extractum, eum vitæ ſuæ, quæ in calido humidoque reſidet, radicale fomentum deſtruere aſſerunt Medici Sinenſes. Hæc ex KÆMPFFERO paulo prolixius excerpta nauſeam minime motura ſperamus, quoniam plurima jucunda & curioſa continent, inſuper à tali viro prolata ſunt, qui

Orien-

Orientales regiones imprimis etiam Japoniam, cui biennio, ſicut toti Aſiæ decennio immoratus fuit, nequaquam otioſus ſed ſedulus rerum præprimis naturalium ſcrutator inviſit. Qui præter allegata aliis narrationibus delectatur is ſupra citatos adeat auctores alioſque inprimis vero celeberrimi Lycei hujus Profeſſoris Medici Dn. Marci Mappi diſſertationem de Potu Thée. Illud unicum notare adhuc liceat, abuſum Thee in cauſa extitiſſe, ut ab aliis maxime fuerit culpata, ſicuti quoque alii in tradendis ejus laudibus hyperbolice nimis verſantur & multum excedunt.

BETONICA.

Ob ſubtilem ſuam acrimoniam in qua paucum alcali latet, diureticum & vulnerarium eſt, præcipue in vulneribus & affectibus capitis. Poterius decoctum herniariæ cum betonica in calculo renum & veſicæ commendat, alii laudant decoctum betonicæ ad ſiſtendum fluxum lochiorum poſt partum. Chirurgi addunt cataplaſmatibus ſuis cephalicis.

℞. Fol. beton. Mj. ſummit. abſynth. Mß. cubeb. ʒj. M. & cum vino fiat catapl. cephalicum. Eligenda ſunt folia recentia.

CHA-

βετονικὴ BETONICA', VETONICA à Vetonibus ſeu Vectonibus Hiſpaniæ populis, qui eam inveniſſe dicuntur. ψυχότροφον, PSYCHOTROPHON quod in frigidis locis naſcatur. κέστρον CESTRUM, à floris ſpicata & mucronata acutie veruculum viriculum præferente juxta J. BAUHINUM, vel ut alii volunt à virtute Medicamentoſa. Veteribus SACRA HORO, HORUS VEGETABILIS, NATURÆ PARENS dicebatur Betonien / Braune Betonien / Battenien / Zehr-Krauth / BETOINE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum, imbricatum & plerumque bifidum, inferius vero in tres partes diviſum, media ampliori & bifida. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina oblonga in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum eſt flores Betonicæ verticillatim & ſpicatim ſummis caulibus innaſci.

Betonica purpurea C. B. P. 235. Betonica vulgaris purpurea I. B. 3. 301. Betonica Dod. Pempt. 49.

Creſcit in pratis & herbidis montium, ut & in hortis, locis umbroſis, floret Junio & Julio.

In uſu folia & flores. Polychreſta multiſque virtutibus prædita eſt Betonica, ut Itali in proverbio dicant, tunicam ſeu veſtem eſſe vendendam, ut comparari poſſit Betonica, & de homine ſumme virtuoſo, ipſum plures quam Betonicam poſſidere virtutes pronuncient.

Diſcutit, aperit, attenuat, extergit maximarum virium eſt ad Capitis, pectoris atque pulmonum, Hepatis, Lienis & Uteri affectus. Arthritidi & podagræ medetur. Epilepſiæ, vertigini, Apoplexiæ convulſionibus & omnibus affectibus capitis ſic dictis frigidis auxilio eſt. Crapulæ moleſtias levat, à SIM. PAULI ſubſtituitur Herbæ Thée, ſuntque multi qui Betonicam infuſam in aqua fervente hauriunt. Phthiſicis, Tabidis & Hæmoptyicis prodeſt. Venenis adverſatur, reſiſtitque morſibus animalium rabidorum. Ab alto delapſis prodeſt. In ſtomachi quoque affectibus multæ ſunt energiæ folia & flores, radices autem ingratæ ſunt & vomitum movent. Tormina quoque colica ſedant. Laudatur præterea Betonica in febribus ut & in ſterilitate. Convenit externe in doloribus podagricis, quos mitigat cum lacte cocta. Conducit laſſis ex itinere: Commendatur in herniis præſertim puerorum. Contuſa vulnera mire glutinat, & ulcera inveterata & cacoëthea ſanat. Succus Betonicæ tinnitum aurium ſedat. Naribus radix Betonicæ indita odontalgiam curat quem effectum quoque præſtat decoctum cum vino ſæpius in ore detentum.

IN PHARMACOPOLIIS EXTANT

Aqua Betonicæ, Betonien-Waßer / *Eau de Betoine*, quæ potiones

tiones vulnerarias, cephalicas, ſtomachicas, hepaticas, diureticas, pectorales & uterinas ingreditur.

Conſerva Betonicæ ex floribus, Betonienblüth-Zucker / *Conſerve de Betoine*, quæ cephalica imprimis cenſetur.

Syrupus Betonicæ, Betonien-Syrup / *Syrop de Betoine*. Capiti dicatus eſt.

Emplaſtrum de Betonica, ſive *Ceratum ex Betonica*, Betonien-Pflaſter / *Emplaſtre de Betoine*. Ad exſiccandos varios humores Cerebri, Cephalæam, Cephalalgiam, Catarrhos alioſque Capitis affectus conducere dicitur, in vulneribus præſertim capitis adhibetur, ubi detergit & ad cicatricem perducit.

CHAMÆDRYS.

Convenit cum chamæpiti aſt ſiccior eſt & validior in acidis infrigendis, ideo à nonnullis in quartana & menſium remora laudatur.

℞. Chamædr. ʒj. f. pul. ad quartan.

℞ Chamædr. Chamæp. ana Mj rad. ariſtol. eryng. ana ʒj. M. f. decoct. in remora menſium.

RI-

Χαμάιδρυς quaſi quercus humilis, ob foliorum quandam ſimilitudinem, TRIXAGO TRISSAGO, QUERCULA MINOR, CALAMANDRINA, Erdeich / Gamanderlein / Germanderlein / Bathengel / klein Bathengel / GERMANDRE'E.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus ſtamina labii ſuperioris locum occupant. Labium vero inferius in quinque partes diviſum eſt media ampliori cochlearis inſtar excavata & quandoque bifida, cæteris in floris cervice è regione poſitis. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum eſt flores Chamædryos in foliorum alis naſci & calyce donari tubulato.

Chamædrys major repens C. B. Pin. 248. & Dod. Pempt. 43. Chamædrys vulgo vera existimata I. B. 3. 288. &

Chamædrys minor repens C. B. Pin. 248. Chamædrys repens minor Dod. Pempt. 42.

Reperitur Chamædrys in collibus, pratis, scrobibus & secus fruteta. Colitur etiam in hortis, floret Julio.

Aperit, penetrat, hepatica est planta & splenetica, urinam & sudorem movet, convenit in hydrope & ictero, commendatur in febribus & scorbuto, in mictu cruento, & hæmoptysi ut & in epilepsia. In morbis quoque pectoris, asthmate & tussi prodest. Caput & nervos roborat, lumbricos necat. In arthritide & podagra multum laudatur, eumque in finem à Medicis Genuensibus Carolo quinto fuit commendata. Externe laudatur in doloribus hæmorrhoidum, scabie pruritu catarrhisque exsiccandis. Ingreditur Theriacam, usurpatur instar herbæ Thée.

IN PHARMACOPOLIIS EXTANT

Aqua Chamædryos, Gamanderlein oder Bathengel-Waßer / *Eau de Germandrée* ou *petit Chêne*. Asthmaticis & tussientibus prodest, vermes necat, icterum & hernias curat, sanguinem mundificat, deobstruit, fœtum pellit, convenit in fluore albo & Chlorosi.

Conserva Chamædryos, Gamanderlein-Zucker / *Conserve de Germandrée*, diuretica est atque diaphoretica, spleni insuper ac Hepati dicata.

Sunt qui extractum quoque exinde parant, quod in quartana præsertim à RIVERIO laudatur.

℞. Radic. Centaur. major. Arist. rotund. Gentian. fol. Chamædr. Chamæpyt. Centaur. minor. ana partes æquales Mſc. fiat pulvis subtilis, qui notante TOURNEFORTIO Principi cuidam Mirandolæ familiaris fuit. Conducit contra Arthritidem malum ischiadicum & podagram. Exhibetur vel in substantia, quod melius, vel in infuso. Dosis drachma una. Jubent autem ut per integrum annum usurpetur, vel quotidie vel alternis saltem diebus, aut saltem singulis septimanis bis vel ter. Prodest quoque hic pulvis in febribus intermittentibus hydrope & obstructionibus viscerum.

RIBE-

RIBESIUM.

Urinam potenter movet, propterea in ſtranguria & variis morbis chronicis commendatur. Datur infuſum ex vino & cereviſia it. decoctum: plurima vis conſiſtit in novellis foliorum germinibus.

PLAN-

RIBES VULGARIS, GROSSULARIA HORTENSIS NON SPINOSA, St. Johannes-Träublein-Stauden / St. Johannes-Beerbaum / GROSEILER.

Eſt frutex flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, in inciſuris calycis monophylli & pelviformis naſcentibus. Hujus autem poſterior pars abit in baccam globoſam, vel ovatam, mollem, ſeminibus fœtam exiguis.

Groſſularia multiplici acinſo, ſive non ſpinoſa hortenſis rubra ſive Ribes Officinarum C. B. Pin. 455. Ribes vulgaris acidus ruber I. B. 2. 97. Ribeſium fructu rubro Dod. Pempt. 749. Rothe Johannes-Träubel / GROSSELIER ROUGE DE JARDIN.

Groſſularia hortenſis, majore fructu rubro C. B. Pin. 455. Ribes flore rubente I. B. 2. 98. Ribeſii genus amplioribus foliis & majore fructu Cluſ. Hiſt. 119.

Groſſularia hortenſis fructu margaritis ſimili C. B. Pin. 455. Ribes vulgaris acidus, albas baccas ferens I. B. 2. 98. Ribes vulgaris albo fructu Cluſ. Hiſt. 120. Weiße Johannes-Träubel / GROSSELIER BLANC DE JARDIN.

Groſſularia hortenſis, majore fructu albo H. R. Par.

Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro majore C. B. Pin. 455. Ribes nigrum vulgo dictum folio olente I. B. 2. 98. Ribeſium fructu nigro Dod. Pempt. 749. Schwartze Johannes-Träubel.

Quamvis ſponte etiam in quibusdam montibus proveniat hic frutex, utplurimum tamen colitur in hortis, floret Aprili & Majo, baccæ circa ſolſtitium æſtivum matureſcunt.

In

In uſu præter Germina novella, quæ rarius uſurpantur, ſunt baccæ. Fervorem ut SEBIZIUS loquitur, ſtomachi & hepatis ſeu potius ſanguinis alterant, & efferveſcentiam domant, ſitim fugant, cibi faſtidium pellunt vomitiones compeſcunt, ventriculum firmant, ventris profluvia ſiſtunt, acrimoniam bilis frænant, putredini reſiſtunt. Utiles propterea cæliacis, dyſentericis, cholera laborantibus ſiticuloſis, febricitantibus, hæmoptoicis & affectibus, ut ita loquar, calidis loborantibus.

Ribeſia nigra præſertim ad affectus urinarios commendantur. Infunduntur in Spiritu Vini, vel vino, & quotidie ad calculum expellendum & præſervandum aliquid hauritur. Sunt qui ſola hujus fruticis nigras baccas ferentis folia contrita & naribus admota ſtranguriam ut & paſſionem Hyſtericam demulcere aſſerunt; quibus foliis adſcribitur quoque virtus diuretica & lithontriptica. Laudantur porro hi fructus ad arthritidem vagam, convulſiones paralyſin atque pareſin.

Fructus tum rubicundi tum albi comeduntur crudi, vel etiam conſperguntur ſaccharo à pediculis imprimis liberati.

IN OFFICINIS PROSTANT

Conditum Ribium, eingelegte Johannis-Träublein / *Condit de Groſeilles*, gratum in morbis conſtituunt confortans.

Succus Ribium, roher Johannisträubel-Safft / *Suc de Groſeilles*, ex quo cum Saccharo elegans paratur

Gelatina Ribium, Johannesträubel-Gelrey / *Gelée de Groſeilles.*

Rob ribium, Johannestrauben-Safft / *Rob* ou *Syrop de Groſeilles.* Confortant hæc remedia, ſitim ſedant, refrigerant & adſtringunt. Commendantur in febribus.

PLANTÆ SALE BLANDO FIXO CUM QUIBUSDAM TERREIS CONSTANTES.

VERONICA.

Ob ♎ia temperata diureticum eſt & vulnerarium, cha-

mædri

mædri reſpondet: cæterum incidit viſcidam pituitam pulmonibus, inteſtinis & renibus impactam; confert in phthiſi, tuſſi, colica, nephritide.

℞. Heder. terr. veronic. ana M̃j. coq. in ▽ ex qua cape myrrh. ℈ß. contra colicam.

HEDE-

VERONICA, BETONICA ALBA, TEUCRIUM, THÉE EUROPÆORUM, Ehrenpreiß à virtutibus, Heyl aller Welt/ Heyl aller Schäden/ Grund-Heyl/ VERONIQUE.

Eſt planta flore monopetalo rotato & multifido, ex cujus calyce ſurgit piſtillum mediæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod abit in fructum membranaceum, in duo loculamenta diviſum ſeminibus fœtum modo craſſioribus modo exiguis.

Veronica mas ſupina & vulgatiſſima C. B Pin. 246. Veronica vulgatior folio rotundiore I. B. 3. 282. Veronica mas ſerpens Dod. Pempt. 40.

Naſcitur, ut J. BAUHINUS loquitur, incultis & ſylveſtribus locis, apricis, ſabuloſis ac arenoſis non raro juxta tumulos, ac aggeres agrorum, ſepimenta, quandoque & ſaxoſis reperitur. Floret Majo & Junio.

Vires Veronicæ tot tantæque eſſe dicuntur ut vix ſatis commendari poſſit. Sanguinem mundificat, alexipharmaca & ſudorifera, cephalica atque carminativa eſt. Laudatur contra peſtem & venena, valet ad icterum. Prodeſt in cruditate primarum viarum, malo hypochondriaco, ſcorbuto, ſcabie, calculo mictu cruento, aſthmate, empyemate, hectica & omnibus viſcerum obſtructionibus ac exulcerationibus nondum inveteratis, ipſiſque febribus intermittentibus. Prodeſt quoque ad Rachitidem, & varia renum mala. Externe in vulneribus & ulceribus aphthis atque ulceribus faucium deprædicatur. Pulvis Veronicæ in ſubjectis pinguioribus ad fœcunditatem facere dicitur. Quidam decoctum vel infuſum Veronicæ præſertim ante tempus florendi collectæ infuſo Thée nimis adſtringenti vel præferunt, vel ſaltem æquiparant quibus tamen celebr. NEBELIUS in diſſert. de PLANT. ÆSTIV. non aſſentitur, quo-

niam vel ſolus Theæ violatus odor de puriore illius Sale volatili oleoſo, quo Veronica deſtituitur, ſatis teſtatur. Ejuſmodi jam cum aqua factum infuſum Veronicæ, ad ſanguinem mundificandum & edulcorandum, obſtructiones reſerandas, catarrhos exſiccandos, dolores capitis tollendos, memoriam & viſum confortandum, ebrietatem arcendam & abigendam, vertiginem & apoplexiam, arthritidem mitigandam ſterilitatemque curandam, & neſcio ad quos alios affectus mirum quantum celebratur. Conferri hac de re poteſt JOH. FRANCI Tract. de VERONICA THEEZANS, FRID. HOFFMANNUS in diſſert. DE INFUSI VERON. EFFICACIA PRÆFERENDA HERBÆ THE'E: & TRACTATUS GERMANICUS, die Preißwürdige Veronica.

IN OFFICINIS ADSUNT

Aqua Veronicæ, deſtillata ex herba cum florere incipit, Ehrenpreiß-Waſſer/ *Eau de Veronique.*

Conſerva Veronicæ ex ſummitatibus, Ehrenpreiß-Zucker / *Conſerve de Veronique*, phthiſicis præprimis commendatur.

Syrupus de Veronica, Ehrenpreiß-Syrup / *Syrop de Veronique*, pulmonum imprimis vitia corrigit, & renum ſabulum arenulas atque calculos expurgat; Capiti quoque eſt dicatus.

HEDERA TERRESTRIS.

Symbolizat cum veronica eam tamen ob ſalia ſua temperata quibus & nonnulla volatilia ſunt admixta, & ratione virtutis antipthiſicæ ſuperat.

℞. Heder. terr. q. v. coq. c. ▽ ℞. Colatur. ℥viij. add. ♌ laurin. ℥j. Clyſter ad colicam.

℞. Heder. terr. q. v. infund. in ſ. q. ▽æ pro pot. ordin. in calculo & nephritide.

℞. Conſerv. heder. terr. roſar. ana ℥j. flor. ♃is. antihect. Pot. Oc. ♋. ana ʒj. f. Elect. contra phthiſin

℞. Heder. terr. chærefol. veron. ana M. j. helen. ir. flor. ana

ana ʒß. rad. ari. ʒj. caricar. n. v. paſſul. min. ʒiß. liquirit. ʒß. f. decoct. ex ▽ in tuſſi & phthiſi ad incidendam mucaginem pulmonum.

PIM.

HEDERA HUMILIS, Χαμαικίσσος, CHAMÆCISSUS ob folia hederæ ſimilia & reptatum. CORONA TERRÆ, Gundelreb / Grundreb / Donnerreb / Gundermann / Erd-Epheu / Erdkräntzlein / TERRETRE, LIERRE TERRESTRE.

Eſt ſpecies Calaminthæ, videlicet

Calamintha humilior folio rotundiore Tourn. I. R. H. cl. 4. S. 3. g. 4. Hedera terreſtris vulgaris C. B. Pin. 306. Chamæcyſſus ſive Hedera Terreſtris I. B. 3. app. 839. Hedera Terreſtris Dod. Pempt. 394.

Creſcit paſſim circa ſepes, parietes & muros urbium atque hortorum margines, floret Aprili, Majo &c.

In uſum venit herba cum floribus. Acidum abſorbet, putredini reſiſtit, vulnera & ulcera abſtergit, ſanationemque promovet in ulceribus & eroſionibus internis, in ſputo & mictu cruento polychreſtum eſt remedium. Vulnerarium eſt medicamen inſigne, recipitur in potiones. Pectori peculiariter eſt deſtinatum ita ut a quibuſdam Panacæa pectoris ſalutetur. Laudatur ad nephritidem & podagram, diarrhœam atque dyſenteriam. Peſti obviam ire dicitur & icterum ſanare. Vi quoque anthelmintica gaudet. Externe deprædicatur porro ad Herniam, fiſtulas, ulcera inveterata, ſcrophulas &c. In vino cocta ſurditatem & tinnitum aurium aufert. Semicupiis quoque ad menſes & calculum pellendum additur. Laudatur ad narium fœtorem ut & ad ſcabiem. Succus dolorem dentium tollere, auri lateris dolentis inditus à BAYRIO aſſeritur. Sunt qui dictam herbam in manu tamdiu detentam donec calefiat poſtmodum naribus ſæpius admotam alvum ciere perhibent.

IN PHARMACOPOLIIS REPERIUNTUR

Aqua Hederæ terreſtris, Gundelreb-Waßer / *Eau de Lierre terreſtre*, ex herba, Majo præſertim collecta.

Conſerva hederæ terreſtris, Gundelreb-Zucker / *Conſerve de Lierre terreſtre*,
&
Syrupus Hederæ terreſtris, Gundelreb-Syrup / *Syrop de Lierre terreſtre.* Vires obtinet traumaticas, detergit & conſolidat, commendatur præſertim in affectibus pectoris ulceribuſque pulmonum. Urinam quoque ſudorem & menſes ciet.

PIMPINELLA.

Cum hedera terreſtri, veronica, agrimonia ſimul præſcribitur & in viribus etiam coincidit, ſingulare quid obtinet in dyſenteria, tum quod acidum dyſentericum infringat, tum quod laxatas inteſtinorum fibras blande adſtringat. Sanguinis quoque purgatorium polychreſtum audit.

PIMPINELLA HERBA CUM FLORIBUS ſudores ciet, urinamque movet unde in calculo commendatur. Vulneraria quoque eſt, unde decocta ingreditur. Ejus capitula cum pane pinſuntur & in diarrhœa atque dyſenteria commendantur. In acetariis Pimpinella ſolet ob ſuavitatem & odorem uſurpari. Lætitiam conciliare dicitur, præſertim in vino infuſa, hinc vinorum Majalium perpetuum & principale eſt ingrediens, forſan hilaritas magis à Vino provenit. Interim egregie tingit vinum ſapidumque reddit.

PROSTAT

Aqua ex integra planta Julio collecta quam in ſpecie ad Phthiſin laudant.

EUPHRASIA.

Ob ſalem tenuem blandum acidas ſordes abſtergentem Oculis eorumque inflammationibus dicata eſt. Hoffmann. Clav. in Schrœd. Euphraſiam flore albo decoctam in vino contra icterum flavum utilem deprehendit.

℞. ▽ Euphraſ deſt. cape intro & lava oculos inflammatos & caliginoſos, pro hoc ſcopo cape etiam conſervam.

HYPE-

εὐφροσύνη, quia oculos juvat & delectat, unde corrupte EUPHRASIA, EUFRASIA, EUPHRAGIA, OCULARIS, OCULARIA, OPHTHALMICA, LUMINELLA, Augentroſt/ Augendienſt/ Weißeleuchte/ Tagleuchte. EUPHRAISE, EUFRAISE.

Eſt planta flore monopetalo, anomalo, perſonato, in duo labia diſtincto, quorum ſuperius ſurrectum & multifariam ſectum, inferius vero in tres partes dividitur, quæ ſingulæ quoque bifidæ ſunt. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod abit in fructum ſeu teſtam oblongam in duo loculamenta diviſam, ſeminibuſque fœtam exiguis.

Euphraſia Officinarum C. B. Pin. 233. Euphraſia I. B. 3 432. & Dod. Pempt. 54.

Locis herboſis non omnino aridis ſed non nihil humentibus & pinguibus, aſt cultis & incultis, ut pratis, ſecus agrorum margines, & vias, imo in ipſis viis provenit, floret menſibus æſtivis in autumnum uſque.

In uſum trahitur herba cum floribus. Virtutem obtinet cephalicam in apoplexia memoriaque confortanda, & imprimis ophthalmicam in tanto gradu, ut vix non ad ipſam commendetur cæcitatem, & ad omnes oculorum affectus celebretur. Uſurpatur vel in ſubſtantia præſertim in Tragæis, vel infuſo, in vehiculo aquoſo vel vinoſo. *Vinum* certe *Euphragiatum*, Augentroſt-Wein/ *Vin d'Euphraiſe*, vel per ſimplicem infuſionem in vino generoſo, vel per fermentationem cum muſto paratum, rejuveneſcere quaſi facit, ut quidam loquuntur, omneque oculorum impedimentum viſusque defectionem aufert.

OFFICINÆ EXHIBENT

Aquam Euphraſiæ deſtillatam ex herba cum floribus collecta, Augentroſt-Waſſer/ *Eau d'Eufraiſe*, quæ vix non in omnibus collyriis humidis primatum tenet; &

Conſervam Euphraſiæ, Augentroſt-Zucker / *Conſerve d' Euphraiſe* ad eundem ſcopum.

HYPERICUM.

Hujus virtutes vid. in capite de ſemine hyperici.

℞. Virg. aur. Mj. ſummit. hyper. p. ij. rad. ſympli. ʒß. raſur. corn. cerv. ʒß. coq. ex aq. ferrarior. ℞. Colatur. ʒxvj. add. ſyr. dialth. ʒj. aq. Cinam. ʒß. pro vulnerario, it. in eroſis à dyſenteria inteſtinis.

℞. Summit. hyperic. herb. anagall. fl. purp ana q. v f. decoctum contra melancholiam, delirium, maniam pro potu ordinario.

PLANTÆ SALE AROMATICO OLEOSO PENETRANTISSIMO CUM ACIDO VOLATILI CONSTANTES.

COCHLEARIA.

Reſpondet armoraciæ & cortici Winterano, tamen multo penetrantior eſt & validior ut ejus acredo ubi ſuſpecta videtur temperanda ſit paſſulis, dulcibus aliis, & temperatis, ſcilicet lacte caprillo, ſero lactis. [Optime cochlearia cum acetoſa conjungitur & ſic evadit nobile remedium antiſcorbuticum. vid. Act. Hafnienſ. ann. 1671. obſ. 9. p. m. 35.]

Datur ſubſtantia, ſuccus. conſerv. infuſ. aq. ♑us ♒ Elix.

℞. Rad. helen. armorac. ana ʒj. cochlear. naſturt. ana Mj. paſſul min. ʒvj. f. infuſ. ex vino vel ſero lactis contra ſcorbutum.

℞. Cochlear. Naſturt. armorac. rad. ari, contunde omnia, affund.

affund. ℞-um ſambuci, digere & deſtilla ex balneo f. ℞-us antiſcorbuticus.

℞. Cochlear. Mij. fumar. Mj. cortic. fraxin. ʒvj. baccar. Junip. ℥j. ſummit abſ. Mj. rad. cichor. ℥j. helen. ℥ß. ſtrobil. abiet. n. v. ſine hæc omnia efferveſcere cum cereviſia, & fiat cereviſia medicata contra ſcorbutum.

℞. ℞ cochlear. impone membris ab epilepſia contortis.

MAS-

COCHLEARIA à foliorum forma nomen accepit, HERBA SCORBUTI appellatur a virtute, Löffelkrauth/ Löffelblatt/ Scharbockskrauth/ Scharbockshey/ HERBE AUX CUILLIERS.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum fere globoſum, ſepto intermedio, cui valvæ adhærent, in duo loculamenta diviſum, ſeminibuſque fœtum ſubrotundis.

Cochlearia folio ſubrotundo C. B. Pin. 110. Cochlearia I. B. 2, 942. & Dod. Pempt. 594.

Copioſe provenit in locis maritimis. In hortis quoque colitur & locis riguis & umbroſis felicius, floret primo vere.

In uſum trahuntur præſertim folia viridia & recentia, quia in exſiccatis Sal volatile exhalavit. In ſcorbuto curando primatum ducit, quem in finem ex ſingulari Dei beneficio in regionibus mari finitimis & hinc ſcorbuto magis obnoxiis ſponte creſcit, ut homines ſcilicet habeant, quo vitia à ſcorbuto provenientia, cruentationes ſcilicet gingivarum, vacillationes dentium &c. corrigant. Magni porro uſus eſt cochlearia in morbis chronicis, cachexia, malo hypochondriaco, cæteris paribus, omnibuſque morbis à ſanguinis dyſcraſia viſcida & acida oriundis. Frequenter uſurpatur in juſculis, ita ut vel folia in juſculo fervente abſque ulteriore coctione infundantur, vel ſuccus exinde exprimatur, & cum juſculis hauriatur. Ubi quam maxime notandum, ſuccum qui recens debet eſſe extractus, vel in inſtrumentis lapideis, vitreis aut etiam ſtanneis

neis esse exprimendum. Quod si enim in mortariis æneis contundantur folia, & paulo diutius ibidem relinquantur, succus facillime vim emeticam summo cum assumentium damno acquirit. Id quod etiam contingit, si post exemptionem foliorum contusorum, non eluatur statim mortarium. Quod si enim die insequente rursus contusio novæ cochleariæ fiat, idem effectus rursus conciliatur, approbante dicta experientia. Externe adhibetur in balneis ad paralysin arthritidem & scorbutum, convenit etiam, uti dictum, in cruentatione gingivarum & vacillatione dentium.

PLURA IN OFFICINIS EX HAC PLANTA CUSTODIUNTUR MEDICAMINA.

Aqua cochleariæ, Löffelkrauth-Waßer / *Eau de l'Herbe aux cuillieres.*

Conserva cochleariæ, Löffelkrauth-Zucker / *Conserve de l'Herbe aux cuillieres.*

Extractum Cochleariæ, Löffelkraut Extract / *Extrait de l'Herbe aux cuillieres*, quod tamen multi ob perditas partes volatiles respuunt.

Syrupus cochleariæ, Löffelkraut-Syrup / *Syrop de l'Herbe aux cuillieres*, qui, uti antecedentia remedia in affectibus scorbuticis convenit, obstructiones reserat, urinamque pellit. Datur ad unciam unam usque.

Spiritus Cochleariæ per fermentationem paratus, Löffelkrauth-Spiritus / *Esprit de l'Herbe aux Cuillieres.* Commendatur tanquam insigne remedium antiscorbuticum, vim obtinet diaphoreticam, stomachicam atque carminativam. Exhibetur ad guttas decem viginti triginta &c. Externe convenit in scorbuto oris & gingivarum exulceratione.

NASTURTIUM.

Virtute antiscorbutica remissius est Cochlearia, cæterum potenter pellit urinam & in verme pericardii enecando propriam dicitur habere vim. Datur ut cochlearia.

R.

℞. Nasturt. ▽tic. exprime succum, sine effervescere cum fermento, misce cum novo nasturtio & fac massam, destilla per balneum, cujus cochl. j. vel ij. exhibe in scorbuto.

καρδαμον quasi καρηδαμον, quod caput suo calore & acrimonia tentet vel ἀπὸ τῆς καρδίας, quod cor foveat, & in cardiaca Passione plurimum valeat, vel παρὰ τὸ κόρας μύειν, pupillas coeuntibus palpebris abscondat. Oculis enim admotum καρδαμύττειν, connivere cogit. NASTURTIUM inde dictum, quod nasum torqueat, præsertim semen quod adeo acre ut etiam sternutamenta provocet. CRESSIO dicitur, quoniam perenni sobole summis fervoribus vel etiam brumæ rigoribus spretis crescat. Kreß / Garten-Kreß / CRESSON, CRESSON DE JARDIN.

Est planta flore cruciformi, quatuor petalis constante, ex cujus calyce surgit pistillum, quod abit in fructum subrotundum, planum, in duo loculamenta divisum septo intermedio, respectu valvarum ad perpendiculum oblique posito, & seminibus fœtum utplurimum planis. Adjungantur folia multifida.

Nasturtium hortense vulgatum C. B. Pin. 103. Nasturtium vulgare I. B. 2. 912. Nasturtium hortense Dod. Pempt. 712.

Colitur in hortis, tota etiam hieme viret, vere tamen seritur ad acetaria, quod multo tenerius. Floret æstate. Sanguinem purificat, aperit, attenuat convenit in omnibus morbis à viscoso sanguine oriundis, menses referat, fœtum pellit & in mucilagine tartarea pulmonum prodest.

PLANTÆ SALE VOLATILI ACRI CONSTANTES ABSQUE OLEO VOLATILI.

ERYSIMUM.

Convenit in tussi pro incidenda mucagine, it. in raucedine ex lympha acida viscida in faucibus hærente.

℞. Eryſim. Eruc. ana Mj. coq. in hydrom. contra raucedinem.

Ερύσιμον à multiplici foliorum ſectione, vel ab ἐρύω ſalvum conſervo, ob eximias qualitates. IRIO, quod fervido ſapore in linguam irruat, VERBENA FOEMINA, ERUCA NOBLLIS, SINAPI SYLVESTRE, Weg-Senff/ Hederich/ Wilder-Senff/ à ſapore, VELAR, TORTELLE.

Eſt planta flore cruciformi, quatuor ſcilicet petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum ſeu ſiliquam ſepto intermedio in duo loculamenta diviſam, ſeminibuſque fœtam utplurimum exiguis & rotundis. Addi debet facies quædam Eryſimo propria.

Eryſimum vulgare C. B. Pin. 100. Eryſimum Tragi floſculis luteis juxta muros proveniens I. B. 2. 863. Eryſimum Irio 1. Tab. Icon. 448.

Creſcit juxta vias paſſim in incultis & ſterilioribus, floret Junio, Julio, &c.

In uſu herba & quandoque ſemen, quod non tantum ut herba in pectoris affectibus vociſque vitiis, ſed & in urina, calculoque pellendis atque in gonorrhæa conducit. Externe in tumentibus mammis earum ſcirrho & Cancro non exulcerato laudatur.

OFFICINIS FAMILIARIS EST

Syrupus de Eryſimo Lobelii, Weg-Senff oder Hederich-Syrop. *Syrop de Velar*; attenuat, atque incidit pituitoſos atque viſcoſos humores in pectore, expectorationem promovet, & reſpirationem liberiorem reddit, imprimis commendatur in raucedine. Per ſe datur ad unciam dimidiam ad unciam unam.

PERSICARIA.

Ratione ♁is volatilis penetrantis, aperientis & reſolventis ſumme commendatur in obſtructione hypochondriorum, meſenterii & aliorum viſcerum, & ob nimiam ſuam acrimoniam temperatur paſſulis. ♈

▽ deſt. c. ℔io dulci contra vermes poteſt dari, commendatur etiam contra calculum.

℞. Perſicar. Mj. paſſul. maj. ℥ij. coq. ex ▽ ſ. cereviſ. contra obſtructiones varias.

Vis magnetica quam in curandis ulceribus & vulneribus obtinere dicitur, docente experientia merito explodenda eſt. [Conf. hac de re Helmont. d. Magnet. Vuln. curat. §. 29. p. m. 459. Fonſeca conſult. 37. p. m. 252. & Marc. Marci Phil. Vet. reſtitut. Part. v. Sect. 1. ſubſect. vj. p. m. 495. ſeqq. de magnetiſmo Perſicariæ.]

Externe in tumoribus reſolvendis magni uſus eſt, ut & in ulceribus ſordidis mundificandis, ſuccus cavo dentis inditus dolorem ejus tollit.

℞. ▽ deſt Perſicar. cape cochleatim contra calculum, tempera cum ſyr. d. althæa.

CUS-

PERSICARIA à ſimilitudine foliorum, PULICARIA à vi pulicifuga, Pferſigkrauth / Flöhkraut / Rottich / Raßel. PERSICAIRE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus conſtante, ex calyce multifido ſurgentibus. Piſtillum autem abit in ſemen planum ex ovato acuminatum, in capſula, quæ floris calyx fuit, reconditum.

Ex Perſicariæ ſpeciebus in uſum venit tum acris, tum mitis, tum maculoſa tum non maculoſa.

Perſicaria urens ſeu Hydropiper C. B. Pin. 101. Perſicaria acris ſive Hydropiper I. B. 3. 780. Hydropeperi Dod. Pempt. 607. Scharff oder brennend Flöhkraut / Flöh-Pfeffer / Waßer-Pfeffer / à loco & ſapore, Pfauenkrauth / Pfauenſpiegel / PAVONARIA à maculis, Brennender-Rottich / Mücken-Krauth / CURAGE.

Perſicaria mitis maculoſa C. B. Pin. 101. Perſicaria mitis I. B. 3. 779. Perſicaria ij. Tabern Ic. 857. Gelind Flöhkraut.

Perſicaria mitis non maculoſa C. B. Pin 101.

Creſcunt in locis humidis, paluſtribus, foſſis & ſcrobibus, in locis udis & herbidis ad urbes & pagos. Julio & Auguſto potiſſimum florent.

PERSICARIA præſertim HYDROPIPER analyſi Chymica ſuppeditat multum acidi & olei atque terræ cum pauco ſale volatili concreto, ut teſtatur TOURNEFORTIUS in HIST. PLANT. CIRCA LUTET.

Calefacit perſicaria, incidit, attenuat, aperit atque reſolvit obſtructiones pulmonum, hepatis, Lienis atque meſenteni. In ictero, Hydrope, aſthmate urina ſuppreſſa, ut & in ſcorbuto laudatur. Planta præterea inſignis eſt vulneraria tum interne, tum externe. Tumores veteres, ut SCHWENCKFELDT loquitur, duritieſque veteres diſcutit & ſugillata delet, vulnera & ulcera mirifice purgat. Clavos quoque & verrucas curat. In arthritide vaga ſcorbutica à nonnullis deprædicatur. Juxta DEODATUM alioſque herba dolentibus dentibus maſticata, mox fimo ad putreſcendum ſepulta, dolorem auferre dicitur. Cubiculis inſpergitur ad enecandos pulices. Reperiuntur qui ob ſignaturam in morbo petechiali laudant, ad ſanguinem purificandum & impuritatem expellendam. Curioſum eſt, quod dicitur equos ſucco Perſicariæ inunctos, muſcas non admittere. Carnibus quoque ab inſectis ſervandis circumponitur.

CUSCUTA. EPITHYMUM.

Notæ ſunt plantæ ob vim reſerandi obſtructiones præcipue in ſcorbuto & hydrope, quæ in ☋e volatili acri, mitiori tamen quam in perſicaria & eryſimo conſiſtere videtur, ſpecifice laudatur in viſcoſa bile incidenda. Datur ▽ deſt. ſyr. & infuſ.

℞. Rad. helen. ℥j. raphan. ruſtic. ʒvj. ſummit. cent. min Mj. cortic. Winteran. ʒj. Cuſcut. p. ij. paſſul. min. ℥j. f. infuſ. add. fol. ſenn. ℥j. rad. hell. n. ʒij. contra malum hypochondriacum.

PLAN-

Κασσύτη, κάσσυλα, CASSUTHA, CASSUTA LUPULI, ANGINA & PODAGRA LINI, OROBUS ARBORUM & HERBARUM, quoniam tanquam planta paraſitica ſe circumvolvit plantis, easque quandoque ſtrangulat, Filtzkraut / Seide-Flachs / Seide / Seidenkraut / Hopffen-Seiden / Flachs-Dotter / CUSCUTE.

Eſt planta flore monopetalo veluti campaniformi multifido, ex cujus calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod abit in fructum membranaceum, ſubrotundum, angulatum (poſtica parte perforata incumbente capſulæ, quæ fundum calycis occupat) ſeminibusque fœtum tenuiſſimis.

Cuſcuta major C. B. Pin. 219. Caſſutha ſive Cuſcuta I. B. 3. 266. Caſſitha Tabern. Icon. 901.

Falſum eſt hanc plantam omni plane deſtitui radice, tum demum illa deficit, quando aliis plantis, ex quibus deinde nutrimentum exſugit, jam adhæſit. Prope ſepes inter Lupulos, & Linum, urticam, Hyſſopum &c. haud raro luxuriat, & mole ſua plantis nocet; floret Junio, Julio & Auguſto. In uſum trahitur potiſſimum Cuſcuta Lupulo & Lino adhærens. Vi aperitiva, abſterſiva ac diuretica gaudet, ad affectus hepaticos & Spleneticos, malum Hypochondriacum, melancholiam Hypochondriacam & icterum, imprimis nigrum nec non ad ſcabiem commendatur. Febribus quoque auxiliari dicitur. Sunt qui Cuſcutam in lue Venerea laudant.

Ἐπίθυμον, EPITHYMUM, ſupra Thymum creſcens, CUSCUTA THYMI, CUSCUTA MINOR, CASSUTA MINOR, Thym-Seiden / Stoltz-Kraut / EPITHIM, GALLE OU TEIGNE DE THYM.

Eſt utique ſpecies Cuſcutæ, quæ dicitur Cuſcuta minor Tourn. I. R. H. App. p. 652. Epithymum ſive Cuſcuta minor. C. B. Pin. 219. Epithymum Tabern. Icon. 357.

Æque ac prior cuſcuta radiculis ſuis nititur, cum primum erumpit, mox autem paraſitica facta, cum plantas vicinas arripuerit, circumvolveritque illis deſtituitur. Foliis quoque ſimiliter caret, & totum capillamentis conſtat tenuibus, ſaporis nonnihil acris & ſubadſtringentis, coloris ſubrubentis, quæ alimentum ſugunt ope cotyledonum ſeu tuberculorum aſperorum, quibus arcte cortici exterarum plantarum adhærent.

Epithymum aperit quoque, abſtergit & alvum laxat; in affectibus ſcorbuticis & Hypochondriacis laudatur, item in epilepticis & vertiginoſis præſertim, qui oriuntur per conſenſum ſplenis & Hypochondriorum. Ingreditur nodulos atque infuſa laxantia & purgantia.

PLANTÆ SALIBUS FIXIS SEU AMARIS CONSTANTES CUM PAUCO VOLATILI SALE.

CENTAURIUM MINUS.

Ob intenſam acredinem & amaritiem in qua ☉ fixum latet, potentiſſime deobſtruit, acida deſtruit, unde in obſtructionibus chronicis & febribus intermittentibus primum locum obtinet, aperit quoque ſuppreſſas hæmorrhoides & menſes promovet. Extra ulceribus applicatum ea mundat, additur quoque clyſteribus contra morbos ſoporoſos.

Datur ſubſt. decoct. infuſ. extract. aq. ☉.

℞. Cent. min. ʒß. ☉ propr. ϑß. f. pulv. exhibendus c. aq. propria.

℞. Cent. min. Card. B. ſummit. orig. ana Mß. Croc. or. ϑj. fruct. alkek. ℥j. coq. in aq. ſimpl. ad conſumpt. mediet. ad ℔ij. hoc decocto curatus fuit ſenex quidam febre quotidiana cum anorexia & ictero afflictus.

CAR-

Κενταύριον μικρὸν, CENTAURIUM à Centauro Theſſaliæ Medico, FEL TERRÆ ab amaritudinem, FEBRIFUGA à virtute, Klein tauſend Gülden-Krauth/ ob inſignes dotes, Erd-Gall/ Fieber-Krauth/ PETITE CENTAURÉE.

Eſt planta flore monopetalo, infundibuliformi & multifido, ex cujus

cujus calyce ſurgit piſtillum, quod infimam floris partem perfodit, abitque in fructum cylindraceum pene vel ovatum, in duo loculamenta diviſum, & ſeminibus fœtum utplurimum exiguis.

Centaurium minus C. B. Pin. 278. & Dod. Pempt. 336. Centaurium minus flore purpureo I. B. 3. 353.

Loca amat herboſa & aratro non proſciſſa, aliquantulum ſed tamen non omnino rigua, floret Julio & Auguſto.

In uſu eſt planta foliis ac floribus referta ſeu ſummitates. Abſtergit & reſolvit quasvis ſordes in primis viis ſtagnantes, ſimulque inteſtina ad excretionem ſtimulat. Omnibus vitiis à bile oriundis dicata eſt. Hinc virtutem hepaticam POSTHIUS ſequentibus exprimit verſiculis,

Flos mihi ſuave rubet, ſed ineſt quoque ſuccus amarus,
Qui juvat abſceſſum bilem aperitque jecur.

Convenit in Cachexia & malo Hypochondriaco, ſcorbuto, arthritide, lumbricis & morſu canis rabidi. Laudatur etiam in peſte. Ingreditur Theriacam. Vix vinum medicatum ſtomachicum & anticachecticum paratur, quod non ingrediatur Centaurium minus. Succus Centaurii minoris cum goſſypio pudendis intruſus menſes prolicit. Decoctum laudatur contra pediculos, furfures & tineam. De Centaurio minore ſcripſit LEDELIUS.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua Centaurii minoris, ex integra planta, tauſend Gulden-Kraut-Waſſer/ *Eau de petite Centaurée.*

Conſerva Centaurii minoris, tauſend Gulden-Blumen-Zucker/ *Conſerve de petite Centaurée* in vulgus notiſſima, ad quam in morbis ſtomachi a bile oriundis, ut & febribus intermittentibus frequentiſſime confugiunt.

Extractum Centaurii minoris, tauſend Gulden-Krauth-Extract/ *Extrait de petite Centaurée*, datur uſque ad drachmam & ultra in febribus intermittentibus & obſtructionibus.

Sal Centaurii minoris, tauſend Gulden-Krauth-Saltz/ *Sel de petite Ceutaurée*, quod præ aliis ſalibus per incinerationem paratis nil peculiare obtinet.

CAR-

CARDUUS BENEDICTUS.

Virtute antifebrili respondet centaurio minori, quo tamen paulo mitior est, cæterum sanguinem coagulatum mire dissolvit, & propterea in pleuritide confert. Decoctum observante Ballonio urinam reddit crassam & fœtidam.

Datur subst. decoct. infus. aq. dest. syr. & ℈.

FU-

CARDUUS BENEDICTUS, CARDOBENEDICTUS, CARDUUS SANCTUS, à virtutibus ita dicitur, κνίκος ἅγιος, CNICUS SYLVESTRIS, Cardobenedicten/ gesegnete/ hochgelobte/ gebenedeite Distel/ Spinnen-Distel/ quod lanugine aranearum telis simili capita ejus septa sint, aut aranearum morsibus medeatur. CHARDON BENIT. Ad Cnicum refertur à TOURNEFORTIO.

Est scilicet planta flore flosculoso, plurimis flosculis constante multifidis, embryoni insidentibus & calyce squamoso sed amplioribus foliis capitelli instar circumvallato comprehensis. Embryo autem abit in semen pappis instructum.

Cnicus sylvestris hirsutior sive Carduus Benedictus C. B. P. 378. Carduus benedictus I. B. 3. 75. & Dod. Pempt. 737.

Colitur in hortis, floret Junio & Julio semen autumno matureſcit.

In usum venit herba colligenda dum floret cum semine.

Carduus benedictus, qui gustu amarus est, incidendi, attenuandi, abstergendi, penetrandi expurgandi siccandi & calefaciendi vires obtinet. Menses movet sanguinem mundificat, vi diaphoretica gaudet pus è pectore & pulmonibus educit; in morbo comitiali confert. Lienis & jecoris obstructiones expedit putredini atque vermibus resistit. Ventriculo confert, cibi fastidium discutit, urinam & calculum pellit. Ad capitis dolorem imprimis Cephalæam & clavum valet, venenis resistit & pestilentibus morbis confert. Vertiginem pellit memoriam confortat atque visum.

Contra febres tertianam & quartanam etiam inveteratas de-

prædi-

prædicatur. Cancrum aliaque maligna putrida & Gallica ulcera sanat. Carduus benedictus asserente SCHROEDERO, si sub initium Julii collectus fuerit, vulnera recentia mirabiliter curat, sin alio tempore nunquam id præstabit. Sunt qui teneriora folia in cibum trahunt. Pulvis foliorum & summitatum teneriorum euporiston vulgare est in affectibus ventriculi, appetitu dejecto, febribus aliisque morbis. Sæpissime jungitur cum pulvere corticum aurantiorum Crystallis tartari atque oculis cancrorum aliisque. Dosis est ad 3j. usque.

Radix Carduibenedicti urinam fœtidam reddit, & alarum totiusque corporis graveolentiam corrigit. Conferatur PETRI in peculiari de carduo hoc tractatu.

PROSTANT IN OFFICINIS

Aqua Cardui benedicti ex herba integra, Cardobenedicten-Wasser / *Eau de Chardon Benit.* Vehiculum constituit alexipharmacorum; diaphoresin promovet, in affectibus capitis & pectoris conducit.

Essentia Cardui benedicti, Cardobenedicten-Essentz / *Essence de Chardon benit.* Stomacho præsertim est dicata, datur ad guttas viginti, triginta & ultra.

Sal Cardui benedicti, Cardobenedicten-Saltz / *Sel de Chardon benit*, cum aliis salibus fixis coincidens.

Syrupus Cardui benedicti, Cardobenedicten-Syrup / *Syrop de Chardon benit.* Hunc syrupum plebs & mulierculæ magni faciunt in stomacho vitiato, in cruditatibus & in appetitu prostrato, utuntur quoque eo post contractam iram & ad colicam. Commendant porro illum ad vermes enecandos putredinemque arcendam, & in pleuritide, febribus malignis & pestilentialibus laudant. Dosis à cochleari uno ad duo vel tria.

FUMARIA.

Salibus nonnihil subtilioribus volatilioribus & penetranioribus gaudet quam Centaurium & carduus benedictus, & propterea sanguinis acidam dyscrasiam corrigendo, in mor-

bis chronicis, malo hypochondriaco, ſcorbutō, ſcabie, quartana, ſingularis eſt efficaciæ.

℞. Fumar. rec. Mj. rad. Chin. ʒß. M. f. decoct. contra ſcabiem, ut & malum Hypochondriacum.

℞. Cort. ſaſſafras ʒiß. fumar. rec. Mj. f. infuſ. ex vino ad obſtructionem hypochondriorum.

℞. Succ. cochlear. fumar. ana q. v. M. c. ſero lactis exhibe contra ſcorbutum, tanquam medicamentum temperatius.

℞. Pil. d. fumar. ʒß. ☿ d. ℈ß. cape ad ſcabiem ſcorbuticam, it. ad ſanguinem purificandum.

SCOR-

κάπνος fumus, quia ſuccus oculis inſtillatus fumi inſtar mordeat. Erdrauch/ Tauben-Krauth/ Katzen- und Trauben-Körbel/ Tauben-Kropff/ CEREFOLIUM FELINUM & COLUMBINUM, Grind-Krauth/ Kratz-Heyl/ SOLAMEN SCABIOSORUM, FUMETERRE.

Eſt planta flore polypetalo, anomalo papilionaceo æmulo ex duobus tantum petalis conſtante quaſi bilabiato, labio ſuperiori in caudam abeunte cum inferiori ad pediculum conjuncto. Hæc inter labia velut in palato, cujus os à ligula occupatur piſtillum poſitum eſt vagina obvolutum, quod deinde abit in fructum membranaceum nunc longiorem nunc breviorem, ſemine fœtum ſubrotundo. Adde folia tenuiter diſſecta & cæſia.

Fumaria officinarum & Dioſcoridis flore purpureo C. B. Pin. 143. Fumaria vulgaris I. B. 3. 201. FFumaria Dod. Pempt. 59.

Multis in locis in hortis agris ac ſecus vias ſponte provenit, floret Majo & Junio. In uſu eſt præſertim herba cum floribus

Urinam ciet laxat leniter & ſeroſos humores purgat. In affectibus hydropicis & cachecticis conducit, ut & in morbis Venereis. Vermes quoque necat. In curis vernalibus ſæpius adhibetur, & infuſum cum ſero lactis ſcabie prurientibus conducit. In oculorum affectibus quoque laudatur.

IN

IN OFFICINIS ASSERVANTUR

Aqua Fumariæ, Taubenkropff- oder Erdrauch-Waſſer / *Eau de Fumeterre*, quam in variolis & morbillis aliisque febribus continuis quidam laudant, quidam vituperant, oculis conducit, faciei maculas delet. In olfactu læſo laudatur.

Conſerva Fumariæ, Taubenkropff-Zucker / *Conſerve de fumeterre*,

Syrupus Fumariæ, Taubenkropff-Syrup / *Syrop de fumeterre*, in tranſpiratione promovenda utilis.

Extractum Fumariæ, Taubenkropff-Extract / *Extrait de fumeterre*.

SCORDIUM.

Ob ☉ia penetrantiſſima tam fixa quam volatilia omne peregrinum præcipue ad putredinem inclinans per ſudorem expellit, hunc in finem eſt alexipharmacum, antipeſtilentiale & polychreſtum. In malignis, it. in curando morbo Hungarico, in lumbricis. [Qua occaſione vis putredini reſiſtendi in ſcordio reperta fuerit vid. ap. Galen. de antidotis l. 1. c. 12.]

Dat. ſubſt. decoct. Elect. diaſcordium dictum, ſtimulatur optime camphora, ſed à plebejis allio.

℞. Scord. abſynth. cent. min. ana Mj. Myrrh. ʒj. camph. ʒij. vel iij. affund. ℔ vin. f. infuſum pro lavamento ad curandam gangrænam vel ſphacelum.

℞. Scord. ſummitat. hyperic. ana Mj. f. decoct. pro lumbricis.

℞. Scord. ſummit. hyperic. fol. ſenn. ana ℈j. f. pulv. contra vermes.

℞. Diaſcord. ʒj. camph. gr. iij. ☉ volatil. C. C. ℈ß. M. f. bolus in malignis ad ciendos ſudores.

Σκόρδιον ἀπὸ τῆ σκορόδε ab odore & acrimonia, quod folia contrita allii odorem referant, CHAMÆDRYS PALUSTRIS, Waſſer- oder Lachen-Knoblauch / Waſſer-Bathenig / GERMANDRE'E D'EAU, SCORDIUM, CHAMMARAZ.

Eſt ſpecies Chamædrys, ſcilicet Chamædrys paluſtris caneſcens ſeu Scordium officinarum Tourn. I. R. H. cl. 4. S. 4. g. 1. Scordium C. B. Pin. 247. & Dod. Pempt. 126. & I. B. 3. 292. Creſcit in locis humidis, floret Junio & Julio.

Scordium in affectibus pulmonum imprimis empyemate quoque celebratur, expectorationem promovet & viſceris corruptelam arcet. Vulnera ac ulcera putrida mundificat. Ventriculo porro benefacit, urinam, ſabulum & menſes pellit. Hydropicis quoque ſuccurrit.

IN PHARMACOPOLIIS REPERIUNTUR

Aqua ſcordii deſtillata, Lachenknoblauch-Waſſer / *Eau de ſcordium.*

Syrupus ſcordii, Lachenknoblauch-Syrup / *Syrop de ſcordium*, cui vires alexipharmacæ emmenagogæ & anthelminticæ adſcribuntur.

Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii, ſeu *Diaſcordium* ſimpliciter dictum, anhaltende Gifft-Lattwerg / *Diaſcordium.* Egregium eſt ſudoriferum & alexipharmacum in morbis malignis admodum proficuum, ſudores elicit, motus ſedat, quietem conciliat, vomitum diarrhœam, dyſenteriam omnemque fluxum præternaturalem ſiſtit, ad catarrhos quoque ſiſtendos conducit. Doſis eſt ad ſcrupulum ad Drachmam unam; in fluxibus alvinis commode Rhabarbarum toſtum commiſcetur. Uncia electuarii fere duo grana opii continet.

LUPULUS.

Salem ſuum utrumque tam fixum quam volatilem in quadam quaſi reſina & glutinoſitate incluſum habet, ob quam rationem non tantum craſſa & viſcida incidit & vel per ſudorem vel ver urinam expellit, ſed & blande ad ſomnum componit: in malo hypochondriaco, ſcorbuto, febribus chro-

chronicis, ſcabie aliiſque cutaneis affectibus laudatur. Turiones etiam vim alvum laxandi obtinent.

℞. Capit. lupul. herb fumar. ana Mj. paſſul. min ℥ij. f. decoct. contra malum hypochondriacum, cui in alvi adſtrictione infunde rad. hell. n. rhabarb. ana ʒij.

PLAN-

LUPULUM, à Lupo ſubeo ſe condente, vel à floribus inſtar Lupi noxiis & hominibus temulentiam & gravedinem capitis inducentibus. LUPUS REPTITIUS & HUMULUS, LUPULUS SALICTARIUS, quoniam Salices ſcandit, VITIS SEPTENTRIONALIUM, VOLUBILIS MAGNA. Hopff/ HOUBLON.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſtaminibus calyci inſidentibus conſtante & ſterili; embryones enim iis ſpeciebus Lupuli innaſci ſolent, quæ flore carent, abeuntque in fructum ſquamoſum, ex plurimis foliis compoſitum axi affixis, in quorum alis adſunt ſemina calyptra obvoluta.

Lupulus mas C. B. Pin. 298. & I. B. 2. 151. Lupulus Dod. Pempt. 409. Camer Epit. 933. &

Lupulus fœmina C. B. Pin. 298. I. B. 2. 151. Camer. Epit. 934.

Ubivis ad ſepes, dumeta & margines pratorum humentium luxuriat. Colitur quoque in quibuſdam regionibus, adeoque vel eſt ſativus vel ſylveſtris, floret Auguſto.

TURIONES LUPULI hybernis præſertim menſibus reperiundi, Junger-Hopff / TENDRONS D'HOUBLONS, LUPULI GERMINA TENELLA, gratum præbent edulium, eodem modo parantur ac turiones aſparagi; alvum fluidam reddunt, obſtructiones viſcerum reſerant, detergendo, incidendo attenuandoque urinam pellunt. Quidam turiones hos adhuc comedunt, quando folia expandi incipiunt. Melius autem ſapiunt, ſi folia plane nondum comparent, quo juniores eo meliores. Flores potiſſimum ad cereviſiam, de qua ſub hordeo actum, uſurpantur.

Rarius in uſum Medicum trahuntur. Ob virtutem deobſtipilantem & aperientem commendantur iis qui hepatis, ſplenis alio-

rumque viſcerum obſtructione, ictero hydrope melancholia, quartana, laborant. Menſes quoque & urinam pellunt. Decocti in lacte ad vermes celebrantur. Imprimis autem deprædicantur in ſcabie aliisque vitiis cutaneis. Externe medentur contuſis & luxatis.

PLANTÆ PURGANTES.

SENNA.

Blandum, polychreſtum & catholicum, humores quoſvis movens, per alvum blande educens, jungitur variis ſpecificis, morbo cuique appropriatis, vis potior in ⊖e volatili particulis terreis & nonnihil gummoſis videtur incluſa, quare potius in infuſo, quam in decocto exhibendum eſt. In gummoſitate autem potior vis conſiſtere videtur.

Dantur folia pediculis & ſtipitibus rejectis, corrigitur & ſtimulatur ſale ♀ri ut & rhabarb. in ſubſtantia datur ad ℈ij. vel ʒj. in infuſo ad ʒß. vel ex aq. fumariæ ♀iſata vel ſero lactis, vel decocto prunorum, vel melius decocto paſſularum.

℞. Fol. Senn. ʒß. rhabar. ʒß. ⊖ ♀ri. ʒj. ſem. aniſ. fœnicul. ana ℈j. cinam. ʒß. infunde aq. fumariæ pro infuſo laxante.

℞. Fol. ſenn. ʒiij. ⊖ ♀ri. ℈j. infund. aquæ ſimplici ferventi. ℞. Colatur ʒij. vel iij. edulcor. ſyr. d. pom. q. ſ.

℞. Fol. ſenn. ʒj. caryoph. arom. gr. vij. ſacch. cand. ℈j. M. f. p.

℞. Fol. ſenn. ʒß. ſem. aniſ. ʒj. affund. aq. ferventiſſ. ſtent in infuſo, infuſum cape ſorbillando ut thea, pro laxanda alvo.

SOL-

SENA, quaſi Sana. FOLIUM ORIENTALE, Senne / Sennet / Sennet-Blätter / SENE.

Eſt planta flore roſaceo, ex quinque utplurimum petalis conſtante, cujus piſtillum abit in ſiliquam planam admodum, utplurimum incurvam, ex duabus membranis compoſitam, quas inter nidulantur ſemina gigartis ſimilia, tenuibus veluti diſſepimentis inter ſe diſtincta.

Senna Alexandrina ſive foliis acutis C. B. Pin. 397. Sena I. B. 1. 377. Sena Orientalis Tabern. Ic. 517. Senné Orientale ou Senné de Levant.

Senna Italica ſive foliis obtuſis C. B. Pin. 397. Sena Florentina ſive foliis per extremum latis pene cordatis I. B. 1. 377. Sena Italica Tabern. Ic. 518.

Hæ duæ ſpecies non ſolum loco natali ſed & ipſis foliis atque virtute diſcrepant. Illa ex Orientalibus regionibus Syria Perſia, Arabia, Ægypto per Alexandriam, unde & Senna Alexandrina appellari conſuevit, ad nos adfertur; hæc vero in Italia potiſſimum provenit. Utraque eſt planta ſiliquoſa, ſed minime confundenda cum Coluthea, quam quidam Sennam ſylveſtrem nominant & nonnulli ſed male ſubſtituere ſolent. Senna Orientalis obtinet folia acuta ex viridi plus minus palleſcentia ſaporis ſubacris, amaricantis, nauſeoſi quodammodo. Italica folia obtinet latiora, & acumine obtuſiore conſtantia, ſaporis glutinoſi & magis ſubdulcis, Orientali inferior eſt.

Eligi debent folia Sennæ viridicantia, probe exſiccata non maculoſa, nec teredine corroſa, tractu lævia à ſtipitibus repurgata, odoris fortis. In Gallia dum præſcribuntur folia Sennæ ſæpius foliorum Orientalium nomine tantum inſigniuntur. Senna ſpeciatim educendis melancholicis & pituitoſis humoribus eſt dicata. In morbis ab atra bile, ut loquuntur, oriundis, & in ipſis etiam febribus continuis & ardentibus, teſte WEDELIO, uſurpari poteſt. A quibuſdam reprehenditur, quod flatulenta ſit & tormina excitet, id quod tamen non tam foliis ipſis quam ſtipitibus & folliculis Sennæ non diligenter remotis adſcribendum eſt. Ad crudiorem autem Sennæ partem corrigendam, adhibentur Tartarea & Nitroſa, Cremor & Cryſtalli Tartari, imprimis vero Tartarus Solubilis ſive Sal vegetabile.

Infunditur Senna vel frigide vel calide, frigidè cum ſolummodo aqua frigida ſuperfunditur addito pauco Sale ♀ri, ubi egregia tinctura extrahitur, calide vero cum aqua fervens ſuperfunditur, aut in loco calido infuſum detinetur. Hodiernis temporibus folia Sennæ inſtar herbæ Thée ſæpiſſime uſurpantur. Fit etiam infuſio horum foliorum per noctem, poſtmodum inſequente mane cum aqua decantata & fervefacta fit infuſum Theæ edulcorandum Saccharo, vel ordinario vel Thomæo vel Manna &c. Decoctum cum prunis vel paſſulis hoc modo paratur.

℞. Prunor. dulc. vel Paſſul. ℥ij. vel ℥iij. coquantur in aqu. & vin. ana ℥vj. in decoct. infund. fol. Senn. Al. S. S. ʒiij. Cremoris Tartar. vel quod melius eſt, Tartar. Solub. ʒß. vel. ʒj. digerantur per unam aut alteram horam, vel decoquantur, in colat. diſſolv. Mann. Calabr. ℥iß. pro una vice.

Præſcribitur etiam hoc modo.

℞. Fol. Senn. S. S. d. ad ch.

℞. ♀r. Solub. ʒj. d. ad ch.

℞. Mann. Calabar. Mann. el. aut. Mann. tabul. vel Tartar. ℥j. ad ℥ij. d. ad ch.

Poſtea mulierculæ aut miniſtri jubentur facere decoctum prunorum cum aqua, vel ſi è re viſum fuerit cum dimidia quoque parte vini. In decocti ℥vj. vel ℥viij. infunduntur folia Sennæ cum Tartaro per unam aut alteram horam, aut fit ſtatim decoctio. In colatura diſſolvitur Manna præſcripta, & poſt diſſolutionem, ſi opus eſt, rurſus fit colatio; unde emergit potiuncula laxans & polychreſta.

In Gallia frequenti in uſu ſunt ſic dictæ ptiſanæ laxativæ cum Senna, additis quandoque quibuſdam aliis appropriatis paratæ. Celebratur imprimis PTISANA REGIA, LA PTISANE ROYALE, ex Senna, Sale polychreſto, cryſtallis tartari, Tartaro Solubili, pomo Citreo aut alio ſubacido per noctem in aqua ſimplici vel deſtillata infuſis per noctem, & inſequente mane leviter decoctis. Ex. gr.

℞. Fol. Senn. mund. S. S. ℥ß. ſem. aniſ. Cremor. Tartar. aut Tartar. ſolub. ʒß. vel ʒj. infunde omnia in aqu. fontan. ℔j. adde limonem vel mala 2. Renettica ſeu Borſdorffiana in fruſta majora diſſecta, mane fiat lenis decoctio, filtretur liquor &, ſi placet aut

è re viſum fuerit, in eo diſſolvatur Mann. el. ℥j. aut ℥ij. Æger capiat 2. hauſtibus una hora interpoſita.

℞. Fol. Senn. S. S. ʒij. Rhabarb. el. ʒj. ♀r. Sol. ℈ij. infunde in Aqu. fontan. calid. ℔j. per noctem, mane inſequente bulliant parumper, poſtea in colatura diſſolvatur Mann. el. ℥j. vel ℥ij. & hauriatur. Si autem tempus non ſuppetit infuſionem præmittendi, ſtatim poterit fieri decoctio.

IN OFFICINIS PROSTANT E' SENNA

Decoctum laxativum Managettæ, ſive *aqua laxativa Viennenſis* Wieneriſch Laxir-Tränckelein / *Decoction laxative de Managetta.* Laudatur ad alvum laxandam, præſertim ſi in liquoris hujus unciis aliquot ſolvatur Manna, & poſtea, ſi neceſſarium eſt, clarificatio inſtituatur.

Species pro Decocto antifebrili, Species zum Fieber-Tranck / *poudre pour la Decoction* ou *Apozeme febrifuge laxative.* Tempore uſus coquuntur in quantitate ſufficiente aquæ, per horæ quadrantem, in vaſe optime tecto. De hoc decocto, ſingulis diebus intermiſſionis febrilis, hauſtus aliquot unciarum trium vel quatuor aſſumitur. Utplurimum autem ad potiones laxantes vehiculi loco adhibetur. Commode in eo diſſolvitur Manna. Drachma ſpecierum pro uncia una liquoris eſt ſumenda.

℞. Decoct. antifebr. ℥iv. Mann. Calabr. ℥j. Miſc. pro doſi in paſſion. Iliac. repetatur ſingulis quatuor horis.

℞. Decoct. antifebr. ℥iij. Diacyd. lucid. Gialap. ʒij. aut ʒiij. Mann. elect. ℥j. Miſc. d. ad vitr. pro doſi.

℞. Decoct. antifebr. Mann. liquid. ana ℥j. Diacyd. lucid. Gialap. ʒij. Aqu. Cinam. bugloſſ. ana ℥ß. Miſc. pro doſi.

Notandum autem has potiunculas calide aſſumi debere, ne tormina inſequantur.

Senna porro vix non omnes nodulos laxantes ingreditur, WEDELIO ſequentes ſpecies laxativæ placuerunt.

℞. Rad. acetoſ. Scorzon. Cichor. ana ʒj. ſummit. fumar. Centaur. min. ana Mß. flor. 4. cordial. ana p. j. fol. Senn. S. S. ℥ß. Rhabarb. elect. ʒiß. Coſt. ver. ℈j. Cremor. Tart. ℈jv. Miſc. pro nodulo: pro pauperibus omitti poterit Rhabarbarum & doſis Sennæ adaugeri, vel etiam Rhabarbarum Monachorum ſubſtitui. Pertinent huc quoque

Species pro decocto aperitivo majori, Species zum großen eröffnenden Tranck / *Poudre pour l'Apozeme aperitive majeure.* Laudatur decoctum exinde factum ad quaſcunque obſtructiones in abdomine; uſurpatur autem frequentius ad medicamenta laxantia & purgantia in eo diſſolvenda. Per ſe hauritur ad aliquot uncias.

Species pro decocto aperitivo minori ſive *pro decocto lenitivo*, Species zum eröffnenden oder Laxier-Tranck / *Poudre pour l'Apozeme aperitive mineure* ou *lenitif.* Ad eoſdem uſus conducit ac antecedens.

Electuarium Diacatholicum, *Electuaire Catholicon.* Commendatur tanquam purgans univerſale in omnibus morbis & ad omnes humores educendos. Doſis ad unciam ſemis ad unciam unam. In Gallia adhuc in uſu; frequenter ad unciam unam cum dimidia uſque immiſcetur Clyſteribus.

Electuarium Lenitivum Florenzolæ, *Electuaire Lenitif de Florenzola.* Ad alvum laxandam & emolliendam, bilem pituitamque & ſic dictum ſuccum melancholicum educendum tum in febribus, pleuritide, tum etiam in renum & aliis pectoris affectibus commendabatur. Doſis à drachmis duabus ad unciam & ultra, ſed hodie vix aliter quam in clyſteribus adhibetur, ad unciam unam, unciam unam ſemis.

Paſſulæ laxativæ ſive *purgantes cum & ſine brodio*, Purgier-Roſinen mit und ohne Brüh / *Raiſins de Corinthe avec jus ou ſans jus.* Alvum ob Sennam laxant & purgant. Dantur ad unciam ſemis ad unciam, unam &c.

Syrupus fragrans laxativus Küfferi, Dr. Küffers Laxier-Syrup / *Syrop laxatif de Kuefer.* Pro ſcopo laxandi adhibetur ad unciam unam, duas, tres, à Senna quoque virtutem obtinens uti &

Syrupus pomorum laxativus, Laxierender Aepffel-Syrup / *Syrop de Pommes laxatif.* Purgat & aperit, commendatut in affectibus melancholicis & hyſtericis, menſes quoque pellere dicitur. Datur ad unciam dimidiam ad uncias duas.

Extractum foliorum Sennæ, Sennetblätter-Extract / *Extrait de Sené*, quod cum aqua Sale Tartari acuata paratur, datur ad ʒß. ad ʒij. vix autem amplius uſurpatur.

HOFFMANNUS IN SCHROEDERUM ſequentes *Cryſtallos Sennæ laxativas* ab HERTODTO communicatas recenſet,

℞. Spir. Roris Majal. q. v. in hoc infunde per noctem folia Sen-

℞ S. S. q v. ut Spiritus quatuor digitos emineat, tinctura aliquoties per chartam bibulam filtretur, postea pars superflua levissimo calore exhalet, spiritus reliquus in frigido & sicco loco docetur, & tunc crystalli concrescent quæ in vase servandæ sunt clauso. Dosis ad gr. v. ad ℈j.

Beato Parenti meo olim in usu multum fuit, nec absque successu à me usurpatur sequens *pulvis stomachico laxativus.*

℞. Succol. pulv. stomach. Birckm. ana ʒvj. Trag. aromat ʒß. fol. Senn. S.S. ʒvj. ♃ Cinam. Caryophyll. ana gtt. vj. Ambr. Gryf. Mosch. ana gr. j. Mfc. f. pulvis: pro sexu sequiori absque ambra & Moscho poterit asservari. Assumitur vel ante vel post pastum ad modum Tragææ. Dosis est quantum duobus tribus vel quatuor cultri cuspidibus comprehendi potest.

Tandem pauca de folliculis seu siliquis Sennæ addenda. Sunt autem folliculi sulcati, recurvi, semilunares compressi, ut superior membrana inferiori incumbat, continentes semina nigricantia & subvirideſcentia. Sunt qui hos folliculos ipsi Sennæ præferunt, experientia autem tutius usurpari folia docet.

SOLDANELLA.

Gallica præstantior quam nostra Belgica, blande aquas præcipue hypochondriorum expurgat per alvum, hinc antiscorbuticis, & antihypochondriacis medicamentis pro laxante adjungitur.

Datur pulv. ʒj. succus ad. ʒß. in decoct. Mj.

℞. Fol. soldanell. ʒj. f. decoct. vel infus. cui infund. rhabarb. ʒj. exhibe hypochondriacis simul hydrope correptis.

℞. Fol. soldanell. cochlear. ana Mj. contere & extrahe succum, quem misce cum passularum decocto, exhibe scorbutico ad laxandam alvum.

GRA-

Κράμβη θαλασσία, θαλασσοκράμβη, BRASSICA MARITIMA,

BRASSICA MARINA, CONVOLVULUS MARINUS, CAMPANULA MARINA, Soldanell / Meerkohl / Meerwinde / Meerglöcklein / SOLDANELLE, CHOU MARIN.

Eſt ſpecies Convolvuli, planta videlicet flore monopetalo, campaniformi, ora repanda, cujus piſtillum, quod ſurgit ex calyce, abit in fructum ſubrotundum, membranaceum, ſeminibus angulatis fœtum.

Convolvulus maritimus noſtras Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 11. Soldanella maritima minor C. B Pin. 295. Braſſica marina ſive Soldanella I. B. 2. 766 Soldanella Dod. Pempt. 395.

In locis maritimis Italiæ, Galliæ, Angliæ, & Belgii creſcit, floret æſtate.

GRATIOLA.

Aquas hypochondriacorum & hydropicorum fortiter tam per ſuperiora quam inferiora expurgat, in enecandis & expellendis vermibus efficaciſſima eſt.

Externe hydrocephalis medetur.

Corrigitur Zinzib. Mac. Cinam. aniſ. ſpecificatur in malo hypochondriaco cochlearia. Datur pulv. ad ℈ij. infuſ. ad ʒij. ſuccus inſpiſſatus ad ʒj & aliquando ad ʒiß. optimum eſt extractum cum ℞u vini factum, quod datur à ℈j ad ʒß. conſerva folior ad ʒij. paratur quoque ⊖ fixum, quod hydropicis ſpecificum & diureticum eſt.

℞. Gratiol. ℥ß. ſem. aniſ ʒij. paſſul. min. ℥j. coq. leniter in vino, propinetur colatura ad educendas aquas hydropicorum

℞. Soldanell. gratiol. fol. ebul. aſari, ſambuc. flor. geniſt. perſicor. cort. ſambuc. frangul rad. ireos germanicæ, eſul. ana q. v. add. pulp. colocynth. p. j. coq. in urina, applica totum hydrocephalo.

℞. Gratiol. Cent. min. ana Mj. ſem. tanacet. ſanton.

ana

ana ʒß. coq. in ▽ f. Clyſter. ad enecandos & expellendos vermes, hærentes præcipue in inteſtinis craſſis.

NI-

GRATIOLA, quaſi minus grata ob amaritiem, GRATIOLA CENTAUROIDES, GRATIA DEI, LIMNESIUM, Wild Aurin/ Gottes Gnad/ Gottes Gnad-Krauth.

Refertur à TOURNEFORTIO ad Digitalem, eſt enim planta flore monopetalo, anomalo, tubulato utrinque patente, & quaſi bilabiato ex cujus calyce ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod deinde abit in ſructum ſeu teſtam è rotundo acuminatam, bifariam dehiſcentem, in duo loculamenta diviſam, & ſeminibus fœtam utplurimum exiguis.

Digitalis minima gratiola dicta Moris. Hiſt. Oxon. p. 2. 419. Gratiola Centauroides C. B. Pin. 279. Gratiola I. B. 3. 434. & Dod. Pempt. 362. In locis uliginoſis & paluſtribus pratisque humidioribus provenit. Floret Junio & Julio.

Folia quæ uſurpantur tum recentia tum ſicca, commendantur quoque ad febres intermittentes imprimis quartanam, arthritidem & alios morbos Heroicos. Virtute gaudet traumatica externe vulneribus inſperſa. Pulvis Gratiolæ ad ℈j. ad ʒj. datur in ſubſtantia, in infuſo vero aut decocto ad ʒj. ad ʒiij. exhibetur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Conſerva Gratiolæ, Wild Aurin oder Gottes Gnaden-Zucker/ *Conſerve de Gratiole*, quam quidam in febribus pro excitando vomitu in arcanis habent.

Quidam exinde parant extractum, quod melius adhuc quam ſal per incinerationem prolectum.

NICOTIANA.

Hujus vis potenter incidendi, aperiendi & reſolvendi, ut & purgandi aquas tam ſupra quam infra conſiſtit in ♁e

tam fixo quam volatili, vis ſomnum inducendi & ſtuporem, dolorem mulcendi, conſiſtit in pinguedine ſeu glutinoſitate volatili.

Foliorum infuſum vel decoctum purgat per ſuperiora & inferiora, idem faciunt folia in pulverem trita, quæ maſticata ſalivam potenter movent, dentium quoque dolorem tollunt, naribus attracta ſternutationem inducunt. Decoctum mundificat ulcera ſordida.

Fumus accenſorum foliorum in quo ☉ volatile ℥ ſum ſeu mucoſitas ſtuporem inducit, ac ſomnum accerſit.

Oleum deſtillatum ſanguini immediate permixtum præſentaneam infert mortem, unde Viganus in Chym. p. 36. oleo hoc fœtido feles enecari dicit, dummodo una guttula ſtilletur in linguam. [Circa hanc rem plura experimenta inſtituit Franc. Redi in Experim. circa res diverſas naturales pag. 13. ſeq. it. p. 54. & Joh. Jacob. Harder. in Apiario obſ. 1. uſque ad ſeptimam, qui in varii generis animantibus experimenta fecit.]

Succus ad ʒij. datus purgat ἄνω & κάτω, injicitur quoque fiſtulis ad eas mundificandas & curandas.

Balſamus Nicotianæ vulnerarium eſt externum. Unguent. ex Nicot. factum necat pediculos, quod etiam præſtat ℥ Nicot.

Syrup. & ▽ Nicot. in aſthmate & catarrho ſuffocativo valent. Proſtat quoque Syrup. Nicot. emeticus in aſthmate & aliis thoracis affectibus deprædicatus.

℞. Fol. Nicot. ʒiß. infund. vino ſeu cerev. ad ℔ß. cape infuſ. pro purgante ἄνω & κάτω.

℞. Fol. Nicot. ʒj. fl. roſ. pall. ʒij. infund. ſ. q. vini pro vomitorio & purgante.

℞. Syr. Nicot. heder. terr. d. ſymph. Fern. ana ℥ß. M. exhibe contra aſthma.

℞. ▽ deſt.

℞. ▽ deſt. Nicot. ℥j. ♌ ♎ per camp. gt. v. cape contra aſthma.

℞. Succ. Nicot. inde vulneribus ad ea mundificanda, dd. quoque myrrh. aloë ad vulnera & fiſtulas curanas.

PLAN.

NICOTIANA à Joh. NICOTIO Nemauſenſi Regis Galliæ apud Regem Portugalliæ Legato, qui anno 1560 ſemen, quod à Belga ex Florida reduce acceperat, primum in Galliam attulit, Reginæque obtulit, unde & HERBA REGINÆ, HERBA LEGATI dicitur. TABACUM vocatur ab inſula in qua abundat. PETUM à πετάω extendo, à foliorum ſcilicet extenſione, SANA SANCTA INDORUM, HERBA SANCTA, HERBA DIVINA à viribus. HERBA SANCTÆ CRUCIS, HERBA MEDICEA, HERBA PANACEA, HERBA PRIORIS quoque audit. Taback/ Indianiſch Wund-Krauth/ Indianiſch Beinwelle/ Heilig-Krauth/ Indianiſch Bilſen-Krauth/ NICOTIANE ou TABAC.

Eſt planta flore monopetalo, infundibuliformi & multifido; ex cujus calyce ſurgit piſtillum infimæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum membranaceum oblongum, vel ſubrotundum, ſepto intermedio in duo loculamenta diviſum, plurimis ſeminibus fœtum placentæ affixis.

Nicotiana major latifolia C. B. Pin. 169. Nicotiana major ſive Tabacum majus I. B. 3. 629. Hyoſcyamus Peruvianus Dod. Pempt. 452. &

Nicotiana minor C. B. Pin. 170. Priapeja quibusdam Nicotiana minor I. B. 3. 630. Dubius Hyoſcyamus luteolus ſolanifolius Lob. Ic. 269.

Nicotiana ex Indiis tum Orientali tum præcipue Occidentali ad nos allata copioſiſſime nunc in Europa in agris colitur, ſeritur vere, folia Auguſto & Septembri colliguntur ex plantis, quibus apex, ne in florem abirent, fuit decerptus. Floret alias Auguſto. Nicotiana minor in hortos translata ſe ipſam ex ſemine propagat.

Ni-

Nicotiana anodyna expectorationem quoque promovet, & laudatur tanquam peſtis præſervativum juxta DIEMERBROECK. Externe planta recens vulnerarium remedium eſt egregium ſive folia integra ſive contuſa imponantur. Folia Nicotianæ leviter contuſa & impoſita multum præſtant in cruribus oedematoſis. Medentur lichenibus, achoribus, favis, ulceribus fiſtuloſis atque ſinuoſis, commendantur quoque in Phthiriaſi. Quando uſurpare volumus decoctum foliorum Nicotianæ, caute agendum, homines enim exinde in Maniam etiam incidiſſe hiſtoriæ tradunt. Fumus in genitalia admiſſus uteri affectibus confert, ſicuti quoque per peculiares fiſtulas in anum inflatus in dolore colico & alvi obſtructione pertinaci commendatur, quem ultimum in finem incoquitur quoque clyſteribus vel cum aqua vel cum vino paratis. Effectus quidem violentos à talibus clyſteribus obſervarunt authores, ſed ſæpe ſæpius non adeo felices. Nicotiana minor ad culices, cimices & pediculos fugandos laudatur, ſi vel ejus ſucco vel decocto vel etiam foliis contritis obviam eamus. Semine hujus Nicotianæ utuntur ad priapiſmum ſedandum, unde forſan nomen. Occaſio hic ſeſe offerret, de virtute egregia Nicotianæ in affectibus catarrhalibus aliiſque ut & in ſubjectis phlegmaticæ potiſſimum conſtitutionis verba faciendi; cum ſive ejus fumo, qui per fiſtulas hauritur, ſive pulvere per nares attracto, ſimilibus morbis atque ſubjectis quam maxime ſuccurri poſſit. Aſt, ut credo, melius eſt fumibibulis & Naribus Tabacophilis ſuam relinquere conſuetudinem incorrigibilem. Magis in exceſſu quam in defectu peccari extra dubium eſt. Folia manducantibus ſuam relinquimus aſam.

IN OFFICINIS PHARMACEUTICIS EXHIBETUR

Syrupus Nicotianæ, Tabac-Syrup / *Syrop de Tabac ou Nicotiane*, qui convenit adverſus affectus aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchia, pituita craſſa ac viſcida adeo infarciuntur, ut intercepta reſpiratione ſuffocationis periculum immineat. Vomitum movet & expectorationem promovet. Datur ad drachmam ad drachmas ſex ad unciam. Externe ulcera ſordida & antiqua detergit absque dolore.

Oleum Nicotianæ, Tabacks-Oehl / *Huile de Tabac*, per infuſionem paratum, quod ad tumores diſcutiendos & membra paralytica foven-

fovenda valet. Prodeſt etiam in coryza, ſed rarioris eſt uſus. Sunt qui ex Nicotiana deſtillant etiam oleum, ſed non extat in officinis.

Unguentum Nicotianæ, Taback-Salb / *Onguent de Nicotiane ou de Tabac.* Mira huic unguento in ſcrophulis diſſipandis vis ineſſe dicitur. Celebratur etiam in ulceribus, vulneribus tam recentibus quam antiquis perſanandis. Aduſta quoque, morphæam & tineam capitis juvat, ac cutim à ſcabie mundificat.

Pertinet huc quoque *Spiritus arthriticus per fermentationem paratus Boecleri*, Böcklers Glieder-Spiritus / *Eſprit contre la goutte.* In externis doloribus artuum, doloribus iſchiadicis & in catarrhis conducit, confortat nervos, prodeſt in paralyſi. Uſurpatur ſolummodo externe.

PLANTÆ CONSTANTES SALE NITROSO LAXANTE.

MERCURIALIS.

Ob nitroſum ſuum laxantem ſalem fœces emollit & promovet, propria quoque virtute fluxum menſium uterumque purgat, ob quam rationem forſitan ſterilitatem à vitio Uteri arcere dicitur.

Adhibetur interne & externe, in decoctis, cataplaſmat. peſſariis, Clyſteribus.

℞. Mercurial. parietar. violar. coque in juſculo pulli, vervecis vel alterius ad alvi adſtrictionem.

℞. Myrrh. ʒß. Croc. or. ʒß. ſucc. Mercurial. vel mell. Mercurial. M. f. peſſus ſindoni involvendus, & utero intrudendus ad provocandum menſes & purgandum uterum, ſtimuli loco adde troch. alhand. ʒß.

MERCURIALIS à Mercurio inventore, MERCURII HERBA, ἑρμῆ βοτάνιν, λυνάζωσις, παρθένοιν φύλλον, PHYLLUM, Bingel-Krauth/ Bengel-Krauth/ Mercurius-Krauth/ Scheiß-Krauth/ Clyſtier-Krauth/ Winter-grün/ MERCURIALE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus calyci inſidentibus conſtante & ſterili. Embryones enim in ſpeciebus Mercurialis naſci ſolent, quæ floribus carent, abeuntque deinde in fructum ex duabus capſulis compoſitum, ſemine fœtis ſubrotundo.

Mercurialis teſticulata ſive Mas Dioſcoridis & Plinii C. B. Pin. 121. Mercurialis mas Dod. Pempt. 658. & I. B. 2. 977.

Mercurialis ſpicata ſive fœmina Dioſcoridis & Plinii C. B. Pin. 121. Mercurialis fœmina Dod. Pempt. 658. & I. B. 2. 977.

Naſcitur in campeſtribus cultis, vinetisque, floret per integram æſtatem.

Mercurialis olim in eſcam cedebat, hodie culinas non amplius ingreditur. Bilem atque aquam evacuare creditur. Sunt qui ad emolliendam alvum folia viridia contuſa in anum intrudunt. Sunt etiam qui aſſerunt, quod ſi Mercurialis mas à purgatione menſtrua bibatur & folia ejus trita genitalibus admoveantur mares, ſi fœmina fœmellæ generentur. Fides ſit penes authores. Mercurialis à quibusdam mulierculis in pulte infantibus exhibetur ad alvum laxandam. Succus Mercurialis verrucas tollere, impetigines delere, & auribus inſtillatus ſurditatem corrigere aſſeritur. Pertinet ad quinque herbas emollientes.

IN OFFICINIS NON PROSTAT NISI

Mel Mercuriale, Bingel Kraut-Honig/ *Miel de Mercuriale*. Adhibetur in clyſteribus abſtergentibus & laxantibus, ut & ad repurgandum uterum in injectionibus uterinis.

PARIETARIA.

Reſpondet mercuriali & in ſpecie ratione nitroſi ſalis copioſioris movet ſimul urinam, ejuſque ardorem temperat, hinc commendatur in hydropicis. Externe applicata pubi iſchuriæ infantum medetur. ℞. Pa-

℞. Parietar. Mij chæref. Miß. coq. cum butyr. rec. ℥ij. add. ♌ ſcorp. ℥iß. applica pubi ad ſuppreſſionem urinæ, ut & ad tormina ex calculo orta.

PARIETARIA ita dicta à loco natali, quod circa muros ac parietes antiquos & rudimenta antiquarum domuum creſcere ſoleat. HERBA MURALIS, ἑλξίνη, quia veſtes ad ſe trahit, HERBA URCEOLARIA, aut URCEOLARIS, HERBA VITRARIA, HERBA VITRI, quoniam vitris expurgandis conducit, περδίκιον, PERDICIUM, PERDICALIS, quoniam perdices ea delectantur. Tag und Nacht / St. Peters-Krauth / Glaß-Krauth / Feldhühner-Krauth / PARIETAIRE.

Eſt planta flore apetalo, quatuor plerumque ſtaminibus conſtante ex calyce quadripartito ſurgentibus, nunc campaniformi nunc infundibuliformi, modo rotato. Piſtillum autem abit in ſemen utplurimum oblongum, in capſula, quæ floris calyx fuit reconditum.

Parietaria officinarum & Dioſcoridis C. B. Pin. 121. Parietaria Dod. Pempt. 102. & I. B. 2. 976.

Ex hac herba Majo florente, in uſum veniunt præprimis folia, adhibentur in clyſteribus cataplasmatibus & fomentis emollientibus. Succus laudatur ad expurgandos renes à ſabulo & lapillis, celebratur quoque ad ſanguinem ſiſtendum præſertim in hæmoptyſi. Uterum porro expurgat & menſes pellit, in affectibus quoque pectoris commendatur. Externe virtute vulneraria gaudere fertur. Sunt qui dicunt parietariam inflammare interna viſcera, ſemen autem eadem refrigerare, experientia autem hoc nondum ſatis comprobatum. Semen a quibusdam cum aceto mixtum applicatur pedibus ad tumores diſcutiendos. In Anglia per Syrupum parietariæ è ſucco integræ plantæ cum ſaccharo paratum, curationem hydropis quidam inſtituere conantur, mediante diureſi ſive ſit hydrops aſcites ſive anaſarca.

PHARMACOPOLIA NON HABENT NISI

Aquam Parietariæ, Tag und Nacht oder Glaß-Kraut-Waſſer / *Eau de parietaire*.

VIOLARIA.

Virtute emolliente laxante cum parietaria & mercuriali convenit, juvat quoque ad expectorationem si cum propriis floribus coquatur & exhibeatur.

℞. Violar. Mj. coq. c. ▽ colaturæ ferventi infunde flor. violar. p. ij. edulcora syr. violar. pro expectoratione.

Violen-Krauth/ Veyel-Krauth/ Veyelloten-Krauth/ HERBE DE VIOLETE, DE VIOLIER.

De charactere plantæ sub floribus violarum tractabitur.

Refertur inter quinque herbas emollientes, quæ sequenti versiculo comprehenduntur.

Malva, Althæa, Violaria, Mercurialis, Acanthus.

Alii addunt Parietariam, betam aut atriplicem.

In clysteribus emollientibus laxantibus & anodynis, in cataplasmatibus maturantibus fomentationibus lotionibus & balneis pediluviis anodynis & somniferis adhibentur folia hæc, quæ oculorum mitigant æstum, & in oris & faucium affectibus, gargarismata ingrediuntur.

PLANTÆ CONSTANTES PARTICULIS OLEOSIS AQUOSIS CRASSIS.

ALTHÆA.

Respondet seminibus & radici, ingreditur decocta clysteres, cataplasmata emollientia.

℞. Fol. Malv. alth. coq. ex ▽ add. camphor. & applica scirrhis emolliendis & maturandis.

℞. Foll.

℞. Fol. Malv. alth. flor. chamom. ana Mj melilot. Mß. ficu. n. iij. liquir. ʒij. vel iij. coq. in lacte f. cataplasm. emolliens, colatura inservire potest in angina pro gargarismate.

Supra jam dictum quod ex althæa radix ex malva folia sint usurpanda.

MALVA.

Convenit cum althæa, ast debilior est.

TUS-

Μαλάχη à μαλάσσειν ab emolliendo præsertim alvum, MALVA dicta putatur, Papplen / Käß-Papplen / Käßlein-Kraut / Hasen-Papplen / Pappellen / MAUVE.

Est planta flore monopetalo campaniformi, patente & multifido, ex cujus fundo emergit tubus pyramidatus, staminibus plerumque onustus. Ex calyce vero surgit pistillum, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum planum, orbiculatum quandoque acuminatum, calyce utplurimum involutum, è plurimis capsulis constantem axi ita circumhærentibus, ut singulæ ejus striæ capsulam suam quasi articulatione quadam excipiant, semine fœtam, non raro reniformi. Adde folia minus secta quam alceæ, minus villosa & incana quam althææ.

Species potissimum usuales sunt sequentes.

Malva vulgaris flore minore folio rotundo Joh. B. 2. 949. Malva sylvestris folio rotundo C. B. Pin 314. Malva sylvestris minor Tabern. Icon. 769. Kleine Käß-Gänß Haßen oder Roß-Pappeilen.

Malva vulgaris flore majore folio sinuato I. B. 2. 949. Malva sylvestris folio sinuato C. B. Pin. 314. Malva sylvestris major Tabern. Icon. 768.

Crescunt hæ malvæ quæ intelliguntur, quoties simpliciter malvæ fit mentio, passim incultæ. Florent Majo sequentibusque mensibus.

In uſum ſuppeditat folia flores radicem, & ſemen de quo ultimo ſupra. Radix, quæ ſatis tenuis eſt, eximii candoris guſtu dulcis, & lubrico lentore viſcida; temperat, humectat atque emollit. Imprimis tanquam dentifricium uſurpatur; Vim quoque habet ophthalmicam. Folia quoque emolliunt laxant, dolores mitigant, acrimoniamque demulcent, pro alvo laxanda ut & in affectibns pulmonum veſica renum atque urina acri, commendantur. Clyſteres frequentiſſime ingrediuntur. Adhibentur in balneis, cataplaſmatibus & fomentis emollientibus. Juxta TABERNÆMONTANUM gravidæ facilius pariunt, ſi decoctum Malvæ ſæpius aſſumant. Laudatur porro Malva in doloribus colicis externe & interne. Folia hæc in butyro frixa, remedium conſtituunt colicæ infantibus. Ob vim inſignem quinque herbis emollientibus accenſetur,

Malva tum cruda tum cocta olim uſurpabatur, hodie non amplius comeditur.

De virtutibus Malvæ SALERNITANI canunt.
Dixerunt Malvam Veteres, quod molliat alvum,
Hujus radices raſæ, ſolvunt tibi fæces.
Vulvam moverunt & fluxum ſæpe dederunt.
Quibus merito jungitur illud MARTIALIS,
Exoneraturas ventrem mihi Villica malvas
Attulit.

Paratur è Malva ejuſque radice cum butyro Majali non ſalito & addita pauca camphora linimentum ad loca Tinea & Achoribus affecta detergenda. Hæc porro radix à prægnante geſtata dicitur vim obtinere fœtum ad debitum tempus geſtandi, ſicuti quoque eadem radix Sole aquarium ingrediente in plenilunio præſertim effoſſa & appenſa ſingulare dicitur remedium ophthalmicum in ophthalmia Epiphora &c.

OFFICINÆ ASSERVANT

Aquam Malvæ, Pappellen-Waßer / *Eau de Mauve*, ſed rariſſimi eſt uſus.

TUS-

TUSSILAGO.

Hujus folia tenuiorem habent mucaginem quam althææ folia, hinc ſpecifica ſunt in tabe, phthiſi, ulcere pulmonum vel aliorum viſcerum, ut & in vomica pulmonum, it. in catarrhis à ſalibus acribus. Horum decoctum Lindanus laudat in aſthmate & orthopnœa, ut & in pleuritide à quibuſdam.

Foliorum fumus hauſtus per fiſtulam à Boileo commendatur in phthiſi & catarrhis ſalſis.

Datur pulvis foliorum, ſuccus expreſſus, Syrupus ut & decoct. cum propria radice factum, addita China, ſaſſafras, aliiſque appropriatis. Vulgus recipit folia ad placentas contra tabem & phthiſin.

℞. Fol. tuſſilag. ſuccin. ſem. aniſ. ana q. v. hauri fumum per fiſtulam contra catarrhos Salſos.

℞. Tuſſilag flor. ℥is. ſuccin. fol. nicotian. hauri fumum per fiſtulam contra phthiſin.

De Tuſſilagine confer ea, quæ ſupra dicta ſunt de radice Tuſſilaginis.

VERBASCUM.

Ob mucaginem emollientem terreis junctam conveniens: iſſimum eſt in teneſmo, dyſenteria, dolore hæmorrhoidum in ſpecie ad procidentiam uteri & ani.

℞. Fol. verbaſc. querc. coq. in lacte contrà teneſmum.

℞. Verbaſc. Mij. ſem. hyoſc. coq. in ▽ contra teneſmum & dolores hæmorrhoidum.

PLAN-

Φλόμος à φλέγω uro, CANDELA REGIS, CANDELARIA, à flore, VERBASCUM seu potius BARBASCUM dici volunt à canitie illa, seu barba pubescente, qua folia verbasci vulgaris obduci solent; LANARIA, Woll-Krauth / Brenn-Kraut / Himmel-Brand / Königs-Kertzen / Feld-Kertzen / Fackel-Blumen / BOUILLON BLANC, MOLENE, BON HOMME.

Est planta flore monopetalo rotato & multifido: ex cujus calyce surgit pistillum mediæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam ovato acuminatam, septo intermedio in duo loculamenta divisam, & seminibus fœtam utplurimum exiguis & angulatis placentæ affixis.

Verbascum mas latifolium luteum C. B. Pin 239. Verbascum vulgare flore luteo magno, folio maximo I. B. 3. App. 855. Verbascum latius Dod. Pempt. 143. &

Verbascum fœmina flore luteo magno C. B. Pin. 239. Verbascum maximum odoratum luteum I. B. 3. App. 855. Verbascum maximum album fœmina flore subpallido Lob. Ic. 561.

Verbascum juxta agrorum margines, arvorumque aggeres, scrobes, aliisque locis haud cultis à Junio mense in Autumnum usque cum flore reperitur.

Ex verbasco in usum veniunt folia & flores rarius radix, quæ appensa ad affectus catarrhales præservandos & curandos laudatur, unde etiam dicitur radix Rheumatica. In pulvere assumpta per plures dies dolorem & fluxum hæmorrhoidum sedare dicitur; Succus hujus radicis celebratur ad quartanam ante paroxysmum sumptus. Radix porro contusa & in vino infusa ad fluxus alvi & vermes deprædicatur. Folia præter virtutes allegatas vi quoque gaudent vulneraria, conferunt ad contusiones & sugillata. Succus rugas & maculas faciei verrucasque delet, qui etiam æque ac succus radicis interne ad quartanam commendatur.

PLAN-

PLANTÆ TERREIS CONSTANTES.

EQUISETUM seu CAUDA EQUINA.

Virtute fibras Ventriculi & inteſtinorum roborante, adſtringente, ut & incraſſante ſanguinem cæteris ſui generis præpollet, & propterea in ſiſtendis hæmorrhagiis, in ſedando mictu cruento & cæteris generibus fluxuum ſanguinis laudatur; recipitur hoc nomine inter vulneraria.

℞. Equiſet. Millefol. plantag. ana Mj. coq. in ▽ colat. add. ſucc. vel ſyr. granator. q. ſ. ad ſiſtenda profluvia ſanguinis.

℞. Equiſet. q. v. coq. in ▽ ad ulcera quævis pulmonum ſanguinolenta.

MUS-

Ἵππερις HIPPURIS, CAUDA CABALLINA à foliorum figura, CAUDA CATTI, Roß oder Pferd-Schwantz/ Katzen-Wadel/ Katzen-Schwantz/ PRELE, QUEÜE DE CHEVAL.

Eſt planta flore monopetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus apici fungiformi donatis conſtante, ſpicato & ſterili. Fructus enim equiſeti ſpeciebus innaſcuntur, quæ floribus carent, grana nempe authore CÆSALPINO nigra, aſpera, & farcta. His notis addendum eſt folia internodiis conſtare invicem commiſſis, ut unum in alterum inſeratur tubarum modo.

Plures occurrunt equiſeti ſpecies ratione virtutis non multum differentes, uſualis tamen præprimis eſt in Medicina

Equiſetum arvenſe longioribus ſetis C. B. PIN. Equiſetum minus terreſtre I. B. 3. 730. Hippuris minor Dod. Pempt. 73.

Decoctum Equiſeti ſcabiei veſicæ mederi dicitur. Radix aut

herba trita fronti aut radici naris impoſita hæmorrhagiam ſiſtit.

IN OFFICINIS REPERITUR

Aqua Equiſeti, Katzenwadel-Waßer/ *Eau de Prêle* ou *de Queuë de Cheval*, quæ præter virtutem adſtringentem, quam ipſi adtribuunt, etiam in affectibus renum & veſicæ conducit.

MUSCUS QUERNUS.

Equiſeto & cæteris quercuum partibus longe anteponitur ob inſignem ſui vim deſiccativam, & humorum motum ſiſtentem, ſpecifice laudatur in tuſſi â tenui & acri lympha proveniente, pulmones erodente & nonnunquam phthiſin inducente. Externe quoque cum phlegmate ☋li, aceto vel alio acido applicatus mire ſiſtit ſanguinem fluentem. Ingreditur quoque capillares pulveres ſeu cyprios ad deſiccandas humiditates.

℞. Muſc. Quern. ʒj. ♌ aniſ. gt. iij. ſacch. cand. ϑj. M. f. pulv. contra tuſſim.

℞. Muſc. ʒij. lac. ♃is ϑij ſem. aniſ. ϑj. M. f. pulv. contra tuſſim.

℞. Muſc. quern. uſneæ cran. human. ana ʒß. cape c. ▽ burſ. paſtor. in hæmorrhagiis internis etiam periculoſiſſimis.

℞ Equiſet. Millefol. muſc. quern. ana Mj. coq. in ▽ cape contra mictum cruentum.

PULMONARIA.

Muſco querno inferior eſt virtute, cæterum in ulcere pulmonum & ſanguinis ſputo, hectica & phthiſi ſingulariter commendatur, uſurpatur ut muſcus quernus.

℞. Pul.

℞. Pulmonar. fol. tussilag. ana Mj. f. decoctum contra phthisin ex ulcere visceris nobilioris cum alvo adstricta.

MUSCUS PULMONARIUS, PULMONARIA ARBOREA MUSCOSA, LICHEN ARBOREUS, Lungenmoß / Baumlunkrauth / Baumflechten / Eichenlung. HEPATIQUE DE BOIS, HERBE AUX POUMONS, PULMONAIRE DE CHENE.

Est species Lichenis floribus carens, fructu vero quodammodo pelviformi, polline seu semine tenuissimo fœto, quod microscopii ope subrotundum videtur.

Lichen Arboreus sive Pulmonaria arborea I. B. 3. 759. Muscus pulmonarius C. B. Pin. 361. Pulmonaria Dod. Pempt. 474.

Quercuum, fagorum, aliarumque sylvestrium arborum corticibus annosis rimosisque, lapidibus etiam & duris pavitisque Germinibus instar crustæ aut loricæ inducuntur coriacea pulmonariæ folia, rugosa lacunis eminentiisque inæqualia, ineffabili laciniarum variatione, quæ, qua matri suæ adhærent albicant, altera vero parte virent, sapore amaricante non sine adstrictione, ut J. BAUH. loquitur.

Laudatur præsertim pulmonaria querna. Exsiccat & adstringit, abstergit, vulnera glutinat. Ad vulnera pudendorum & ulcera & ad utrumque muliebre, juxta SCHWENCKFELDT, profluvium, dysenteriam & bilioſos vomitus conducit. Ejus decoctum laudatur in ictero.

SOLIDAGO SARACENICA.
VIRGA AUREA.

Harum plantarum particulis terreis, ☋is ☉trosi diuretici aliquid esse inclusum docet earum vis diuretica, & quia impedimenta quæ vulnerum curationes morantur removent, inter vulneraria recensentur. Datur decoctum & pulvis.

[Quam mira præstare dicitur virga aurea in resolu-

tione calculi renalis vid. ap. Wedel Amœn. Mat. Medic. l. 1. ſ. 3. c. 9. p. m. 185. ex Barclai Satyrico p. 1. p. m. 75.]

℞. Virg. aur. ʒij. cape ex vino ſeu decocto proprio pro diuretico & nephritico.

℞. Alchymill. virg. aur. conſol. ſaracen. ſummit. hyperic. ana Mj. rad. conſolid. ʒij. glycyrrh. ʒß. coq. ex ▽ vel Cerev. col. add. ſyr. d. ſymph. Fern. q. ſ. ad grat. f. apoz. vulnerarium & diureticum.

BUR-

SOLIDAGO SARACENICA, vocatur etiam CONSOLIDA SARACENICA, vel VIRGA AUREA SARACENIA, Heidniſch-Wundkrauth.

Eſt ſpecies Jacobææ, planta videlicet flore radiato, cujus ſcilicet diſcus ex pluribus floſculis corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce tubiformi & multifido comprehenſis. Embryones autem abeunt in ſemina pappis inſtructa, thalamoque affixa.

Jacobæa Alpina foliis longioribus ſerratis Tourn. I. R. H. cl. 14. S. 1. g. 3. Virga aurea anguſtifolia ſerrata, ſive Solidago Saracenica I. B. 2. 1063. Virga aurea anguſtifolia ſerrata C. B. Pin. 268. Conſolida aurea Tabern. Ic. 556.

Invenitur in montibus, & ad foſſas atque rivulos, floret Julio & Auguſto.

VIRGA AUREA quod ramuli floribus aureis gravidi auricolorem virgulam referant, SOLIDAGO & CONSOLIDA à virtute, Gulden-Wundkrauth / Grund-Heyl / VERGE D'OR, VERGE DORÉE.

Eſt planta flore radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis, corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce ſquamoſo comprehenſis. Embryones deinde abeunt in ſemina pappis inſtructa. His notis addendi ſunt flores longa ſerie in ſummis ramulis naſcentes

Virga aurea vulgaris latifolia I. B. 2. 1062. Virga aurea anguſti-

guſtifolia minus ſerrata C. B. Pin. 268. Virga aurea Dod. Pempt. 142.

Nemoroſis & ſaltuoſis opacis læto pinguique loco enaſcitur, Auguſto virga lucet aurea dicente SCHWENCKFELDT.

Commendantur hæ plantæ ad fluxus alvi & uteri, item ad icterum & hydropem. Renes atque ureteres ab impuritatibus liberant. Sanant ulcera oris, columellæ inflammationem arcent & faucium morbis medentur, putredinem gingivarum & vacillationem dentium curant.

BURSA PASTORIS.

Tam intra quam extra pro adſtringente & vulnerario habetur, convenit quoque in ſputo ſanguinis & hæmorrhagiis quibusvis, nonnulli prædicant etiam in pollutionibus nocturnis.

℞. Burſ. paſtor. Mij. f. dec. ex ▽ ad ſiſtendum hæmorrhagias, & præcipue nimium menſium fluxum, mictum & vomitum cruentum, vel cape ſucci expreſſi ℥ß. ex decocto proprio contra eundem affectum.

VER-

Ita dicitur à forma fructus, qui ad paſtoris marſupium accedere exiſtimatur, PERA PASTORIS, PERA PASTORIA, nonnullis appellatur HERBA CANCRI, CRISPULA, SANGUINARIA & SANGUINALIS, quia ſanguinis fluxus ſiſtit. Seckel-Kraut/ Teſchel-Kraut/ Hirten-Seckel/ BOURSE DE PASTEUR, BOURSE à BERGER, TABOURET, BOURSETTE.

Eſt planta flore cruciformi quatuor petalis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum planum, ora ſuprema ſciſſum, triangulum iſoſceles inverſum quaſi referentem, ſepto intermedio, cui valvæ utrimque adhæreſcunt in duo loculamenta diviſum, ſeminibusque fœtum exiguis.

Burſa paſtoris major folio ſinuato C. B. Pin. 108. Burſa paſtoria I. B. 2. 936. Paſtoria burſa Dod. Pempt. 103.

Ubivis obvia eſt hæc herba, locis incultis ſecus vias ſepes &c. Aprili, Majo & Autumno floret.

In uſu ſunt folia quæ refrigerant & adſtringunt. Ad fluxum menſium nimium in calceis geſtatur burſa paſtoris, applicatur quoque alis & popliti & lumbis in hæmorrhagia narium & uteri. Radix ut & herba ob eundem ſcopum ſub lingua aut in manibus detinetur. Succus burſæ paſtoris vulnera glutinat, & ulceribus aurium medetur. Succum alii naribus immittunt, alii fronti & collo cum aceto & albumine ovi imponunt. In ictero nudis pedum plantis ſubditur. Juxta Borellum burſa paſtoris contuſa & auribus adplicita optimum conſtituit remedium, ſæpe expertum in dolore dentium, ob ſingularem cum iis conſenſum.

IN OFFICINIS DESTILLATUR EX FOLIIS,

Aqua burſæ paſtoris, Teſchelkraut-Waſſer/ *Eau de Tabouret* ou *de Bourſe à Berger*, quam in fluxibus alvinis quidam commendant.

VERBENA.

Vim adſtringentem cum cæteris ſuæ ſortis obtinet, ab hac an dependeat vis ſpecifica contra dolorem capitis à tenui & acri lympha ortum aliis judicandum relinquo, interim omnibus cephalicis medicamentis impune addi poteſt. [Etiam ex collo ſuſpenſam miraculi inſtar dolorem capitis ſedaſſe exemplo demonſtrat Foreſt. lib. 9. obſ. 52. p. m. 270.]

℞. Extr. verben. inſpiſſ. ℥ hyoſc. papav. q. ſ. applica temporibus ad dolores capitis tollendos.

℞. Santal. rubr. ʒij flor. roſar. fol. verben. ana Mj camph. ʒß. ſacch. ♄ni ʒj. acet. q. ſ. f. epith. egregie ſiſtens dolorem capitis febricitantium, temporibus applicatum.

℞. Aq. deſt. verben. ad ℥iiij cum aliquot guttulis ⌒us ⊕li aſſumta Hoffmanno Clav. in Schrœd. in dolore capitis mira præſtare dicitur.

℞. ▽

℞. ▽ verben. cape bon. hauſt. cum ℈j. Oc. ♋ ad abortum præcavendum.

FOLIA

VERBENÆ vocabulum quidam à verrere deducunt, quoniam olim ad aras detergendas adhibebatur; alii dictam volunt quaſi HERBENAM ſeu VENERIS VENAM. Vocatur etiam VERBENACA, περιστερεών, PERISTEREUM, HERBA SACRA, SAGMINALIS & FERRARIA, Eiſen-Krauth/ Eiſenhart/ Eiſerich/ à ferri duritie. VERVEINE.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum & plerumque bifidum eſt, inferius vero tripartitum, ſic tamen ſecantur ambo, ut flos quinquepartitus primo aſpectu videatur. Ex calyce ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina tenuia & oblonga totam pene capſulam, quæ floris calyx fuit, occupantia. His notis addendum eſt flores ſpicatim utplurimum naſci, non tamen verticillatim & quandoque in capitulum diſponi.

Verbena communis cæruleo flore C. B. Pin. 269. Verbena vulgaris I. B. 3. 443. Verbena recta Dod. Pempt. 150.

Ubique ſecus pagorum viarumque margines & urbium areas, ac non raro in ipſis ruderibus naſcitur, floret menſibus nunc æſtivis nunc autumnalibus.

Verbena, cujus folia in uſu, vires habet anodynas & vulnerarias, convenit in affectibus pectoris, obſtructionibus Lienis & hepatis, ictero, torminibus ventris, vermibus, calculo, arthritide, febre tertiana &c. Commendatur Verbena ad arthritidis ſpecies. Virtute quoque ophthalmica gaudet. Externe in doloribus capitis in oleo coctam verbenam applicant, vel planta recens ſola aut cum pulvere radicis rhodiæ vel zedoariæ contuſa capiti dolenti circumligatur. Quod etiam facit decoctum ejus aut aqua cum proprio pulvere. Verbena laudatur quoque ad epilepſiam & ad affectus melancholicos. Tanquam amuletum laudatur ad ſtrumas. Succo verbenæ ferrum indurari ſunt qui aſſerunt. Sunt qui ſuperſtitioſe geniculum

lum tertium Verbenæ ſurſum à terra decerptum ad febrim tertianam commendant.

OFFICINÆ CUSTODIUNT

Aquam Verbenæ, Eiſenkraut-Waſſer / *Eau de Verveine*, ex herba cum floribus collectam, in collyriis & frontalibus multi eſt uſus, hepar & lienem deobſtruit, icterum curat, arenulas pellit, febres fugat, lac auget, oris vulnera & ulcera curat.

FOLIA QUERCUS.

Cum corticibus conveniunt, in ſpecie laudantur in procidentia ani & uteri.

FOLIA QUERCUS tempore peſtis accenſa aërem repurgare dicuntur. Suffitus aut etiam balneum foliorum in fluore menſium aut hæmorrhoidum nimio commendatur. Laudantur quoque ad odontalgiam in vino vel aqua decocta.

Ex his tenellis Majo collectis deſtillatur.

Aqua foliorum Quercus, Eichenlaub-Waſſer / *Eau de feuilles de Chesne*, tanquam adſtringens non ſolum in alvi fluxibus, ſed & ad mictum cruentum ſabulum & calculum celebratur. Aphtis medetur & dentibus vacillantibus: Ulcera quoque antiqua & præſertim Tibiarum ſanat.

PYROLA.

Virtute vulneraria, quæ ſola de hujus foliis innotuit cæteris omnibus congeneribus præfertur.

℞. Pyrol. ſanicul. virg. aur. ana Mij. hyperic. p. ij. rad. ſymph. ʒiij. coq. in vino f. decoct. vulnerarium.

SANI-

PYROLA à Pyro, propter foliorum ſimilitudinem, Wintergrün / Waldmangolt / PYROLE.

Eſt

Eſt plantæ genus flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in fructum ſubrotundum, ſtriatum plerumque umbilicatum quinquecapſularem ſeminibusque fœtum utplurimum exiguis.

Pyrola rotundifolia major C. B. Pin. 191. Pyrola I. B. 3. 535. & Dod. Pempt. 138.

Locis gaudet montanis ac umbroſis, in multis per Germaniam ſylvis occurrit, cum floribus Junio ac Julio viget, toto anno viret.

Pyrola laudatur in cohibendis fluxibus ſanguineis, ut & in herniis curandis, ſi præſertim cum conſolida Sarracenica decoquatur.

PROSTAT

Aqua Pyrolæ, Wintergrün-Waſſer / *Eau de Pyrole.*

SANICULA.

Cum cæteris ſuæ ſortis ad vulneraria tam interna quam externa refertur.

℞. Sanicul. alchym. beton. ana Mj. rad. ariſtol. ℥j. ſymph. ℥iij. f. decoct. vulnerarium tam internum quam externum, pro interno add. ſyr. d. ſymph. Fern.

AL-

SANICULA à Sanando dicta, DIAPENSIA, Sanickel/ Sannickel/ SANICLE.

Eſt planta flore roſaceo, & umbellato in capitulum conglobato, plurimis petalis conſtante in orbem poſitis ad centrum floris plerumque reflexis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum, hinc gibbis & echinatis, inde vero planis. Ex floribus nonnulli ſæpe ſteriles ſunt.

Sanicula officinarum C. B. Pin. 319. Sanicula mas Fuchſii ſive Diapenſia I. B. 3. 639. Sanicula Dod. Pempt. 140.

Creſcit in montibus ac vallibus, ſolo gaudet pingui & opaco, floret Junio, quo tempore etiam colligi ſolet.

Roborat, glutinat, & adſtringit, commendatur in hæmoptyſi aliisque fluxibus ſanguinis. Herniis medetur. De hac herba in proverbio dicitur; NON EGET CHIRURGO QUI SANICULAM HABET.

OFFICINÆ ASSERVANT

Aquam Saniculæ, deſtillatam ex herba florente, Sanickel-Waſſer / *Eau de Sanicle.*

ALCHYMILLA.

Ob vim validam adſtringentem, additur tam decoctis quam clyſteribus, convenit vulneribus medendis, dyſenteriæ curandæ & laxis pudendis conſtringendis, laudatur quoque ad flaccidas laxaſque mammas duriuſculas & minores reddendas.

℞. Alchymill. fol. ſymph. cum toto q. v. f. inſeſſus vel balneum vel fotus ad mammas & pudenda ſtrictiora reddenda. [De vi adſtrictoria radicis ſymphiti in hoc caſu vid. ridiculam hiſtoriam apud Phil. Hœchſtetter. Decad. 3. caſ. 5. p. m. 236.]

PILO-

ALCHIMILLA dicitur, quoniam ab alchimiſtis multum celebratur, PES LEONIS, PLANTA LEONIS, LEONTOPODIUM a figura foliorum, HELIODROSIUM, quod ſole licet præſente rorem ſervet PSIADIUM à roris guttis vocatur. Stellaria à foliorum diſpoſitione. Sinnau quaſi Sonnenthau / Löwentappen / Löwenfuß / gulden Ganßerich / Genſelgrün / Sternkrauth / groſſer Sanickel / Marien-Mantel / unſerer Frauen-Mantel à plicis foliorum. PIED DE LION.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus conſtante ex

ex calyce infundibuliformi & multifido ſurgentibus. Piſtillum autem abit in ſemen unicum vel multiplex in capſula, quæ calyx floris fuit, reconditum.

Alchimilla vulgaris C. B. Pin. 319. & Clus. Hiſt. cviij. Pes Leonis ſive Alchimilla J. B. 2. l. 17. 598. Alchimilla Dod. Pempt. 140.

Creſcit loco udo & humido, item in paſcuis, colitur quoque in hortis, florens Majo & Junio.

Alchimilla cum ſanguinem tenuem incraſſet, in fluxibus variis, nimio v. gr. menſium fluxu & fluore albo prodeſt. Uſurpatur in potionibus vulnerariis. Succus alchimillæ ad aliquot uncias per tres dies hauſtus in principio Epilepſiæ à quibusdam commendatur. Ingreditur unguenta & emplaſtra. In gargarismate adhibetur ad anginam, & alia oris vitia.

IN OFFICINIS EXTAT

Aqua Alchimillæ, deſtillata ex integra planta collecta menſe Junio cum floribus, Sinnau-Waſſer / *Eau de pied de Lion.* Hac aqua virgines flaccidas mammas turgidulas reddere conantur, tales ſcilicet, quales cruda viro ſervat puella.

PILOSELLA.

Inter vulneraria temperatior eſt, & propterea infantibus ad herniam curandam datur. Laudatur quoque in temperanda lympha acida, à qua aſpera arteria moleſte afficitur & inflammationem faucium producit.

℞. Piloſell. Mij coq. ex Cerev. f gargariſm. ad dentium dolores ortos ad humore acido acri.

POLY-

PILOSELLA quaſi piloſa herbula, AURICULA MURIS à ſimilitudine foliorum, PILOSELLA LUTEA Mauß-Oehrlein / gelb Mauß-Oehrlein / Nagel-Krauth / kriechende Piloſelle / PILOSELLE,

Eſt planta flore ſemifloſculoſo, plurimis ſemifloſculis conſtante embryoni inſidentibus & calyce comprehenſis. Embryo autem abit in ſemen pappis inſtructum, in capitulum globoſum collectum & thalamo affixum. His addendum eſt flores innaſci pediculis non ramoſis, adeoque eſt dentis Leonis ſpecies.

Dens Leonis qui Piloſella officinarum Tourn. I. R. H. cl. 13. S. 1. g. 1. Piloſella major repens hirſuta C. B. Pin. 262. Piloſella Auricula muris Tabern. Ic. 196. Piloſella majori flore ſive vulgaris repens I. B. 2. 1039.

Naſcitur arido ſolo locis incultis, collibus & agrorum herbidis limitibus, pratis ſiccioribus. Floret Majo & Junio.

Uſurpatur piloſella tanquam adſtringens in fluxibus alvinis & ſanguineis. Pectori benefacit, Ictericis, Phthiſicis & Lienoſis prodeſt. Laudatur etiam in ſcabie ejus decoctum. Externe in vulneribus & ulceribus inveteratis imprimis conducit, odontalgiam ſedat, & oris ulcera ſanat. Hæmorrhagiam narium ſiſtit pulvis inditus.

IN OFFICINIS EXTAT

Aqua Piloſellæ ex integra planta, Maußöhrlein-Waſſer. *Eau de Piloſelle.*

POLYGONUM.

Præter virtutem vulnerariam habet quoque ſpecificam in hæmoptyſi & quavis hæmorrhagia. Externe applicatur carpis manuum ad æſtus febriles tollendos.

℞. Succ. polygon. ℥j. vin. auſter. ℥iiij. cape contra vomitum ſanguineum.

℞. ▽ Polygon. melius decoct. in quo exhibe rhab. toſt. N. M. toſt. ana ℈ß. contra hæmoptyſin.

PLAN-

Πολύγονον, quaſi planta multum geniculata POLYGONIA, CEN-

CENTUMNODIA, CENTINODIA SANGUINARIA herba à virtute ſanguinem ſiſtendi, CORRIGIOLA, Weg-Graß/ Weg-Tritt a loco natali, Tauſend-Knoden/ Blut-Krauth/ RENOUE'E, TRAINASSE, CENTINODE.

Eſt planta flore apetalo, plurimis ſtaminibus conſtante, ex calyce infundibuliformi & multifido ſurgentibus. Piſtillum autem abit in ſemen triangulare in capſula, quæ floris calyx fuit, reconditum. His addendum eſt flores in foliorum alis naſci & plantam radicibus fibratis donari.

Polygonum latifolium C. B. Pin. 281. Polygonum ſive Centinodia 3. 374. Polygonum mas Dod. Pempt. 113. Sanguinaria Adverſ. Lob. Ic. 419.

Hoc polygono, ut loquitur SCHWENCKFELDT, nihil comtemtius ac vulgatius habent compita & rura, floret æſtate.

Polygonum ob virtutem adſtringentem in omnibus fluxibus alvi laudatur. Sunt, qui dicunt, nihil magis ſanguinem ſiſtere, quam ipſam hanc herbam: calculum præterea pellit, ſtranguriam ſedat, lumbricoſque necat, ad difficilem quoque partum & fœtum mortuum ejiciendum commendatur. Externe hæmorrhagiis narium uteri hæmorrhoidum &c. medetur axillis vel oſſi femoris alligata, quem in finem celebratur quoque radix, convenit porro in inflammatione oculorum & tumoribus mammillarum.

IN PHARMACOPOLIIS EXTAT

Aqua Centinodiæ vel Polygoni, Wegtritt-Waßer/ *Eau de Renouée ou de Centinode*, qua uti ſolent in fluxibus alvi, dyſenteria ut & in vomitu ſanguinis, adhibetur quoque in gargariſmatibus ad oris & gingivarum inflammationes.

PLANTÆ PARTICULIS TERREIS TEMPERATIS ET BLANDIS VOLATILIBUS CONSTANTES.

HERBÆ CAPILLARES.

Sunt Adiantum album ſeu ruta muraria. Adiantum nigrum ſeu Capillus ♀is. Polytrichum aureum. Aſplenium ſeu Ceterach ſeu Scolopendrium.

In terrea ſubſtantia habent quidpiam volatilis, ob quod blande incidunt, reſerant, hinc viſcerum obſtructionibus quibuſvis, in ſpecie ſcorbuto, malo hypochondriaco, ſcirrhis & obſtructionibus lienis conducunt, proſunt quoque in vitiis pectoris & renum, ad incidendum mucum illis impactum. Ob ſubſtantiam terream tubulos & poros conſtringunt ne defluant capilli.

Pulvis aureus qui parti foliorum averſæ adnaſcitur cum ſuccino albo & ſucco portulacæ datus mire ſiſtit fluxum gonorrhœæ.

Datur decoctum, ſyrupus tam ſimpl. quam comp.

PHYL-

Quinque communiter ſolent numerari in uſum venientes herbæ capillares. ADIANTUM NIGRUM ſeu CAPILLUS VENERIS, ADIANTUM ALBUM ſeu RUTA MURARIA, POLYTRICHON AUREUM, TRICHOMANES & ASPLENIUM ſeu CETERACH.

Ἄδιανθον, ADIANTHUM, quod aqua non madefiat. ADIANTHUM NIGRUM, CALLITRICHON, quod crines pulchriores reddat, HERBA CAPILLARIS, CAPILLUS VENERIS, CAPILLUS TERRÆ, Frauen-Haar / Venus-Haar / Jungfern-Haar / CAPILLAIRE.

Capillus Veneris duplex eſt communis & ex Gallia allatus. Ille

Ille ad filiculam pertinet, dum ratione foliorum ad filicem accedit, & dicitur

Filicula quæ adiantum nigrum Officinarum pinnulis obtusioribus Tourn. I. R. H. cl. 1. 6. S. 1. g. 6. Adiantum foliis longioribus pulverulentis pediculo nigro C. B. Pin. 355. Adiantum nigrum Officinarum I. B. 3. 742. Dryopteris nigra Dod. Pempt 466.

CAPILLUS VENERIS OFFICINARUM, CAPILLAIRE ORDINAIRE. Ab hoc nobilior species discrepat quæ à cæteris plantis, quæ floribus carent & quarum fructus foliis innascuntur, differt propria foliorum facie. Fructus nascuntur in sinubus seu complicatione foliorum, in quibus occurrunt capsulæ sphæricæ annulo vi elastica donato munitæ, cujus contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima.

Adiantum foliis Coriandri C. B. Pin. 355. Adiantum sive capillus Veneris I. B. 3. 751. Adiantum Dod. Pempt. 469.

Capillus Veneris communis. In parietibus petrosis, umbrosis, humidis secus fontes & aquarum stillicidia exit. Viret quavis anni parte Altera autem species in Languedocia circa Montem pessulanum multum provenit, & præfertur tanquam nobilior.

ADIANTUM ALBUM seu RUTA MURARIA, SALVIA VITÆ, RUTA PARIETUM, FILICULA ASELLORUM. Maurraute / Stein-Raute / Esels-Farn.

Discrepat à congeneribus plantis foliis ad rutam accedentibus. Fructus foliis innascuntur; capsulæ scilicet membranaceæ Sphæricæ annulo vi elastica donato munitæ, cujus contractione rumpuntur seminaque funduut minutissima.

Ruta muraria C. B. Pin. 356. I. B. 3. 753. & Dod. Pempt. 470. Adiantum album Tabern. Ic. 796.

Locis saxosis & è scissuris juncturis murorum vetustorum, juxta aquas, puteos, fontes locis umbrosis provenit, folia ejus non prius, quam nova emergant, marcescunt.

POLYTRICHUM AUREUM, Polytrichum dicitur quasi ex crinibus multis constans. ADIANTUM AUREUM, à caulibus & summitatibus aureo colore præditis, CHRYSOTRICHON, MUSCUS CAPILLARIS AUREUS, Gulden-Wiederthon / Gulden-Haar / Wolffs-Gerst.

Cum

Cum foliis ſingularibus gaudeat, flores vero & fructus vulgo deſiderentur ad Muſcum pertinet.

Muſcus Capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus Tourn. I. R. H. cl. 17. S. 1. g. 1. Muſcus aureus capillaris medius Herm. H. L. B. Polytrichum aureum majus C. B. Pin. 356. Polytrichum Apuleii majus quibuſdam I. B. 3. 752. Adiantum Aureum Tabern. Ic. 797.

In altis ſylvis è muſcoſis præſertim & antiquis, ut vult SCHWENCKFELDT, quæ corruerunt, arboribus provenit.

TRICHOMANES παρὰ μανὰς τρίχας è raſis capillis, quod nempe capillum rarum deraſumque naſci faciat. POLYTRICHUM vulgo, Wieder-Todt / Rothe-Mauerrauthen / Wieder-Thon / POLITRIC.

Differt à reliquis capillaribus, quod ejus folia à foliolis componantur plerumque ſubrotundis, coſtæ utrinque quaſi per conjugationes innaſcentibus. Fructus foliis innaſcuntur, capſulæ ſcilicet membranaceæ, globoſæ ferme, ſquamis obvolutæ annnulo elaſtica vi donato munitæ, cujus contractione rumpuntur, ſeminaque fundunt tenuiſſima.

Provenit in ſylvis & montibus, locis umbroſis tenebricoſis & humidis, ſabuloſis itidem & arenoſis ſaxis.

ASPLENIUM, Ἀσπλήνιον, σπλήνιον, σπλένιον, à virtute contra morbos lienis, SCOLOPENDRIA, SCOLOPENDRIUM VERUM, CETERACH, Miltz-Krauth / Miltz-Fahrn / Neßel-Farn / CETERAC.

Ab antecedentibus plantis flore carentibus differt foliis ſingulari forma præditis, margine ſcilicet pulchré ſinuato.

Aſplenii prona pars ſquamis obducitur, è quibus velut è ſinubus propriis emergunt capſulæ ſphæricæ annullo elaſtica vi donato munitæ, cujus contractione rumpuntur ſeminaque fundunt minutiſſima.

Aſplenium ſive Ceterach I. B. 3. 749. Ceterach Officinarum C. B. Pin. 354. Aſplenium Dod. Pempt. 468.

In montibus aſperrimis, in vetuſtis item quandoque parietibus, in rupibus, in ſaxoſis opacis ac umbroſis proſilit, toto anno virens.

Herbæ capillares, præter virtutes allegatas, laudantur quoque in morbis uteri, menſibus & ſecundinis pellendis, fluxu albo, pleuritide

tide itidem asthmate Phthisi & Hectica, ut & in ictero, hydrope & febribus. Ad rachitidem tanquam specificum commendatur Ruta muraria; quæ etiam in Herniis infantum multum deprædicatur. Capillus Veneris haud raro in infuso instar Theæ usurpatur. Lixivium aut potius decoctum herbarum capillarium capillos auget, pulchrioresque reddit, & furfures capitis abigit.

IN OFFICINIS PROSTAT

Syrupus Capillorum Veneris, Syrup Capillaire/ oder Frauen-haar-Syrup/ *Syrop capillaire.* In pectoris morbis, tussi asthmate, raucedine, pleuritide item commendatur, expectorationem promovet; admiscetur remediis becchicis sæpissime in infuso Thée jucunditatis gratia assumitur loco Sacchari. Inficitur etiam odore florum Aurantiorum. Præfertur qui Montepessulano ad nos advehitur.

PHYLLITIS seu LINGUA CERVINA.

Convenit cum plantis capillaribus & cum his simul & semel præscribitur, frequenter ingreditur vulneraria decocta.

℞. Phyllit. Mij. virg. aur. Mj. rad. helen. ʒiij. rad. Cichor. ʒvj. bacc. juniperi ℔ij. fine effervescere cum Cerevisia recenti f. potus diureticus & vulnerarius, cachecticis & hydropicis utilissimus.

CA-

Φυλλίτης, PHYLLITIS, quasi foliosa herba, cum tota quasi folium sit, LINGUA CERVINA, SCOLOPENDRIA VULGARIS, SCOLOPENDRIUM. Hirsch-Zung / Hirsch-Zungen-krauth. LANGUE DE CERF, SCOLOPENDRE.

Est planta cujus folia linguæ cervi figuram æmulari vulgo existimantur, nunc simplicia, nunc laciniata, interdum ramosa seu costæ affixa. Linguæ cervinæ fructus innascuntur foliis; in sinubus

enim ſulcatis & quaſi bivalvibus occurrit numeroſa congeries capſularum, quæ ſingulæ annulo elaſtica vi donato muniuntur, cujus contractione rumpuntur ſeminaque fundunt minutiſſima.

Lingua Cervina Officinarum C. B. Pin. 353. Phyllitis ſive Lingua Cervina vulgi I. B. 3. 748. Phyllitis vulgaris Cluſ. Hiſt. CCXIII. Creſcit in ſylvis lociſque umbroſis ac opacis in puteis. Colitur etiam in hortis. Viret fere per totum annum.

Aperit, attenuat & ſubadſtringit. Laudatur ad affectus ſpleneticos, hepaticos & pectorales. Ingreditur Vina Majalia. Externe quoque ad vulnera & ulcera mundificanda celebratur, ut & ad caſum capillorum, in odontalgia quoque & ſcorbuto oris prodeſt in aqua vel vino decocta.

IN PHARMACOPOLIIS HABETUR

Aqua Scolopendrii, Hirſchzungen-Waſſer / *Eau de Scolopendre.*

CAPUT SEPTIMUM.

DE FLORIBUS.

SALIBUS VOLATILIBUS OLEOSIS SEU AROMATICIS CONSTANTES.

FLORES RORISMARINI OFFICIN. ANTHOS.

REcentiores ſunt ſubtiliores & ſpirituoſiores quam folia, cum quibus cæteroqui conveniunt. Ex his fiunt — Eſſent. ▽ reg. Hung. ♁♁ deſt. conſerva cum ſaccharo facta, in

in qua tanquam appropriato vehiculo cephalica, uterina & nervina exhiberi poſſunt.

℞ Conſerv. anth. Menth. ana ʒß. ⊖ vol. ſuccin. gr. xv. M. f. uterin. & cephalic. pro ij doſ. ſi addideris petrol. alb. gt. ij. vel iij. habebis medicamentum contra vertiginem.

℞. Conſ. anth. ʒß. ♎ cinam. gt. j. borrac. Ven. ϑß. f. bolus in menſium remora.

℞. ⏜us vin rectif. ſ. melius ⏜ roriſmar. per ferment. fact. ſ. ▽ propr. deſt. ſæpius cohob. affundendo floribus roriſmarini & deſtilla ex balneo, hunc laborem continua donec deſtillatum fragrantiſſimum acquiſiverit odorem & ſaporem, hoc repone pro ▽ Reginæ Hungariæ.

℞. ▽ frag. roriſmar. & ⏜uoſ. cohoba cum ♎ deſt. roriſmar. recenti, deſtilla blando △e, donec imbiberit tantum ♎ quantum commode ſuſcipere poteſt, hoc applica partibus paralyticis.

℞. ▽ Reg. Hung. applica vertici capitis ad tollendos dolores.

Confer ea quæ ſuperius dicta ſunt de Roremarino.

FLORES LAVENDULÆ
ſeu SPICÆ.

Virtutibus cephalicis uterinis & nervinis roriſmarini floribus multo præſtantiores & penetrantiores eſſe, probat primo ♎ deſtillatum, deinde ſalivatio quam flores & folia maſticata excitant, hinc in ſoporoſis & catarrhalibus morbis valdopere laudantur. Horum odorem fugiunt pediculi, blattæ & alia inſecta, propterea in his fugandis vel enecandis conducunt.

Datur ▽ deſt. dec. conſ. infuſ. ♎ deſt.

℞. ▽ deſt. lav. ♒uoſ. ℥ij. Eſſ. Caſtor. ʒij. ♒ Ceraſ. n. ʒj. detin. in ore contra aphoniam & amiſſam loquelam.

℞. ♎ d. ſpicæ, ♎ thereb. ana gt. v. ♎ laur. expr. ʒj. camph. gr. v. M. f. balſamum, cujus gr. v. in juſculo calido exhibita mire conducunt convulſis, externe applicatur paralyſi, ſtupori, & omnibus convulſionis generibus citiſſime medetur.

Conſ. flor. tunic ʒj. add. ♎ ſpic. gt. v. f. bolus contra aphoniam.

℞. Flor. & fol. lavend. ana q. v. affund. ▽ ♒uoſam propriam, add. rad. pyrethri, ari q. v. f. infuſum contra aphoniam.

℞. Decoct. vel lixivium lavendulæ, lava caput pro enecandis pediculis.

FLO-

LAVANDULA à lavando, quod ea parentur balnea, elotaque omnia ſi permiſceantur odoris commendet ſuavitate. PSEUDONARDUS SPICA, Lavendel / Spick / LAVANDE, ASPIC, SPIC, NARD.

Eſt plantæ genus flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum plerumque bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calyce ſurgit piſtillum poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina, in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum eſt flores, Spicæ in modum, verticillatim ſummis caulibus & ramis innaſci.

Lavandula latifolia C. B. Pin. 216. Pſeudonardus quæ vulgo Spica I. B 3. 281. Lavandula Dod. Pempt. 273. Spick / Spicanard / ASPIC.

&

Lavandula anguſtifolia C. B. Pin. 216. Lavandula Dod. Pempt. 273. Pſeudonardus quæ vulgo Lavandula I. B. 3. 281. Lavendel / LAVANDE.

Utraque

Utraque in Hiſpania & Gallia Narbonenſi ſponte provenit, apud nos colitur in hortis, Junioque ac Julio floret.

Flores utriuſque plantæ ventriculum calefaciunt, flatus diſcutiunt, urinam & menſes movent, aperiunt hepar & Lienem, unde in ictero & hydrope proſunt.

Externe in balneis uterinis cephalicis & nervinis adhibentur. Semen Lavendulæ in difficili laudatur partu.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Lavendulæ, Lavendel-Waßer/ *Eau de Lavande* ex ſummitatibus & herba deſtillata.

Conſerva Lavendulæ, Lavendel-Zucker/ *Conſerve de Lavande*, quæ ad uteri præſertim atque capitis commendatur morbos.

Oleum Lavendulæ deſtillatum, Lavendel-Oehl/ *Huile de Lavande*, quod Cephalicum eſt, uterinum, diureticum & carminativum, ſpecificum juxta quoſdam in convulſionibus nervorum à vulnere & punctura tam interne quam externe; ex quo paratur colore ſuo cæruleo maximopere ſe commendans

Balſamum Lavendulæ, Lavendel-Balſam/ *Beaume de Lavande.*

Oleum Spicæ, Spick-Oehl/ *Huile d'Aſpic*, quod etiam cephalicum eſt, uterinum, diureticum, carminativum, & anthelminticum eſt. Pediculos fugat, tineas libris affrictum arcet.

FLORES SALVIÆ.

His folia multo anteponuntur, de quibus ſupra.

CHAMÆMELI FLORES.

Licet Romani flores habeantur penetrantiores quam vulgaris, tamen in his potior vis anodyna eſt; cæterum utriuſque flores aliquid balſamici volatilis in ſibus tam fixis quam volatilibus fovent, à quo pendet ſingularis vis acria quævis mulcens & obtundens, hinc in cardialgia, colica

lica ſimplici & convulſiva & nephritica, ut & flatulentis omnibus diſcutiendis nulli cedunt, promovet quoque lochia, menſes, dolores poſt partum tollunt, conducunt etiam in lacte cocti contra dyſuriam. Externe emolliunt, & dolorem præcipue teneſmi leniunt, ingrediunturque clyſteres ad flatus & tormina.

Datur eorum pulv. decoct. ▽ deſt. ♁ d. eſſent. c. ▽ propria ſ. ſpirituoſa facta.

℞. Flor. chamom. Mij. coq. in vin rhenan. ℔ij. leniter exprime & expreſſum novis floribus affunde, laborem aliquoties reitera, exhibe cochl. iij. contra nephritidem.

℞. Flor. chamom. Mj. coq. ex vino leniter, exhibe contra dolores poſt partum, ſtimuli loco add. eſſent. artemiſ. q. ſ vel coq. in lacte ad dyſuriam & aromatiſa nuce moſchata.

℞. ▽ deſt. chamom. ℥iij. ⏑ theriacal. ʒij. L. O. gr. j. ♁ d. chamom. gt. ij. ſyr. è Cort. aurant. ℥ß. f. mixtura in colica flatulenta.

℞. ▽ Menth. Chamomill. ana ℥ij. ⏑ Carm. Sylv. ℥j. Elix. menth. ʒij. ⏑ ☉tr. dulc. q. ſ. ad acorem L. O. gr. j. vel ij. f. mixtura colica.

℞. ♁ d. chamom. gt. v. ♁ laur. expr. ℈j. f. balſam. quo inungatur regio ventriculi ad cardialgiam, add. L. O. gr. iiij. exhibe cum juſculo calido hujus balſami ℈ß. interne contra cardialgiam.

℞. Flor. chamom. ʒj. cape ex decocto proprio ad febres puerorum, idem confert in lumbricis.

℞. Flor. chamom. Mij. coq. in vaſe clauſo, igne leni ſufficienter. ℞ Colatur. ℥viij. add. ♁ laur. expr. ℥j. f clyſter. ad colicam quamcunque, ſi nullæ exeant fœces. add. ♁is ʒij. injice denuo clyſterem, in torminibus cum convulſione add. Eſſent. caſtor. fact. cum ♁ ſubtili therebinth. ℥ß.

CRO-

χαμαίμηλον, quaſi pomum humile, quoniam quædam ſpecies pomum redolent, CAMOMILLA ἄνθεμις, ANTHEMIUM, λευκάνθεμον, CHAMOMILLA, LEUCANTHEMUM, ROTULA SOLIS, DISCUS SOLIS, Chamomillen / Chamillen / Gamillen / Hermlein / Magd-Blum / Meyd-Blum / Laugen-Blum CAMOMILLE.

Eſt planta flore plerumque radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis, corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce ſquamoſo comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina thalamo affixa. His notis addenda ſunt folia in tenuiſſimas lacinias diviſa, totiuſque plantæ facies.

Chamæmelum vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis C. B. Pin. 135. Chamæmelum vulgare amarum I. B 3. 116. Chamæmelum vulgare Dod. Pempt. 257. Gemeine Camillen. &

Chamæmelum nobile flore multiplici C. B. Pin. 135. Chamæmelum Romanum flore multiplici Tabern. Ic. 19. Chamæmelum repens odoratiſſimum perenne flore multiplici I. B. 3. 119.

Prior ſpecies paſſim obvia eſt in ſegetibus aliiſque locis, poſterior vero colitur in hortis & hoc habet peculiare quod pedibus conculcata fortiorem odorem ſpargat. Floret utraque Junio Julioque. Chamomilla vulgaris colligenda ſingulis annis, cum flores ſuos in ambitu albos cum umbone luteo expandit. Tota autem herba cum floribus eſt in uſu. Chamomilla digerit atque laxat, ad urinam pellendam convenit, poſſidet virtutem diſcutientem & reſolventem atque obſtructiones reſerantem, unde in febribus varii generis, pleuritide itidem præſertim ſpuria, aſthmate, Ileo, teneſmo, pareſi, dyſenteria, hypochondriorum tenſionibus, nephritide, dolore calculi, urinæ ſuppreſſionibus, ſtranguria & dyſuria, ictero, hydrope, meſenterii, Lienis, hepatis aliiſque obſtructionibus & morbis exinde oriundis uſurpatur. Multum celebratur in affectibus uteri, ejuſque doloribus præſertim poſt partum; ſic quando puerperæ frigori ſe exponunt, unde uterus inflatur, ita ut quaſi ſemel adhuc parituræ compareant, nullum fere melius remedium quam Chamomilla tum interne tum etiam externe in vino decocta. In febribus intermittentibus interne commendatur, ubi flores pulveriſati ad drachmam ſemis, ſingulis quatuor horis aſſumuntur, ad profligandos paroxyſmos, ſunt qui eundem ac corticem Peruvianum exſerere effectum volunt. Nauſeoſum interim eſt medi-

camen-

camentum, ſed non omnino ſpernendum. Planta hæc decocta cum lacte, addita præſertim Linaria, hæmorrhoidibus cæcis dolentibus confert, imprimis autem, ut & ipſe author innuit in clyſteres emollientes carminativos & anticolicos recipitur, imo vix ullum eſt clyſma, quod Chamomilla non ingreditur. Inter plantas, quæ in balneis contra calculum & colicam recipiuntur; flores Chamomillæ egregium conſtituunt ingrediens. Adhibetur etiam Chamæmelum frequentiſſime in pediluviis, ubi ad laſſitudinem confert, cum floribus Nymphææ mixtum iiſdem pediluviis ad vigilias arcendas, & dolores capitis ſedandos immiſcetur. Sacculi porro è Chamomilla parantur, in contuſionibus ſanguinis, ſuffuſionibus tumoribus, doloribus abdominis & uteri convenientes.

IN OFFICINIS VARIA EX CHAMOMILLA INVENIUNTUR PRÆPARATA

Aqua Chamomillæ, ex floribus præſertim deſtillata, **Camillen-Waſſer** / *Eau de Camomille*, in colica aliiſque affectibus flatulentis laudata.

Oleum Chamomillæ, per infuſionem & coctionem paratum, **Camillen-Oehl** / *Huile de Camomille*, quod emollit, laxat diſcutit, & dolores mitigat, commendatur in tumoribus, affectibus flatulentis, in contracturis, convulſionibus arthriticis, affectibus febrilibus ac laſſitudine: à nonnullis olei benedicti-nomine inſignitur.

Oleum Chamomillæ, per deſtillationem prolectum, præſertim *Sapphirinum*, ſive *cæruleum*, **Blau Camillen-Oehl** / *Huile diſtillée Bleuë de Camomille*. Oleum hoc externe convenit in colica, ſuffocatione uterina umbilico, abdomini & ſcrobiculo cordis inunctum: ut ſpecificum contra cardialgiam celebratur, item cum bombace auribus inditum, in eorum doloribus. Conſtat inſuper mihi hoc oleum quoque deprædicari ad affectus nephriticos & calculos pellendos. Interne guttatim propinatur vel in vehiculo vel cum Saccharo in Elæoſaccharum mutatur, admodum conveniens in affectibus flatulentis. Guttæ circiter ſex octo aut decem unciæ ſacchari admiſcentur. Quæ de hoc oleo Sapphirino dicta ſunt ſuo modo etiam communiter deſtillato applicari poſſunt.

Syrupus de Chamomilla, **Camillen-Syrup** / *Syrop de Camomille*.

mille. In doloribus colicis, iliacis, nephriticis & uterinis tum à flatibus, tum aliis causis oriundis præsertim in doloribus abdominis infantum commendatur. Pertinet porro huc

Aqua Carminativa Schrœderi, sive *Aqua contra flatus cum Vino*, Schröders Wind und Grimmen-Wasser / *Eau carminative de Schrœder.* Hæc aqua quoad partem cum vino parata adeoque spirituosa magnarum ab authore dicitur esse virtutum, in morbis à flatibus subortis, præsertim cum etiam aliqualem vim possideat paregoricam. Dosis uncia semis & ultra.

Aqua contra flatus sine vino, sive *Aqua carminativa Dorncreilii correcta*, Grimmen oder Wind-Wasser ohne Wein destillirt / *Eau contre les vents* ou *carminative sans Vin.* Convenit cum priori ratione virtutum, excepto, quod ut loquuntur, minus calida sit ob vinum, dosis quoque eadem. Optandum autem esset, ut & Chamomillæ & exinde præparatis gratior inexisteret sapor.

Aqua ad tormina infantum, Leibweh-Wässerlein / *Eau contre la colique pour les enfans.* In colica infantili flatus dissipando & fibras intestinorum demulcendo convenit. Datur cochleatim.

CROCUS ORIENTALIS.

Crocus optimus ex Anglia ad nos transfertur, in India orientali ipse non crescit, sed ad Indos e nostris regionibus transfertur.

Constat ☉ibus fixis & volatilibus fragrantissimis & penetrantibus junctis blando oleo seu unctuositati, hinc aromaticus est, anodynus & hypnoticus, discutit mirifice, & in tussi dyspnœa, asthmate convulsivo, in phthisi, roborando & exhilarando corde, in mensium lochiorum & fœtus remora ut & in ictero in usu habetur, item in syncope & palpitatione cordis, externe ventriculo applicatus eum roborat. Frontalibus admotus phrenitidem, maniam & cephalalgiam à frigido ortam tollit, membris paralyticis & induratis impositus mire discutit.

⌐us vini crocatus grumos ſanguinis ſub cūte ſolvit & diſcutit, immoderatior uſus vitandus eſt, quia ſtuporem, ſomnolentiam nimiam & aliquando etiam amentiam inferre ſolet.

Datur ſubſtant. ad ℈ß. Eſſent. Extract: proſtat etiam emplaſtrum oxycroceum.

℞. Croc. or. gr. vij. Cinam. ac. ℈ß. Myrrh. gr. viij. Zedoar. ℈ß. ♃ diaph. ℈j. M. f. pulv. ad lochia promovenda.

℞. Croc. or. gr. vij. borrac. ℈ij. Myrrh. gr. xv. cinam. ac. ℈ß. M. f. p. pro ij. doſ. in remora menſium & lochiorum.

℞. ▽ Meliſſ. ʒij. Croc. or. ℈ß. exhibe ad cordis palpitationem, idem quoque applica regioni cordis.

℞. Croc. or. ℈ß. ♀r. ♁lat. gr. vij. ſem. aquil. ʒß. cape ex vino contra icterum.

℞. Croc. or. ℈ß. Moſch. gr. v. cape ex vino in aſthmate convulſivo.

℞. Eſſ. croc. Caſtor. ambr. ▽ ⌐uoſ. meliſſ. ana ʒj. exhibe ad gt. xxx. ex decocto vel ▽ Meliſſ. contra palpitationem cordis.

℞. Extract. Croc. ʒj ▽ roſar. ʒj. ▽ ſolan. ʒiiij. f. Epith. contra cephalalgiam, addita aq. nymphææ prodeſt contra maniam & phreneſin.

FLO-

κρόκος, κρόκον, CROCUS, à puero Croco, ut fabulantur, in hanc plantam converſo, aut à vocabulo κρόκις, κροκὴ, filamentum, pilos denotante quoniam Crocus in filamentis exiſtit. CROCUS SATIVUS, CROCUS VERUS, CROCUS NOBILIS, SAHAFARAN ZAPHERAN, Saffran/ Edler-Saffran/ Gerechter-Saffran/ SAFRAN.

Eſt planta flore liliaceo, inferius tubulato, monopetalo tubo ſcilicet

ſcilicet in partes ſex ampliato & pediculo inſidente. Piſtillum è fundo floris ſurgit in terna capillamenta capitata & criſtata diviſum: calyx vero deinde abit in fructum oblongum, trigonum in tria loculamenta diviſum, ſeminibuſque fœtum ſubrotundis. His notis addenda eſt radix gemina tuberoſa, quarum altera, quæ minor eſt alteri majori carnoſæ & fibratæ inſidet; utraque vero involucro membranaceo obducitur.

Crocus ſativus C. B. Pin. 65. Crocus Dod. Pempt. 213. & Joh. Bauh. 2. 937.

Plures regiones Croci eſſe feraces etiam in Oriente ſitas, Indiam nempe Africam Turciam &c. multi contra Authorem, in Oriente non provenire putantem, aſſerunt. Quicquid autem ſit, non opus eſt ut illum ex tam remotis accerſamus locis, cum in noſtra Europa Anglia, Hiſpania, imprimis vero Gallia atque Germania hujusque provincia Auſtria in agris Viennenſibus aliiſque locis, uberrime & ſumma efficacia præditus proveniat. Floret tempore autumnali.

In uſum apud nos trahitur Crocus tum Gallicus tum Auſtriacus ſic dicto Orientali minimè inferior. Crocus autem nihil aliud eſt quam ſtyli ſeu ſtamina florum purpureo & aureo colore nitentia, ſapore ſubacri & ſubamaro, odore ſpecifico intenſe acuto & quodammodo etiam narcotico prædita.

Cum Crocus ſæpius adulteretur nunc ſtaminibus carnis bubulæ ſalitæ, nunc Cnici floribus ſive Carthami, nunc etiam in locis humidioribus aſſervetur, ſequentes bonitatis notas proponit LANGIUS. Si odorem de ſe ſpargat fragrantem in diſtans ſpatium 2. Si color quodammodo ad candorem inclinet in capreolis 3. Si madefactus notabiliter manus inficiat, 4. Si ſapore acris fuerit, 5. Si non ſitum aut alium peregrinum odorem ſpiret, 6. Si manipulus ejus faciei admoveatur, ejuſque odor exhalans acris palatum & oculos verberet, 7. denique ſi non ſit pulverulentus.

Crocus cordialis eſt, & ob vim becchicam ANIMA PULMONUM audit. Cephalicus eſt ad vertiginem imo ipſam apoplexiam cæteris paribus utilis. In ſyncope & affectionibus hyſtericis prodeſt. Urinam pellit, Veneremque ſtimulat. In obſtructionibus porro conducit & ictero medetur, affectibusque ſpaſmodicis auxilio eſt. Torminibus ventris obviam it & in alvi fluxibus et-

iam ſanguineis confert. Doſis eſt ad ſcrupulum unum & paulo ultra. Cavendum utique ne in majori uſurpetur doſi, capitis enim dolorem creat pallorem inducit, cibique appetitum dejicit, mentem turbat, temulentos homines reddit, ſomnum nimium & in ſpecie delirium cum riſu infert, imo ʒij. vel. iij. prorſus hominem interimere valent. Externe in epithematibus cordialibus & anodynis, ut & in cataplaſmatibus diſcutientibus, emollientibus & ſuppurantibus adhibetur. Pulvinari in ſacco ſubjectus ſommum conciliare fertur, ſed caute mercandum. Paralyticis quoque membris confert, & remedium opthalmicum inſigne conſtituit, præſertim in variolis & morbillis, ubi cum lacte muliebri aut aqua quadam ophthalmica, haud raro applicatur, quo modo etiam aurium dolores profligat. Cordi impoſitus, hilaritatem conciliare fertur. Crocus à multis tanquam condimentum uſurpatur. Plura qui noſſe cupit, adeat HERTODTI CROCOLOGIAM, ZORNII BOTANOLOGIAM alioſque.

IN OFFICINIS ASSERVANTUR

Eſſentia Croci, Saffran-Eſſentz / *Eſſence de Saffran*, quæ vires cordiales pectorales hyſtericas & anodynas obtinet, exhibetur ad guttas tres quatuor decem & ultra.

Extractum Croci, Saffran-Extract / *Extrait de Saffran*, quod cordiale eſt cephalicum uterinum atque anodynum. Doſis aliquot grana tantum.

Emplaſtrum Oxycroceum, Saffran-Pflaſter / oder Oxycroceum / *Emplatre de Saffran* ou *Oxycroceum*. Ad contuſa, oſſium fracturas; nervorum dolores & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum; Emplaſticum quoque & gignendo callo habile, in compeſcendis doloribus contuſionibus & contorſionibus Chirurgorum eſt aſylum, præſtaret tamen hoc in caſu ſæpius illud omittere & ſpirituoſis uti.

Plures ingreditur compoſitiones Crocus Theriacam, Mithridatium, confectionem de Hyacyntho, Elixiria proprietatis aliaque & baſin conſtituit decantati illius medicaminis quod vocatur

Electuarium de ovo Maximiliani I. Imperatoris, Gulden-Eylatt-werg /

werg / *Electuaire* ou *opiate de ovo.* Male de ovo appellatur cum nihil fere de eo ingrediatur, ſed ſolummodo Crocus in teſta ovi coquatur cum vitello, potius nomen traxit à forma oviformi, in quam redigitur & poſtmodum deauratur. Commendatur in peſte & præſervatione à venenis deleteriis, ſudores potenter movet & venenatos ichores à centro ad circumferentiam propellit, cor à tetris fuliginibus tuetur, ac peſtilentis luis noxas diſcutit, commendatur etiam in variolis modo tempus probe menſuretur, ubi ex pulſione opus eſt; doſis à ſcrupulo ad drachmam unam & paulo ultra.

Virtutem quoque inſignem exinde nanciſcitur apud nos uſualis ſic dictus

Pulvis Trium nummorum, Dreyppfennig-Pulver oder Dreypfemmert / *Poudre à trois pfennings*, qui ad tormina infantum curanda adhibetur à plebe & mulierculis. Datur cuſpidatim.

℞. Mic. pan. tritic. q. v. coque in lacte ad pulmenti liquidioris conſiſtentiam, adde poſtea unum aut alterum vitellum ovi, coque ad cataplaſmatis ſpiſſioris & quaſi emplaſtriformis conſiſtentiam, injice ſub finem pulveris Croci cuſpides aliquot. Habebis cataplaſma egregie demulcens anodynum, emolliens, ſuppurans atque diſcutiens.

FLORES STOECHADOS.

In ſpecie inter aromata cephalica, pulmonica nervina & uterina recenſentur. Datur eorum conſerva & ſyrupus, in quibus tanquam vehiculo ſpecifica ad ſupra dictos affectus exhibentur.

℞. Aq. flor. til. ℥ij. ſyr. ſtœchad. ℥j. conf. alk. ʒß. ℞ Ceraſ. n. ʒij. f. mixtura ad roborandum caput in Apoplexia.

℞. Conſerv. fl. Stœchad. ʒj. ⊖ vól. C. C. ℈ß. f. bolus in capitis & uteri obſtructione.

Στόχας, στίχας, STICHAS, duplex eſt, STOECHAS ARABICA, & STOECHAS CITRINA. Prior vocatur etiam STOECHAS VULGARIS. Stechas-Krauth / Römiſcher Welſcher Frembder Kümmel oder Thymian / Arabiſcher Stechas / Welſcher-Lavendel / STOECAS, STECAS ARABIQUE. Stœchas in inſulis Galliæ gignitur, quæ è regione Maſſiliæ ſitæ Stœchades appellantur, & ab iis nomen accepit.

Eſt planta flore monopetalo labiato, cujus labium ſuperius erectum eſt bifidumque, inferius vero tripartitum, ſic tamen ſecantur ambo, ut primo aſpectu flos quinquepartitus videatur. Ex calyce autem ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti ad inſtar clavi infixum, ac quatnor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina in capſula, quæ floris calyx fuit, recondita. His notis addendum eſt Stœchadis flores varia ſerie diſponi in capitulis ſquamoſis, é quorum cacumine aliquot foliola eminent viſui grata, quæ CLUSIUS membranaceas ligulas vocat.

Stœchas purpurea C. B. Pin. 216. Stœchas Arabica vulgo dicta I. B. 3. 277. Stœchas brevioribus ligulis Clus. Hiſt. 344.

Colitur apud nos in hortis.

In uſu flores Stœchadis ſive potius ſpicæ inter florum & ſeminum proventum collectæ, eligendæ autem ſunt recentes odoratæ & ſubamaræ. Ex Gallia ad nos advehuntur. Conveniunt hi flores in affectibus pectoris, aſthmate tuſſi &c. In affectibus Lienis & hepatis proſunt, & quoniam vi alexipharmaca pollere cenſentur, in Theriacam atque Mithridatium recipiuntur.

IN OFFICINIS ASSERVATUR

Syrupus de Stœchade, Stöchas-Syrup / *Syrop de Stœchas*, qui inter remedia cephalica, nervina, ſtomachica & becchica refertur.

STOECHAS CITRINA vocatur alias CHRYSOCOME, COMA AUREA, AMARANTHUS LUTEUS, ἐλίχρυσον, ELICHRYSUM, TINEARIA, quoniam Tineas abigit, Rhein-Blumen / Winter-Blumen / Motten-Blumen / Schaben-Krauth / Bein-Blumen / Streichblumen / IMMORTELLE, quia flores exſiccati diu admodum ſervari poſſunt. AMARANTHE JAUNE.

Eſt

Est species Elichrysi, planta Scilicet flore flosculoso, plurimis scilicet flosculis constante, stellæ ad instar divisis, embryoni insidentibus & calyce comprehensis squamoso, splendido, aureo. Embryo autem abit in semen pappis instructum.

Elichrysum seu Stœchas Citrina latifolia C. B. Pin. 264. Stœchas Citrina Germanica latiore folio I. B. 3. 153. Amaranthus luteus. I. Tabern. Icon. 387.

In locis asperis sabulosis siccis & convallibus frequens juxta Rhenum provenit, floret Junio & Julio.

Flores vim obtinent vulnerariam, & absterſivam atque aperientem. Conducunt in obstructione & in sanguine coagulato. In affectibus Lienis Hepatis & Renum prosunt

In catarrhis morbisque pectoris variis conducunt. Lumbricos necant tum interne tum externe usurpati.

Lendes atque tineas abigunt in lixivio, capillosque flavo colore tingunt. Ad lumbricos pellendos quidam hos flores de collo suspendunt.

FLORES SCHOENANTHOS.

Conveniunt cum planta propria quam evolve.

FLORES TUNICÆ.

Caryophylli hortensis flores, officinis flores tunicæ dicti, ☉e blando temperato volatili aromatico ad caryophyllos aromaticos accedente gaudent, & propterea in roborando capite, ut & à Sim. Pauli Q. B. aliisque in morbis malignis prædicantur, prostat horum conserva, aq. dest. syrupus multiplici infusione factus, quæ omnia stimulantur caryophyllis aromaticis.

℞. Conf. flor. tunic. ʒj. caryoph. ar. gr. vj. ♎ d. caryoph. gt. j. M. f. bol. ad roborandum caput, add. ambr. gr. iij. vel iiij. in ♒ rosar. solut.

℞. Decoct.

℞. Decoct. flor. tunic. exhibe contra febres ex obſervatione multorum practicorum.

FLO-

CARYOPHYLLUS ab odore florum Caryophyllum æmulante, CARYOPHYLLUS HORTENSIS RUBER, TUNICA, BETONICA CORONARIA, CARYOPHYLLUS ALTILIS, Rothe Graß-Blumen / Nelcken / OEILLET ROUGE.

Eſt planta flore Caryophyllæo plurimis petalis conſtante in orbem poſitis, ex calyce cylindraceo membranaceo ad exortum ſquamato emergentibus. Piſtillum autem ex eodem calyce ſurgit, abitque in fructum cylindraceum pariter apice dehiſcentem calyce ipſo involutum, ſeminibus fœtum planis & quaſi foliaceis placentæ affixis.

Caryophyllus pleno flore minor C. B. Pin. 308. Hortorum Caryophyllus multiplex, minor, ruber ſtriatus verſicolor peramœnus. Lobel. Icon. 442.

Caryophyllus maximus ruber C. B. Pin. 207. Caryophyllus maximus plenus flore rubro Eyſt.

Coluntur in hortis, florent Junio:

Præter virtutes cephalicas & cordiales, in apoplexia, paralyſi, tremore & palpitatione cordis &c. proſunt, conducunt quoque hi flores in affectibus hepatis, ut & in partu doloribuſque poſt partum. Externe non ſolummodo hi flores in ſacculos ad cor & pulſus, cucuphasque & ſuffimenta pulveresque ſternuatorios recipiuntur, ſed in vulneribus capitis, cephalalgia, odontalgia eorum adhibetur decoctum

IN OFFICINIS PROSTANT

Acetum florum Tunicæ, Graßblümlein-Eßig / *Vinaigre d' Oeuillets*, quod in peſtis præſervatione, aliiſque morbis malignis ſyncope & Lipothymiis, externe naribus illitum vel pulſui applicitum prodeſt.

Aqua florum Tunicæ, Graßblümlein-Waſſer / *Eau d' Oeuillets*, quæ cephalica & ophthalmica habetur.

Con-

Conſerva florum Tunicæ ſive *Tunicarum*, Graßblümlein-Zucker / *Conſerve d'Oeuillets*, quæ in electuariis cordialibus & cephalicis adhibetur.

Syrupus florum Tunicæ, Graßblümlein-Syrup / *Syrop d'Oeuillets.* Admiſcetur mixturis confortantibus, cephalicis & alexipharmacis. Sunt tamen qui dubitant de his virtutibus.

Cæterum elegans tinctura vel cum aqua ſpiritu acidulo acuata, vel cum phlegmate Vitrioli extrahi poteſt, quæ in febribus continuis ardentibus & malignis non omnimodo inutilis.

FLORES VIOLARUM.

Sunt violæ martiæ purpureæ flores pentapetali oblongi purpurei, poſterius obtuſo calcare notati. Temperatum & blandum volatile aroma in tenui laxante viſcoſitate poſſident, propterea conveniunt in tuſſi, aſperitate faucium, ariditate linguæ, ♁ibus acribus, catarrhis, it. phthiſi, pleuritide, in fallenda ſiti, in affectibus cordis ab acido ♁e terreo ſeu melancholia ortis, it. in febrium nimio æſtu temperando. Inter cardiaca roborantia numerantur tam ob gratum odorem ſeu blandum volatile aroma, quam ob tenuem viſcoſitatem terrea rigida ſolventem & lenientem.

Colligendi ſunt matutino tempore dum rore adhuc madent. Calices in quo vis nauſeoſa eſt rejiciendi, ſin autem vis potior laxans expetitur, calices cum floribus in uſum ſunt vocandi.

Datur conſerv. tinct. ſyr. ſimplex. & comp. it. ſucc. aq.

℞. Mann. q. ſ. affund. ſucc. violar. ad conſervæ conſiſtentiam add. novos flores recentes & fac conſervam cujus ʒj. ad ʒij. data laxat alvum.

℞. Conſerv. violar. ʒj. Mann. ℥j. ſyr. violar. q. ſ. f. laxans.

℞. Flor. violar. infund. aq. borrag. bugloſſ. q. ſ. add tantillum ⏑ ♃is. f. tinctura.

℞. Syr. violar. ex multiplic. infuſ. aq. violar. cum ſacchar. ſ. q. f. tabulatum ad morbos pulmonum, tuſſim, aſthm.

FLO-

Ἴον, ab Jo puella, uti volunt, VIOLA ob odorem, vel quaſi minime violanda ſit, VIOLA PURPUREA, ἴον πορφυρέν, ἴον μέλαν, καὶ μελάϊον, à floris colore, VIOLA MARTIA, Violen / Veylotten / Blaue Violen / Mertz-Violen / FLEURS DE VIOLIER OU VIOLETTES.

Eſt planta flore polypetalo, anomalo papilionacei floris æmulo, hujus enim duo petala ſuperiora vexillum, duo lateralia alas, inferius vero, quod in caudam deſinit, carinam quodammodo repræſentant. Ex calyce ſurgit piſtillum quod deinde abit in fructum plerumque trigonum, trifariam dehiſcentem ſeminibuſque fœtum utplurimum ſubrotundis.

Ex multis Violæ ſpeciebus uſualis præſertim eſt

Viola Martia purpurea flore ſimplici odoro C. B. Pin. 199. Viola Martia purpurea I. B. 3. 542. Viola nigra ſive purpurea Dod. Pempt. 156.

Amat opaca & aſpera, ad murorum radices, ut SCHWENCKFELDT, loquitur, hortorum margines, ſepes & dumeta provenit, frigoris patientiſſima, floret Februario, Martio & quandoque citius, pro tempeſtatis ratione

In uſum ex hac planta veniunt folia, de quibus ſupra, radix ſed rariſſime, ſemen atque flores & quidem frequentius.

Radici vis vomitoria atque purgans adſcribitur, præſertim ſi ex præcepto TOURNEFORTII Sal abſinthii jungatur. Semini mucilaginoſo ſapori ſubacri cum levi amaritie prædito, præter virtutem laxantem, vis diuretica & lithontriptica tribuitur, quoniam tradente præprimis ETTMÜLLERO Therebinthinatum ſpirat odorem. Sunt tamen authores qui de ejus viribus dubitant.

Imprimis autem in uſum veniunt Flores fragrantem gratum ſubtilem

ſubtilem & tenuem odorem ſpargentes, qui juxta TOURNEFORTIUM ſuccum acidum, multo oleo, ſale volatili concreto & fixo lixivioſo gaudentem obtinent. Sunt ex quatuor floribus cordialibus. Ob vim laxantem dantur vel in acetariis, infuſis vel decoctis laxantibus, vel in pulvere ad drachmam uſque & ultra. Proſunt etiam in affectibus viarum urinariarum. Laudatur quoque ad cephalalgiam, nec deſtituuntur virtute ophthalmica.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua violarum, Violen oder Veielloten-Waſſer / *Eau de Violettes*; inter quatuor aquas cordiales refertur, inſipida autem eſt & fere inodora, niſi peculiaris adhibeatur encheireſis.

Conſerva florum Violarum ſimplex, Viol oder Veillotten-Zucker / *Conſerve de Violettes de Mars*, quæ & virtute laxante & cardiaca gaudere cenſetur.

Conſerva florum violarum Vitriolata, Saur Violen-Zucker / *Conſerve de Violettes Vitriolée*, quæ præter virtutem cordialem magis refrigerans & adſtringens habetur.

Mel violatum ſimplex, Violen-Honig / *Miel violat*, quod refrigerat, demulcet atque ſanat, adhibetur in clyſteribus & gargariſmatibus.

Oleum violarum, Violen oder Veyellotten-Oehl / *Huile de violettes*, per infuſionem paratum. Emollit, lenit, febrilem æſtum mitigat, in vigiliis fronti ac temporibus illinitur pro ſomno conciliando.

Syrupus Violarum, Violen oder Veylotten-Syrup / *Syrop violat*, cui Syrupo ſuaviſſimo & uſitatiſſimo vires cordiales atque pectorales, ad tuſſim, raucedinem & aſperitatem faucium, refrigerantes inſuper & humectantes adſcribuntur. Infantibus præſertim conducit alvum parumper laxando. Æſtivo tempore Julapia ſæpius inde fiunt. Color hujus Syrupi cæruleus ab affuſo acido in rubicundum, ab alcali vero inſtillato in viridem mutatur. Curioſum eſt quod color cæruleus non poſſit reſtitui, ſed ſemper vel rubicundus vel viridis poſtmodum exoriatur. Confici quoque Syrupus elegantior fere poteſt ex ſucco violarum per expreſſionem prolecto, aſt carior eſt.

Syrupus violarum laxativus, laxirender Violen-Syrup / *Syrop violat laxatif*, qui alvum ſubducit & infantibus præſertim exhiberi poteſt. Datur ad drachmas duas, ad unciam unam uſque ad uncias duas.

Julepus violarum, Violen-Julep / *Julep violat*, refrigerandi confortandique fine conducit.

Saccharum Cantum violatum, Violen-Zucker / *Sucre Candi violat*, quod vel ex Syrupo ulterius cocto paratur vel ex ſponte cryſtalliſato extrahitur. A quibuſdam quoque in uſum trahitur

Tinctura violarum, quæ vel cum aquis deſtillatis, uti author ipſe docet, vel cum aqua ſimplici ſpiritu acido grato acidulata, aut etiam phlegmate Vitrioli elicitur. Conducit ad ſitim ſedandam & æſtum ſanguinis mitigandum. Parari quoque cum aceto exinde poteſt *acetum violaceum* eleganti colore violaceo reſplendens. Cape videlicet violas juſtumque earum pugillum infunde menſuræ aceti; Stent per 3. horæ quadrantes, eaſque tunc exime ac redintegra ſepties infuſionem ſimili quantitate violarum, prodibit acetum tam fragrans odore florum, ut ſi poſt annum proferatur, in acetario percepturus ſis odorem antequam offeratur. Perfectius etiam fragrantiam odoris redolet longiori poſt ſpatio, quam prima vice. Tandem nec ſilentio prætereunda.

Emulſio violata Mynſichti, Dr. Mynſichts Ruhmilch / *Emulſion violat de Mynſicht*, quæ refrigerat, humectat, ſitim ſedat; ſomnum conciliat & dolores mitigat. Dotis hauſtus mediocris duarum ſcilicet trium vel quatuor unciarum. Loco Julepi violacei edulcorari poterit Saccharo. Quandoque additur Syrupus papaveris albi.

De viola Martia purpurea conferri meretur diſſertatio Henningeri.

FLORES ROSARUM PALLIDARUM.

Florum vis temperata alvum laxans, bilem mulcens & aquas evacuans conſiſtere videtur tum in rore, quo flores matutino tempore madent, tum in odore ſeu particulis volati-

volatilibus, quæ à rore tanquam menſtruo ☉ino ☽troſo ſuſcipiuntur, reliquum vero totum terreum eſt & adſtrictorium. Cæterum in volatili illo odore reſidet quoque vis analeptica, propterea tota ſubſtantia florum laxat, adſtringit & ſimul roborat, in ſpecie vero convenit bilioſis, hydropicis, & in fluxu albo mulierum.

Aq. deſt. habet vim roborantem & refrigerantem, quæ ex roſis damaſcenis eſt aqua, laxat ſimul alvum ſi paulo largiore doſi exhibeatur. Datur conſerva, ſyrupus, ℞ ardens. Aq deſt decoct. ung. ♎ deſtil. & infuſ. Ob vim purgantem non exhibentur in decocto, quia vis purgans conſiſtit in volatili, frequentius dantur in infuſo.

℞. Roſar. pallid. rec. matutino tempore collectar. q. v. adde mannam & tantillum roſarum pallidarum, fac conſervam purgantem.

℞. Conſerv. roſ. pallid. ℥ß. pulv. hepat. rubr. ʒj. ſcammon. roſat. gr. v. ℞ roſar. q. ſ. f. bolus laxans, convenit in febribus intermittentibus, præcipue in declinatione.

℞. Aq. deſt. roſ. ℥j. verben. ℥ij. acet. roſ. ʒij. ſantal. rubr. ʒß. f. epith. fronti applicandum.

℞. Aq. roſar. additur mixturis & emulſionibus cardiacis pro lubitu.

FLO-

ROSA flos ab omnibus cognitus, in duas præſertim dividitur ſpecies, ſylveſtrem alteram, alteram domeſticam de qua hic ſermo. ῥόδον. Roſa & flos & frutex eſt, Roſenſtaud / ROSIER.

Eſt frutex flore ex plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, cujus calyx foliatus abit deinde in fructum ſubrotundum, vel oblongum, carnoſum, unicapſularem, ſeminibuſque fœtum utplurimum angulatis & villoſis.

Ex plurimis ſequentes quam maxime in uſum trahuntur ſpecies.

Roſa alba vulgaris major C. B. Pin. 482. Roſa candida plena & ſemiplena I. B. 2. 44. Roſa alba Tabern. Ic. 1083. Weiße Roſen / Weiße Garten-Roßen / ROSES BLANCHES.

Roſa Moſchata ſimplici flore C. B. Pin. 482. Roſa Moſchata minor flore ſimplici I. B. 2. 45. Roſa Muſcata alba Tab. Ic. 1086.

Roſa Moſchata flore pleno C. B. Pin. 482. Roſa Moſchata minor flore pleno I. B 2. 47. Roſa Muſcata alba multiplex Tabern. Ic. 1086. Weiß Mußcaten-Roſen / Biſam-Roſen / ROSES MUSQUÉES

Roſa purpurea C. B. Pin. 481. Roſa provincialis major Tabern. Ic. 1084. Roſa rubello flore majore multiplicato ſive pleno incarnata vulgo I. B. 2. 36. Leibfarbe-Roſen / Damaſcener-Roſen / ROSES INCARNATES.

Roſa Rubra pallidior C. B. Pin. 481. Roſa holoſericea Lob. Icon. 207. Roſæ pallidæ Bleiche Roßen / Blaße Rothe-Roſen oder Zucker-Roßen / ROSES PASLES.

Coluntur in hortis, florent menſibus Majo & Junio.

In uſu præſertim ſunt flores roſarum. Tempore quo Roſæ florent frequentiſſime pro alvo laxanda in ſero lactis infunduntur.

IN OFFICINIS EX ROSIS QUIBUSVIS PROSTAT

Aqua Roſarum, Roſen-Waſſer / *Eau de Roſes.* Deſtillatur vel cum aqua per veſicam vel in balneo Mariæ. Optima fit, quæ aut abſque aqua affuſa per ſe deſtillatur, aut quæ juxta Dn. Lemery in Balneo vaporis vel Mariæ cum Succo roſarum expreſſo & ſuper roſas recentes cohobato elicitur. Roſæ porro ſalitæ egregiam quoque aquam fundunt. Aqua hæc odorifera virtute gaudet refocillante, inter quatuor aquas cordiales refertur, ſæpius autem omittitur, & tunc præſcribuntur aquæ trium florum cordialium. Uſurpatur tum pro uſu Medico tum pro uſu culinari in bellariis præſertim variis præparandis. Externe in affectibus oculorum, ophthalmia aliiſque laudatur, præfertur tamen à multis hunc in finem.

Aqua Roſarum pallidarum, Bleich Roſen-Waßer. *Eau de Roſes pasles.* Poſt deſtillationem aquæ ad ſiccitatem remanent ſic dictæ *placentæ Roſeæ*, die Roſen-Kuchen / *Chapeau de Roſe*, quæ odoris gratia

ria linteaminibus & veſtimentis interponuntur. In doloribus quoque capitis a quibusdam uſurpantur.

Conſerva roſarum albarum, Weiß-Roſen-Zucker/ *Conſerve de roſes blanches.*

Conſerva roſarum pallidarum, Bleich Roſen-Zucker/ *Conſerve de Roſes pasles*, quæ conſervæ inter ſe non multum diſcrepant.

Muchari ſeu *infuſum roſarum*, *Infuſion de roſes*, pro ſcopo laxandi adhiberi poteſt ad aliquot uncias.

Julepus roſarum, Roſen-Julep/ *Julep roſat*, cordialis cenſetur, inſervit pro edulcoratione.

Syrupus roſarum ſolutivus, laxierender Roſen-Syrup/ *Syrop de Roſes laxatif*, alvum blande ſubducit, ipſis infantibus exhiberi poteſt. Datur ad ʒij. ℥ß. ad ℥ij. uſque.

Electuarium e ſucco roſarum, Roſenſafft-Lattwerg/ *Electuaire de ſuc de Roſes.* Commendatur ad bilem evacuandam & in affectibus a bile ortis. Doſis ad drachmas duas ad unciam ſemis. Drachma continet ſcammonei grana quatuor circiter.

Spiritus Roſarum per fermentationem, Roſen-Spiritus/ *Eſprit de Roſes par fermentation*; Vires ſtomachicas atque cordiales interne & externe obtinet. Datur ad ℈j. ʒß. ʒij. in vehiculo. Sunt qui etiam Spiritum Roſarum parant cum Spiritu Vini.

Oleum Roſarum per infuſionem paratum, Roſen-Oehl/ *Huile de Roſes*, Emollit mitigat, repellit & refrigerat, ſomnum inducit alvumque laxat.

Oleum Roſarum verum, deſtillirt Roſen-Oel/ *Huile de Roſes veritable* Cephalicum eſt & cordiale. Inſervit præſertim ut exinde paretur

Balſamum Roſarum, Roſen-Balſam/ *Beaume de Roſes.*

Mel Roſarum laxativum, laxierender Roſen-Honig/ *Miel Roſat laxatif.* Abſtergit, alvum laxat & infantibus ad aliquot drachmas dari poteſt.

Unguentum Roſatum ſimplex, Roſen-Sälblein/ *Onguent Roſat ordinaire*; Cephalalgiæ mederi ac hæmorrhoidum inflammationem demulcere dicitur, refrigerat inſuper viresque reſtaurat & conſervat, dolores quoque mitigat imprimis articulorum. Præbet quoque ob ſuavem odorem quorumdam ſimplicium, quæ exterius applicare volumus, vehiculum. In tuſſi infantum cum unguento

rubro

rubro potabili commendatur. Loco unguenti pomatini optime inſervire poteſt. Quod ſi Camphora addatur, exurgit

Unguentum Roſatum Camphoratum, Roſen-Sälbel mit Campffer/ *Onguent roſat Camphré.*

Tabulæ Manus Chriſti ſimplices, Manschriſt-Täffelein/ *Tablettes de Sucre roſat.*

Tabulæ Manus Chriſti perlatæ, ſeu Saccharum perlatum, Manns-chriſttäffelein mit Perlen/ *Tablettes de Sucre roſat perlé*, ou *Sucre perlé.* Inſerviunt potiſſimum ad edulcorationem.

Tandem de medicamentis roſaceis notandum, quod in eorum applicatione bene reſpiciendum ſit ad idioſyncraſiam ſubjectorum, præſertim in ſexu ſequiori. De Roſis conferri meretur ROSEMBERG in RHODOLOGIA.

FLORES TILIÆ.

Aroma ſuum volatile in temperata tenui viſcoſa ſubſtantia fovent, unde capiti, nervis & ſpiritibus dicantur, & in ſpecie conveniunt in vertigine, convulſione, epilepſia, ſuffocatione hypochondriaca. Externe commendatur eorum decoctum pro cataplaſmate in teneſmo.

Præſcribitur ▽. decoct. & ⏑us.

℞. ⏑lil. convall. flor. til. ana ℥j aq. Cinam. ʒiij conf. alkerm. ʒj ſyr. flor. tunic. ℥j M. f. mixtura ad epilepſiam add. ⏑ Ceraſ. nigr. ʒiij.

LILI-

TILIA, Linden/ Lindenbaum/ a mollitie uti quidam volunt, TILLAU, TILLEUL.

Eſt arbor flore roſaceo, plurimis petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod abit in teſtam unicapſularem, ſeminibus fœtam oblongis.

Tilia fœmina folio majore C. B. Pin. 426. Tilia vulgaris platyphyllos I. B. I. 133. Tilia Dod. Pempt. 838. &

Tilia

Tilia fœmina folio minore C. B. Pin. 426. Tilia folio minore J. B. I. 137. Tilia ſylveſtris Trag. 1111.

Hinc inde colitur Tilia, arbor in multam ætatem vivens, floret Majo & Junio.

In uſu ex hac arbore trahuntur Cortex, Lignum, folia ſemen & imprimis flores. Folia ac cortex ſiccant, diſcutiunt, menſes & urinam pellunt, ambuſtis quoque proſunt. Decoctum foliorum tumores pedum diſcutere & in aphthis atque ambuſtis prodeſſe dicitur. Folia porro in lacte vel in aqua decocta in teneſmo mederi perhibentur. Lignum adhibetur ad ſanguinem coagulatum diſſolvendum. Imprimis autem carbones Ligni Tiliæ vim cephalicam & antepilepticam obtinere quidam perſuadere volunt, creduntur & contra caſum facere, multi tamen his viribus nihil tribuunt. Inſerviunt alias hi carbones ad candelas fumales odoratas.

Flores, quorum virtutes author ſatis expreſſit, frequenter in decocta pro potu ordinario recipiuntur, ubi non injucundum colorem & ſaporem largiuntur.

Umbram arboris Tiliæ quidam Naturæ curioſi adeo ſalutarem eſſe contendunt, ut dolorem capitis in umbra juglandis contractum, umbra Tiliæ ſanari pronuncient. Arbori huic quoque haud raro innaſcitur Viſcus, quem, ut ſupra dictum, querno in affectibus epilepticis quidam præferunt.

IN PHARMACOPOLIIS REPERITUR

Aqua florum Tiliæ, Lindenblüht-Waſſer / *Eau de fleurs de Tilleau* quæ vehiculum in affectibus capitis epilepticis & convulſivis, item in palpitatione cordis præbet, de hac aqua notandum, quod tota prodeat mucilaginoſa, ſi ignis urgeatur.

LILIUM CONVALLIUM.

Virtute coincidunt cum floribus tiliæ ſed præſtantiores ſunt, externe naribus admoti ſternutationes provocant. Dantur ut flores tiliæ.

℞. Aq. flor. lil. convall. lavend. roriſmar. primul. veris

℞ cerasc. n. ana q. v. cape pro usu interno & externo in morbis convulsivis.

PRI-

LILIUM CONVALLIUM, quia in convallibus multum provenit, LILIUM CONVALLIUM SYLVESTRE, LILIUM CONVALLIUM VERUM THEOPHRASTI, EPHEMERUM NON LETHALE FUCHSII, sed juxta J. BAUHINUM non admodum bene. Mayenblümlein/ a mense, quo maxime florent. MUGUET.

Est planta flore monopetalo campaniformi, brevi, calycis experte & multifido, ex cujus fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum mollem, utplurimum globosum & seminibus dense congestis fœtum.

Lilium convallium album C. B. Pin. 304. Lilium convallium vulgo J. B. 3. 531. Lilium convallium Dod. Pempt. 205.

In sylvis & locis umbrosis humidisque sponte provenit, Aprili aut citius nova germina protrudit, eodemque mense sub finem atque Majo floret.

In usu flores, raro radix: flores concretum sunt singulare odoris suavissimi. Obtinent vires cephalicas præsertim in affectibus sic dictis frigidis, apoplexia &c. nervinas item & arthriticas, analepticas porro in Lipothymiis atque cardiaca, sternutatorias & errhinas. Succus aut liquamen florum multum a quibusdam commendatur in doloribus podagricis mitigandis. Flores exsiccati pulveres ingrediuntur sternutatorios.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua Liliorum convallium, Mäyenblümlein-Wasser/ *Eau de Muguet*, quæ cephalica præsertim habetur.

Conserva Liliorum convallium, Mäyenblümlein-Zucker/ *Conserve de Muguet*, ad eundem scopum ac aqua utilis.

Oleum Liliorum convallium, Mäyenblümlein Oehl/ *Huile de Muguet*, spasmo convulsioni & aliis nervorum affectibus frigidis conducit, torminaque puerorum sedat.

Spiritus Liliorum convallium, Mäyenblümlein-Brandtenwein/ *Esprit*

Eſprit de Muguet, paratur per infuſionem cum Spiritu Vini & inſequentem deſtillationem. Eſt confortans memoriam, & in affectibus cephalicis præſertim ſoporoſis conducit. Externe autem utplurimum uſurpatur ad contuſiones, luxationes, dolores & affectus nervorum ſic dictos frigidos, ut & ad odontalgiam per nares attractus.

PRIMULA VERIS.

Tiliæ & lavendulæ floribus reſpondent, & in ſpecie laudantur in paralyſi, iis quoque qui tenerioris ſunt ætatis & complexionis hypnotici ſunt & anodyni. Dantur ut flores tiliæ.

℞. Aq. prim. veris flor. til. lil. convall. ana ℥ij aq. apopl. ⌐ ceraſ. n ana ℥ß. add. ⊖ vol. ſuccin. ʒß ſyr. flor. tunic. ℥j. f. mixtura contra apoplexiam & paralyſin.

FLO-

PRIMULA VERIS dicitur a primo Vere, quod ſcilicet plurimæ ejus ſpecies tunc florere ſoleant, HERBA PARALYSIS, quod ad artuum, & nervorum dolores conducat, VERBASCULUM ODORATUM, HERBA St. PETRI, Schlüſſel Blumen/ a floribus eorumque præſertim caule, Himmelſchlüßel/ St. Peters Schlüßel/ Gichtkraut/ PRIMEVERE.

Eſt planta flore monopetalo hypocrateriformi & multifido, ex cujus calyce (qui tubulatus eſt) ſurgit piſtillum infimæ floris parti ad inſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam oblongam, in ipſo calyce vel ferme reconditam, apice dehiſcentem & ſeminibus fœtam ſubrotundis placentæ affixis. Dignoſcitur flore & ſemine carens, foliis rugoſis & veluti aſperis tenuibus, ad Lactucam nonnihil accedentibus.

Ex pluribus primulæ Veris ſpeciebus in uſum præſertim venit

Primula Veris odorata flore luteo ſimplici J. B. 3. 495. Verbaſculum pratenſe odoratum C. B. Pin. 241. Primula veris flavo colore elatior Cluſ. Hiſt. 301.

Ubique in pratis præsertim uliginosis & riguis veris tempore florent.

Vis horum florum antapoplectica a quibusdam multum celebratur. Laudantur in arthritide. Virtute quoque traumatica æque ac folia gaudent. In balneis antiparalyticis item in cucuphis adhibentur. Radix commendatur in febribus, calculo renum, herniis & lumbricis.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Paralyseos, Schlüsselblumen Wasser / *Eau de Primevere*, ex integra herba caule & floribus destillata, refertur inter aquas cephalicas & articulares. Conducit ad cephalalgiam.

Conserva Paralyseos, Himmelschlüssel-Blumen-Zucker / *Conserve de Primevere.*

Syrupus Paralyseos, Schlüsselblumen-Syrup / *Syrop de Primevere.* Morbis nervorum capitis atque articulorum dicatus est æque ac conserva.

Oleum Paralyseos, Schlüsselblumen-Oehl / *Huile de Primevere*, quod Paralyticis & convulsis prodest.

FLORES MUCAGINE TENUI POLLENTES.

FLORES MELILOTI.

Blandum discutiens ☉ volatile temperatum quasi unctuositate sociatum habent, hinc interne inter expectorantia recensentur, potior tamen eorum usus est externus, discutiunt, emolliunt, dolores mitigant, hinc in inflammationibus quibusvis præcipue uteri, ani, testium, ut & in doloribus nephriticis & podagræ conveniunt.

Præscribuntur in cataplasmate, fomentis, emplastris; junguntur floribus chamomillæ.

℞. Flor. melil. chamom. fol. alth. ana Mj. rad. alth. ℥j fic[u]-

ficuum n. vij coq. in aqua vel lacte pro gargarismate in inflammatione faucium maturanda, residuum applica partibus induratis emolliendis.

FLO-

MELILOTUS quasi diceres Lotum mel olentem, μελίλωτος, LOTUS URBANA, SAXIFRAGA LUTEA, TRIFOLIUM ODORATUM, SERTULA CAMPANA, quia in coronas recipiebatur, Steinklee / Honigklee / Meliloten / MELILOT.

Est planta flore papilionaceo, ex cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in capsulam nudam, hoc est in calyce non reconditam, ut in Trifolio, uno vel altero semine fœtam subrotundo. His notis addenda sunt folia terna singulis pediculis insidentia.

Melilotus officinarum Germaniæ C. B. Pin. 331. Trifolium odoratum sive Melilotus vulgaris flore luteo I. B. 2. 370. Melilotus Germanica Lobel. Icon. 48.

Melilotus Officinarum Germaniæ flore albo C. B. Pin. 331. Melilotus 2. flore candido Dod. Pempt. 567.

Circa arvorum margines, locis præprimis saxosis, nec non inter segetes, tota æstate florens provenit.

Adhibetur Melilotus in clysteribus & decoctis ad hydropem, pleuritidem, stranguriam obstructionem mensium ut & venena. Prodest quoque in fluore albo. Decoctum Meliloti laudatur insigniter ad dolores post partum atque etiam ante partum mitigandos.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua Meliloti, Stein-Klee oder Honig-Klee-Wasser / *Eau de Melilot*, quæ capiti dicata est, referat obstructiones partium præsertim urinariarum, dolores oculi solvit, &, si vapor hujus aquæ auribus excipiatur, dolores & susurros tollit.

Emplastrum de Meliloto, Meliloten oder Meloten-Pflaster / *Emplatre de Melilot*. Malacticum sive emolliens celebre est emplastrum, commendatur ad duritiem jecoris, Lienis ventriculi, viscerum & reli-

quarum partium etiam inveteratas emolliendas, hypochondriorum tenſionem laxandam, flatus reſolvendos, bubones diſcutiendos ac dolores a frigido ſedandos. In intumeſcentia genarum cum dolore dentium conjuncta ad hoc emplaſtrum confugiunt plurimi, cum tamen ſæpius plus prodeſſet, ſi Theriacam cum Spiritu Vini camphorato applicarent.

FLORES SAMBUCI.

Hujus flores ☉e diſcutiente adeo potenti gaudent, ut ſimul ſudores moveant, ſi recentes ſunt & frixi cum butyro exhibentur alvum blande ſubducunt, & ſi ex ſero lactis coquuntur hydropicis conducunt. Horum decoctum commendat Langius in augendo lacte mammarum. Externe in eryſipelate applicantur feliciter ut & in cephalalgia & nimiis vigiliis, nam ob demulcentem virtutem blandum ſomnum accerſunt.

Dantur in decocto vel ex aqua vel ſero lactis facto, aq. deſtill. laudatur in Variolis. Externe ingrediuntur clyſteres & cataplaſmata; inſpergitur pulvis cum creta & ſacch. ♄ni in eryſipelate.

℞. Flor. chamom. Sambuc. Melil. coq. c. aq. ad ileum, reſiduum applica ad calculum renum, idem quoque conduſit pro clyſtere in colica paſſione.

FLO-

FLORES SAMBUCI, Holder-Blüth / FLEURS DE SUREAU.

Laudantur in cachexia, pellenda urina & menſibus, obſtructioneſque viſcerum reserant febribuſque medentur. Interne quoque in eriſypelate tum curative deprædicantur tum præſervative, ſi videlicet Lunæ decrementis hauriatur eorum decoctum. Flores quoque cum paſta farinacea friguntur, & comeduntur; ſi pro lacte augendo

augendo flores decoquuntur, obſervatur quandoque in infantibus alvum laxari. In doloribus quoque partium ſcorbuticis proſunt. Conveniunt in tumoribus emolliendis diſcutiendis & maturandis. Ingrediuntur facculos carminativos & diſcutientes in doloribus podagricis vel cum floribus Chamomillæ vel cum farina ſecalina. Notandum imprimis de his quoque floribus, quod iis mediantibus vino & cereviſiæ odor & ſapor Moſchatellinus communicetur, & Vinum Neccarinum evadat, ubi hoc ſciendum, quod tale vinum inſignem capitis inducat dolorem.

IN OFFICINIS HABENTUR

Aqua florum Sambuci, Holderblüth-Waſſer / *Eau de fleurs de Sureau*, quæ eſt diaphoretica, & convenit in colica & pellendis menſibus. Externe in doloribus capitis prodeſt ob vim anodynam. Maculas faciei delet oculisque prodeſt.

Oleum Sambuci ex infuſione florum, Holder-Oehl / *Huile de Sureau*. Lenit, abſtergit, mundificat, & anodynum eſt.

Spiritus Sambuci ex floribus per fermentationem, Holderblüth-Spiritus / *Eſprit de fleurs de Sureau*: Vires obtinet diſcutientes & diaphoreticas interne & externe, datur ad guttas decem triginta & ultra.

Acetum Sambucinum, Holder-Eßig / *Vinaigre de Sureau*, quod diaphoreticum & diſcutiens cenſetur. Uſurpatur quoque pro embammate.

FLORES SALE FIXO CUM PAUCIS VOLATILIBUS CONSTANTES.

FLORES CHEIRI.

Sunt Leucoji vulgaris flores lutei, ſaporis ſubacris ſubamari. In ſpecie utero dicantur, in pellendis menſibus & lochiis, laudantur quoque tanquam nervinum & diſcutiens in paralyſi & apoplexia. Datur conſerva & ♃ ex florum infuſionæ

fusione, quod in Italia ad facilitandum partum regioni pubis inungitur.

℞. Conserv. flor. cheir. cape ex aqua propria dest. ad apoplexiam & paralysin præservandam, add. ♁ volat. succin. gr. v. & ♒ d. caryoph. gt. j.

CAL-

CHEIRI, KEIRI, ALCHEIRI, LEUCOJUM LUTEUM VIOLA LUTEA, Negelein / Negel-Violen / Gelbe-Nägelein / GIROFFLIER ou VIOLIER.

Est planta flore cruciformi, quatuor scilicet petalis constante; ex cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu siliquam longam compressam, septo intermedio, cui valvæ utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam planis orbiculatis & marginatis.

Leucojum luteum vulgare C. B. Pin. 202. Leucojum luteum vulgo Cheiri flore simplici I. B. 2. 872. Leucojon luteum Dod. Pempt. 160.

Colitur utplurimum in hortis, raro apud nos sponte provenit, floret Aprili Majo &c.

Commendantur hi flores in exsiccandis catarrhis & doloribus caput infestantibus, laudanturque ad icterum profligandum. In balneis quoque uterinis adhibentur.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua florum Cheiri, Gelbnägelein-Waßer / *Eau de Giroflées.*

Oleum Cheirinum, Negelblumen-Oehl / *Huile de Violier jaune*, quod ventris torminibus succurrit, lumbricos interimit, uterinæ suffocationi medetur, menses provocat, partum facilitat, convenit etiam in nervorum affectibus.

CALENDULA.

Sunt Calthæ vulgaris flores aurei discoidei radiati, saporis

poris acris nauſeoſi, conſpirant cum floribus Cheiri, ſed in menſibus pellendis & fœtu tantæ efficaciæ cenſentur, ut & menſes calendularum odorem ſpiraſſe nonnulli affirment. Cæterum virtutem alexipharmacam habent, & in variolis, morbillis, peſte aliisque malignis, ut & ictero conducunt.

Externe applicantur verrucis mollioribus tollendis, alias additur ☿ ℞ ti gr. j. interim vicinæ partes muniantur emplaſtro diapalm. vel de gratia Dei; in hoc caſu etiam poſſunt applicari c. urina vel ▽ propria.

Datur conſerva decoct. acet. calend. quod frontalibus pulſui & plantis pedum applicatur. it. ad capitis dolores in peſte commendatur.

℞. Succ. flor. calend. ℥j. pulv. lumbr. terr. ʒj. exhibe contra icterum.

℞ Conſerv. fl. calend. ʒj. ♂♀ cinam. gt. j. f. bolus in remora menſium.

FLO-

CALENDULA, quod Calendis menſium florere ſoleat, SOLSEQUIA, SOLSEQUIUM AUREUM, & SOLIS SPONSA, quod flos Solis ortu aperiatur & occaſu claudatur. FLOS OMNIUM MENSIUM, VERRUCARIA à virtute contra verrucas. FLOS ANNULI à ſemine intorto & in circulum acto, Ringel-Blumen/ Gold-Blumen/ SOUCY.

Eſt ſpecies Calthæ, planta videlicet flore radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis, corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce comprehenſis. Embryones autem abeunt in capſulas plerumque incurvas & marginatas, ſemine fœtas utplurimum oblongo.

Caltha vulgaris flore pallido C. B. Pin. 275. Caltha flore ſimplici I. B. 3. 101. Calendula Dod. Pempt. 254. &

Caltha vulgaris flore Citrino C. B. Pin. 275.

Creſcit in hortis, florere incipit Majo, floretque per integram æſtatem.

Floribus his adſcribitur quoque virtus cordialis, diaphoretica & anthelmintica. In paralyſi & contracturis proſunt. Externe porro in balneis adhibentur, in ſuffitu menſes & fœtum pellunt & ad odontalgiam commendantur, præſertim ſuccus: capillos colore flavo tingere dicuntur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Calendulæ, Ringelblumen-Waſſer / *Eau de Soucy*, quæ oculorum morbis & capitis dolori medetur.

Acetum Calendulæ, Ringelblumen-Eſſig / *Vinaigre de Soucy*, quod virtute alexipharmaca imprimis tum interne tum præſertim externe ſe commendat.

FLORES AQUEIS CONSTANTES.

BORRAGO & BUGLOSSA.

Utriusque flores cardiacis annumerantur, dum ſua aquoſitate ⊖ia acida terreſtria ſeu Melancholica -ſ-us ſuffocantia diſſolvunt, hinc melancholicis & hypochondriacis conveniunt; proſunt quoque ſpecifice ad menſium ſuppreſſionem.

Datur conſerva ex floribus recentibus parata, ut & ▽ deſtillata & ſyrupus.

℞. Conſerv. bugl. borrag. ana ʒj. cape c. ▽ propria ad melancholiam, add. tantill. aq. cinam.

℞. Conſ. borrag. ʒj. cape cum vino albo ad menſium emanſiones.

℞. Flor. bugloſſ. infund. vino ad deſperatam epilepſiam ex mente Williſii.

FLO-

BORRAGO, quaſi Cor ago, quod cordis affectibus opituletur, & quod quaſi gaudia cordis agat, unde proverbium:

Dicit Borrago, gaudia cordis ago.

A PLINIO dicitur EUPHROSINUM, quod cor & mentem exhilaret. Quibusdam audit NEPENTHES, vel νηπενθὴς quaſi ſine triſtitia vel moerore, Burreß / Burretſch / Borretſch / Hertzensfreud / BOURRACHE.

Eſt planta flore monopetalo rotato, ex cujus calyce multifido ſurgit piſtillum, mediæ floris parti ad inſtar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina viperini capitis æmula, quæ in calyce ipſo longe ampliato matureſcunt.

Borrago floribus cæruleis J. B. 3. 574. Bugloſſum latifolium, Borrago flore cæruleo C. B. Pin. 256. Bugloſſum ſive Borrago Matthiol. 1186.

Borrago floribus albis J. B. 3. 574. Bugloſſum latifolium Borrago flore candido C. B. Pin. 256.

Creſcit utplurimum in hortis, tum quoque locis incultis: floret Junio & ſubſequentibus menſibus in Septembrim usque.

In uſu ex hac planta ſunt radix, folia, flores qui inter famoſos quatuor flores cordiales recenſentur, ſunt autem flores BORRAGINIS, BUGLOSSÆ, ROSARUM, VIOLARUM.

Ubi notandum quod, dum plura præſertim ex ſequiori ſexu ſubjecta odorem roſaceum ferre nequeunt, roſis omiſſis, reliqui tantummodo ſumantur, id quod quoque notandum de aquis quatuor cordialibus ex modo dictis floribus prolectis, quo in caſu præſcribuntur ſolummodo *Aquæ trium florum cordialium.*

Tota planta eſt temperatiſſima. Folia á quibusdam vel per ſe vel cum aliis oleribus elixantur. Placentulæ quoque ex iisdem parantur.

Flores vino injecti mentis hilaritatem conciliare & ſuavitatem ſaporis inducere dicuntur, inſperguntur quoque acetariis. Laudatur porro Borrago adverſus venena, adhibetur in febribus & quidem etiam ardentibus & malignis. Externe flores in epithematibus, ſacculis cordialibus & cucuphis adhibentur. Succus Borraginis in potu exhibitus ad ducendam ſecundinam commen-

datur. Radix ad ſcabiem conducit, ſemen autem ad lac producendum facere dicitur.

IN OFFICINIS EXTANT

Aqua Borraginis deſtillata ex herba & floribus, Burretſch-Waſſer / *Eau de Bourrache.*

Conſerva Borraginis, Burretſch oder Borragenblüth-Zucker / *Conſerve de Bourrache*, quam præter vim cordialem ad proritandos menſes commendant.

Syrupus florum Borraginis, Burretſch oder Borragen-Syrop / *Syrop de Bourrache*, cui quoque vires cordiales, lætitiam conciliantes, antimelancholicæ & antimaniacæ ex quorundam opinione adſcribuntur.

Βύγλωσσον, BUGLOSSA, quaſi linguam bubulam diceres, LINGUA BOVIS, ECHIUM ITALICUM SPINOSUM, ANCHUSA ALCIBIADION, Ochſen-Zung / Bugloſſen / BUGLOSSE.

Eſt planta flore monopetalo infundibuliformi & multifido, ex cujus calyce ad baſin usque ſecto, ſurgit piſtillum infimæ floris parti ad inſtar clavi affixum, & quatuor veluti ſtipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem ſemina viperini capitis æmula, quæ in calyce ipſo longe ampliato maturescunt.

Bugloſſum anguſtifolium majus flore cæruleo C. B. Pin. 256. Bugloſſum vulgare majus J. B. 3. 278. Bugloſſum anguſtifolium Lob: Ic: 576.

Provenit locis campeſtribus & agris arenoſis, plantatur quoque in hortis, floret Majo & Junio.

Uſurpantur radix folia & flores, qui quatuor cordialibus accenſentur: cum Borragine convenit Bugloſſa & eodem modo uſurpari poteſt. SALERNITANI de hac planta ita canunt,

Vinum potatum, quo ſit macerata Bugloſſa,
Mœrorem cordis dicunt auferre periti,
Fertur Convivas decoctio reddere lætos.

IN PHARMACOPOLIIS REPERIUNTUR

Aqua Bugloſſæ, Ochſenzungen-Waſſer / *Eau de Bugloſſe.*

Con-

Conſerva Bugloſſæ, Ochſenzungen-Blüthzucker / *Conſerve de Bugloſſe.* &

Syrupus Bugloſſæ, Ochſenzungen-Syrup/ *Syrop de Bugloſſe*, qui convenit ratione virium cum Syrupo Borraginis.

FLORES CYANI.

Ejusdem ſunt virtutis cujus ſunt flores borraginis & bugloſſæ, potentius tamen urinam pellunt, quapropter hydropicis cenſentur utiles. Camerarius pulv. ʒj. feliciter exhibuit in ictero. Decoctum florum cyani & calendulæ datur ad urinam promovendam.

℞. Aq. deſt. fl cyan. chærefol. ana ℥iij add. ℈ vin. camphorat vel tinct. Croc. tantill. applica linteis exceptum oculorum ſuffuſioni.

Κύανος à cyaneo vel cæruleo floris colore, BLAPTISECULA, BATTISECULA, GRUIS PES, à foliorum antequam excauleſcat figura, FLOS FRUMENTI, FLOS SILIGINIS, Korn-Blumen / wilde Korn-Blumen / BLUET.

Eſt planta flore floſculoſo, plurimis ſcilicet floſculis ſed diſſimilibus conſtante. Alii enim, qui meditullium occupant, cæteris minores ſunt in lacinias æquales diviſi. Cæteri vero ad circumferentiam poſiti, longe majores ſunt, magisque conſpicui & veluti bilabiati, utrique embryoni inſident & calyce ſquamoſo non aculeato comprehenduntur. Embryo autem deinde abit in ſemen pappis inſtructum.

Cyanus ſegetum flore cæruleo C. B. Pin. 273. Cyanus hortenſis flore ſimplici ejusd. Cyanus Flos Dod. Pemp. 251. Cyanus J. B. 3. 21.

Creſcit paſſim inter ſegetes, floret Majo & Junio.

Flores Cyani ſaporis ſunt amari & nonnihil acris, abſtergunt,

gunt, discutiunt, menses pellunt, sanguinem purificant, & in scabie prosunt. Externe liquor florum Cyani oculis, à calida fluxione & salso humore infestatis, auxilio est. Succus florum ulcera mundificat, & stomacaci medetur. Flores contusi & appliciti sugillatis prosunt.

IN OFFICINIS REPERITUR

Aqua florum Cyani, Kornblumen-Wasser / *Eau de Bluet*, quæ in collyriis præsertim usurpari solet, & ad sugillata deprædicatur. Ad puerorum facilem dentitionem hæc aqua, si in ea prius contusus fuerit cancer vivus, gingivis illita commendatur.

FLORES MUCAGINE CRASSA CONSTANTES.

FLORES MALVÆ ROSEÆ seu HORTENSIS.

Ob viscositatem & vim adstringendi quam in recessu relinquunt in specie medentur inflammationi & exulcerationi faucium, gingivarum & uvulæ. Commendantur quoque ad erysipelas sub forma cataplasmatis, in faucium vero affectibus præscribuntur sub forma gargarismi.

℞. Flor. Malv coq. in aq. add. par. aceti. & syr. violar. pro gargar. ad faucium inflammationes add. par. ☾tri q. s. ad gratiam.

℞. Pulv. flor. malvæ ʒj. laccæ, myrrh. ana ℈j mell. q. s. & tantillum conf. alk. f. liniment. contra putredinem gingivarum scorbuticam, add. quoque tantillum ♁us cochleariæ.

VER-

MALVA ARBOREA, MALVA AUTUMNALIS, μαλάχη χορσαῖα

χορσάια & κηπευτὴ, Erndroſen/ Herbſtroſen/ Pappelroſen/ Baumroſen Halßroſen/ Mundroſen/ Römiſche Papplen/ ROSE D'OUTREMER, MAUVE DE JARDIN ET CULTIVÉE, ROSE DE TREMIER:

Character ſub Malva explicatur. Ex ſequentibus potiſſimum ſpeciebus poſſunt deſumi flores, ſolummodo uſuales.

Malva roſea folio ſubrotundo, flore dilutius rubente C. B. Pin. 315. Malva roſea ſive hortenſis flore carneo J. B. 2. 951. Malva arborea ſive hortenſis Tabern. Icon. 765. Malva hortenſis flore ſimplici incarnato Eyſt.

Malva roſea folio ſubrotundo flore ſaturatius rubente C. B. Pin. 315. Malva roſea ſive hortenſis flore ſature ſanguineo J. B. 2. 951. Malva roſea flore ſimplici rubro Eyſt.

Malva roſea folio ſubrotundo flore pleno rubro C. B. Pin. 315. Malva hortenſis multiplici flore Dod. Pempt. 652. Malva roſea multiplex flore pleno rubro Eyſt.

Coluntur in hortis florentes ſub finem æſtatis.

Sunt qui flores hos in fluxu menſium nimio commendant, ſunt etiam, qui ad eundem fluxum promovendum iis utuntur. Res experientia nondum ſatis confirmata.

VERBASCUM.

Reſpondent foliis, quibus tamen præſtantiores ſunt. ℞. Flor. verbaſc. pone in cella ut liqueſcant, cape ℥ℨ & applica omnibus tumoribus, præcipue lienis, hæmorrhoidum arthritidis & podagræ.

POEO-

FLORES VERBASCI, Wollkraut-Blumen/ FLEURS DE BOUILLON BLANC.

Sunt remedium temperatum, anodynum emolliens ac diſcutiens; Valent contra tormina ventris, proſunt in ipſa dyſenteria vel etiam teneſmo ab hypercatharſi orto, laudantur ad hæmorrhoidum dolorem & fluxum. Adhibentur vel per ſe vel cum foliis

foliis in clysteribus anodynis & sacculis lenientibus & demulcentibus. In tenesmo ab assumptis purgantibus excitato decoquuntur in lacte, quo postmodum spongia imbuitur, quæ, quam calide fieri potest, applicanda parti dolenti. Ad nimium hæmorrhoidum fluxum decoquuntur in aqua ferrariorum, vel etiam in vino rubro austero. Cum vitello ovi tumentes & dolorificas hæmorrhoides cohibent.

Flores æque ac folia ad apostemata interna, dolores laterum & pectoris commendantur. Decoctum horum florum capillos flavo colore tingere dicitur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Oleum florum Verbasci, Wollblumen-Oehl / *Huile de bouillon blanc*, per infusionem paratum, quod emollit & dolores præsertim hæmorrhoidum mitigat. &

Liquamen florum Verbasci per insolationem, Wollblumen-Oehl an der Sonnen gemacht / *Huile de bouillon blanc par insolation*, cujus etiam author meminit. Insigniter est vulnerarium, egregie demulcens & anodynum in doloribus quibusvis dentium, hæmorrhoidum &c.

Dicitur quoque esse insigne remedium in Tympanitide.

POEONIA.

Sunt flores rubentes, saporis fatui, odoris nullius. Conveniunt cum radice & seminibus. Constant particulis aquosis mucilagine volatili & crassa, ob mucilaginem volatilem antepileptica est, raro decoctum vel infusum paratur, sæpius conserva utimur pro vehiculo.

℞. Conserv. flor. pœon. ʒj. ⊖ volatil. C. C. gr. v. syr. pœon. q. s. pro bolo s. Elect. epileptico.

Contra vertiginem ℞. conf. flor. pœon. ʒj. rad. galang. gr. xv. castor. gr. ij. syr. pœon. q. s.

PA-

POEONIÆ FLORES, Gicht-Roſſen / FLEURES DE PIWOINE. Adhibentur potiſſimum ad præparandam exinde *aquam* per deſtillationem. Addi floribus poteſt ipſa radix. Gichtroſen-Waſſer / *Eau de Pivoine.*

PROSTAT etiam *Conſerva florum Poeoniæ*, Gichtroſen-Zucker / *Conſerve de Pivoine*, &

Syrupus Pœoniæ, Gichtroſen-Syrup / *Syrop de Pivoine*, qui ut & priora medicamina ad affectus capitis epilepſiam convulſionesque adhibentur.

PAPAVER ERRATICUM.

Ob mucaginem volatilem cui quidpiam acredinis & amaritiei eſt conjunctum, blande diſcutiunt, moderate incraſſant, leniunt, mulcent, & ſomnum inducunt, propterea conveniunt in pleuritide aliisque pulmonum & thoracis affectibus, ortis ab acri tenui materia, magis tamen in principio ubi dolor urget quam in ſtatu & declinatione conferunt, ſiſtunt quoque nimias hæmorrhagias & nimium menſium fluxum.

℞. Conſ. flor. papav. ʒj. mandib. luc. piſc. ʒß. ⊖ volatil. C. C. gr. vij. L. O. gr. j. ſyr. papav. q. ſ. f. bolus contra pleuritidem.

℞. Aq. flor. papav. nymph. ana ℥j ſem papav. alb. ʒij f. Emulſ. add. ſyr. violar. vel papav. contra nimias vigilias.

℞. Flor. beton. papav. ana p. ij ſaſſafr. ℥ij f. decoct. ex aq. colatur add. ſyr. papav. q. ſ. contra phthiſin.

℞. Flor. papav. infunde aquæ propriæ deſt. exhibe contra nimium fluxum menſium.

FLO-

Μήκων ῥοιὰς aut ῥοιὰς, PAPAVER RHOEAS, PAPAVER FLUIDUM à floribus facile deciduis, PAPAVER AGRESTE ſive

SYLVESTRE, PAPAVER RUBRUM, FLOS PLEURITICUS, Klapproſen / Klaproſen / Wilder-Mohn / Feld-Mohn / Feld-Magſaamen / Rothe Korn-Blumen / Korn-Roſen / Feuer-Blumen. PAVOT ROUGE, COQUELICOQ.

Characterem hujus plantæ vide ſub Papavere albo.

Papaver erraticum majus ῥοιὰς Doiſcoridis, Theophraſto, Plinio C. B. Pin. 171. Papaver erraticum rubrum campeſtre I. B. 3. 395. Papaver erraticum Dod. Pempt. 447. &

Papaver erraticum minus C. B. Pin. 171. & Tabern. Icon. 575.

Creſcit in arvis juxta vias ac inter ſegetes, floret Majo, Junio & Julio.

Flores, qui ſolummodo in uſu, conducunt in ſanguine congrumato diſſolvendo, & in omnibus inflammationibus tum internis tum externis. Specifice laudantur in pleuritide. Conducunt itidem in Catarrhis acribus ſalſis & tenuibus, hæmorrhagia narium, hæmoptyſi, dyſenteria & menſibus nimiis. In infuſo commode uſurpari poſſunt hi flores inſtar herbæ Theæ, quod infuſum laudatur etiam ad ebrietatem & exinde ortam Cephalalgiam.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua Papaveris erratici, deſtillata ex floribus, Klapproſen-Waßer / *Eau de Coquelicoq.*

Acetum Papaveris erratici, Klapproſen-Eßig / per infuſionem florum paratum, *Vinaigre de Coquelicoq*, quod à quibuſdam in Peſte &c. laudatur.

Syrupus Papaveris erratici, Klapproſen-Syrup / *Syrop de Coquelicoq*, qui adhibetur in morbis pectoris pro ſcopo demulcendi, laudatur in angina, tuſſi, phthiſi, hæmoptyſi & ſpecifice in pleuritide.

FLORES TERREIS CONSTANTES.

FLORES BALAUSTIORUM.

Vi adſtringente & roborante conveniunt cum corticibus querc. granator. aliiſque congeneribus. ℞. Flor.

℞. Flor. balauſt. ʒj. pulv. Malicor. ℈ij. conſ. roſar. ♁lat. ℈j. ſacch. ♄n. gr. v. ♎ N. M. expr. ʒß. L. O. gr. ij. ſyr. granat q. ſ. f. boli in diarrhœa.

℞. Pulv. flor. balauſt. inſperge intertrigini & cuti exulceratæ.

FLORES BALAUSTIORUM Granaten-Blumen / BALAUSTES ou FLEURS DE GRENADIERS.

Notandum hic quod flores mali granatæ ſativæ & frugiferæ vocentur CYTINI, ſylveſtris vero & infrugiferæ atque flore pleno præditæ appellentur BALAUSTIA; cum quibus ſæpiſſime miſcentur calyces.

Interne exhibentur ad ℈j. ʒß. & ultra, commendantur alias in laxitate gingivarum, præſertim ſcorbutica, ſi cum melle Sale & floribus malvæ arboreæ fiat linimentum. Gargariſmata quoque in modo dicto affectu exinde parantur, commendantur ad hernias.

Decoctum balauſtiorum cum ſolutione Vitrioli mixtum nigreſcit. Decoctum hoc dicitur oculos præſervare in variolis & morbillis, ſi circulus ducatur circa oculum.

FLOES NYMPHÆÆ.

Conveniunt cum radice propria:

℞. Sem. pœon. ʒij. aq. Nymph. bugloſſ. q. ſ. f. Emulſ. add. ☽tr. præpar. ℈j. & tantillum ſyr. nymph. ad nimiam ſalacitatem.

℞. Conſ. flor. nymph. ʒj. camph. gr. v. L. O. gr. j. ſacch. ♄ni ℈ß. ſyr. nymph. q. ſ. f. bolus contra maniam.

FLO-

Non tantum ad maniam, ſed & in Satyriaſi ſalacitate, & furore uterino deprædicantur. Flores & folia adhibentur ad ſomnum conciliandum adque æſtum mitigandum in febribus; ap-

plicantur temporibus, lumbis, plantis pedum & in pediluviis uſurpantur.

Turcas flores Nymphææ in aqua macerare, & ſe à multis præſervare morbis, modo ea nares inungant vel eandem bibant, à S. PAULI perhibetur. Sunt qui hujus plantæ uſum ideo averſantur, quod deſiderium coitus compeſcat frigidoſque reddat.

Flores hi nunquam intra aquam aperiuntur, ſed ſupra ſuperficiem ſe attollunt. Authores quidam de Nymphæa alba referunt, ipſam occidente Sole florem claudere, deinde ſe totam cum foliis ſub aqua occultare, eoque oriente florem primum extra aquam promere, aperire atque paulo poſt cum omnibus foliis ſupra ipſam aſſurgere. Recte pronunciat RAJUS: Nobis, inquiens, hæc incredibilia videntur. Semen iiſdem gaudet virtutibus.

EX NYMPHÆA IN OFFICINIS PRÆPARATA PROSTANT.

Aqua ex floribus albis deſtillata, Seeblumen-Waſſer / *Eau de Nenufar*, quæ vim anodynam, Hypnoticam & refrigerantem obtinet, adhibetur in mixturis emulſionibus & epithematibus.

Conſerva florum Nymphææ, ex floribus ſcilicet candidis, Weiß-Seeblumen-Zucker / *Conſerve de Nenufar*, quæ phthiſicis & hecticis prodeſt, refrigerat & humectat, ſeminis & ſanguinis acrimoniam corrigit, fervoremque extinguit, unde in furore uterino & gonorrhœa commendatur.

Syrupus Nymphææ ex infuſione florum, Seeblumen-Syrup / *Syrop de Nenufar*. Refrigerat & incraſſat, hæmorrhagias compeſcit & ſomnum conciliat ad uncias duas uſque datus. Conducit in gonorrhœa virulenta & ardore urinæ.

Oleum Nymphææ, ex infuſione quoque florum paratum, Seeblumen-Oehl / *Huile de Nenufar*, quod temporibus & fronti illitum ſomnum conciliat, convenit in dolore capitis, vigiliis & phrenitide. Lumbis & ſpinæ illitum febres mitigat. Renibus & ventri inunctum Venerem extinguit, gonorrhœam ſedat, ambuſtis quoque medetur.

Mel Nenupharinum, Seeblumen-Honig / *Miel de Nenuphar*, quod refrigerat, humectat atque demulcet. Adhibetur præſertim in clyſteribus ad unam aut alteram unciam.

FLO-

FLORES ROSARUM RUBRARUM.

Sunt roſæ rubræ C. B. P. flores ampli, modo ſimplici modo multiplici petalorum ſerie conflati, ſaporis ſi ſiccati adſtringentis & auſteri, ſi recentes ſubacris ſubamaricantis ingrati. Quia minus odorati ſunt terreis conſtant, & ubicunque adſtrictione opus eſt mire conducunt, præcipue ſi cum acido exhibeantur, laudantur quoque ad compeſcendum vomitum, it. in phthiſi ad conſolidanda ulcera, ut & in hæmopthiſi.

Paratur nobile balſamum roſarum ex ♌ proprio deſtillato apud Perſas.

Conſtant quibuſdam particulis ☉inis volatilibus cum prædominio tamen terrearum.

Datur conſerva, ſyrupus ut & pulvis.

℞. Conſerv. roſar. r. ʒj. ⏜ ☽li g. v. L. O. gr. j. ♌ N. M. expreſſ. ʒj. f. bolus in omnibus fluxibus. In nimio menſium fluxu conſerva roſarum ad ʒj. cum ſyrupo cydoniorum commendatur, præcipue ſi menſes doloroſi ſunt.

℞ Conſ. roſar. rubr. ʒj. ſem. pap. alb. ℈j. ſyr. roſar. f. bolus contra hæmoptyſin.

℞. Corall. r. præpar. ʒj. Crem. ♀ri. ʒß pulv. roſar. r. ℈j. ⏜ ☽li ſantal. rubr. tincti q. ſ. f. pulvis ad æſtus vagos & phlogoſes reprimendas.

℞. Flor roſar. r. affund. acetum, exhibe in quibuſdam dyſenteriis, præcipue ſi à bile acri oriuntur.

℞. Pulv. roſar. rubr. ʒij cape ſucceſſive ex aqua plantag. ad contumaciſſimam diarrhæam & dyſenteriam.

℞ Flor. roſ. r. balauſt. ana ʒß, N. M. toſt. ℈ß. L. O. gr. j. in dyſenteria maligna

℞. Conſerv. roſ. ʒij. pulv. Zedoar. ℈j. ſucc. cydonior.

q. ſ. f. Elect. in pica add. parum ℞us ☉li vel ſucc. limon. vel acetoſitat. citri.

Aqua deſtillata interne blande refrigerat, hinc in ſiti febricitantium. ℞. Decoct. hord. ℔j. aq. roſar. ʒiiij. ſyr. acetoſ. Citr. q. ſ. add. ☽tr. depur. vel lap. prunell. ʒj. ſyr. roſar. ʒj. pro Julapio.

Externe in inflammationibus oculorum. ℞. Aq. roſar. fœnicul. ana ʒj. ſacch. ♄ni ʒj. ſacch. cand. ʒiß. camphor. gr. iij. extr. croci gr. ij. f collyrium.

CA-

ROSÆ RUBRÆ, ROSÆ PROVINCIALES, Rothe-Roſen/ Knopff-Roſen/ ROSES ROUGES, ROSES DE PROVINS.

Roſa rubra C. B. Pin. 481. Roſa rubra flore ſimplici fere I. B. 2. 34. Roſa Damaſcena Lob. Icon. 206. &

Roſa rubra multiplex C. B. Pin. 481. Roſa rubra flore valde pleno & ſemipleno I. B. 2. 34. Roſa Mileſia flore rubro pleno Eyſt. florent hi frutices cum cæteris roſis.

Roſæ Rubræ externe ad contuſiones, luxationes & ſugillationes, contorſiones item, & ubi adſtringendum atque roborandum eſt, in vino decoquuntur & partes eo decocto foventur. Conducunt in affectibus faucium & gingivarum ſcorbuticis, item in prolapſu ani & uteri. Adhibentur in ſuffumigiis, & pulveribus ſternutatoriis. Stamina tum harum tum aliarum etiam roſarum flava ANTHERÆ das Gelbe von Roſen/ SOMMETS DE ROSES dicta uſurpantur ad affectus dentium & Gingivarum. Roſæ Rubræ multas ingrediuntur compoſitiones, unde exungulari debent, id eſt liberari à parte inferiori minus rubicunda.

IN OFFICINIS REPERIUNTUR EX HIS ROSIS

Acetum roſaceum, Roſen-Eßig/ *Vinaigre roſat*, cujus aceti eleganter rubentis uſus & in menſis, & in arte Medica pro refocillandis præſertim ægris, in febribus aliiſque morbis. Haud incommode noduli odoramentales ex mica panis amygdalis contuſis, pulvere

pulvere Cinamomi, Caryophyllorum macis &c. parati, in hoc aceto humectantur, qui quandoque magis reficiunt quam aqua Reginæ Hungariæ aut alia ſpirituoſa.

Conſerva roſarum rubrarum, Rother Roſen-Zucker / *Conſerve de Roſes rouges* ou *de Provins*, quæ virture analeptica roborante & adſtringente gaudet. Commendatur emaciatis, præſertim Phthiſicis Præfertur quæ Genua adfertur.

Conſerva roſarum rubrarum antiqua, Altrothroſen-Zucker / *Conſerve de Roſes rouges vieille*, quæ magis adſtringens habetur, & pro eo ſcopo adhuc magis celebratur.

Conſerva roſarum rubrarum Vitriolata, Sauerroth Roſen-Zucker / *Conſerve de Roſe Vitriolée.*

Conſerva Viſceralis, Eröffnender-Zucker / *Conſerve Viſcerale*, cujus principale excipiens eſt conſerva roſarum. Polychreſta eſt, viſcerum obſtructiones, Hepatis & Lienis ita aperiens, ut ſimul cumprimis ventriculum & caput roboret. Hinc in cachexia ictero hydrope, affectibus ſpleneticis, hyſtericis hypochondriacis, melancholicis & quibuſcumque ab acido viſcido provenientibus, item in febribus uſurpatur cum ſucceſſu. Doſis per ſe ad drachmam, ſemis ad drachmam unam.

Saccharum roſatum tabulatum, Rothroſen-Zucker in Täffelein / *Sucre roſat en Tablettes.* Immiſcetur Tragæis, pulveribus atque potionibus.

Mel Roſatum, Roſen-Honig / *Miel Roſat.* Vulnerarium cenſetur, adhibetur in faucibus lingua palato aliiſque partibus his vicinis læſis & quovis modo excoriatis. Uſurpatur etiam in clyſteribus pro abſterſione.

Species diarrhodon Abbatis, Leber-Species / *Poudre diarrhodon Abbatis.* Commendatur hic pulvis hepaticis, ictericis cardiacis & cæliacis, medetur menſibus ſuppreſſis & cachexiæ. Doſis ad ℈j. ad ℈ij. Parantur exinde etiam

Trochiſci diarrhodon Abbatis, Leber-Zeltlein / *Trochiſques diarrhodon.*

Species Aromaticæ roſatæ completæ & incompletæ ſive *Aromaticum roſatum Gabrielis*, Gewürtz Roſen Pulver mit und ohne Biſam und Ambra / *Poudre aromatique roſate complete & incomplete.* Vires obtinent ſtomachicas carminativas, anticolicas & cephalicas. Dantur ad ʒß. ad ʒj.

Syrupus è Rosis siccis, gedörrter Rosen-Syrup / *Syrop de Roses secchées.* Vires adscribuntur cordiales & adstringentes in fluxibus alvi atque hæmorrhagiis.

Tinctura Rosarum, Rosen-Tinctur / *Teinture de Roses*, refrigerat, sitim sedat & corroborat, vel per se hauritur vel immiscetur potui ordinario.

CAPUT OCTAVUM.

DE SUCCIS RESINIS ET GUMMATIBUS.

Succus dicitur, quod prælo ex planta vel arbore exprimitur. Resina est corpus oleosum crassum quod tamen in oleosis & spirituosis solvitur. Gummi est pars aquea congelata in mucilaginem crassiorem, quæ tamen in aqua solvitur. Dantur ceu amphibia, dicunturque gummi resinæ, quæ partim in aqueis, partim oleosis & spirituosis solvuntur; resina autem ex iis extracta, aliarum statim genium induit resinarum, tantumque in -n-uosis se solvi patitur.

SE-

Dantur etiam succi, qui sponte extillant, reliquis expressis utplurimum præferuntur. Resinæ quando ab authore dicuntur tantum in spirituosis dissolvi, illud non ita intelligendum est, quasi non etiam in vehiculis aqueis possint dilui, modo enim vel cum amygdalis nucleis pineis &c. vel cum vitello ovi optime terantur, artificium statim succedet.

SE-

SEQUENTIA HABENT PARTICULAS SALINAS VOLATILES OLEOSAS CUM MUCILAGINOSIS TENUISSIMIS SUBTILIBUS.

CAMPHORA.

Prima eſt Camphora noſtra officinarum, Chinenſis vulgo dicta, licet nulla in China inveniatur, eo quod his olim ad nos tantum profecta ſit: Eſt ſubſtantia candidiſſima facie ſalis vel nivis, pinguis & oleoſa, vi ignis ſublimata, ex ligno arboris camphoriferæ Japonenſis & compacta in glebas; ſaporis acris amaricantis, aromatici, pinguis & lenti, odoris fragrantis & gravis. Eſt ſcilicet arborum camphoriferarum in Japonia, quæ ſunt folio rigido virideſcente & fere laurino, flore pentapetalo, baccis bifidis: radix, truncus, rami, folia fiſſa conjiciuntur in ahenum, cui imponitur capitellum ſeu conus ex ſtramine qui uſitatior, vel ſtoreis, vi ſubſtrati ignis quicquid volatile eſt expellitur, & lateribus coni ſe applicat, quæ dum levis inſtar fuliginis decidit, quæ deinde in maſſam cogitur & ad nos transfertur.

Secunda ſpecies eſt, quæ in inſula Zeylon conficitur, paratur ex radice ſeu arctius cortice radicis cinamomi, hic nempe ſeparatus à materia lignea immittitur veſicæ inſtructæ ſuo capitello, vaſe ſerpentino & recipiente, affunditur ▽ & deſtillatur, hinc obtinetur 1. aqua 2. oleum & 3. oleo ſupernatans camphora, quæ ab oleo optime expreſſione manuum ſeparatur.

Tertia ſpecies ex variis plantis Indiæ orientalis elicitur, ſic ex radice Zedoariæ recenti, modo ſupra in ſecunda ſpecie deſcripto obtinetur aqua, oleum & huic ſupernatans Camphora, quæ eadem methodo ſeparatur. Hinc radix

Zedoariæ deſtituta ſuo ſale volatili cum ad nos defertur optime Camphora ſtimulatur. Sic ex Menthæ quadam ſpecie camphoram mihi quoque comparavi. Atque hæ tres ſpecies ſunt camphoræ factitiæ, quarum duæ poſteriores nonniſi à curioſioribus aſſervantur & poſſidentur.

Quarta nativa eſt in Inſula Borneo, quæ in arboribus mole tiliis, configuratione florum, foliorum & baccarum arboribus camphoriferis paribus, cæſis truncis in partes diviſis in ſpaciolis quibuſdam forma minutiſſimarum lamellarum lenticularium, quæ unciæ Indis vocantur reperiuntur in rara ſatis copia: duæ namque vel tres ſæpe arbores cæſæ vix ℥ij. vel iij. ſuppeditant. In Oriente maxime ad Japonas, quibus domeſtica ſordet Camphora diſtrahitur, tantum pro libra una 100. ſolvuntur floreni, ad nos ob pretium non transfertur.

Blandam ſpiritibus requiem ob ſalem ſuum ſubtiliſſimum inducit, & ſimul acida, viſcoſa, terrea craſſave potentiſſime diſcutit, hinc ſudoriferum eſt & anodynum univerſale, quibus nominibus ſpecifice convenit in peſte, malignis, deliriis, melancholia, paſſione hyſterica & motibus convulſivis, gonorrhœa, &c. doſ. in ſubſtantia à gr. v. ad vij. & x.

Jungitur tam internis quam externis medicamentis tanquam ſtimulus. Sic. e. c. in Catarrhoſis cum capitis dolore & alvo adſtricta. ℞. Reſin. jalap. gr. x. extr. troch. alh. gr. iij. ♎ ſuccin. gt. j. camph. gr. v. balſ. Peruv. q. ſ. f. pil.

Singularis eſt in febribus malignis omnibus, item tam continuis quam intermittentibus: ſic in febre acuta cum alvi fluxu. ℞. C. C. præp. ℥ß. L. O. gr. j. Camphor. gr. v. f. pulv.

℞. ♂ diaph. ℈j. ♁ vol. ſuccin. gr. v. Camphor. gr. ij. f. pulv. contra febres malignas, exhibe ex ▽ Card. B. vel theriacali.

Specifica

Specifica eſt cum Laud. Op. & extracto Croci, in mania, deliriis, melancholia. Sic. ℞. ▽ flor. ſambuc. hyperic. ana ʒj. camphor. gr. v. extr. Croc. gr. iij. L. O. g j. M. vel in forma pulveris; ℞. Arcan. duplicat. ♁ diaphor. ana ϑj. ſacch. ♄ni ϑß. camphor. gr. v. L O. g. j. M. f. pulv. vel excipe conſerv. flor. nymph.

℞. Laud. op. gr. ij. camph. gr. iij. f. pil. ad præſervationem epilepſiæ.

℞ Camph. ϑß. Myrrh. ʒß. gum. tragac. cum aceto in mucagin. redact. f. trochiſci antipeſtilentiales.

Externe additur unguentis ceu ſtimulus pro incidente & anodyno. ℞. Ung. dialth. ʒj. camphor. ʒj. pro tumoribus emolliendis.

℞. Empl. diapomph. ʒj. Croc. or. ϑj. camph. ʒß. ℥ philoſoph. q. ſ. f. emplaſtr. in tumoribus diſſipandis.

Paratur etiam Epithema egregium manuum febrifugum contra tertianas agyrtis commune, quod ſæpe effectu ſuo non caruit.

℞. Fulig. ſplendent. ʒiß. thereb. ʒvj. tel. aranear. ʒj. camphor. ʒß. ℥ aranear. vel ſcorpion. q. ſ. pro epithemate, applicatur carpis manuum.

Utimur etiam ⌐u theriacali Camphorato it. eſſentia ejus in omnibus febribus malignis. ℞. ▽ flor. ſambuc. Card. B. ana ʒij. ⌐ theriac. camphorat. ʒß. L. O. gr. ij. ſyr. acetoſ. Cir. ʒj.

℞. ▽ roſac. ʒij. ⌐ vin. camphorat. ʒj. f. colyr.

OPIUM.

κάφορα, CAPHURA, CAPUR & CAFUR ARABUM Kampher / Kampfer / Gampfer / Kaffer / CAMPHRE.

Arborem Camphoriferam, quam BREYNIUS cum aliis etiam quoad partem deſcripſit quidem, ſed ſupra laudatus

KÆMPFERUS in catalogo plantarum Japonicarum ita delineat. Laurus Camphorifera arbor eſt ſylveſtris, in Japonia occidentali & adjacentibus inſulis in lætam vaſtamque Tiliæ magnitudinem adoleſcens. Radice nititur valide ac parum bracchiata, quæ camphoram præ cæteris partibus ſpirat, & coctione impertitur. Cortex eſt ſcaber coloris pulli. Medulla magna fungoſa & lignoſa. Lignum candidum per ſiccitatem ex rufo variegatum, ſubſtantiæ laxioris ex fibris craſſiuſculis compactæ, aliquando ſerviens pro fabricandis ſcriniis, ſed quorum ſuperficies per vetuſtatem aſperatur, dum volatilis reſina poros deſtituit. Folia promiſcuo loco ſingula, membranacea, triuncialia vel longiora ex brevi acuto principio ovata, mucrone oblongo anguſto, margine integro undulato, non raro tenui palleſcente virgula fimbriato, ſupina facie ſaturo virore imbuta, ac micante, dorſo herbaceo & quaſi holoſerico. Flóſculi in faſtigiis ramulorum ſed arboris provectæ ætatis & magnitudinis menſe Majo Junioque inter foliorum axillas prodeunt, albi hexapetali, intra ſeminis Coriandri ambitum radiantes, petalis ovatis, ſtaminibus apicatis novem ea diſpoſitione locatis, ut terni medium ſtylum premant, hos cæteri in orbem ambiant, intercepti ſingulis tuberculis carnoſis exiguis luteis, mollibus, umbilico laxe adnatis. Florem excipit calyculo accreſcente Bacca, per maturitatem atro purpurea & ſplendens, magnitudine piſi majoris, figuræ quodammodo turbinatæ, pericarpio molli purpuraſcente, ſaporis ex camphora caryophyllacei; nucleo intus piperis magnitudine, corticula nigra micante obducto, bifido oleoſo, ſaporis fatui.

Extractio Camphoræ ruſticorum opus eſt in provincia Satzuma & inſulis Gotho, qui radices & ligna in feſtucas comminuta, cum affuſa aqua coquunt in veſica ferrea, impoſitoque capitello fictili amplo & (ne ex vapore rumpatur) roſtrato, ſublimatam reſinam excipiunt, ſtramini, quod capitellum replebat adhærentem.

Modo laudatus author camphoram quoque in deſtillatione Schœnanthi Perſici & arabici ſe obtinuiſſe copioſam aſſerit, nec eandem Junipero aliiſque ſtirpibus camphoriferis ineſſe dubitat. Ad camphoram ex arbore canellifera, quod attinet, Author noſter recenſente BREYNIO, ex Zeilan inſula Dn. à Beverningk & Dn. Syen Camphoram corticis Cinamomi per calcem ſublimatam; Camphoram crudam, ſeu Sal volatile corticum radicis arboris Cinamomi

mi crudam; Camphoram corticis radicum arboris Cinnamomi per se sublimatam; cum oleo & corticibus radicum arboris Cinnamomi & aqua ex foliis Cinnamomi transmiserat.

De arbore camphorifera Borneensi hæc ex BOCCONE observationibus naturalibus annotat modo citatus BREYNIUS. Caphura de Borneo, quæ melioris notæ est & rarior quam Japonica in Borneo insula ab arbore ibi Liono dicta, quæ minor graciliorque est Japonica, profertur. Huic Liono arbori tunc temporis cum Caphura abundare & quasi turgere norunt, sub ortum solis aurem applicant, & notatu dignum strepitum percipiunt, deinde ipsam amputatam in partes dissecant, quas findunt, solique ut siccentur exponunt, siccatas in particulas comminuunt, & Caphuræ frustula eximunt, cribroque á sordibus purgant, si majuscula frustula offenderint, iis oculos leniter & leviter confricare solent. Camphora hæc magis clara est & perspicua, nec ullo modo ut Japonica evanescit & consumitur.

In insula quoque Sumatra ab arboribus itidem camphoriferis, quas à Bornensibus non differre quidam putant, obtineri GRIMMIUS asserit.

Si ERASMO FRANCISCI fides adhibenda, etiam in China nascitur quoque Camphora.

Ex dictis jam patet Camphoram minime esse bituminis, uti quidam voluerunt, genus, nec etiam est merum gummi, sed resina, aut gummi resina, ardet enim & menstruis oseosis atque spirituosis potissimum dissolvitur.

Camphora Japonica seu Chinensis dicta potissimum ad nos adfertur, in panes ingentes coacta, eligi autem debet, candicans sine maculis pellucida fere instar crystalli, digitis friabilis, odoris fragrantis, saporis quadantenus amaricantis, quæ accensa vix extinguibilis, & quæ in aqua quoque ardere perseveret, volatilis ita, ut tota sublimari queat, & aeri exposita etiam cum tempore evanescat. Servanda hinc est in vasis locisque bene clausis, adjiciunt alii semina Lini, Psyllii, Milii, alii in granis piperis sepeliunt.

Ratione virium multum olim disceptabant de Camphora, an calida sit vel frigida, qui frigidam esse putant, præter plures alias rationes in eo se fundant, quod Venerem extinguat, juxta communem illum versiculum,

Camphora per nares castrat odore mares.

Cujus versiculi veritas licet non semper deprehendatur, attamen non prorsus illud monitum esse contemnendum ex DIEMERBROECKIO docet LANGIUS,& experientia propria confirmat; Sed nec ex hoc effectu frigiditas camphoræ demonstratur, sicuti etiam de Pipere calorem in corpore moderante, non possum argumentari ad ejus naturam calidam. Aliud est agere per se aliud vero per accidens. Nemo dubitare potest de summa partium camphoræ subtilitate, & potentissima penetratione.

Camphora dolores capitis mulcet, inflammationes sedat, sanguinemque stagnantem resolvit, Venenis & putredini resistit, MINDERERUS inter fortissima pestis alexipharmaca reponit. Quod usum Camphoræ in febribus præsertim continuis concernit, in nostris aliisque regionibus dieta vinosa & aromatica assuetis, Camphora vix locum invenit, quæ tamen subjectis phlegmaticis & victu crassiore viscosioreque utentibus summo usui esse potest. Distinguatur etiam quam maxime, an in ejusmodi febribus sanguinis massa magis ad dissolutionem an vero coagulationem inclinet, nam in casu priori omnia exagitantia & dissolventia exulent, præferanturque magis temperata, & blanda acida. In Epilepsia, vertigine, apopiexia multi camphoram commendant, sunt qui in hæmorrhagiis laudant, in hæmoptysi, vomitu cruento nimio mensium fluxu, in dysenteria itidem diarrhœa atque hypercatharsi. A multis magni fit in fluore albo aliisque uteri vitiis passione hysterica, furore uterino &c. Nonnulli haud parum commendant in doloribus arthriticis aliisque morbis plurimis. Distingue ubivis tempora, regiones subjecta, victum aliasque circumstantias & concordabit scriptura. Externe camphora in Epithematibus, frontalibus ad dolorem capitis sedandum, in collyriis, emplastris & unguentis adhibetur. Conducit in inflammationibus, contusionibus, gangræna &c. odontalgiam sedat, cum Butyro Majoranæ vel oleo ovorum commixta in coryza prodest. Quidam camphoram de collo suspendunt in tergum, ad febres intermittentes profligandas; Camphoram avolare certum est, frequentissime autem febris remanet.

IN OFFICINIS PROSTANT

Oleum Camphoræ verum SENNERTI, Campffer-Oehl / *Huile de Camphre*, dicitur esse summum diaphoreticum & alexipharmacum in peste ad præservationem & curationem ad aliquot guttas datum. Obtinet quoque vim cosmeticam & partibus gangrænosis prodest. Laudatur ad sanguinem mundificandum, lipothymias, palpitationem cordis, vertiginem, Epilepsiam, Maniam &c. Dolores dentium sedat, tinnitum & susurrum aurium curat. Quod si Camphora Spiritui Nitri, Salis, aut aquæ forti injiciatur, solvitur camphora, saporem & odorem amittit, & sub forma olei supernatat, si autem hoc oleum rursus instilletur aquæ, denuo renascitur camphora & sub antiquo sapore & odore comparet.

Spiritus vini camphoratus, Campffer-Brandtenwein / *Esprit de vin Camphré.* Vires habet diaphoreticas cephalicas, cordiales, alexipharmacas, antiarthriticas, exhibitis guttis sex ad viginti & ultra. Utplurimum externe solummodo usurpatur, in contusionibus luxationibus & ubi discussione opus est.

Spiritus Theriacalis camphoratus, Theriack-Spiritus mit Kampffer / *Esprit Theriacal camphré.* Virtutes adscribuntur diaphoreticæ & alexipharmacæ, incidentes & attenuantes, tenuitateque substantiæ universum corpus sine molestia penetrantes. Cordialium in numero locum habet, dominante pestilente contagio prodest in actu curationis ad drachmas duas, in actu præservationis ad drachmam semis, sumtus cum vino generoso.

Unguentum album camphoratum, weiß Kampffer-Sälblein / *Onguent blanc camphré.* Ad erysipelas, leviores inflammationes, & cutis vitia à salsedine enata prodest.

Tandem notandum ex HOFFMANNI CLAVE IN SCHROEDERUM, quod camphora cum sale tartari cosmeticum constituat externum, item quod ex camphora in aqua forti soluta & cum aqua præcipitata fiat sapo, cum quo si mulierum perungantur manus & aqua postmodum abluantur, manus reddantur molliculæ & lacteæ.

De camphora consulantur MOEBIUS atque WEDELIUS, qui expresse de Camphora scripserunt, aliique auctores Materiæ Medicæ.

OPIUM

OPIUM.

Eſt ſubſtantia partim reſinoſa, partim gummoſa, dum recens eſt mollicula dum inveterata durior, collecta ex papavere & in maſſam redacta, ſaporis ſubacris amari, odoris viroſi narcotici & quaſi ſtupefacientis.

Aliud eſt Thebaicum, aliud Indicum, prius eſt ſubtilius & in Ægypto circa Cairo & confines tractus colligitur, poſterius eſt craſſius, fœculentius & in Inſulis Bengalenſibus colligitur. Scilicet utrinque agri, imo integri tractus conſeruntur ſemine papaveris hortenſis, ubi per æſtatem ad maturitatem vergunt diſcuſſis floribus ſcalpello 5 vel 6 locis ſauciant capita, è quibus lacteus ſtillat humor, qui idem in maſſam coactus ad nos transfertur. Unum caput papaveris ultra ij vel iij grana vix ſuppeditat.

Thebaicum fere tantum apud nos officinale, uti in oriente proprio ſolo enutritum. Opium album vulgo Maslac ſeu magnanimum, eſt opium ab omnibus ſordibus depurgatum, quod carioris eſt pretii. Meconium aliud non eſt quam papaver coctum expreſſum, filtratum & inſpiſſatum.

Univerſale eſt remedium in omnibus morbis ubi opus eſt ſomnum vel torporem inducendi, ubi conjuncti ſunt dolores, ubi acredo obtundenda, ſiſtit etiam functiones animales impeditque ſpiritus quo minus in organa influere poſſint.

Datur per ſe à gr. j. ad iij. in aſſuetis ℈j. imo ʒß in India non nocuit.

Vis ejus narcotica ſuſpecta corrigitur optime toſtione, ſic enim multum ♎is volatilis perit, ſed nota ſtatim eſſe exhibendum, alias ad genium & malignitatem ſuam redit, reanimatum ab aëre. Alias etiam ſucco Citri vel cydoniorum caſtratur.

Nonnulli præcipue recentiores corrigunt caſtoreo, quod

quod quasi est opii antidotum. Item ℞. opii ʒj. Castor. ʒß. Camph. ϑß. spirit. vin. ♃isat. q. s. f. tinctura, quæ filtretur & inspissetur. Omnium vero mitissime agit opium leviter tostum.

Additur etiam clysteribus in colica, sed decoquitur in nodulo inclusum, ne se applicans intestinis tormina excitet.

Additur purgantibus validioribus pro correctorio præcipue in colica. Sic ℞. Extr. agaric ϑj. Extr. troch. alhand. gr. iij. ♎ expr. flav. cort. aur. gt. iiij Castor. gr. iij. L. O. gr. ij f. c. Balsam. Peruv. pil. vel cum conf. fl. anthos bolus.

℞. Opii tost gr. ij Nuc. Mosch. tost. ʒj f. pulv. in dysenteria.

℞. Opii tosti gr. iij. ♎ Nucist. expr. ϑß. Corall. r. præpar. ϑß. rad. tormentill. ϑj. conserv. rosar. ♁lat. q. s. f. bolus in dysenteria.

℞. Opii præp. gr. j. Camph. gr. iij conf Nymph. ʒj f. bolus in delir. & mania add. sacch. ♄n. gr. ij vel iij.

℞. Resin. jalap. gr. xv. extr. lign. aloës ϑß ♎ succin. gt. ij opii gr. iij balsam Peruv. q. s. f. pilulæ purgantes & anodynæ, post alvi evacuationem placidum inducentes somnum.

Externe poma in manu calefacta naribusque admota narcosin inducunt. v. c. ℞. styrac. calam. L. O. ana ʒiß. lign. aloës rad. ir. flor. ana ʒiij.

In hæmorrhoidibus exulceratis inflammatis, tenesmo dysenterico sequens unguentum profuit. ℞ Ung. alb. camphorat. ʒj L. O. ʒj sacch. ♄ni. ʒij. ☿ viv. ʒß. ♎ rosac. vel quod sæpe præstat lini q. s. quod exceptum stupis vel filamentis linteaminum, præmissis universalibus intruditur ano ad partem usque affectam.

Ὀπὸς ἀπὸ τῦ ὀπῦ à ſucco dicitur, MECONIUM, Mohn-Safft/ Schlaff-Safft/ OPIUM.

Opium ex papavere tam nigro quam albo, cujus capita prægrandia, in locis orientalibus creſcunt, elicitur. Exinde vel ſponte ſtillat, vel methodo ab authore propoſita & cum BELLONII, GARZIÆ, aliorumque narrationibus correſpondente colligitur. Addere liceat verba KÆMPFFERI. In Perſide, inquit, collectio opii celebratur per ineuntem æſtatem, propinqua maturitati capita decuſſatim ſauciando per ſuperficiem. Culter negotio ſervit quintuplici acie inſtructus, qui una ſectione quinque inſigit vulnera longa parallela. Ex vulnuſculis promanans ſuccus poſtridie ſcalpro abſtergitur, & in vaſculum abdomini præligatum colligitur. Tum altera capitum facies eodem modo vulneratur ad liquorem pariter proliciendum. At hæc collectio ob capitum impar incrementum & magnitudinem aliquoties in eodem arvo inſtituitur. Solent in plantis nimium ramoſis, ſuperflua capita prius amputari; ſic reliqua magis grandeſcunt & ſucco implentur majoris efficaciæ. Primæ collectionis lacryma præſtantior eſt & graviori pollet cerebrum demulcendi virtute, colorem exhibens albidum vel ex luteo pallentem, ſed qui color ex longiori inſolatione & ariditate infuſcari ſolet. Altera collectio ſuccum promit priori, ut virtute ita pretio inferiorem, coloris plerumque obſcuri vel ex rufo nigricantis. Sunt qui & tertiam inſtituunt, qua obtinetur lacryma nigerrima & exiguæ virtutis. Præparatio opii potiſſimum in eo conſiſtit, ut aquæ pauxillo humectatum ſpatha craſſa lignea continuo & fortiter ducatur, & reducatur, in patina lignea & plana, donec elaboratiſſimæ picis conſiſtentiam, tenacitatem & nitorem inducat. Ita diu multumque ſubactum ad ultimum manu non nihil pertractatur nuda, & demum in cylindros breves rotatum venale exponitur, forcipe dividendum cum particulas emptores petunt. Hactenus ille.

Olim plurimum & optimum opium mittebat Regio Thebaica Ægypto contermina, unde THEBAICUM dicitur & adhuc hodienum optimæ notæ cenſetur. Colligitur quoque copioſiſſime in Natolia, Cilicia, Cappadocia, aliisque Indiæ Orientalis regionibus. Nos opio puriore vix potimur.

In opio color, ad aloen fere accedens hepaticam, ex nigredine ruffeſcens, cum frangitur ſplendore quodam nitens, probatur. Odor

ad

adeſt vehemens, graveolens, nauſeabundus papaveraceam redolens proſapiam, ſapor ineſt acris atque amaricans. Compactum eſt & grave, facile aqua imprimis accedente calore diſſolvitur, non tamen inſtar ceræ & mucaginis cujusdam lenteſcit. Non rarum eſt & friabile, non aſperum nec grumoſum ſed ponderoſum, denſum, ſolidum. Inflammabile eſt nec atra obſcuraque nec ſplendida lucidaque exardet flamma, plus tamen ad obſcurum vergente.

Quod naturam opii attinet de eo magnus admodum eſt diſſenſus, qua de re pertractavit WEDELIUS in OPIOLOGIA & plures alii. Veteres utplurimum frigidæ eſſe temperiei judicarunt, eo quod calorem vitalem opprimat, ſomnum profundum inducat, & totum cerebrum, omnesque ſenſus frigidos reddat. Alii calidum aſſerunt opium, ob odorem gravem penetrantemque, ob amaritiem, ob ſudorem, quem excitat, ob inflammabilitatem, ob ſitim ab ejus uſu excitatam, ob virtutem diſcutientem & ob animoſitatem, quam conciliare fertur. HOFFMANNUS in SCHROEDERUM Opii qualitatem non ex primis calido, frigido, nec ſecundis amaro & Sulphureo principio metiendam eſſe, ſed opium agere juxta ſingularem partium texturam, figuram motum, quietem & ſitum, à quibus ſupra dictæ proveniunt qualitates pro iſtius applicatione, docet. Juxta alios modus agendi opii conſiſtit in ἀναθυμιάσει ſeu blanda evaporatione, quæ porulos cerebri à vigiliis nimiis apertos & dilatatos obſtruit, ſpirituum animalium, ſeu ſucci nervei, effrenem influxum impedit, eosdemque quaſi coagulat & addenſat adeoque ſuaviſſimam corpori conciliat quietem. Cum autem in opio emineat ſulphur copioſum & ſal volatile, (deſtillationi namque ſubjectum exhibet phlegma, ſpiritum volatilem ſeu ſale volatili refertum, urinoſum, qui cum ſpiritu Vitrioli aliisque acidis commixtus efferveſcit, odore reſtante fœtido, & oleum nigricans, præter partes ſalinas fixas & terreas in capite mortuo reſidentes) quæritur, an ſulphuri an ſali volatili vis opii narcotica ſit adſcribenda. Plures autem in ſulphure narcotico (non tamen plane excluſo omni ſale volatili) rationem quærendam eſſe cenſent, cum ejus ſulphur admodum ſit reſolubile. Opium enim in quolibet fere menſtruo, aqueo, ſalino, acido, ſpirituoſo & oleoſo absque deperditione ſaporis & conſequenter virium diſſolvitur. Ita pariter in corpore noſtro omni-

bus aut pluribus humoribus obſecundat, imprimis vero ſeroſis aqueis, unde ſpiritus vaporoſos & ſulphureos cum ſanguine & cerebro communicat, qui cerebri concepta ula & poros opplentes, ſoporem inducunt. Non autem omnibus opium æque ſomniferum eſt, ſed qui ſeroſis abundant humoribus. Dolores opium lenit, ſomnum procurando, nervos partesque membranaceas demulcendo & obliniendo, humorumque acrimoniam temperando. Sudorem inſuper movet opium, partim ob ſal volatile, partim ob ſomnum inductum, ſub quo ſudoris excretio non, ut aliæ excretiones, ſupprimitur, ſed potius promovetur. Quod autem in tam exigua doſi opium ſuos exſerat effectus, non adeo difficulter comprehendi poteſt. Quod ſi certe duæ guttæ alicujus olei ætherei, v. gr. Olei aniſi vel per intergram amphoram aut ad minimum dimidiam ita diſpergi poſſunt, ut quælibet gutta odorem & ſaporem referat aniſi, quid impedit, quo minus & unum aut alterum opii granum à calore corporis noſtri in tam incomprehenſibiliter fere exiguas reſolvatur particulas, quæ vix non per omnes omnino meatus penetrent, ibidemque ſuam edant virtutem.

A Turcis, Perſis atque Indis, opium uſurpatur pro ſcopo ſtimulandi venerem, ac magnanimitatem conciliandam. Prior effectus non ſemper ſequitur, ſed quandoque etiam ſupprimitur; Quando autem excitatus inde obſervatur ſtimulus Venereus, id potius aromatibus ambratis aliisque additis adſcribendum eſſe videtur, uti haud inepte GARZIAS AB HORTO judicavit, cui aſſenſum præbere videtur ſupra allegatus KÆMPFERUS. Magnanimitas inducta proprie talis non eſt, ſed potius ſtupiditas, ac quædam quaſi conciliata ebrietas, ob quam pericula penſitare, multo minus dijudicare nequeunt. Hi populi autem opio ita adſueti ſunt, ut absque ullo alio damno, quam ut tremulum aliquem exinde perſentiunt motum, ad ʒß. ad ʒj devorent. Externe dolores lenit capitis v. gr. moderate appoſitum, vel naribus illitum, item pro vigiliis ſimul coercendis plantis pedum, temporibus, fronti, nuchæ & pone aures inunctum.

Doſis opii infima eſt pars quarta vel dimidia grani, vel granum unum, media, grana duo vel tria, ſumma, grana quatuor vel quinque.

Opium

Opium crudum minus usurpari solet, cum in eo reperiantur halituosæ excrementitiæ particulæ, quæ correctionem aliquam requirere videntur. Veteres calidis hanc correctionem præstare pipere v. g. Zingibere & imprimis Castoreo conati fuere. Moderni quidam corrigunt opium tostione super lamina ferrea seu patella. Scinditur in minutula frustula opium, & in laminam orbemve appositè collocantur segmenta, ne se tamen arctius contingant invicem; subdito moderato carbonum igne sinitur sensim exhalare sulphur, à quibusdam dictum vaporosum, donec odor papaveraceus teter expiret & opium in pulverem facile teri possit. Rejicunt autem alii hanc tostionem, nam opium non est castrandum virtute narcotica, non sulphur narcoticum separandum, alias evanidum fiet & nullarum virium, sed heterogenea atque noxia sunt removenda. Hinc veram correctionem in ejus à partibus excrementitiis depuratione consistere dicunt. Fit autem hæc depuratio solutione atque separatione per Menstrua, quæ triplicis generis sunt, vel aquea vel salina, vel sulphurea. Inter menstrua aquea habemus vel aquam simplicem, vel destillatam, imprimis autem rorem Majalem destillatum qui ultimus imprimis ea propter commendatur, quod neque privet opium virtute salina ut acida, nec illam secum auferat, ex quorumdam opinione, ut Spiritus Vini, sed cum levis & subtilis sit facile evaporetur sine ulla virtutis privatione. Inter salina menstrua eminent imprimis acida acetum tum simplex, tum destillatum, succus citri, succus cydoniorum &c. Verum hic rursus notat WEDELIUS opium acidis, si non plane destruatur, multum tamen castrari. Quod succos attinet, si cum eis opium extrahatur, horum extractum proprium, forte paris, si non majoris, cum extracto opii, ponderis simul emergit; quod ipsum tamen vires non auget sed imminuit. Egregie sese habent menstrua sulphurea, Vinum Hispanicum, Malvaticum, aliudque generosum non dulce & imprimis etiam Spiritus Vini rectificatissimus probeque dephlegmatus, vapidas enim & halituosas opii partes naturæ reddit amicas.

Opium ingreditur Theriacam Andromachi & Cœlestem, Mithridatium, Philonium Romanum, aliasque compositiones. Remedia opiata magna esse remedia nullum est dubium, cautum autem & prudentem exposcunt directorem, alias sunt ut gladius in manu furiosi.

IN OFFICINIS PROSTANT

Essentia anodyna sive *Laudanum liquidum Sydenhamii*, Schmertz-stillende Essentz/ *Essence anodyne* ou *Laudanum liquide de Sydenham*. In mitigandis doloribus totius corporis acutissimis vigiliisque niniis coercendis ac fluxibus sistendis inservit. Dosis est ad guttas aliquot ad decem viginti & paulo ultra in quovis liquore.

Extractum opii, Opium Extract, *extrait d'opium*, cum aqua succo citri acidulata paratum, datur ad granum unum duo tria vel quatuor.

Extractum opii Laudanum opiatum dictum, *Extrait d'opium nommé Laudanum opiatum*. Conducit ut Laudanum liquidum. In febribus pertinacibus, quæ cortici etiam Peruviano resistunt non spernendum est remedium. Dosis ad granum dimidium, granum unum, duo, tria, quatuor.

Tryphera Magna Nicolai, Stärck- und Ruh-Lattwerg. Putredines humorum emendat & bonum corporis habitum restituit, porro ad omnia muliebria à frigiditate nata vitia efficax est, infantibus quoque propinatur, sed parce danda.

CONSTANTIA PARTICVLIS SALINIS VOLATILIBVS OLEOSIS CVM VIRTVTE LAXANDI.

AMMONIACVM.

Est substantia gummosa & resinosa ex variis densis solidisque grumis modo flavescentibus modo lacteis, qui optimi, collectis ex ferula ammoniacifera, quæ mole fere arborem æquat & lactescens est, splendidis & nitidis in glebam coactis, dum manibus tractantur lentore mollescentibus, saporis acris, amaricantis, viscosi, lenti & paululum nauseosi, odoris fragrantis gravis, alliaris fere, aut castoreum utcunque æmulantis.

Ra-

Ratione ♁is volatilis oleosi incidit & discutit & aperit, ratione resinæ lenit & mollit, utriusque vero ratione, in largiori dosi datum, alvum solvit, & proinde in tussi, asthmate, hysterica passione, hypochondriaca & scorbutica specificum est. Externe tumores & scirrhos resolvit, discutit & emollit.

Datur in substantia ʒj sub forma emulsionis, electuarii, boli vel pilularum, stimulatur ♀ro, oleo ♀ri, ♁e ♀ri, borrace &c. pro scopo vero alvum laxandi exaltatur trochiscis alhandali & diagrydio. Præparant ad impuritates removendas solvendo in aceto, filtrando & inspissando, in pilulis, bolis, emplastris, in potionibus vero melius solvitur in ipso vehiculo non inspissandum, alias periret multum ♁is volatilis, v. c. in asthmate: ℞. Gum. ammon. ʒß. ▽ Cinam. simpl. vel puleg. ℥ij. syr. hyssop. puleg. vel cinam. ʒiij.

℞. Gum. ammon. purgat. ʒj. solv. in ▽ Cinam. ℥iiß. f. haustus contra tussim, vel loco ▽ Cinam. cape ▽ puleg. vel menthæ.

℞. Gum. ammon. purg. ʒj. ♀r. ♃lat. ℈j. ▽ fumar. Meliss. ana ℥iß. syr. cochlear. ʒij. f. haustus in passione hypochondriaca & scorbutica.

℞. Gum. ammon. sal. ammon. ana q. v. destilla ex retorta, cape ♒um ad gt. x xx. cum ▽ destillata vel syrupo ad tussim, asthma, scorbutum.

℞. Gumm. ammon. ʒj. ♍ caryoph. & tantundem ♍ amygdalarum f. linimentum ad resolvendos tumores frigidos.

℞ Gumm. ammon. ʒß. troch. alhand. ℈ß. Elix propr q. s. f. pil. laxantes, pro aliquot dosibus in scorbuto & passione hypochondriaca.

Habentur in officinis pilulæ de ammoniaco, quæ sunt asthmaticæ hypochondriacæ & uterinæ, pro cujus obstructioni-

ctionibus tollendis egregie maritantur purgantibus. ℞. Pil. d. ammon. ʒß. extr. troch. alhand gr. j. ⊖ vol. ſuccin. gr. v. ℥ d. ſuccin. gt. iij. f. pil. Emplaſtrum de ammoniaco impoſitum in dolore iliaco, iſchiatico lumbarique commendatur junctum cum emplaſtro de cicuta anatica portione.

Externe in doloribus dentium à cavitate, pro iis extrahendis ſequens paro unguentum : ℞. Gum. ammon. ſem. hyoſc. ana ʒiß ſucc. hyoſc. cum pinguedine ranarum viridium ana q. ſ. f. unguentum, quod exceptum ſtuppis intruditur cavo dentium, ubi circumjectam carnem quaſi ſolvit, ac proinde extractionem dentis multum facilitat.

GAL-

AMMONIACUM, ἀμμωνιακὸν ARMONIACUM GUTTA AMMONIACA, AMMONIACI LACRYMA, HARMONIACUM, Ammoniac / Gummi Ammoniack. GOMME AMMONIAC.

Hoc Gummi reſinoſum quod & flammam concipit & in aqua atque aceto diſſolvitur, provenire dicitur ex ferula quadam, quam Ammoniaciferam vocant. Creſcit illa in Lybia locis ſabuloſis, præſertim circa Jovis Ammonis delubrum, unde & nomen traxit. Ex hujus truncis aut, ut alii volunt, radicibus potius effluit hoc Gummi.

In infarctibus & incipientibus ſcirrhis viſcerum non ſolum interne, ſed & externe egregie prodeſt, in menſium obſtructionibus non contemnendum eſt. In ſcrophulis & ſtrumis quoque conducit.

IN PHARMACOPOLIIS EXTANT

Pilulæ de Ammoniaco Quercetani, Ammoniack-Pillen / *Pilules de Gommme Ammoniac.* Commendantur ad incidendau Lymphæ viſciditatem & ad eandem educendam. Unde in affectibus non ſolum ſupra allegatis ab authore, ſed in uteri obſtructionibus, cachexia, febribus

febribus inveteratis conveniunt. Dantur ad ſcrupulum unum, ſcrupulos duos & ultra.

Oleum Gummi Ammoniaci, Ammoniac-Oehl/ *Huile de Gomme Ammoniac*, uſurpatur potiſſimum externe ad membra paralytica, obſtructiones reſolvit & tumores diſcutit. Cum oleo prodit quoque *Spiritus* quem rectificatum ad guttas 10. 20. & ultra in peſte, morbis malignis ſcorbuto & omnibus obſtructionibus commendant.

Spiritus aſthmaticus Michaëlis, de quo ſub viridi æris.

Emplaſtrum ſive *Ceratum de Ammoniaco Foreſti*, Ammoniack-Pflaſter/ *Emplatre de Gomme Ammoniac*. Malacticum & plurimi uſus ac emolumenti eſſe dicitur in omnibus affectibus externis digeſtionem & coctionem requirentibus, inflammationes ſedat, indurata emollit, ulcera detergit, vulnera conſolidat & callum obducit. Ammoniacum ingreditur plura alia emplaſtra.

℞. Aqu. hyſſop. ℥iij Vin. Rhen. ℥iß. Gummi Ammon. ʒj. Miſc. pro doſi. Eſt decantata BRUNNERI potiuncula in paroxyſmo aſthmatis, humidi præſertim, cum viſcoſitate conjuncti, & ubi laxatione opus, ſat efficax aſt admodum ingrata.

GALBANUM.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa, pinguis, ceræ inſtar ductilis, ammoniaco ſimilis, aſt ex variis albentibus & ſplendentibus grumis in maſſam coacta, collecta ex Ferula Galbanifera Syriaca, ſaporis ſubacris, ſubamari nauſeoſi, odoris fragrantis gravis, odor & ſapor idem qui ammoniaci, mitior tamen, tantumque gradu differunt.

Virtute nonnihil inferior eſt gummi ammoniaco, ſed in ſpecie valet in colica hyſterica & affectibus convulſivis, datur ut ammoniacum.

℞. Maſſ. pil. d. galban. Sylv. ʒß. diagryd gr. v. f. pil. purgantes hyſtericæ.

℞. Galban. q. v. ſolv in + ſeu ⌒u vini, ſoluto add.

extract. Castor. Croc. ana ʒiij. ℥ d. succin. spic. ana ʒiß. M. applica umbilico ad passionem iliacam.

BDEL-

FERULA GALBANIFERA, FERULA SYRIACA, Galbankrauth/ Syrisch Ferulkrauth. Est planta flore rosaceo & umbellato, plurimis petalis constante in orbem positis & calyci insidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum amplis planis striatis & marginatis, involucrum sæpe deponentibus. Addenda sunt folia apii æmula, adeoque pertinet ad Oreoselinum licet à Tournefortio ante ad ferulam fuerit relata & appellata.

Ferula Galbanifera, Lob. Icon. 779. Galbanifera ferula J. B. 3. part. 2. 52. Ferulago latiore folio C. B. Pin. 148. Oreoselinum Galbaniferum Tourn. de us. med. l. 2. c. 6.

In Arabia, Syria & India magna reperitur. Colitur nunc etiam in hortis quibusdam.

Ex hac planta vulnerata, jam extillat atque colligitur GALBANUM, γάλβανον, χάλβανον, CHALBANUM, LACHRYMA FERULÆ SYRIACÆ, SUCCUS METOPII, Galben-Safft/ Mutter-Hartz/ GALBANUM quoque Gallis audit.

Adfertur Galbanum, odore ingrato præditum, vel in massa vel in forma lachrymarum. Eligenda autem est massa arida, sicca, nitida, pura, repleta lachrymis albicantibus, odoris utplurimum fœtidi. Lachrymæ præferuntur siccæ, odoris fortis.

Interne rarius adhibetur, Dosis tamen est ad ℈j. ad ʒß. sed potissimum usui externo est dicatum. Convenit in affectibus dolorosis & convulsivis partium internarum, imprimis in colica hysterica vel sub emplastri forma, vel in suffumigiis per se aut cum aliis castoreo, assa fœtida, &c. usurpatur. Dolores quoque à Lue Venerea oriundos & diuturnos discutit. In apoplexia & paralysi spinæ dorsi applicatur. Multis immiscetur emplastris, ingreditur Theriacam atque Mithridatium & Diascordium.

IN OFFICINIS HABENTUR

Emplaſtrum de Galbano crocatum Mynſichti, Mutter-Pflaſter mit Saffran / *Emplatre de Galbanum avec Saffran.* Commendatur ad emolliendos & reſolvendos tumores duros & ſcirrhoſos, nec non ad ſedandos & mitigandos vehementes & lethales partium dolores, ſive à crudis humoribus, vel à flatu craſſo, vel ab alia cauſa, uti loquuntur, frigida, ortos. Strumas quoque emollit, lenit atque diſcutit. Præterea in convulſione & ſingultu laudatur, nec deſtituitur virtute antihyſterica; in tumoribus mammarum mulierum multum præſtat calide applicitum, imprimis ſi ſimil ſaccus arena repletus calide applicetur.

Emplaſtrum Matricale Norimbergenſium, Mutter-Pflaſter / *Emplatre Hyſterique*, prodeſt in uteri affectibus, calefacit, flatus diſſipat, doloresque placat præſertim ſic dictos frigidos; in ſuffocatione & ſtrangulatione uteri umbilico imponitur.

Oleum Galbani deſtillatum, Galbenſafft-Oehl / *Huile de Galbanum.* Convenit in affectibus ſpasmodicis, colica convulſiva, affectibus hyſtericis, hemiplexia, membris paralyticis & pareticis, in affectibus ſcorbuticis & contracturis artuum, umbilico & partibus affectis inunctum.

Referri quoque huc poteſt *Balſamum Hyſtericum*, Mutter-Balſam / *Baume Hyſterique*, quod in affectibus matricis naribus, temporibus vertici & umbilico applicatur.

BDELLIVM.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa, pinguis, ceræ inſtar tenax, glutinoſa, coloris ex flavo ferruginei, collecta ex arbore Americana ſpinoſa, ſaporis acris, pinguis, lenti, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis.

Conſtat ℈ibus volatilibus cum reſinoſis multis, convenit cum ammoniaco in virtute niſi quod tanta vis catharctica non inſit, ſed potius adſtrictoriam in receſſu relinquat.

℞. Pil. d. bdell. ʒß. ſacch. ℈ni ℈j. balſam. Peruv. q. ſ. f. pil. in hæmorrhagia hæmorrhoidum.

Externe paratur emplaſtrum, linimentum, pro mollienda duritie & nodis nervorum, pro membris convulſis. ℞. g. bdell. myrrh ana ʒj ſolv. in ♃ laurin. expreſſ. ſuper carbon. add. ♃ ſuccin. ſpic. ana ʒß. ♃ ſcorpion. lumbricor. & ceræ q. ſ. pro conſiſtentia linimenti vel emplaſtri.

Odoramenta uterina etiam ingreditur. ℞. Bdell. myrrh. ſuccin, ana ʒj. injiciantur carbonibus & fumus recipiatur per muliebria, ad lochia, fœtum, menſes pellendum. Oleum deſtillatum ſpecificum eſt contra obſtructiones Uteri.

ASA

Βδέλλιον βδόχον, BOLEHON, MALATHRAM, MALDACON, Germanice quoque Bdellium / ut & Gallice Bdellium vocatur.

Arborem hoc gummi reſinoſum ferentem nondum deſcripſere authores, ut par eſt. Author in America illam provenire autumat, alii in Arabia, Media, India aliisque Orientalibus regionibus illam reperiri & haud abs ratione cenſent. Sunt qui Myrrham & Bdellium ex una eademque arbore provenire ſed ex mente aliorum male putant. Sunt etiam, qui gummi animæ legitimum Bdellium eſſe dicunt. Res nondum eſt deciſa.

Bdellium digerit, diſcutit, emollit, & virtute roborante atque adſtringente gaudet. Commendatur in affectibus pectoris ad acrem lympham temperandam, ulceribus pectoris, obſtructione urinæ & menſium, rarius autem interne uſurpatur, niſi quod olim exinde pararentur *Pilulæ de Bdellio*, quæ ad moderandum nimium menſium & hæmorrhoidum fluxum uſurpabantur, præſertim ſi ſimul ſuffitus Bdellii ſimul fuit adhibitus. Mithridatium ingreditur & plura emplaſtra.

ASA FOETIDA.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa, aridior, ceræ inſtar ſe-

sequax, ex variis splendentibus grumis, modo albescentibus, modo flavescentibus modo elegantissime incarnatis collectis ex tithymalo Persico fœtido sarmentoso, ferula Persica rectius dicto, in massam coacta, saporis acris mordacis lenti, aliquantum nauseosi, odoris fragrantis gravis allium mentientis. Indi loco aromatis in cibis usurpant.

Ammoniaco & Galbano potentior est & specifica in colica & hysterica passione, sudorifera est in variolis & morbillis, febribus malignis, odor naribus exceptus hystericam passionem sistit. Datur à ʒß. ad ʒj.

℞. Ass. fœtid. ℈j. ⊖ vol. succin. gr. xv. borrac. ℈ß. f. cum bals. Peruv. vel Elix. propr. pil. in mensibus lochiis & fœtu pellendo.

℞. Ass. fœtid. q. v. infund. in ℥ vin. ♃isat. q. s. f. tinctura antihysterica, cujus guttas xx vel xxx. exhibe in aqua florum sambuci.

℞. Ung. alcis ʒij ass. fœtid. ʒj. verruc. equor. ʒj vel ij. f. pulv. injiciendus carbonibus candentibus ad suffocationem uteri.

℞. Ass. fœtid. ℈j. ⊖ vol. succin. ℈j. ♑. ☉ gr. j. conserv. flor. stœch. ad ʒj f. bolus uterinus.

℞. Galban. ʒj. ass. fœtid. ʒß. Castor. ʒß. ♌ succin. cer. alb. q. s. f. pomum auro obducendum, quod naribus sæpius admotum passionem hystericam impedit.

℞. Ass. fœtid. q. v. album ovor. q. s. applica panaritio.

SA-

ASSA FOETIDA, ὀπὸς συριακὸς, ὀπὸς μηδικὸς, LASER, LASER FOETIDUM, LASER SYRIACUM, STERCUS DIABOLI, STERCUS DÆMONIS, ob atrocem fœtorem, Teuffelsdreck// Stinckenda/and/ Gallice quoque appellatur ASSA FOETIDA.

Hiſtoriam hujus aſæ fœtidæ nemo melius tradidit aliquoties jam laudato KÆMPFFERO, ex quibus ſequentia non diſplicebunt.

HINGISCH aſam fundens eſt planta umbellifera Leviſtico affinis, foliis inſtar Poeoniæ ramoſis, caule pleno maximo, ſemine foliaceo, nudo, ſolitario, Brancæ urſinæ vel paſtinacæ ſimili, radice aſam fœtidam fundente. Hujus plantæ conjecturis botanicorum ad varias ſpecies diſtractæ genuinam tradit hiſtoriam, inſtituta eum in finem laborioſa profectione. Patria ejus ſola eſt Perſia, non Media, Lybia, Syria, aut Cyrenaica regio, unde ex hoc capite facta ſucci apud authores diſtinctio eſt inanis. Illa planta potiſſimum, quæ circa Heraatum campeſtre deſertum occupat, & quæ creſcit in montibus vicinis, territorio & oppido Disguun, ſucci ferax exiſtit.

Aſa fœtida nulla ex caulibus vel ſponte fluit, vel arte exprimitur, ſed ex radice manat ſauciata. Hæc autem radix miræ longævitatis eſt, magna, ponderoſa, nuda, exteriori vultu nigra in ſolo limoſo lævis, in ſabuloſo ſcabra ac quadantenus rugoſa, utplurimum paſtinacæ inſtar ſimplex, ſæpe paulo à capite duabus vel pluribus divaricationibus bracchiata, aliis perpendiculariter demiſſis, aliis incodite & in obliquum extenſis, prout ab objectis flectuntur. Radix hæc quadriennio minor parum lacteſcit & nunquam ſecatur, quo autem vetuſtior & major eſt, eo majorem impertitur lacrymæ copiam. Exemta tellure, ſi vel poſtridie ſecetur, lacte tamen ſtillabit, adeo nimirum ſucco diffluit, à quo inſolens pondus obtinet. Succus ex utriculis ſuis recens emanans candidiſſimus, liquidus & pinguis eſt, flori lactis dulcis exacte ſimillimus, adeoque omnis exſors lentoris, ad aëris vero ſolisve contactum, colorem ſubfuſcum induit & coaleſcens lentorem quoque. Fœtor, virtutis index, quo major eſt, eo meliorem aſam teſtatur. At ille in recenti lacryma vehementiſſimus eſt, cum eo quem concreta & antiquior redolet, qualem Europa recipit, nullatenus comparandus. Affirmare auſim, inquit author, unam drachmam recens effuſam majorem ſpargere fœtorem, quam centum libras vetuſtioris, quem ſiccum venundant aromatarii noſtrates, ſucci. De virtute medica Laſeris dicit, Perſicos Medicos ob delicatum nationis genium ab uſu ejus fere abſtinere, ruſticis

ſticis ſaltem in colicis torminibus & hydrope præſertim tympanitide curanda uſus innotuit. Vulnera ex impoſito recenti ſucco coaleſcere dicuntur ad miraculum. Aſſerit porro cum HERMANNO noſtro Indis, præſertim Benjanis, crebrum aſæ uſum eſſe in cibis pro condimento. Quo modo etiam à Romanis uſurpata fuit, uti videre eſt in APICII LIBRO DE RE COQUINARIA. Deguſtavi, dicit rurſus KÆMPFERUS, hoc ſucco imbuta cruſtula, quæ mihi non adeo ſapiebant teterrime, ac putaveram. Familiare eſt Benjanis oras craterum eadem lacryma perfricare, pro appetitu excitando male habentium.

In noſtris regionibus raro, & fere non niſi in affectibus uterinis, paſſione Hyſterica menſium difficultate &c. uſurpatur tum interne tum externe. In morbis equorum multum adhibetur. Ingreditur emplaſtrum matricale, de quo ſub Galbano.

A PHARMACOPÆIS PRÆPARANTUR

Pilulæ fœtidæ, ſive *Matricales Sydenhamii*, Mutter-Pillen / ſtinckende Mutter-Pillen / *Pilules fœtides & Hyſteriques de Sydenham.* Commendantur in variis uteri morbis, paſſionibus hyſtericis & menſium negotio. Doſis ad grana decem quindecim & ultra.

SAGAPENVM.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa lacteſcens, in grumos foris ex rufo flaveſcentes intus candidos concreta, collecta ex ferula Ægyptiaca ſagapenifera, ſaporis acris mordacis nauoſeſi, odoris viroſi ſi recens, fragrantis gravis.

Conſtat virtute laxandi cæteris majore, tum datur ad ʒiij alias ubi alterare debet ad ʒj.

Mitius eſt aſa fœtida, & interne in retentis lochiis, fœtuque mortuo pellendo uſurpatur.

℞. Ammoniac. opopan. ſagap. galban. ana ʒj. ℥ philoſophor. q. ſ. f. Emplaſtr. ad ſuppurandas hernias carnoſas, additur magnes arſenicalis & bdellium.

RE-

Σαγαπήνον, SAGAPENUM à ſagire & pinu, uti quidam volunt, quoniam odorem acrem & fortem ad odorem pinus accedentem ſpirat, GUMMI SERAPINUM, SACOPONIUM, Serapin-Gummi / Seraphin-Safft / GOMME SAGAPENUM.

Sagapenum oriri dicunt ex planta Ferulacea, quam propterea Ferulam Sagapeniferam appellitant, & plures in India Orientali Perſia atque Media provenire aſſerunt.

Attenuat, aperit, lentos craſſos & pituitoſos humores expurgat, obſtructionesque reſerat in hydrope aſthmate &c. prodeſt. Ob vim emmenagogam ſat fortem, prægnantibus maxime noxium eſt, unde & ſuſpectis mulierculis concedi non debet. Externe diſcutit, reſolvit atque detergit; à multis ad ſpicula & res extraneas extrahendas deprædicatur, & ex eo fundamento immiſcetur à quibusdam Emplaſtris magneticis lumbis applicandis ad herniam retrahendam.

RESINÆ SPISSIORES ET SOLIDIORES ARIDIORES, SALE OLEOSO CONSTANTES.

GVMMI ANIME ET CANCAMVM.

Eſt ſubſtantia reſinoſa, arida, forinſecus retorrida, alba, ſubinde farina aſperſa, intus ex candido flaveſcens, ſuccino ſimilis, facile friabilis, collecta ex arbore Jetoiba in occidentali & orientali India. Sponte naſcitur in inſula Minæa, unde antiquitus tantum ad nos transfertur, hinc forte anime dicitur. Saporis prima fronte nullius evidentis, hinc pinguis reſinoſi, odoris dum accenditur fragrantis jucundi, accedentis ad odorem thuris vel olibani.

Ratione odoris cerebro & ſpiritibus gratiſſimo annumeratur cephalicis, nervinis & anticatarrhalibus, quoniam vero

vero ſuum volatile habet in reſina duriſſima in ventriculo vix ſolubili, ideo præſcribitur tantum in ſuffitu, ſi interne velimus uſurpare volatilibus ſtimulatur vel oleis.

℞ Anim. ʒj Maſtich. Benz. ana ℈ij Ladan. ʒß. M. f. p. pro ſuffitu in Catarrhis.

℞. Lign. al. ʒj anim. benz. ana ʒß. f. pulv. pro ſuffitu ad corrigendam aëris malignitatem.

Parantur & flores ex hac reſina, ejusdem virtutis cum floribus benzoë, egregie nempe thoracici. ℞. Flor. g. anim. ℈j. benz. gr. vij. exhibe in ▽ Cinam. vel ſyr. aſthmatico.

SAN-

ANIME ſeu GUMMI ANIME, GUMMI ANIMÆ, RESINA ANIMÆ, CANCAMUM quibusdam, Gummi Anime/ GOMME ANIME.

Cum hoc Gummi aut confunditur Cancamum, aut ſæpiſſime ſubſtituitur, ab aliis vero utrumque Gummi invicem diſtinguitur. Cancamum rarius eſt quàm Gummi animæ & hoc potiſſimum in uſum cedit. Arbor unde profluit, deſcribi nunc non poteſt, cum deſtituar Breynii cent. 2. ubi ea appellatur Acaciæ quodammodo accedens, Arbor animæ Gummi fundens Americana, foliis magnis acuminatis in pediculo binis, Lobo magno craſſiſſimo eduli. Raro in uſum trahitur.

SANDARACHA.

Eſt ſubſtantia reſinoſa, arida, pallide flaveſcens, ſplendida, in guttas vel ſtrias modo rotundas, modo oblongas maſtichi ſimiles concreta, collecta ex truncis juniperi vulgaris fruticoſæ, ſaporis reſinoſi, odoris dum accenditur fragrantis & ſuavis.

Conſtat ♁ volatili ♌ſo incluſo mucilaginoſis craſſis, cum acido volatili remiſſiore tamen quam in ſuperioribus gradu.

Cum g. anime convenit, & contra catarrhos in ſuffitu tantum præſcribitur. Cum ♌ ſuccini vel lini ſoluta medetur doloribus hæmorrhoidum, cocta cum ♌ lini externe applicatur vulneribus. In multis etiam convenit cum maſtiche, pauciora tamen habet ♁ia volatilia, hinc in defectu maſtichis in ſuffitu eo poſſumus uti.

℞. Sandarac. ʒiij Maſtich. ʒj benz ʒß. raſ. ſuccin. ʒij. f. pulv. pro ſuffitu in catarrhis & coryza.

MA-

SANDARACHA ARABUM, SANDARAX, GUMMI JUNIPERINUM, VERNIX SICCUS, VERNILAGO, quaſi veris ros, Wachholder / Hartz / trockner Firnis / Verniß / Glatz-Firnis / GOMME DU GRAND GENEVRE. Hoc bene notandum quod Sandaracha Arabum optime diſtingui debeat à Sandaracha Græcorum, quod eſt Arſenicum adeoque ſummum venenum. Extillat ex junipero præſertim arbore æſtivis menſibus. Interne commendatur quidem ad hæmoptyſin, vermes, affectus capitis & nervorum, ſed rariſſime uſurpatur interne: potius externe in uſum trahitur in ſuffitu & in Cucuphis.

Ex hoc Gummi in oleo Lini aut Terebinthinæ vel etiam Spiritu Vini ſoluto fit Vernix liquidus, qui pictoribus & Bibliopegis potiſſimum inſervit: alias ad ambuſta dolores hæmorrhoidum & in affectibus nervorum commendatur, mammillis inflammatis prodeſt & ab exulceratione præſervat.

MASTICHE.

Eſt ſubſtantia reſinoſa arida, dura, pellucida ex flavo pal-

palleſcens, granulata, modo oblonga, modo rotunda, profluens ex lentiſco Chienſi, odoris quaſi obliterati, dum accenditur fragrantis. Salia ſua volatilia reſinæ molliori facilius ſolubili & nonnihil conſtringenti habet incluſa, hinc in ventriculi debilitate, diarrhæa & dyſenteria convenit. Ratione acidi ſui volatilis, ventriculi acidum ſuppreſſum erigit, unde prodeſt hypochondriacis ſcorbuticis; externe convenit in ſuffitu ad procidentiam uteri & ani.

Datur in granis iij vel iiij vel coct. ut & deſtillat. it. ſub forma emplaſtri & unguenti.

℞. Maſtich. gr. iij integra deglutiantur ad debilem ventriculum roborandum.

℞. Maſtich. ʒß. pulv. Caryoph. ʒj. roſ. rubr. p. ij. vin. rubr. adſtr. ℔ß coq. in vaſe clauſo ad medietatem, ad ſiſtendum vomitum & diarrhœam. add. L. O. gr. j.

℞. Pil. Maſtichin. ϑj horis veſpertinis poſt cœnam ad movendam alvum in doloribus capitis à catarrhis, quibus add. pro ſtimulo diagryd. gr. v. troch. alhand. gr. ij.

℞. Medull. lapid. ʒiij. lign. aloës reſinoſ. ʒiß f. pulv. cujus ʒß exhibe in incontinentia urinæ puerorum, & fiat ex ſolo maſtiche ſuffitus.

Paratur etiam ▽ Maſtichina capiendo ollam recentem, ſuſpendendo ſuper fumos maſtichis ita enim egregie impræ-gnabitur, huic deinde infunde vinum vel aquam utere pro potu ordinario, vel in liquoribus hiſce extingue accenſam maſtichen.

Si per retortam deſtillatur, phlegma prodit ſubacidum, ſi vero per veſicam aqua aromatica.

LENTISCUS, ſeu arbor maſtichen ſudans, ita dicitur quod lentore quodam folia ejus lenteſcant, vel a lentis ramulis, σχῖνος, quod ejus ligno utantur ad repurgandos dentes, Maſtix-Baum / LENTISQUE.

Arbuſcula hæc à Terebintho vera, cujus characterem infra evolve, differt foliis, quæ per conjugationem quidem coſtæ affiguntur, ſed nullo plerumque impari claudente.

Lentiſcus vulgaris C. B. Pin. 399. Lentiſcus J. B. 1. 285. & Dod. Pempt. 871.

Lentiſcus copioſiſſime provenit in Chio Ægæi maris inſula. Provenit & in Ægypto, Syria & Græcia. Naſcitur porro in Italia, Hiſpania & Gallia præſertim Narbonenſi. In Germania in hortis colitur, floret vere.

Lentiſcum totam vi gaudere adſtingente aſſerunt, ſed vix aliquid præter reſinam in uſum cedit, niſi quod dentiſcalpia ex Ligno parata ad repurgandos præſertim à paſtu dentes, à multis adhibeantur, quoniam odontalgiam curare & gingivas roborare creduntur, orisque ſuavitatem conciliant.

Reſina ex Lentiſco manans vocatur MASTICHE, RESINA LENTISCINA, OFFICINIS MASTIX, Maſtix / MASTIC. Hæc gummi reſina, uti STROBELBERGERUS in MASTICHOLOGIA refert, exſudat non liquida ut aliæ reſinæ, ſed arida potius grumoſa, duraque aut ſaltem mox indureſcens. Laudatiſſima & copioſiſſima ex inſula Chio atque Oriente affertur. Duplex ſolet proſtare, MASTICHE videlicet IN SORTE, gemeiner Maſtix / multis adhuc impuritatibus ſcatens, & MASTICHE ELECTA ſeu IN GRANIS, außerleſene Maſtix-Körner / MASTIC CHOISI. Eligenda autem ſunt grana majora, ſi contundantur pellucida, friabilia, ſuavem odorem ſpirantia; improbantur nigricantia bitumini ſimilia, viridia livida & impura.

Maſtiche laudatur in catarrhalibus morbis, ut & in aſthmate. Datur ad grana aliquot ad drachmam ſemis & ultra, utplurimum in ovo ſorbili. Grana maſtiches aliquot maſticata pituitam eliciunt, fœtorem oris corrigunt, carnemque gingivarum roborant. Uſurpatur in pulveribus dentifriciis & frequentiſſime in emplaſtris ad odontalgiam, præſertim à defluxionibus catarrhalibus ortam. Maſtiche ſcilicet pulveriſata parumper aut confracta inſpergitur panno

panno ſericeo aut etiam holoſericeo, & cultro ignito diſſolvitur, & in emplaſtrum redigitur. Alii addunt Gummi Tacamahaca vel Galbanum, quidam etiam aliquid cantharidum adjiciunt. Ejusmodi emplaſtra nunc tantummodo tempori lateris dolentis nunc utrique tempori, nunc etiam pone aures applicantur, quam calidiſſime fieri poteſt: quo citius veſicæ elevantur, eo promptius etiam auxilium. Frequenter admodum uſurpatur in ſuffimentis. Sacculus granis maſtiches repletus aut calefactus ſtomacho applicatur ad eundem roborandum.

A PHARMACOPOLIS SEQUENTIA DIVENDUNTUR

Aqua Maſtichina, Maſtix-Waſſer / *Eau de Maſtic*, coctionem ventriculi confortat, nauſeam, ſingultum, vomitum fluxus alvinos, diarrhœam, dyſenteriam &c. cohibet. Nauſeabunda cum ſit & per ſe exhibita ingratior, exhibetur utplurimum cum aliis. Doſis ad drachmas duas, unciam ſemis & ultra.

Oleum Maſtichinum, Maſtix-Oehl / *Huile de Maſtic*, ſedat vomitum, & fluxus alvi, nervos roborat & junctúras, inflammationi gingivarum, linguæ, & totius oris medetur.

Oleum Maſtichinum deſtillatum, diſtillirtes Maſtix-Oehl / *Huile diſtillée de Maſtic*, eidem ſcopo ac prius inſervit, aſſumitur interne guttatim.

Pilulæ Maſtichinæ, Maſtix-Pillen / *Pilules Maſtichines*, Catarrhos demulcere & intemperiem Ventriculi ſic dictam frigidam corrigere dicuntur. Dantur ad ſcrupulum unum ad ſcrupulos duos.

Spiritus Maſtichinus cum Spiritu Vini, Maſtix-Brandtenwein / *Eſprit de Maſtic avec l'eſprit de Vin*. Prodeſt in imbecillitate ventriculi, in cruditatibus & doloribus colicis. Doſis guttæ viginti, triginta & ultra. Gedani paratur ejusmodi ſpiritus & elegantiſſimus & ſuaviſſimus, ſub nomine deß Dantziger Maſtix-Waſſers / cognitus.

THUS ſeu OLIBANUM.

Eſt ſubſtantia reſinoſa ex flavo palleſcens & ſplendeſcens,

in guttas maſtichi ſimiles ſed majores concreta & indurata, collecta ex arbore ſpinoſa Arabica thurifera, ſaporis amaricantis reſinoſi, odoris fragrantis.

Ratione figuræ eſt vel indicum, quod eſt in glebis, vel mammoſum, quod eſt in guttis, vel maſculum, quod eſt in granis.

Maſtiche fragrantius & ſuavius, cæteroquin cum ipſo convenit.

℞. Maſtich. Oliban. ana gr. v. Ocul. ℈. gr. xv. Corall. r. præpar. C. C. præpar. ana ℈ß. ℥ d. fœnic. gt. iij M. f. pulv. ad abſorbenda acida, ex lacte dandus, præcipue contra tormina puerorum.

℞. Thur. ʒj Maſtich. ʒß. ⊖✳ci. ℈j. f. pulv. pro eroſis gingivis, ſuperſumendum decoctum ſalviæ.

LAC-

Λιβανὸς, λιβανωτὸν, THUS à θύω ſuffio, quoniam ad ſuffimenta inſervit, OLIBANUM, quaſi oleum Libani, quoniam in Monte Libano arbor, ex qua exſtillat, creſcere dicitur, Weyrauch/ ENCENS, OLIBAN.

Arbor Thurifera in Arabia præſertim ejusque provincia Sabæa, creſcens, pertinet utique inter plantas nondum rite deſcriptas, quicquid etiam quidam referant. Adfertur interim ex eadem tum ejus cortex craſſus reſinoſus atque odoratus, quem THYMIAMA, quoniam ad ſuffimenta inſervit, THUS JUDÆORUM, NARCAPHTUM & SERICHATUM THURIS CORTICEM, Weyrauch-Rinden appellitant, tum imprimis ejus ſuccus reſinoſus exſiccatus. Is autem diverſus exiſtit gradu puritatis figura & magnitudine diſcrepans. Si Thus adhuc cortici huic adhæret, vocatur *Thus corticoſum*, *Olibanum Corticoſum*, Rinden-Weyrauch.

Qui ſuccus primus ex arbore vel ſponte vel ſauciata profluit, in Lachry-

chrymis purioribus pellucidis & candicantibus comparet, vocaturque THUS MASCULUM, OLIBANUM, THUS ALBUM TESTICULATUM, OLIBANUM TESTICULATUM à quorumdam granorum forma, Olibanum/ OLIBAN, ENCENS MASLE. Quod si ex hoc grana rotundiora, minora, puriſſima, Mannæ pulchræ colore reſplendentia, colligantur, audit MANNA THURIS, MANNA LIBANI, quamvis à quibusdam etiam Olibano confracto in moleculas minores redacto, aut etiam ejus farinæ, hoc nomen tribuatur, aliasque etiam MICA THURIS, THUS GRANULOSUM, OLIBNAUM GRANULOSUM, zerbrochener oder zerſtückelter zerbröckelter Weyrauch dicitur. Reſina minus elegans in maſſa quandoque exiſtens flaveſcens & minus pura vocatur THUS vel ſimpliciter, vel THUS COMMUNE, THUS FOEMININUM, Weyrauch/ ENCENS, ENCENS FEMELLE denominatur.

Vires obtinet cephalicas, ſtomachicas, pectorales, vulnerarias & adſtringentes, in conſolidatione ulcerum & vulnerum convenientes, aliasque, ſed vix unquam interne uſurpatur. Ejus uſus potius eſt externus in ſuffimentis, cum accenſum gratiſſime & ſuaviſſime redoleat. Conducit etiam ejus fumus in catarrhis, vertigine, Coryza, procidentia ani atque tenesmo.

LACCA.

Lacca in ramulis eſt ſubſtantia reſinoſa ſuperficie inæquali veluti granulata, dura, rufa pellucida, intus cavernoſa, elaborata à formicis alatis & circa extimos arborum pingueſcentium ramulos congeſta, ſaporis reſinoſi, odoris dum accenditur fragrantis ſulphurei, nonnihil acidi, & ſpiritibus noſtris mire grati.

Lacca in granis, ſunt grana reſinoſa, parva dura rubicunda, lapillis granatorum ſimilia, pellucida, collecta ex arbore Indica Kapethia dicta, floribus villoſis, ſemine tricocco, ricini ſpecie, ſaporis & odoris præcedentis.

Utraque in reſina ſua adſtringente fovet ☉em volatilem

lem qui cum accenditur ſeu incaleſcit ſe prodit, cujus ratione blandum diureticum, & præcipue in morbis chronicis, variolis & morbillis blandum & elegans diaphoreticum eſt. Externe tanquam ſpecificum ingreditur compoſitiones ad gingivarum & dentium vitia ſcorbutica. Datur ſoluta in Spiritu Vini.

℞ Lacc. q. v. affund. ℥ vin. rectificat. relinque donec ℥us vini ſufficienter tinctus fuerit, hanc tincturam exhibe cum ſyr. Card. B. vel emulſ. ſem. aquileg. ad expellendum variolas add. quoque tinct. myrrhæ. eſſent. Caſtor. ⊖ volat. ſuccin. &c.

℞. Crem ♃ri ʒiij. Lacc. ʒj. ♁l. cypr. gr. vij. f. pulv. dentifricius.

℞. Lacc. ʒiß. Myrrh. alum. uſt. ana ʒj. phlegm. ♁li q. ſ. ſtent in digeſtione f. tinctura, huic admiſce ſyr. cochleariæ, vel ſyr. gran. cherm. q. v. f. linimentum, ad gingivas carie ſcorbutica infectas.

SUC-

GUMMI LACCA, LACHETTA, Lack / Gummi = Lacke / Lach / LACQUE, GOMME LACQUE.

Arbor hoc gummi ſuppeditans nondum ita innotuit, ut nullum ſuperſit dubium, ſequentibus interim inſignitur nominibus & imprimis à BREYNIO cujus prodromos nunc non poſſideo, vocatur Jujuba Indica rotundifolia ſpinoſa foliis majoribus ſubtus lanuginoſis & incanis Breyn. 2. prodr. Ber Indica fructu jujubino J. B. 1. p. 2. 44. Cleyerus in Ephem: Nat. Cur. anno S. p. 79. arborem vocat Lacciferam Japanenſem Faſnoky ſive Namra. Sicuti autem nondum plane concordes ſunt de arbore, ita quoque de ortu hujus Gummi non conveniunt.

LACCA IN RAMULIS AUT IN BACULIS, Stecken-Lack / LACQUE EN BATON, maſticata ſalivam rubore tingit,

tingit, & cum aqua modice acidulata decocta, eidem quoque elegantem conciliat rubedinem; sunt qui vocant Laccam Sumetri, quia ex Sumatra insula obtinetur.

LACCA IN GRANIS, Lack in Körnern / LACQUE EN GRAINE. Quod si grana pulchra sint utique præferri debent, accidit autem quandoque, ut minus elegantia adinveniantur. His addenda

LACCA IN TABULIS, Tafel-Lack / LAC EN TABLETTES ou LACQUE PLATE, quam ex baculis fundunt. Cum loco gummi Laccæ autem minime confundenda est LACCA FLORENTINA, quæ etiam in usum Medicum vix cedit, à quibusdam interim commendatur ad obesitatem nimiam. Gummi nostrum usui externo potissimum est dicatum.

Pictores atque Mechanici Laccam dissolvendo in Spiritu Vini vel oleo Therebinthinæ ea utuntur ut vernice. Massa quoque ista literis obsignandis dicata, cera obsignatoria dicta cum Lacca paratur, dum vel cinnabari tingitur, quæ omnium optima & merito præferenda ei, quæ ex Lacca impuriore cum resina &c. est fabrefacta. Color huic ceræ conciliari potest vel nigricans vel flavescens vel alius etiam. Optima censetur elegans, lævis, polita, resplendens, facile fluens & chartæ arctissime adhærescens.

PROSTAT

Tinctura Laccæ cum aquis facta, Lack-Tinctur mit Wasser / *Teinture de Gomme Lacque faite avec de l'eau*; in scorbuto oris & gingivarum laxitate, cruentatione atque putredine conducit.

SUCCINUM.

Est substantia resinosa in lapideam duritiem concreta, lucida, magnitudinis & figuræ variæ, transparens, flavescens, nata in terræ visceribus Prussiæ mari Balthico vicinæ, saporis subacris & resinosi, odoris fragrantis dum accenditur. Est vel album vel flavum vel nigrum, præstat omnibus album.

Habet ☉ia volatilia oleosa cum acidis volatilibus inclusis resinosis crassis & terreis. Utrumque & album & flavum, polychrestum medicamentum est, tum ob salem volatilem oleosum incidentem & discutientem, tum ob resinam temperantem, & adstringentem, utriusque nomine in catarrhis, morbis soporosis, convulsivis, alvi fluxibus, gonorrhœa specifice convenit. Datur à ℈j ad ʒß. in substantia, pulvere. Externe sumitur ad suffimigia contra catarrhos, coryzam.

℞. Succin. præp. terr. sigil. ana ʒß. Ocul. ♋ ℈ij Diascord. Fracast. & syr. myrtin. q. s. fumaturcum ▽ plantag. contra dysenteriam. addi possunt L. O. gr. ij vel iij.

℞. Troch. d. charab. ♎ N. M. expr. ana ℈j. L. O. gr. ij. conserv. rosar. ♁lat. ʒj M. f. bol. contra diarrhœam.

℞. Succin. præpar. ʒß borrac. Venet. ℈j ♎ cinam. gt. j. conserv. fl. anth ʒj f. bolus in mensium remora. Vel. ℞. succin. præpar. ʒß. borrac. calcinatæ ℈j omitte ♎ cinamom. cape cum conserva flor. nymph. ad nimium mensium fluxum.

℞. Succin. præpar. os. sepiæ ana ℈j datur ex ▽ flor. nymph. contra gonorrhœam

℞. Succin. præpar. ℈ij vin. auster. q. s. cape ad lochiorum fluxum.

℞. Essent. succin. gt. xv. ▽ Cinam. ℥j f. lac in mensium remora & passione hysterica & aliis debilitatibus nervorum & spirituum.

℞. Essent. succin. Croc castor. ana cape ad menses.

Contra sputum sanguinis & mictum cruentum; ℞. succin. præpar ʒj terr. sigill lap hæmatit. ana ℈ß conserv. heder. terrestr. ℥ß. L. O. gr. j. syr. de symph. q. s. pro bolo.

Externe parantur etiam linimenta pro partibus convulsis egregia, ut & balsama antapoplectica, quæ naribus indun-

duntur. Sic ℞. ℥ expr. bacc. laur. ℥ß. ℥ succin. lavend. ana ℈j camphor. ʒß. M. f. liniment.

℞. ℥ junip. succin. ana ʒj. ℥ caryoph gt. v. camphor. q. s. scil. gr. xxx vel xl. f. balsamum.

Ex diutina coctione cum oleo lini fit vernix pro incrustandis scriniis.

GUMMI

SUCCINUM a succo dictum, quoniam vel arborum vel terræ credebatur succus. Vocatur etiam CARABE, KARABE, ELECTRUM CHRYSOELECTRUM, AMBRA CITRINA, seu FLAVA, RESINA TERRÆ, Agstein / Bernstein / SUCCIN, AMBRE JAUNE, AMBRE CITRIN, CARABE ou KARABE'.

De hujus origine admodum disputatum fuit. Fabulæ Deorum & Dearum lacrymas esse docent. Quidam ex urina Lyncis aut ex semine Cetorum concrescere autumarunt. Nonnulli ex arboribus succinum stillare censent, ita ut ratione originis sit lacryma aut resina arborum resiniferarum Pini, Abietis, Alni, Populi, in mare defluens & ab eodem congelata & ad littora delata, præeunte in hac sententia OLAO MAGNO, sunt qui pro spuma maris habent. Multis videntur bene judicare illi, qui statuunt Succinum esse bituminis subterranei speciem scaturientem vel è fundo maris, vel in prope positis locis, tandem in talem consistentiam per sal marinum ope solis aërisque redactam. Licet autem non sub forma fluida aquis supernatet, nihil tamen impedit, quo minus dicamus, Succinum in primo ortu fuisse liquidum, quod varia adhærentia & inclusa corpora, insecta, aliaque tam nobili tumulo tecta satis ostendunt. HARTMANNUS in HISTORIA SUCCINI ejus generationem sequentibus delineat verbis. Prussiæ solum undiquaque bituminosum cogita, insignes enim glebæ bituminis condensati in abditis terræ aut luti fuere deprehensæ, Cespites bituminosi ex pluribus locis effodiuntur & olei rivi ex terra dimanant. Bituminoso itaque Litoris Sudavici solo calor subterraneus, quicunque iste fuerit, bituminis exhalationes per interanea dispersas undique consociat, & in guttas cogit præprimis ex corticosa

& lignosa fossili matrice eandem congregat, quod dum agit vicina simul salia pervadit ipsorumque effluvia secum abducens bituminosis guttis immiscet, salina spicula fluorem bituminosum sistunt & si nullæ suppetiæ bituminosarum guttarum à calore submittuntur, gleba pro modulo incunabuli formam subit, omnique exhalationum motu sopito caloreque evanescente salinæ particulæ rigorem recuperant, bituminosis superfluum humorem exhalantibus; sociatæque succineam gemmam producunt, nitidiorem, splendidiorem fragrantiorem, firmiorem ex puritate & proportione exhalationum bituminosarum ac salinarum. Hæc jam vera est succini generatio quam ante nos (verba sunt authoris) nemo erudito orbi perspicuum reddidit, siquidem præconceptis opinionibus laborantes, in animalibus, in vegetabilibus, in fundo maris prima succinorum incunabula quærendo à veritate aberrarunt omnes.

Succinum in regionibus potissimum ad mare Germanicum & mare Balticum sitis Prussia præprimis & hinc Pomerania adinvenitur. Versus Pillaviam multum reperitur. Non autem cuilibet pro lubitu succinum licet colligere, peculiares enim hanc in rem constituti sunt custodes, quos Strandtreuter appellant, qui impediunt, ne Succinum pro aliis quam pro imperantibus colligatur. Et Mare & terra in Prussiam dona succinea confert; sed maris dona partim in litore leguntur partim ex aqua hauriuntur. Vadoso scilicet mari signis apparentibus, coloni reticulis conto affixis fundum verrunt aut fluctibus volventibus eadem adversa opponunt; hæc quæ haustilia: reliqua inter ejectamenta, quæ natantia prædæ indicium faciunt, algarum, sarmentorum lignorum aut arenarum, sedulo investigantur & eliguntur, lectaque audiunt. Ex terra vero quæ fodiendo acquiruntur, fossilia appellantur: Amam longiori conto præfixam venæ in montium litoreorum jugis conspicuæ, admovent, tentanda sicuti glebam ligno immersam offendant, qua animadversa lignum fossile leniter radunt, amaque subjecta glebas excipiunt, exceptasque adducunt.

In Succino eminet quoque virtus ista insignis corporum sic dictorum Electricorum qua mediante calefactum motu & attritione paleas stramenta aliasque res leviculas arripit, & ad se trahit, sibi agglutinat, quam, ut explicarent authores mire se torserunt, alii namque ad sympathiam aut nescio qualem vim attractricem confugerunt, nonnulli

nulli facultatem Succini electricam exinde oriri ſuſpicantur, quod à corpore hoc caloris ope propellantur viſcoſi ac tenaces halitus ſeu radii & fila quaſi halituum, quæ filamenta halituoſa paululum tenſa, poſtquam retrahuntur, tunc corripiant corpuſcula leviora ſecumque reducant. Carteſiani dicunt è ſuccino confricto primi elementi corpuſcula per illius rimulas quaſi gladiolos erumpere, quæ cum in aëre idoneos meatus non offendant, in locum ſuæ originis revertuntur, & minora corpora, quorum meatibus implicita ſunt, ſecum reducunt. Res videtur pulſu effici. Succinum nempe paleas aliasve res leviuſculas attrahit, quia, dum aër circa corpus Succini, ut ita loquar, athmoſphæricus frictione & calore debilitatur, & poſtmodum Succinum ad res leviculas in ſphæram activitatis locetur, aër his rebus à tergo incumbens ſeſe expandendo illas verſus Succinum, ubi ſufficiens reſiſtentia, ex cauſa dicta deeſt, cum impetu propellat, uti hoc videmus in aliis corporibus electricis, è quibus talia effluvia viſcoſa exhalare probabile non eſt: exemplo ſit Adamas, aliæque gemmæ attritu quadantenus calefactæ, ſimili modo paleas &c. attrahentes. Ultima autem in experimento phyſico manifeſto, dum duo cylindri lignei in canali ferreo poſt extractum intermedium aërem magno impetu invicem compelli videmus, fundatur opinio.

Præter tres ab authore allegatas Succini ſpecies plures adhuc aliæ, diverſorum colorum, reperiuntur.

Succinum commendatur in affectibus nephriticis & urinariis, in ſtranguria atque dyſuria. Partum promovet, convenit in caſu ab alto, ſputo & vomitu cruento, ut & vulneribus nervorum atque capitis. Globuli ex ſuccino collo circumligati ad catarrhales defluxiones oculos præcipue infeſtantes arcendas geſtantur.

IN PHARMACOPOLIIS SEQUENTIA REPERIUNTUR PRÆPARATA

Succinum album & flavum præparatum, präparirter weiſſer und gelber Agſtein / *Succin blanc & jeaune præparé.*

Eſſentia Succini, Agſtein-Eſſentz / *Eſſence de Carabé, Succin*, ou *ambre jaune.* Conducit in affectibus cephalicis generisque nervoſi, ut & in morbis uterinis. Convenit quoque in gonorrhœa virulenta datur ad ℈j ad ʒj. usque.

Spiritus Succini Volatilis, flüchtiger Agſtein = Spiritus / *Eſprit Volatil de Succin ou d'ambre jeaune.*

Sal Succini Volatile, flüchtig Agſtein = Saltz / *Eſprit Volatil de Succin* ou *d'ambre jeaune.*

Oleum Succini rectificatum, rectificirtes Agſtein = Oehl / *Huile de Succin rectifiée.*

Sal Volatile ad naturam Salium eſſentialium aut potius acidorum temperatorum quam proxime accedens, multi uſus eſt ad affectus cephalicos & nervinos, apoplexiam, lethargum, vertiginem morbosque catarrhales. Doſis eſt ad grana ſex ſcrupulum ſemis & paulo ultra. Spiritus quoque ad eosdem affectus ad guttas quatuor decem &c. uſurpari poteſt. Magis tamen externe adhibetur ad aurium affectus, tinnitum ſuſurrationem aliosque. Oleum Succini egregium eſt remedium interne & externe in affectibus nervorum & capitis, apoplexia & ſimilibus. Ictericis prodeſt, convenit Iſchuria & Gonorrhœa laborantibus. Doſis eſt ad guttas quatuor ad ſcrupulum unum. Quod ſub finem deſtillationis extillat oleum nigrum naribus & umbilico admoveri poteſt in paſſione hyſterica, membra quoque paralytica eo foventur.

Balſamum Succini, Agſtein = Balſam / *Beaume de Carabé* ou *d'ambre jaune.*

Pilulæ de Succino Cratonis, purgirende Agſtein-Pillen / *Pilules de Succino Cratonis.* A veteribus maxime commendabantur in morbis capitis affectibusque catarrhalibus. Dantur ad gr. xv. 30. & ultra.

Liquor Cornu Cervi Succinatus, de quo ſub cornu cervi.

Tandem vel verbo tangenda Succinum fundendi & parva fruſta in unam molem ſalva firmitate uniendi ars, quam quidam ſe callere aſſeverarunt; Juxta HARTMANNUM inter adeptos numerandi ejusmodi artifices, ſi idoneis documentis fidem fecerint, neque minus quam ex lapide Philoſophorum lucrum Electrotoreutæ ipſis promittunt. Quod nondum patet forſan dies docebit.

GUMMI ELEMI.

Eſt ſubſtantia reſinoſa pinguis ex flavo albicans, ſplendida,

dida, ad viridiuſculum inclinans, in maſſam coacta, dum recens mollecula, dum inveterata durior, collecta ex arbore indica prunifera, ſaporis reſinoſi & pinguis, odoris fragrantis, cum ſuavitate graviuſculi.

Hujus uſus externus frequentiſſimus eſt præcipue in confortandis nervis & roborando cerebro, quidam interne commendant pro diuretico.

In uſum domeſticum parant Indi impinguando ſtoreas cannabinas vel paleas, quibus deinde utuntur, pro elychniis, diutius enim alit flammam.

℞ Elem. ʒß. detur ex vitello ovi ad gonorrhœam ſimplicem, ex debilitate nervorum à cauſa paralytica.

℞. Elem. q. ſ. ſolv. in ℥ deſt. elem. vel. ſuccin. f. ung. contra dolores artuum à frigore ortos.

℞. Elem. ʒj. ℥ d. caryoph. ʒß. laurin. ʒj. f. linimentum quo inungatur abdomen.

℞. Tacamahac. Caran. Elem. ana ʒij ceræ ʒj picis ʒß ℥ deſt. elem. q. ſ ad diſſolutionem omnium, add. ℥ mac ʒß. ℥ caryoph. ℈j f. emplaſtrum ad dolores ſcapularum, dorſi, in catarrhis, aliisque affectibus à frigida cauſa ortis, applica etiam partibus dolentibus in colica.

CA-

GUMMI ELEMI, ELEMI RESINA, quidam hoc gummi ita dictum putant, quod ex olivæ quadam ſpecie extillet. Elemi/ Aethiopiſch Oelbaum-Hartz, GOMME ELEMI.

Nec de hujus ſucci arbore res clara exiſtit. Alii in India Orientali, quidam in America illam quærunt. Gummi interim Elemi Orientale Occidentali à plurimis præfertur.

Hæc reſina, quæ facilius in oleo quam menſtruo aquoſo diſſolvitur, vi balſamica mire ſucurrit in vulneribus præſertim cranii

ut

ut & ejusdem fracturis. In contusionibus quoque confert & ulceribus serpentibus medetur. Recipitur in varia emplastra & unguenta. Celebre præsertim ob hoc gummi resinosum est *Balsamum Arcæi*, Wund = und Digestiv = Balsam / *Beaume d'Arceus*, Communissimum nunc est vulnerarium, consolidat vulnera & ulcera fortificatque nervos, conducit in luxationibus & contusionibus & tanquam insigne digestivum usurpatur.

CARANNA & TACAMAHACA.

Caranna est substantia resinosa, concreta, laxa, dum recens tenax, picis instar ductilis, sine tamen agglutinatione vel colliquatione, inveterata dura ac friabilis, foris ex cinereo nigricans, picei coloris, collecta ex arbore Mexicana Caragna, saporis viscosi amaricantis, odoris dum accenditur fragrantis.

Tacamahaca est substantia resinosa, arida & retorrida, ex cinereo & rufo nigricans, modo figura minori, modo in glebas coacta, modo foliis tubuli in modum convolutis inclusa, ex arbore Mexicana Tacamahaca collecta, saporis aromatici resinosi, odoris fragrantissimi.

Utrumque ob suavissimum odorem nervinum est & cephalicum potentius quam elemi. In specie medetur externe podagræ, arthritidi, ischiatico dolori, capitis item & dentium catharrhis & doloribus. Egregie stimulatur ol. Nuc. mosch. expr.

℞. Carann. Tacamah. ana q. v. dissolv. in balsam. Peruv. s. q. f. emplastr. temporibus applicandum ad prædictos affectus, etiam in debilitate ventriculi & doloribus post partum.

℞. Ol. dest. caran tacamahac. ana q. v. succin. ʒj f. linim. ad affectus prædictos.

℞. Gum.

℞. Gum. Carann. ſem. naſturt. ana q. ſ. M. c. albumine ovorum, & fac Ceratum, impone herniæ inteſtinorum.

Interne etiam uſurpari poteſt in affectibus pectoris, licet apud practicos non præſcribatur. Sic ℞. Gum. Carann Tacamah. ana ʒj. affund. ol. thereb. ad eminent. iij. digitorum ſ. eſſentia à gt. IX. ad XX. ſumenda in ▽ Cinamomi vel ſyrupo pectorali.

Oleum deſtillatum acre & rubicundiſſimum, ſpecificum uterinum eſt, confortatque egregie, odoriferum etiam ſummum eſt.

BEN-

CARAGNA, Caranna/ GOMME DE CARAGNE OU CAREGNE.

Arbor hanc reſinam fundens licet nondum quoad omnes partes delineata, ſequentibus inſignitur nominibus

Caranna Monardi C. B. Pin. 503. Clus. exot. 298. Carannæ Garciæ nomine data reſina I. B. 1. p. 2. 329. Tlahueliloca Quahuitl, id eſt arbor inſaniæ Caragna nuncupata Hern. 56.

Ex nova Hiſpania aliiſque Indiæ occidentalis locis, foliis junceis involuta adfertur Caranna.

Caranna habetur a quibuſdam præſtantior Tacamahaca, volatilior & penetrantior, naturæque magis balſamicæ.

Tacamahaca, Tackamahac / corrupte Hackmanhack / TACAMAQUE.

Arbor Tacamahacifera, quæ in Indiæ potiſſimum occidentalis nova Hiſpania aliiſque locis, & juxta quoſdam etiam in India Orientali provenit, appellatur ab authoribus

Tacamahaca Officinarum Parkins. Tacamahaca populo ſimilis fructu colore pœoniæ I. B. 1, p. 2. 346. Tecomahoica Hern. 55. Tacamahaca Clus. Exot. 298.

Uſus internus & Tacamahacæ & Carannæ rarus eſt, externus autem admodum celebris. Tacamahaca imprimis celebratur tanquam uterinum, in ſuffocatione matricis egregie conducens etiam in ſuffitu ſi adhibeatur, Cum temperet & quodvis acre leniat, attenu-

etque atque dissolvat viscidum, in podagra multum extollitur, juxta illud Poëtæ.

Indomitam lenit, Tacamahaca podagram.

IN OFFICINIS PROSTAT

Oleum Tacamahacæ, Tacamahac-Oehl/ *Huile de Tacamaque.* Doloribus ac tumoribus est dicatum, ventriculum roborat & podagricis doloribus mederi dicitur, ad affectus quoque Hystericos prædicatur egegrium, umbilico illitum.

BENZOE seu ASA DULCIS.

Est substantia resinosa arida & indurata ex variis splendentibus micis modo flavescentibus, modo albicantibus in massam coacta, collecta ex arbore indica Benzoifera, saporis pinguis cum quadam dulcedine odoris suavis.

Respondet styraci, & ob sui mollitiem & blandam dulcedinem Pulmonibus dicatur, externe fiunt linimenta, emplastra, balsama, suffitus. Prostant flores, tinctura s. essentia.

℞. Benz. ℈j. Mastich. thur. ana ʒj. anim. ʒij. M. f. suffitus in catarrhis & coryza.

℞. Flor. benz. ℈j. flor. ♃is ℈ij. bals. Peruv. q s. f. pil. contra tussim, ab hydrope pectoris, quibus adde ol. dauci vel fœnic. ana gt. ij. vel. iij. Flores benz. soluti in ol. Thereb. balsamum præbent summe asthmaticum, in ♎u vini tincturam rubicundam summe thoracicam ex syrupo pectorali.

PIX.

ASSA DULCIS, BENZOIN, BELZOE, BENJOINUM Benzoe/ Benzoin/ Wohlriechender Asandt/ BENJOIN.

Arbor ex qua colligitur hæc resina, vocatur arbor Benzoinifera in India Orientali reperiunda. Teste imprimis TOURNEFORTIO

IN

IN TRACTATU DE MATERIA MEDICA, arbor eſt alta craſſa & pulchra, folia habet malo citreo fere ſimilia, ſed minora, minus viridia & in dorſo albicantia. Florere illam quæ in horto Regio aſſervatur tempore verno aſſerit, at florem non deſcripſit. Fructum fert nuciformem, uti GRIMM. IN EPH. NAT. CUR. DEC. 2. ANNO I. OBS. 152. notat, qui collectionem Benzoes in Sumatra hoc modo deſcribit. Poſtquam dicta arbor ad 5. vel 6. ætatis ſuæ annum pervenerit, ſupra ad principum ramorum ſecundum longitudinem ſed aliquantulum oblique ad lignum uſque inciditur, unde tunc præſtantiſſimum hoc gummi profluit, quod à Sole & aëre ſuam maturitatem & coagulationem acquirit. Primo collectum eſt colore albo, tenue, viſcoſum, glutinoſum & pellucidum, tractu vero temporis flavedinem contrahit. Duplex habetur Gummi, primum quod eleganter album & flavum eſt, ſecundum quod eſt craſſius, ſubfuſcum durum & recrementa habet admixta. Nobiliſſimum Benzoinum in Sion & Malaccis provenire ignobilius vero in Sumatra & Java quidam putant. Diſtinguunt in BENZOEN IN LACRYMIS, BENJOIN EN LARMES, quod & ob micas albicantes interſperſas amygdalis confractis ſimiles, BENZOINUM AMYGDALOIDES appellatur, & BENZOEN IN SORTE quod quidem non æque nobile, interim tamen alteri ſubſtitui poteſt, modo recrementis non ſcateat.

Vires obtinet calefaciendi, incidendi atque attenuandi. Uſus tamen internus rarus eſt. Externe in dentium dolore prodeſt maſticando, ſternutationem ciet, & virtute coſmetica gaudet. Ingreditur ſuffimenta & alia odoramenta.

PROSTANT

Flores Benzoin per ſublimationem & per deſtillationem per retortam prolecti, Sublimirter Benzoin / *Fleurs de Benjoin ou par ſublimation ou par deſtillation par la cornuë.* Gaudent aciditate, pectorales ſunt & aſthmaticis conducibiles. Doſis grana tria ad decem &c. Priores flores ut paratu ita & virtute elegantiores ſunt.

Oleum Benzoin, Benzoin-Oehl / *Huile de Benjoin*; Valet in catarrhis ad pectus depluentibus, commendatur ad vulnera & ulcera, odontalgicum quoque eſt remedium, Aromatariis & unguentariis quoque uſui venire poteſt.

Tinctura Benzoes, seu *Lac virginis*, Benzoin-Tinctur oder Jungfrauen-Milch / *Lait virginal* ou *Teinture de Benzoes.* Tanquam cosmeticum ad maculas tollendas & nitorem faciei conservandum commendatur, dum haec tinctura aquæ instillatur lacteſcit, & constituit sic dictum Lac virginis, ad quatuor uncias aquæ sumitur drachma una plus minus Tincturæ. Asthmaticis & aliis pectoris affectibus laborantibus ad aliquot guttas propinari potest.

PIX.

Est substantia resinosa nigricans, splendescens, ignis calore in furnis, vel destillatione per descensum ex foliis & arboribus resinosis & piceis ut pini, abietis &c. collecta & prolecta, primo liquida hinc igne inspissata, saporis resinosi, odoris gravis. Constat ☿e volatili ♌so incluso resinæ & crassis terreis.

Robustissimis etiam in dysenteria aliquando datum una cum cera, in forma pilularum. Externe virtute discutiendi, temperandi, mulcendi cum resinis aliis convenit, ingreditur emplastra & cerata, ob vim conglutinantem, it. ad tineas capitis & alopecias.

℞. Pic. ℥iij. resin. pin. ℥j virid. æris. ☉li Romani ana ℥ß. ♄r. viv. ʒj. coq. c. ♃to f. emplastrum contra tineam applicandum, & biduum relinquendum, postea removendum, ut hujus beneficio radices pilorum simul evellantur.

STY-

PIX, πίσσα, Pech / POIX

Placet Picis Historiam quam ex JOH. CONRADI AXTII TRACT. DE ARBORIBUS CONIFERIS ET PICE CONFICIENDA extraxit LANGIUS, apponere. Arbores ex quibus pix habetur diversæ sunt, Abies, Picea, Pinaster &c. Hæ omnes morbo aliquo subinde laborant, dum nempe non solum cor, sed etiam

pars

pars externa caudicis, abundantiori ſucco reſinoſo liquidiori repletur, unde ſtrangulantur quodammodo ab abundantia largiſſimi ſucci nutritii, vocaturque hoc vitium TÆDA, Khünholtz. Et hæc affectio ſeu morbus Pino & Pinaſtro propria eſt, patiuntur tamen eam ſubinde etiam reliquæ. Ex hac tæda tum naturali tum artificiali conficitur Pix. Tæda autem artificialis hoc modo fit. Menſe Majo decreſcente Luna adeunt operatores Picearum & Pinaſtros detrahuntque corticem. Incipiunt in parte ſuperna, qua aſcia pertingere poſſunt & detrahunt corticem latitudine trium digitorum uſque in partem imam, ita tamen, ut pedibus duobus à terra plaga abſit; deinde ſinunt corticem in arbore, latitudine unius circiter palmæ & iterum plagam inferunt, & ſic pergunt, donec tota arbor ita ſit ſanciata, quem laborem vocant gelagen / ipſos lucos autem ſeu plagas lagen. Duobus aut tribus annis plagæ illæ ita ſunt repletæ reſina, ut deradi ſe patiatur. Accingunt itaque operatores die Hartz ſcheerer ſe operi & induunt tunicas lineas breves & ubique conſutas Hartz-Kappen / cultrisque ancipitibus incurvis longis baculis infixis mit den Hartzmeſſern deradunt reſinam eamque recondunt in vaſculis ſeu ſportalis ex cortice ſorbi ſylveſtris factis, & deinde in acervum dictam materiam congerunt. Tæda hæc picem dat. Faciunt nempe in officinis ſuis furnum quadratum, oblongum, in quo duobus fere pedibus à terra ponunt duos canales ligneos, in poſteriori parte tantum prominentes, his imponunt ollas figulinas tres oblongas in fundo foramine donatas, quas tædis aut reſina replent, dein accendunt ignem intra fornacem & liqueſcens reſina à calore ſtillat in canales ſuppoſitos è quibus effluens vaſis certis excipitur. Sunt etiam qui ex ipſo ligno per deſtillationem per deſcenſum picem extorquent. PIX quædam dicitur NAVALIS LIQUIDA, PISSA, Schiffdörr / TARC ou GOUDRAN, GOUDRON, quæ navibus doliisque potiſſimum picandis inſervit, & PIX COMMUNIS NIGRA, Schwartz Pech / Poix noire. Sicca eſt quoniam omni humiditate eſt orbata, unde ex pice liquida hæc facile parari poteſt. Hæc ultima, quæ in uſus varios opificibus cedit, in uſum præſertim Medicum recipitur. Interne vix uſurpatur. Pice ſolent uti in atrophia aut aridura membrorum, ubi his emplaſtrum inde confectum imponitur. Sunt qui picem commendant

præſertim ſutoriam, quæ fit picem cum ſevo miſcendo, ad clavos pedum. Sanguinem quoque ſiſtere dicitur. Vulneribus equorum conducit & ſcabiei ovium medetur.

STYRAX CALAMITA.

Eſt ſubſtantia reſinoſa, pinguis, mollecula, ex flavo rufeſcens, in grumos vel micas variæ magnitudinis collecta, ex trunco arboris ſtyracis foliis mali cotonei in inſulis Maſſilienſibus & locis calidioribus, ſaporis ſubacris lenti aromatici, odoris ſuavis. Habetur etiam ſtyrax liquida, quæ ſponte fluit, eſtque ſubſtantia liquida, reſinoſa, terebinthina craſſior & ſpiſſior, ex flavo ferruginea, collecta ex corticibus arboris ſtyracis, folio mali cotonei, ſaporis acris aromatici oleoſi, odoris fragrantis gravis.

Convenit cum tacamahaca ſed cum odoris ſit fragrantioris, conducit in corroborandis nervis, cerebro, ſpiritibus ut & utero, convenit & cum benzoë ſed abeſt dulcedo, interne datur velut maſtiche, externe recipitur inter ſuffimigia.

℞. Styrac. calam. benz. ana ℈j Maſtich. oliban. an ℈ß L. O. gr. j. ſucc. liquir. ſol. in elix. propr. q. ſ. f. pil. in obſtructionibus cerebri cum doloribus, in coryza.

Sublimantur etiam flores, qui exterius in doloribus pudendorum ſpecifici ſunt, vel ſoli cum modico ☉li applicati.

RE-

Στύραξ, Storax, Styrax / Storax / STORAX.

Eſt arbor flore monopetalo veluti infundibuliformi, multifido, è cujus calyce ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti adinſtar clavi

clavi infixum, quod deinde abit in fructum subrotundum, carnosum, uno vel altero ossiculo plerumque fœtum, in quo nucleus continetur.

Styrax folio Mali Cotonei C. B. Pin. 452. Styrax arbor J. B. 1. 341. Styrax Lob. Icon. 151.

In regionibus calidioribus etiam Europæis atque Italia reperitur, ast non fundit resinam, nisi in Orientalioribus, Syria Pamphilia Cilicia &c.

Resina hæc, quæ dicitur Styrax calamita à cannarum calamis, & arundinibus, quibus inclusa olim advehebatur, hodie in vesicis adfertur.

Styrax conducit quoque in affectibus pectoris tussi, asthmate catarrhis raucedine, gravedine &c. calefacit, discutit, atque resolvit. Ingrediens est Theriacæ.

IN OFFICINIS PROSTANT

Styrax sive *Storax expressa*, sive *Resina Styracis*, Storax-Hartz/ *Resine de Storax*, quæ longe est nobilior.

Pilulæ de Styrace seu de *Storace*, Pillen von Storax / *Pilules de Storax*, commendantur in affectibus catarrhalibus & tussi ferina sistenda, ut & prægnantibus, cum metu abortus tussientibus. Dosis ad grana sex ad octo decem &c. Scrupulus continet Opii grana duo circiter.

Trochisci fumales cum & sine moscho, Rauch-Täffelein mit und ohne Bisam / *Trochisques à parfum musqués & sans musc.*

Candelæ Fumales, Rauchkertzlein / *Cloux à parfum.*

Massa ad fornacem, Ofenlack / aut καὶ ἐξοχὴν, Storax / *Masse d'Espagne odoriferante.* Hujus & antecedentium præparatorum usus ex nomine patet.

Styrax liquida, STYRAX LIQUIDUS, weicher oder flüssender Storax / Storax-Honig / *Storax liquide*, utique deberet esse id pro quo ab authore venditatur & sic esset præferenda priori. Haud pauci autem plerumque Styracem liquidam factitiam esse autumant, ex Styrace calamita in oleo ac vino soluta & cum tantillo Terebinthinæ aut resinæ mixtam. Optimum est, quod pro usu interno non multum usurpetur. Externe interim ob vim bal-

balſamicam in vulneribus & ulceribus, doloribus mitigandis, nervisque roborandis conducere poteſt.

RESINÆ LIQUIDÆ SALE VOLATILI OLEOSO CONSTANTES.

TEREBINTHINA.

Eſt ſubſtantia reſinoſa, tranſparens mollecula, reſina laricea craſſior, coloris flaveſcentis ad cœruleum vergentis, collecta ex trunco arboris Terebinthi ad imam medullam ſauciato, ſaporis acris amaricantis reſinoſi, odoris fragrantis & gravis, & hæc quidem eſt Cypriæ deſcriptio. Vulgaris colligitur in Germania, Norvvegia ex truncis pini & abietis junioribus ſauciatis, quæ dum lavatur aqua, donec limpida tota iterum poſſit decantari, depurata dicitur.

[Terebinthina vera ex Cypro vel Chio Inſula allata nunc raro eſt in uſu apud nos, loco hujus uſurpatur Terebinthina Veneta dicta, & eſt reſina liquida collecta ex arbore laricis, conſiſtentia mellis novi, coloris flaveſcentis, ſaporis acris & amaricantis.]

Reſpondet ſuperioribus reſinis & gummatibus ſiccis, aſt cum gaudeat ⊖e volatili copioſo balſamico oleo ſociato & temperato, vim ſuam per diureſin exerente, multivarii uſus eſt: inprimis medetur tuſſi, aſthmati, pleuritidi, nephritidi, ſtranguriæ, gonorrhææ, fluori albo, & ſanandis vulneribus tam internis quam externis. Alvum facit apertam in majori doſi.

Externe in nervorum vitiis & tumoribus diſcutiendis nulli inferior eſt, additur quoque clyſteribus tam vulnerariis

riis quam anticolicis & antinephriticis, vesicæ utero & inteſtinis injiciendis.

In genere datur à ℥ß ad ʒj. datur lota cum vitello ovi, vel in Emulſione.

℞. Tereb. ʒß. cape ex vitell. ovi add. tantillum ſacchari contra tuſſim, addito ſucco Citri contra pleuritidem, addito ſyrupo ſymphiti ad vulnera & ulcera interna, præcipue renum & veſicæ.

℞. Sem. papav. ʒij Melon. ℥ß. f. ex ▽ Portulac. Petroſel. ana ℥iij emulſ. add. ♌ tereb. gt. vij. in nephritide & lumborum dolore.

℞. Tereb ʒij rhabarb. ʒj Merc. virid. gr. iij ſacch. ♄ni ℈ß. cap. cum vitello ovi contra gonorrhæam virulentam pro duabus doſibus.

℞. Rhabarb. toſt. Nuc. Moſch. toſt. borrac. probe calcinat. oſſ. ſep. terræ alum. dulc. ana ℈j Merc. virid. gr. iiij. tereb. q. ſ. f. pil. in gonorrhæa ſiſtenda, pro quatuor vicibus.

Poſt curatam maxime pleuritidem reſiduis tamen adhuc doloribus. ℞. Pic. naval. ℥iß. flor. ♃is ℥ß ceræ ʒvj. tereb. ℥j ♌ chamom. q. ſ. f. emplaſtr.

Fiunt etiam clyſteres in paſſionibus colicis non ſpernendi. ℞. Urinæ human. ℔j tereb. venet. ℥j vitell. ovor. q. ſ. f. clyſter injiciendus; parari etiam hoc modo poteſt cum lacte bubulo.

BAL-

Τερέβινθος, TEREBINTHUS, Terbenthin-Baum / TEREBINTE.

Eſt arbor flore apetalo, plurimis nempe ſtaminibus conſtante apicibus donatis, embryones autem iis Terebinthi ſpecie-

bus innaſci ſolent, quæ floribus carent, abeuntque deinde in teſtam nunc unicapſularem nunc bicapſularem, ſemine fœtam oblongo. His notis addenda ſunt folia per conjugationes coſtæ affixa cui ſummæ folium impar innaſcitur.

Terebinthus vulgaris C. B. Pin. 400. Terebinthus J. B. II. 278. & Dod. Pempt. 870.

Reperitur arbor hæc præprimis in inſula Chio & Cypro, unde Terebinthina Chia & Cypria vocatur. Invenitur quoque in Syria, Arabia, circa Montem Idam, Macedonia, item in Gallia Hiſpania aliisque Europæ locis. Ex Terebintho vel ſponte vel per inciſionem effluit reſina hæc, quæ non uſurpatur, niſi quod in Theriacam recipiatur. Quoniam olim Terebinthina per Venetiam ad nos devehebatur, Terebinthina Veneta audiebat. Ab hac non differt TEREBINTHINA VULGARIS niſi in eo quod ſit fluidior parum, & coloris magis flaveſcentis, Terbenthin/Terbenthin-Hartz/ TEREBINTHINE. Ex variis arboribus reſiniferis Larice præcipue abiete atque Pinu &c. obtinetur. Vulnerantur nempe hæ arbores terebra ad cor usque, ſic extillat reſina Terebinthina dicta. Arbores juvenculæ ſplendidiorem, vetuſtiores flaveſcentem magis ſuppeditant. In ſylva Hercynia ex abietibus præſertim acquiritur Terebinthina, quam RAJUS appellat Argentoratenſem. Optima eſt quæ puriſſima, odoratiſſima, aliquantum translucida, & quæ ab intincto digito contumaciter & æqualiter diffluit. Præfertur ſemper fere ab omnibus Terebinthina Veneta, quanquam multi ſint, qui demonſtrare conantur illam nihil aliud quoque eſſe, quam ipſius abietis reſinam. Si dicendum quod res eſt, non niſi puritatis gradu videntur differre. Et hinc fit quod una ſpecies alteri ſubſtituatur. Dicente ETTMÜLLERO nil melius purgat renes quam Terebinthina, unde & calculi præcaventur & Urina odore violaceo imbuitur, ubi curioſum eſt, quod non ſolum hunc odorem violaceum largiatur Terebinthina, ſi per os aſſumatur, ſed & ſi vel carpis manuum affricta fuerit, vel ſi quis verſetur in locis ubi Terebinthina coquitur, deſtillatur, aut etiam balſamum Sulphuris Terebinthinatum præparatur. In exulcerationibus renum atque veſicæ primatum ducit. Ob vim balſamicam plurima ingreditur emplaſtra, & unguenta, digerit, abſtergit atque emollit, ulcera & vulnera mundifi-

cat,

dificat, ſuppurat atque maturat. Pro uſu interno oblatis ſeu pane azymo involuta, aut in aqueo liquore mediante vitello ovi diſſoluta adhibetur, vel inſpiſſata in pilulas redigitur. Sunt qui in doſi Terebinthinæ ad ʒij ad ʒß. aſcendunt. In diarrhœis & dyſenteriis frequenter immiſcetur clyſteribus, nunquam autem mixtio fieri poteſt, niſi cum vitello ovi, ubi notandum, quod Terebinthina prius probe cum vitello ſit ſubigenda, antequam affundatur brodium.

IN OFFICINIS EXTANT

Terebinthina cocta, gekochter Terbenthin, *Terebenthine cuite*, quæ commodius aſſumitur.

Aqua anhaltina completa & incompleta, Anhaltiſch Waſſer mit und ohne Biſam / *Eau anhaltine complete & incomplete*, cujus ingrediens primarium eſt Terebinthina. Aqua hæc ob vim ingredientium balſamicam & ſpirituoſam, nauſeabundum licet ſaporem conciliantium, adhiberi poterit in iis affectibus, ubi ſanguinis motu majore opus, tonusque roborandus & viſcera confortanda; hinc externe & interne locum habet in catarrhis & doloribus, à cauſa ut loquuntur, frigida ortis, in arthritide vaga, Paralyſi, Apoplexia, tremore, Lethargo, vertigine, in animi deliquiis, affectibus ventriculi à cruditate acida & viſcida præſertim productis, in flatibus, in colica, variisque affectibus uterinis, ut & certo reſpectu in calculo, vim enim diureticam obtinet. In odontalgia quoque conducit, ſi una aut altera gutta denti cavo inſtilletur. Interne datur per ſe ad ʒß. & ultra pro ratione circumſtantiarum, vel miſcetur cum aliis. Externe membra eadem foventur.

Aqua contra Gonorrhœam Quercetani, Waſſer gegen den Drüpper / *Eau de Quercetan contre la Gonorrhée*, partes Spermaticas egregie deterget, & propterea in gonorrhœa virulenta, tum recenti tum etiam inveterata, convenit. Datur à ʒij. ad ʒj in vehiculo.

Pilulæ de Terebinthina cocta, Pillen von gekochtem Terbenthin / Pilules de Terebenthine cuite. Doſis ad ʒß. ʒj & ultra.

Spiritus Terebinthinæ, Terbenthin-Geiſt / *Eſprit de Terebenthine*, nihil aliud eſt quam Oleum Terebinthinæ album.

Oleum Terebinthinæ, Terbenthin-Oehl / *Huile de Terebenthine*. Spiritus Terebinthinæ abſtergit, urinam & calculum pellit,

ulcera mundificat &c. unde frequentiſſime in gonorrhœa virulenta adhibetur. Externe vulnerarius eſt atque balſamicus, valet imprimis contra frigus hyemale mammarum aliarumque partium, quas inunctus præſervat & læſas curat. Per os propinatur ad guttas 10. 20. & ultra. Oleum flavum iisdem virtutibus gaudet, conducit etiam membris à frigore læſis.

Balſamum Sulphuris Terebinthinatum, Schweffel-Balſam mit Terbenthin-Oehl / *Beaume de Souphre avec l'Huile de Terebenthine.* Exulcerationibus tam externis quam internis conducit, in gonorrhœa prodeſt, præſervat à putredine, hinc etiam in peſte & morbis malignis laudatur. Datur ad guttas ſex decem &c.

BALSAMUM PERUVIANUM ET TOLUTANUM NIGRUM.

Balſamum Peruvianum eſt liquor oleoſus viſcoſus tenax, balſamicus nigricans ex arbore Hoitziloxilt Hernandez dicta, ramis cortice & ligno excoctus & ſaporis & odoris balſamo albo debilioris & ignobilioris. Fluit illud etiam partim ſponte, partim ex arbore ſauciata, eſt ſacchari inſtar coagulabile.

Spirituoſius eſt & ſubtilius terebinthina & in ſpecie confert in phthiſi. In vitello ovi ſolut. datur à gr. v. ad ʒß. exhibetur ut terebinthina, additurque pro ſpecifico clyſteribus in eroſione inteſtinorum,

℞. Balſ. Peruv. ϑß. ⏜ Junip. ʒiij vitell. ovi q. ſ. ad ſtomachum confortandum.

℞ Balſ. Peruv. ʒij ♁ ſuccin. ϑß. f. liniment. ad epilepticas convulſiones.

In phthiſi conjungitur cum elix. p. p. ſ. acido ad ʒj cujus gt. vj ad x exhibentur, & decocto vel ſyrupo thoracico vel aqua hordei.

In majori quantitate ſudorem movet, ſic in morbis malignis

lignis ♀eis. ℞. ref. lign guajac. ʒß. ℥ Guajac. vel lign. rhod. gt. ij Bez. min. ϑß. Balſ Peruv. q. ſ. f. pil. ſudoriferæ nocturnæ.

BAL-

BALSAMUM PERUVIANUM ET TOLUTANUM NIGRUM, Author hæc duo Balſama confundit, alii vero diſtinguunt.

BALSAMUM PERUANUM, BALSAMUM INDICUM NIGRUM, Schwartzer Indianiſcher oder Peruvianiſcher Balſam/ BEAUME DE PÉROU.

Arbor balſamum hoc largiens quæ ab aliis folia myrti, ab aliis amygdali habere dicitur, & nondum ſatis deſcripta eſt, in Peru & Braſilia reperitur.

Balſamum Peruvianum, quod denſum, ponderoſum, ſaporis acris & odoris grati eſt, egregium exiſtit aromaticum, revera balſamicum analepticum & ſumme anodynum, concretum, ut inquit ETTMULLERUS, anomalum eſt, quia neque cum aqueis neque oleoſis, neque volatilibus intime miſcetur. Diſſolvitur quidem in ſaccharo diſſoluto, ſi vero in aquam infunditur, iterum ſe reſolvit. Cum Spiritu Vini optime quidem commiſcetur, ſed ſi refrigeſcat ſupernatat iterum, propterea ſi eo uti voluerimus, in ovo leniter cocto ſolvi & aſſumi poteſt, vel miſcetur cum ſaccharo. Externe propter viſcoſam ſubſtantiam & nimiam glutinoſitatem non absque moleſtia applicatur, præcavetur hoc optime ſi in forma liquida cum vitello ovi probe ſubigatur; hoc enim modo facile ſpiritibus & oleoſis redditur commiſcibile.

Calefacit, ſiccat, diſcutit, roborat partes, putredini reſiſtit, conducit in anorexia, prodeſt in omnibus pectoris affectibus, aſthmate, phthiſi, dolore nephritico, menſibus retentis hepate obſtructo, ac utero ſqualido & gonorrhœa virulenta &c. Externe lenit dolores ex humoribus frigidis ortos, caput roborat, ac nervoſas partes contractas ſanat, arthriticis doloribus ſumme confert, in vulneribus conſolidandis proficuum, lienem durum emollit, dolorem nephriticum lenit, & emplaſtra ſtomachica ingreditur.

BALSAMUM TOLUTANUM, BALSAMUM DE TOLU, Balſam aus Tolu / BEAUME DE TOLU.

Profluit & extrahitur ex arbore pruno aut ut alii volunt Pinui ſimili, in provincia Tolu Americæ, hoc Balſamum reſinoſum, viſcoſum, coloris rubicundi, odoris grati & citrati. Nauſeam non cauſatur aſſumptum. Cum balſamo peruviano coincidit ratione virtutum, ſed rarius eſt.

Præter hæc duo balſama proſtat etiam BALSAMUM PERUVIANUM SICCUM RUBRUM & ODORATUM, BEAUME ROUGE, BEAUME DURE, BEAUME EN COQUE, ex ramis arboris ſtillans colore albicante, ſed in ſole exſiccatum rubeſcit.

BALSAMUM PERUVIANUM ALBUM.

Eſt liquor oleoſus, tenax, limpidus ex albo flaveſcens terebinthina conſiſtentia tenuior, ſtillans ex arbore Americana eadem, ſaporis acriuſculi aliquantum amari, odoris fragrantis & grati.

Eſt potentius nigro, ſpecifice commendatur in diarrhœa & gonorrhœa, ubi cum adſtringentibus formantur pilulæ.

Oleum deſtillatum ſtatim concreſcit in ſalem inſtar ſacchari, candidum velut camphora, quod nobile eſt in obſtructionibus uteri, tuſſi & aſthmate.

BAL-

Datur ad guttas quinque decem &c. in affectibus pectoris multum conducit.

BALSAMUM DE COPAIVA.

Est liquor oleosus, viscosus, tenax, terebinthinæ consistentia, balsamicus limpidus, subflavus, stillans ex arboris Americanæ Copiava Bontii trunco ad medullam usque vulnerato, saporis acriusculi amaricantis aromatici, odoris fragrantis. Nihil differt à Peruviano nisi quod in fluore albo & gonorrhœa sit specificum, datur ut Peruvianum à ℈ß ad ℈j.

℞. Rhabarb. ʒj. balsam copaiv ʒiß. ☿ vir. gr. ij. solv. in vitell. ovi, singulare est in fluore albo.

℞. Extr. lign. sassafr. cui proprii olei aliquid admixtum est ℈ß Balsam Copaiv. gr. xv. vitell. ov. q. s. cape pro gonorrhœa & fluore albo.

℞. Succin. præpar. ℈j. balsam. Copaiv. q. s. f. pil. stipticæ ex ▽ Hormini.

AM-

BALSAMUM DE COPAIBA, COPAHU, COPAU, COPOLYVA, COPAIF, CAMPAIF, GAMELO, BALSAMUM INDICUM ALBUM quoque vocatur, & cum antecedente sæpius confunditur, weißer Indianischer Balsam/BEAUME DE COPAIBA.

Extillat ex arbore in Brasilia, Mense Majo & Junio, tempore plenilunii vulnerata & quidem tanta, ut ferunt, in copia, ut spatio trium horarum duodecim libræ colligi possint. Vulnus obducitur postmodum cera aut argilla, &, quando post quindecim dierum spatium rursus adaperitur, majori adhuc in copia defluit.

Cum vitello ovi optime assumitur. Hoc & antecedentia balsama in odoramentis quoque usurpantur.

IN

IN OFFICINIS PROSTAT

Tinctura Balsami Indici albi, Tinctur von weißem Indianischem Balsam / *Teinture de Beaume de Copayba.* Fragrans hæc Tinctura medicamentum est cephalicum, nervinum, roborans & cardiacum, conducit quoque in gonorrhœa virulenta. Datur ad guttas decem, viginti & ultra.

AMBRA LIQUIDA.

Est liquor resinosus, oleosus, pinguis crassiusculus, terebinthina consistentia tenuior & dilutior, coloris ex flavo rufescentis, stillans ex arbore Mexicana, saporis acris aromatici, odoris ad styracem accedentis. Styraci respondet, & potius externo quam interno usui dicata est, adhibetur ut terebinthina.

℞. Liquid. ambr. ʒij Mosch. gr. j f. linimentum ventriculo applicandum.

℞. Ambr. liquid. ℈j tacamahac ʒj f. emplastrum temporibus ad capitis dolorem applicandum.

OPO-

Liquidambra, liquidambar, Liquidamber / flüßige Ambra/weiche Ambra/Liquidambre. Arbor ex qua extillat vocatur à quibusdam Ococol.

Emollit maturat resolvit atque consolidat, conducit ad duritiem teri, rheumatismum malum ischiaticum, & debilitatemnervorum.

OPOBALSAMUM.

Est substantia liquida balsamica oleosa ac crassiuscula lim-

limpida, albicans, collecta ex arbuſcula Syriaca & Ægyptiaca, Balſamum dicta, ſaporis acris aromatici, odoris fragrantis, fluit hoc ſponte ex arbuſcula. Fructus dicitur carpobalſamum, lignum vero xylobalſamum.

Recentiſſime collectum & deſtillatum oleum præbet fragrantiſſimum, ubi annoſius fit terebinthinaceum fere habet odorem.

Copaivæ reſpondet, ſed ſpirituoſius & ſubtilius eſt, in ſpecie laudatur in viſcerum debilitate; Alpinus contra ſterilitatem in Ægypto adhiberi refert.

Externe in nervorum vitiis applicatur.

℞. Opobalſ. ℈j ſpic. nard. q. ſ. f. bol. vel diſſolv. in vitell. ovi & cape in debili ventriculo, add. rad. helenii pro appetitu excitando.

℞. Opobalſ. ℈j. ſuccin. præpar. q. ſ. f. bolus vel cum vitello ovi dilue & cape pro fluore albo & gonorrhœa & Alpino teſte contra ſterilitatem.

LA-

BALSAMUM VERUM, JUDAICUM, GILEADENSE, SYRIACUM, ÆGYPTIACUM, BALSAMÆLEUM, OLEUM BALSAMI, BALSAMUM DE MECCHA, LACHRYMA BALSAMI. Balſam/gerechter Balſam. BEAUME BLANC ou VRAY BEAUME, BEAUME DE JUDÉE, ou de GRAND CAYRE, BEAUME DE SYRIE, BEAUME DE MECQUE.

De arbore, ex qua profluit, dictum ſub Carpobalſamo.

Ex arbore partim ſponte, partim ex læſa ſive inciſa Junio, Julio, Auguſto, profluit, & in vaſcula recipitur. Statim, ut loquitur ALPINUS, eductum colore albeſcit & poſtea in viridem, tertio in aureum atque demum in melleum mutatur. Stillatum ejus eſt clarum, quod mox turbatur, craſſeſcit & tertio denique tenuiſſimum atque clariſſimum fit, tandemque ſenio confectum,

ut Terebinthina craſſeſcit. Olet in principio recentiſſime deſtillatum acutiſſimo atque eximio odore, qui multis capitis dolorem concitare ſolet, & aliquibus etiam ſanguinem ex naribus promovere, odoris vero illa acuties ac vehementia tempore obtunditur & gratior evadit, Senio vero confectum vix ſentitur in eo aliquis odor. Eſt etiam in principio leviſſimum, & dilui facillimum, ita ut ſi in aqua vel lacte ex alto diſtillet in imo vaſis reſidere non patiatur, clarum vero aureumque redditum, ac ab omni fece purgatiſſimum mediocri levitate præditum eſt, ita ut inſtillatum in aquam, etſi fundum petat, tamen cito rurſum in ſuperficiem aquæ feratur, cum eaque cito reſolvatur, quæ omnia, quo annoſius eo obſcurius habet. Hactenus Alpinus.

Cum hocce Balſamum haud raro adulteretur, ſequentes Notas obſervandas eſſe ajunt Authores, 1 Si una gutta aquæ vaſe exceptæ infuſa fuerit, illi o ſurſum evehitur ac ſuper aquæ ſuperficiem expanditur, pelliculæ albæ formam referens, quam paulo poſt cultelli cuſpide colligere licet a concretione, exuto colore flavo qui in album abit 2. Guttula opobalſami panno infuſa illic ſubſiſtit, neque illum ulterius ſubiens ac ope aquæ tepidæ poteſt abſtergi vel affricando digitis ſi exſiccata 3. Gutta Lacti infuſa huic commixta ac ſpecietenus concorporata ſurſum ſtatim effertur, & ſupra ſuperficiem expanditur, partem maxime ſibi vicinam lacti coagulans: quibus 4. addunt odorem adeo fragrantem, ut ſanguinem proliciat. Quas tamen ultimas notas non adeo neceſſarias eſſe volunt, cum ſufficiat Opobalſamum condenſari in lacte, & odor non niſi recentiſſimo eique tantummodo competat, qui aut ſponte exudat, aut per inciſionem effluit, minus vero illi, qui per decoctionem ligni & fructus aut etiam deſtillationis ope prolicitur.

Balſamum, inquit SCHROEDERUS, inter olea quævis & balſama omnium eſt laudatiſſimum, præſtantiſſimum, ac toto orbe celebratum, utpote quod vires habeat abigendis morbis tam internis quam externis nulli medicamento ſecundas. Confert febricitantibus, aſthmaticis, jecoris obſtructiones ſolvit, menſes movet, ſtomachi dolores ſedat, Phthiſicos juvat, appetitum excitat. Recens igneis & aëreis partibus abundat, & ſuaviſſimo halitu per os exhibitum, viſcerum putredinem & corruptionem tollit, abſceſſibus internis pulmonum hepatis & renum conducit. Exter-

ne

ne vulnera consolidat ulceraque sordida expurgar. Ab Ægyptiis & Arabibus vix non pro panacea habetur. Ob vim alexipharmacam, & vim venenis venenatorumque morsibus resistendi ingreditur Theriacam. Substituitur tamen Oleum Nucis moschatæ expressum optimæ notæ.

LADANUM.

Est substantia partim resinosa, partim gummosa pinguis, indurata ex gryseo, & fusco nigricans, multis arenulis permixta, collecta ex Ladani Cretici, vel Cysti Laduniferæ foliorum superficie, & in spiras contorta, saporis amaricantis, odoris, dum accenditur fragrantis & grati: nec in aqueis nec oleosis, sed tantum spirituosissimis solvitur, principia activa sunt ☿ia volatilia oleosa cum multis partibus terreis, propter quas constringit, fibras confortat, cephalicis nervinis maritatur. Datur solut. in ℞ vini à ʒj ad ʒß.

Ingreditur etiam candelas odoratas & balsama apoplectica, tum ratione virtutis, tum ratione nigredinis quia tingit, solvitur nempe ladanum prius in ℞ vini, solutum inspissatum, additur ♌ menth. caryoph. &c.

STY-

CISTUS LADANIFERA, Cisten-Rößlein/Ladanumbäumlein/ CISTUS LADANIFERE.

Est frutex flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante; ex cujus calyce surgit pistillum, quod deinde abit in fructum subrotundum vel acuminatum, apice plerumque dehiscentem, multicapsularem, seminibusque foetum utplurimum exiguis.

Ciſtus Ladanifera Monſpelienſium C. B. Pin. 467. Ciſtus ladanifera ſive Ledon Monſpeſſulanum anguſto folio nigricans J. B. 2. 10.

Ciſtus Ladanifera, Hiſpanica, Salicis folio, flore candido Tourn. J. R. H. cl. 6. S. 4. g. 10. Ciſtus ladanifera Hiſpanica, incana, C. B. Pin. 467. Ciſtus Ledon. 1. anguſtifolium flore omnino interdum albo. Clus. Hiſt. 77.

Ciſtus ladanifera Cretica flore purpureo Tourn. Coroll. J. R. H. Ladanum Creticum Proſper. Alpin. Exot. 88. Ciſtus è qua Ladanum in Creta colligitur Bellon. obſerv. l. 1. c. 7.

Sicuti duæ priores ſpecies in Gallia & Hiſpania Majo plerumque florentes reperiuntur, ita poſterior in Candia Cypro Græcia præſertim luxuriat, & ex hac potiſſimum colligitur Ladanum, Labdanum, Ladum **Ladanum**/ Ladanum de quo hic ſermo. De modo colligendi hoc Ladanum diverſi ſunt authores, quidam ex barbis aliisque pilis hircorum, quibus, dum circa frutices hos paſcuntur, adhæret, obtineri putant, unde LADANUM DE BARBA, LADANUM DE BARBE & LADANUM NATUREL vocatur. Alii, ut LANGIUS notat, funiculos præſertim coriaceos per frutices trahunt, ut reſina ipſis adhæreat. BELLONIUS ex propria obſervatione docet, Græcos peculiare parare inſtrumentum roſtro dentium exerto ſimile, cui affixæ ſunt multæ ligulæ ac zonulæ ex corio rudi non præparato, quas leniter ardente Sirio affricant Ladaniferis foliis, ut adhæreat liquidus is humor, qui deinde à ligulis iterum abraditur labore pene ineffabili, cum per totas ſæpe dies æſtum intolerabilem ferre cogantur operatores.

Ladanum hoc, (nam de liquido cum rarum admodum ſit hic non eſt ſermo) emollit, digerit, maturat, acrimoniam Lymphæ catarrhalis mitigat, in tuſſi nocturna & affectibus aſthmaticis conducit, ſtomacho quoque applicari poteſt in ejus vitiis. Ingreditur varia emplaſtra conſolidantia & anodyna item contra Hernias. ℞. Ladani ʒiij. Maſtich. ʒß. Nuc. cupreſſ. no. iij. Hypoc. terr. ſigill. ana ʒj. Picis nigr. ℥ij. Terebinth. Venet. Cer. virgin. ana ʒj. Radic. conſolid. major ʒß. Miſc. f. l. a. emplaſtr. applicandum poſtquam inteſtina fuere repoſita. Simul tamen debet uſurpari Spiritus Salis optime rectificatus ſequenti modo. Vini generoſi libræ j. infundantur ſcrupuli quatuor ſpiritus & infanti-

bus

bus ſex annorum ad decem quotidie per viginti dies duæ propinentur unciæ. Infantibus quindecim annorum libræ vini infundi debent drachmæ duæ ſpiritus, ſubjectis viginti annorum immiſceri debent eidem Vini quantitati drachmæ duæ ſemis vel tres inſtillentur, & adultioribus concedi poſſunt drachmæ quinque ſpiritus ſimili Vini quantitati remixtæ: Omnibus autem quolibet die duæ unciæ de hoc Vino ſpiritu ſalis imprægnato per 20. dies debent propinari. Eſt hoc famoſum illud ſecretum PRIORIS DE CARRIERES benignitate Ludovici magni revelatum.

STYRAX LIQUIDA.

Ambræ liquidæ ſuccedanea eſt, & frequentius externe quam interne uſurpatur. v. ſtyr. calam.

RESINA SALE TAM VOLATILI QUAM FIXO CUM INTENSISSIMA AMARITIE CONSTANS.

MYRRHA.

Specificam vim obtinet reſiſtendi putredini, referandi obſtructiones uteri, lumbricos expellendi, variolas & morbillos, & curandi morbos malignos quoſcunque.

Eſt reſina arida, dura, ex flavo ferruginea & nitens, unguibus ſubinde pallidis permixta, in glebas compacta. Collecta ex arbore ſpinoſa Bola dicta, cui aliquando adnatæ inveniuntur glebæ magnæ, ſaporis ſubacris amari & aromatici, odoris fragrantis. Myrrha Stacte eſt, quæ ſua ſponte effluit.

Datur à ℈ß. ad gr. xv. in pilulis convenientius, quam in cæteris formulis, datur tantum in parva doſi ob inſignem

amaritiem ; in majori doſi alvum laxat, ſimulque vim adſtrictoriam habet in receſſu. Famoſiſſimæ ſunt illæ pilulæ de tribus dictæ, ſeu peſtilentiales Ruffi, quæ elixir proprietatis ſiccum dici merentur.

℞. Myrrh. gr. xv. borrac. ʒß cinam. ℈j. f. pulv. excipiendus vel conſerv. menth. vel balſamo Peruviano pro formandis pilulis, ⊙i foliis obducendis ad menſium remoram.

℞. Myrrh. C. C. præpar. ♁ diaph. ana ℈ß f. pulv. pro ij doſibus. Vel cum theriaca in forma pil. exhibendus.

℞. Tinct. Myrrh. eſſ. Caſtor. eſſ. aſ. fœtid. ana ℈ß cape ex ▽ flor. ſambuc. ad promovendam maturationem variolarum & morbillorum.

℞. Sabin. Mß Myrrh. ʒij lign. aſphalt. troch. alhand. ana ʒj f. ſuffitus ad remoram menſium.

In halitibus uteri putridis. ℞. Myrrh. gr. iiij croc. orient. gr. iij. rad. Zedoar. ℈ß. conſ. anthos q. ſ. f. bolus.

℞. Aqu. theriacal. ℥j. ⌒ theriac. ʒij camph. gr. v. Myrrh. ℈j in malignis.

Convenit etiam me experto in tertiana & quartana, quas aliquando feliciter fugavi h. m.

℞. Myrrh. ℈ß. ⊖ abſynth. ℈j extr. gentian. vel abſynth. cent. min. ana ʒß f. pil. paulo ante paroxyſmum, etiam ſi placuerit diebus vacuis aſſumendæ.

Singularis eſt etiam in defectu bilis ab obſtructo poro vel veſicula à calculo. ℞. Rhabarb. ʒij myrrh. ℈ß rad. helen. ʒß f. cum pauxillo ſacchari pulvis, vel cum ⌒u vini aucta helenii doſi tinctura, guttatim ex vino generoſo vel juſculo exhibenda.

Externe vel per ſe vel cum Euphorbio inſpergitur oſſibus denudatis carioſis, vel cum ⌒u vini extrahitur tinctura, quæ in ſphacelo & gangræna ſpecifica : egregio ſæpe cum ſucceſſu ingreditur etiam linimenta contra gingivas putridas,

tridas, ſanguineas ſcorbuticas, ſic ℞. Tinct. Lacc. ʒj Myrrh. ʒß alum. ʒj mell. anthoſ. ſyr. gran. cherm. q. ſ.

RE-

MYRRHA, juxta POLISIUM, qui Myrrhologiam ſcripſit, eſt vocabulum Hebræum ab amaritudine derivatum, competitque non tantum ſucco & lacrymæ, ſed & ipſi arbori, alii à Myrrha Cynaræ Cypriorum Regis filia in arborem converſa, alii vero à μύρον unguentum derivant, Myrrhen/ MYRRHE.

Arborem vel fruticem myrrham ferentem nondum clare deſcripſerunt authores. Adinvenitur in Arabia plantarum pretioſarum feraciſſima.

Ex arbore Myrrha vel ſponte ſudat, & ςακτὴ Stacte appellatur, optimaque cenſetur, vel arte elicitur nempe per inciſionem, ſic deſtillat in ſubſtratas tegetes, pars vero circa caudicem concreſcit. Myrrha hodie plerumque dividitur in MYRRHAM COMMUNEM, gemeine Myrrhen / MYRRHE, & MYRRHAM ELECTAM quæ & Troglodytica audit, außerleſene Myrrhen/ MYRRHE CHOISIE. Illa in glebas eſt redacta, externe ex flavo ruffeſcens, micis quibusdam albicantibus interſperſis, intus vero magis albeſcens. Hæc non æque in maſſa ſeu glebis apparet, ſed tantum fragmentis avellanæ magnitudinem non excedentibus, colorisque eſt magis fulvi. Notas bonitatis ſupra allegatus author has tradit, 1. Friabilis quæ eſt, 2. lævis, 3. undiquaque concolor 4. quæ confracta intrinſecus lineas candidas intercurrentes habet, unguium ſpeciem præ ſe ferentes. 5. Amara, 6. odorata, & acris eligenda venit. Ponderoſa & picei coloris quæ eſt, merito rejicitur.

Myrrha calefacit, ſiccat, attenuat, aperit, & ſubadſtringit. Ob vim alexipharmacam ingrediens eſt Theriacæ & Mithridatii. Ob vim putredini reſiſtendi in condiendis cadaveribus multi & magni eſt uſus. Myrrha fudores alarum fœtentes cum albumine ovi mixta curat, ſuffitusque ejus facie exceptus à rugis anilibus præſervare præſentesque tollere dicitur. Doſis Myrrhæ eſt ad ʒß. ʒj. ʒij. Multas ingreditur compoſitiones, Elixyria proprietatis, pilulas unguenta & emplaſtra.

IN

IN OFFICINIS EXTANT

Essentia Myrrhæ, Myrrhen-Eßentz/ *Essence de Myrrhe.* Usurpatur interne & externe, calefacit atque roborat, discutit atque aperit, sudorifera est atque alexipharmaca & anthelmintica atque stomachica. Externe convenit in gangræna sphacelo atque carie imprimis ossium, vulneribus & ulceribus sordidis. Antequam fiat extractio, digerenda prius Myrrha cum liquore Nitri fixi, unde discrepat ab hac essentia.

Tinctura Myrrhæ, Myrrhen-Tinctur/ *Teinture de Myrrhe*, quæ absque ulla præcedente præparatione, cum Spiritu Vini extrahitur. Coincidit cum priori ratione virtutum & eadem dosi datur, nempe ad guttas decem, viginti, triginta & ultra.

Tinctura Myrrhæ succinata, Myrrhen-Tinctur mit Agstein/ *Teinture de Myrrhe succinée*, quæ in affectibus uterinis præstantior præcedentibus habetur.

Oleum Myrrhæ destillatum, destillirtes Myrrhen-Oehl / *Huile de Myrrhe distillée*, quod aperit, attenuat, putredini resistit & in carie ossium atque gangræna conducit.

Oleum Myrrhæ per deliquium, sive *Liquamen Myrrhæ*, *Huile de Myrrhe par defaillance.* Eximium censetur in omnibus affectibus cutaneis, maculas delet, in specie à sole productas, scabiem herpetem & ulcera sanat, conducit egregiè in fissuris mammillarum & ulceribus.

Trochisci de Myrrha, Myrrhen-Zeltlein / *Trochisques de Myrrhe.* Vi antihysterica pollent, menses provocant, partum facilitant & secundinas pellunt. Dantur ad scrupulum ad drachmam usque.

RESINÆ GUMMOSÆ ET SUCCI PURGANTES FORTIORES.

EUPHORBIUM.

Est substantia gummosa & resinosa concreta in guttas vel lachrymas ex pallido flavescentes, splendidas, modo rotundas, modo oblongas, ramosas & cavernosas, collecta ex tithymalo Mauritanico spinoso sarmentoso, semine tri-

tricocco, saporis acerrimi exurentis nauseosi, odoris nullius.

Principia activa sunt ☉ia volatilia cum aliquibus fixis, quæ maxime massæ nostræ sanguineæ adversantur, cum illa mixta excitant effervescentiam purgatricem. ☉ia fixa sunt in decoctis satis acribus.

Fortissime purgat, hinc specificam & potentem habet vim educendi hydropicorum aquas tam per superiora, quam per inferiora, prodest serosis melancholicis, nocet biliosis sanguineis. Vix se patitur cicurari, quod quidam tentant solvendo in ℥u ☉li, aceto, & hinc iterum inspissando, subsequente tamen nonnunquam ubi exhibetur inflammatione ventriculi & intestinorum excoriatione. Corrigitur amygdalis vel succo portulacæ.

Datur in substantia à gr. v. vij. ad x. extract. c. ℥u vini à gr. iij in robust. ad v. vij. Nunquam in pulvere datur propter causin., sed in pilulis, addito stimulo alcalico vel etiam purgante. Sic ℞. Euphorb. gr. v. extr. coloc. g. iij. ☉ ♀ri gr. j. caryoph. arom. gr. v. f. c. balsf. peruv. vel elix. propr. P. pil. antihydropicæ.

℞. Euphorb. ℈ß extr. absynth. ℈j mell. q. s. f. bolus ad quartanam cum hydrope curandam.

℞. M. P. fœtid. ℈j Euphorb. gr. iij. succ. limon. q. s. f. pil. in morbis chronicis, præcipue hydrope.

℞. Euphorb. ʒj rad. ir. flor. ℥j ari ℥j f. pulvis inspergendus denudatis ossibus & carriosis, addi potest ♎ dest. caryophyllorum.

℞. Extr. euphorb. admisce gr. iij. cuilibet purganti pro stimulo, in hydrope.

Pro excitandis soporosis. ℞. ▽ serpill. origan. lil. convalli. ana ℥ij Euphorb. ʒij f. decoct. quod naribus admoveatur.

Ad tumores ſcirrhoſos ſæpe cum fructu maximo D. Hermannus diſſolvit euphorbium in oleo, tribusque vel quatuor diebus illos ſuſtulit.

ELA-

Εὐφόρβιον, EUPHORBIUM, ab Euphorbo Jubæ Regis Mauritanorum Medico, & Antonii Muſæ, qui Auguſti Cæſaris Archiater fuit, fratre dictum, Euphorbium / Euphorbien-Safft / EUPHORBE.

Euphorbium à TOURNEFORTIO in TRACT. DE MAT. MED. dicitur eſſe frutex hominis longitudinem ſuperans, cujus radix craſſa exterius fuſca interius albicans exiſtit. Truncus eſt nodoſus, plenusque ſpinis, foliis veſtitur rotundis ſed paucioribus. Floribus gaudet pentapetalis ſolidis & brevibus è viridi albicantibus. Fructus eſt triangularis in tria loculamenta diviſus, unico fœta ſemine. Tota planta lacte turget acri & corroſivo.

Euphorbium C. B. Pin. 387. & Dod. Pempt. 378. Tithymalus Mauritanicus aphyllos anguloſus & ſpinoſus ex quo Euphorbium officinarum Hort. Lugd. Bat. Herm.

In Africa, præſertim Lybia, hæc planta provenit. Succi ejus tantam acredinem eſſe perhibent, ut incolæ ejus fervorem expaveſcentes ovillas pelles circumligent eminusque plantam vulnerent, è quibus plagis copioſus ſuccus defluit, qui poſtea concretus colligitur.

Correctionem alii inſtituunt cum aceto, ſucco citri, aliisque acidis. Interne vix debet in uſum trahi & quidem non niſi valde annoſum. Externe inter rubefacientia, imo veſicantia refertur. Convenit in punctura nervi. Additur linimentis & unguentis contra atrophiam, paralyſin & ſimiles artuum nervorumque affectus. Errhinum eſt potentiſſimum, ſi naribus indatur aut oris narium ſolum applicetur, vel cum ſaccharo vel cum amylo. Sunt qui hunc in finem Euphorbii ℈j cum rad. Ireos florentinæ ʒß commiſcent. Alii Euphorbii ʒß vel ʒj in aquæ ſimplicis, vel liliorum convallium vel Majoranæ ℔j decoquunt.

In

IN OFFICINIS PROSTAT

Oleum Euphorbii coctum, *Huile d'Euphorbe*, quod commendatur in affectibus nervorum ſic dictis frigidis, paralyſi, in ſpecie in catarrhis & lethargo, ut & in atrophia & alopecia, ſed externo ſolum uſu.

Oleum Euphorbii deſtillatum, *Huile d'Euphorbe deſtillée*, præterquam quod uſibus modo dictis conveniat, humores craſſos & pituitoſos reſolvit.

ELATERIUM.

Eſt ſuccus ille viridis luridus & viſcoſus ex fructibus maturis cucumeris ſylveſtris aſinini C. B. P. vel ſua ſponte vel leni compreſſione emiſſus, collectus & inſpiſſatus, qui veterum eſt elaterium. Vel ex tota planta expreſſus coctus inſpiſſatus coloris fuſci, inſtar extracti, ſaporis amaricantis, nauſeoſi & vinoſi.

Datur in affectibus deploratis chronicis, hydrope, cachexia, leucophlegmatia ad hydropem vergente, ſurſum enim & deorſum humores viſcidos & aquoſos expurgat.

Elaterii veterum doſ. eſt à gr. iij ad v. recentiorum ad ʒj. quod ſi debite correctum ſit ſucco limonum vel ⸗u ⊕li etiam delicatulis ad ʒj poteſt exhiberi.

℞. Elat. vulg. gr. xv. reſin. Jal. gr. iij extr. troch. alhand. gr. j. f. pil. antihydropicæ.

℞ Elater. veter. gr. iij conſ. flor. perſic. ʒj f. bolus antihydropicus.

GUT-

ELATERIUM, quaſi dicas exagitans turbaſve ciens remedium, getrockneter Eſelskürbis-Safft / ELATERIUM ou EXTRAIT DE CONCOMBRE SAUVAGE.

Probatur læve non aſperum nec ponderoſum, ſed (verba ſunt J. Bauh.) album nec aridum vel exuſtum, vehementer amarum & lucernæ objectum facile fragrans. Sunt qui annoſum præ recenti commendant. Per longiſſimum enim temporis ſpatium virtutem ſuam ſervat. Adeo fortiter purgat, ut tunicas etiam inteſtinorum erodat, & vaſorum oſcula aperiat, quare vix amplius in uſu: & ſi datur, adhiberi debet cum bdellio, tragacantha, aut lacte dulci vel mulſa, à quibus noxa illata aut inferenda vel curatur vel præſervatur. Sunt qui optimam correctionem cum Spiritu Vitrioli inſtitui ſtatuunt. EITMÜLLERUS ſuadet, ut elaterium per aliquot dies in vino infundatur, hocque poſtmodum abſtracto admiſceatur Spiritus Vini tartariſatus ad conſiſtentiam Eſſentiæ liquidæ ad ℈ß ℈j propinandæ.

GUTTA GAMBA.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa indurata, flaveſcens ex arbore pomifera Chinenſi, Indis Coddampulli dicta & in horto Malabarico [Tom. I. p. m. 41. ubi etiam D. Hermanni noſtri literæ Columbæ datæ de hac arbore producuntur] deſcripta. Ex faucio enim trunco manat humor flaveſcens, qui collectus purgatur à fœcibus ſolutione in ▽ pluvia & inſpiſſatione, ſed leniſſimo △e, alias nigreſcit, in maſſam uniformem flaveſcentem, ſaporis primum reſinoſi, hinc acris cauſtici. Transfertur potiſſimum ad nos ex China, ubi affabre norunt tractare.

Virtutem ſuam purgantem paucæ reſinæ, ſed largiori gummati habet incluſam, hydropicis ſpecificam, quarum aquas tam per ſuperiora quam inferiora educit. Datur etiam in ſcorbuticis, potiſſimum in ſubſtantia, rarius in potionibus, fiunt enim acres valde & inflammant fauces.

Datur à ℈ß ad ℈j poteſt & delicatulis dari, licet tormina excitet, hoc enim omnibus fere accidit purgantibus.

℞. Gutt.

℞. Gutt. gamb. ℈ß. extr. troch. alh. gr. ij syr. ros. ʒv ▽ Cinam. fœnic. ana ʒj M. f. mixt. purgans contra hydropem.

℞. Resin. jalap. gr. v. gutt. gamb. gr. v. vel vij diagr. gr. iij. ⊖ ♀ri gr. v. ♌ d. caryoph. gt. ij syr. rhab. q. s.

[Optime exhibetur cum anatica quantitate ♀ri ⊕lati & sic raro vomitum excitat.]

SCAM-

GUTTA GAMBA. Variis hic succus insignitur nominibus, SUCCUS INDICUS PURGANS, GUMMI GUTTÆ LAXATIVUM, quod ad Podagram Barbaris gutta dictam conferat. GUTTA CAMBODIA, GOMMI GOTTÆ, GOMMI GITTA, GITTA GEMU, GUMMI DE GOA, GUMMI DE PERU, GUTTA DE PERU, quoniam etiam ex regno de Peru advehitur, GUMMI GEMU, GUTTA GAMBA, GUMMI GAMANDRÆ, GUTTA GAMANDRA, CHRYSOPUS. Gummi Gutta // GOMME GUTTE, ou GUTTE GOMME.

De ortu hujus succi inodori disputatum quam maxime fuit. Sunt qui pro succo composito ex scammonio & succo chelidonii majoris habent. Alii ex scammonio & Tithymalo, alii è Rhamno solutivo, alii è succo corticis frangulæ, alii è cataputiæ succo constare dicunt. ROSENBERG statuit esse lacrymam Ricini Indici croco indico tinctam. BONTIUS ex Tithymali cujusdam specie derivari autumat, cui assentitur WEDELIUS succum hunc curcuma tingi asserens. Et licet ab authore nostro ex arbore obtineri dicatur, contradicit tamen DN. DE SYEN loco allegato monens Gummi Gotta ex arbore dicta profluens non esse confundendum cum vulgari, quod ex Esula Indica colligi testatur BONTIUS. TOURNEFORTIUS dicit esse plantam arbores scandentem, cujus caulis triangularis bracchii crassitie, tumoribus spinosis obsitus, folia fundit foliis sedi majoris haud dissimilia.

Eligendum est gummi guttæ fulvum ex rubro flavescens, nitidum & sabulo carens; quod saliva solutum flavo tingat colore

ad

ad candelam ardeat, & in aqua atque Spiritu Vini diſſolvatur, quoniam duplici gaudet ſubſtantia gummoſa altera, altera vero reſinoſa. Rejicit equidem HOFFMANNUS IN SCHROEDERUM ſolutionem cum menſtruis aqueis factam tanquam heterogeneam & qua ſolummodo atomi quædam ſegregentur, non autem ipſum gummi vere ſolvatur, aſt hæc ſolutio merito conceditur, cum totam gummoſam ſubſtantiam aquei liquores diſſolvant, quæ non minus ac reſina purgat & quidem mitius ac tutius.

Commendatur in morbis à ſeroſa colluvie, & omnibus affectibus ab impuris humoribus in primis viis ſtagnantibus oriundis, hos enim efficaciſſime ſurſum deorſumque expurgat. Qui corroſivitatem ejus abhorrent, illam mitigare poterunt liquoribus acidis, ubi mitius purgat & interdum nullos vomitus excitat. Vix autem amplius in uſum trahitur & pictoribus relinquitur.

SCAMMONIUM.

Eſt ſubſtantia reſinoſa nigricans, cum frangitur fulva ſplendens, collecta ex convolvuli ſpecie ſcammonia Syriaca C. B. P. dicta, ubi vel in excavatam radicem, quæ aliquando ad capitis magnitudinem accedit, deſtillat ſuccus, vel ex radice in taleolas ſciſſa exprimitur & inſpiſſatur, ſaporis acris nauſeoſi, odoris viroſi.

Etiamſi inter purgantia cholagoga ſit relatum, tamen uſus comprobavit eſſe catholicum, polychreſtum, & in omnibus morbis conducere, ubi purgatione opus eſt. Hujus vis conſiſtit in reſina, cui acredo ⊖ina indiſſolubili nexu eſt involuta.

Datur in ſubſtantia & extracto à ℈ß ad gr. xv. robuſtiſſ. ad ℈j reſin. à gr. vij. ad xv. in vitell. ovi.

℞. Scammon. crud. gr. vij. extr. troch. alhand. gr. iij. ♎ Cinam. gt. j. ſyr. cinam. ʒj ▽ borrag. fumar. ana ʒj. f. hauſtus purgans.

℞. Reſin.

℞. Resin. Jalap. gr. vij scammon. gr. v. ☿ dulc. gr. iij ℥ cinam. gt. j. balsf. peruv. q. s. f. pil.

℞. Scam. ♃at. ℈ß ☿ dulc. ℈j mucag. tragac. q. s. f pilulæ Riverio Calomelanos dictæ. v. plura in Jalappa.

ALOE.

Σκαμμωνία, σκαμμώνιον, SCAMMONEUM SCAMMONEA, ἀπὸ τῦ σκάπτειν a fodienda & cavanda radice, dum succus colligitur. Δακρύδιον, LACHRYMA, quod officinæ corrupte, DIAGRYDIUM appellitant, PULVIS SYRIUS, à Patria, Syrische Scammonien/ SCAMMONÉE.

Hunc succum fundens planta est species convolvuli, cujus characterem supra sub foldanella vide.

Convolvulus Syriacus & Scammonia Syriaca Moris. Hist. Oxon. p. 22. Scammonia Syriaca C. B. Pin. 294. Scammonia Syriaca flore majore convolvuli J. B. 2. 163. Scammonium Syriacum Antiochenum Lob. Icon. 620.

In calidis regionibus in Syria circa Antiochiam, in Mysia aliisque Asiæ regionibus, &c. reperitur.

TOURNEFORTIUS in Insula Lesbos & Samos quoque hanc plantam offendit.

Scammonium optimum censetur, quod ex Antiochia ad nos apportatur, & quod ex sola radice profluit & quidem probatur compactum, leve, tenerum, friabile, resinosum, splendens è cinereo nigricans, amarum, odore virulento, inamoenum, in pulverem abiens album, cum digitis tractatur, & aquæ immissum lactescens. Improbatur durum, ponderosum, nigrum & capillis plenum. Sunt quidam, qui resinam prius extrahunt & caput mortuum pro sincero Scammonio vendunt, sed fraus detegitur, illud immittendo in aquam, dum videlicet illa non imbuitur colore lacteo. Resolvit, stimulat, & potenter expurgat humores biliosos & mucido seroso. Abhorrent quidam medicorum abusu hujus medicaminis quod ignea quasi caliditate excedat, drasticam atque colliquativam vim habeat, & interdum enormes cruciatus excitet, verum utut negari non possit, violenter ac satis valide

de purgare Scammonium, interdum etiam periculoſa ſymptomata excitare, ſi minus circumſpecte adhibeatur, attamen, ſi rite præparatum fuerit & correctum, ſi in debita ætate conſtitutis propinetur, ſi morborum aliarumque circumſtantiarum ratio habeatur, medicamentum erit, quod egregios poterit edere effectus. In febribus ardentibus aliisque ſic dictis morbis calidis exulare debet. Delicatulis & calidiore conſtitutione præditis non eſt exhibendum. Non dandum infantibus, puerperis aut gravidis, aut viſcerum imprimis ventriculi debilitate laborantibus. Sanguinem pellit, idcirco neque in hæmoptyſi, neque in hæmorrhagiarum fluxu, neque in dyſenteria offerendum. Flatus ciet & tormina excitat, ob viſciditatem & terreas admixtas particulas, ideoque ab his liberandum & debito modo præparandum eſt. Doſis Scammonei propterea incerta eſt, quoniam unum majori reſinæ copia gaudet quam alterum.

IN OFFICINIS PROSTANT

Scammonium præparatum, Dacrydium, ſeu corrupte, *Diagrydium præparatum*, präparirte Scammonien/ *Diagrede*, ou *Dacrede preparée*. Datur ad grana octo, quindecim &c.

Scammonium Sulphuratum aut *Dacrydium Sulphuratum*, geſchwefelte Scammonien/ *Scammonée, ou Dacrede Souphré*, datur ut antecedens. Utrumque autem plerumque ſtimuli loco aliis additur purgantibus.

Reſina ſeu Magiſterium Scammonei, Scammonien-Hartz/ *Reſine* ou *Magiſtere de Scammonée*. Hæc tutius datur quam Dacrydium, eodem modo ac Reſina Gialappæ in liquoribus ſpirituoſis & aquoſis & eadem doſi exhiberi poteſt; qua de re vide ſupra. Elegantes quoque pilulæ pellucidæ exinde parantur.

Pulvis Cornachini, Cornachins Purgier-Pulver/ *Poudre Cornachine* ou *de Tribus*. Ita dicitur à Cornachino qui commentarium in hunc pulverem ſcripſit, vocatur alias pulvis *Comitis de Warvvick*; *Cerberus triceps, pulvis trium diabolorum*. Majoris ſecuritatis & tormina evitandi gratia Dacrydio ſulphurato, quod olim recipiebatur, ſubſtituta fuit reſina. Cito & jucunde operatur, humores peccantes blande educit, vitia ventriculi, nauſeam, anorexiam corrigit, bilioſos affectus curat, febrili imprimis fomiti expurgando idoneus. Doſis in infantibus grana aliquot, pueris ad ſcrupulum ſemis, adultis ad ſcrupulum

lum unum, drachmam ſemis, ſcrupulos duos usque; Drachma ſemis continet reſinæ ſcrupulum ſemis.

Confectio aniſi laxativa, de qua ſub aniſo.

Electuarium Diacitri aut *de Citro Solutivum*, laxierende Citronen-Lattwerg / *Electuaire de Citron laxatif.* Dicitur Cholagogum pituitam quoque educit, datur ad drachmas duas ad drachmas ſex.

Electuarium diaprunis laxativum de quo ſupra ſub prunis.

Electuarium è Succo roſarum de quo ſub Roſis.

Extractum Diacitri de quo ſub Citro.

ALOE.

Hepatica eſt Aloës Aſiaticæ ſuccus gummoſus & reſinoſus, foris fuſcus intus flaveſcens, hepatis inſtar, expreſſus ex foliis Aloës, imo & plantis tranſverſim radicem verſus inciſis, extillansque in patinas ampliores, in ſole concretus & condenſatus, ſaporis aris amariſſimi, nauſeoſi pinguis oleoſi & adſtringentis, odoris fragrantis ad myrrham accedentis. Colligitur Hepatica in China non in Socotra.

Succotrina eſt Aloës Aſiaticæ ſuccus gummoſus & reſinoſus ex fuſco nigricans, dum fractus in lamellas ſplendens & pellucidus ex foliis imo & planta transverſim radicem verſus diſſectis, ſua ſponte in vere ubi ſucci nutritii luxuriant in ſuppoſitas patinas amplas deſtillans, vel etiam expreſſus, in quibus à Sole condenſatur & exſiccatur; hinc ulterius inſpiſſatur & quo diligentius hæc fiunt, eo pellucidior & nobilior fit, ſaporis & odoris cum Hepatica ejusdem. Colligitur in inſula Succotra, quod in fundo ab illa fœculentum remaneat, id Aloën caballinam conſtituit, differuntque utræque plantæ, ex quibus colligitur Hepatica & Succotrina, nonniſi loco natali.

Caballina eſt Aloës Aſiaticæ ſuccus nigricans gummo-

fus, priōribus ponderoſior craſſior ac impurior expreſſus ex foliis Aloës diſſectis, in Sole concretus & ſaporis ſubacris amariſſimi nauſeoſi, odoris gravioris quaſi picei & myrrhati, conficitur etiam in omnibus tractibus Indiæ Orientalis maritimis.

Hepatica quæ mihi optima videtur vim purgantem habet in ſubſtantia gummoſa, cui quippiam mucaginis reſinoſæ in qua vis ſtyptica & balſamica juncta eſt, purgat blande & in ſpecie humores bilioſos. Specificum habetur in affectibus capitis, in præcavenda putredine, in omnibus morbis à bile oriundis.

Ob ſingularem acredinem excitat hæmorrhoidum fluxum, venasque hæmorrhoidales aperit, quod tamen impeditur Aloë roſata & violata facta. Externe vulnera & ulcera mundificat, toſta & virtute purgante orbata vim adſtringentem habet, & propterea in fluxibus quibusvis ſanguinis ſpecificum eſt.

Tardior vis corrigitur diagrydio, ♀ro ☉lato &c. correctorio aromatico vix opus habet.

℞ Aloës ʒj myrrh. ʒß Croc or. gr. xv. oxym. q. ſ. f. pil. contra malignos morbos præcavendos.

℞. M. P. aloëtic. ℈j ambr gryſ. gr iij ♁ vol. ſuccin. gr. v. ♒ d. ſerpill. gt. iij balſ. peruv. q. ſ. f. pil. catarrhales & cephalicæ.

℞ Al. toſt. rhabarb. toſt. borrac. calc. ana ℈ß. f. pulv. exhibendus cum ▽ plantag ad fluxum quemlibet, & præcipue ſanguinis, hæmoptyſin.

Externe fiunt emplaſtra ſic: ℞. Myrrh. ʒß Aloës ʒij fell. taur. q. ſ. f. emplaſtrum, quod applicatum umbilico vermes necat

Caballinæ uſus Medicus non eſt, Indi utuntur pro incruſtandis navibus picis loco, norunt nunc eam expurgare

à ſordibus, ita ut à Succotrina etiam experientiſſimus vix contradiſtinguere valeat.

MANNA.

Ἀλόη, Aloe / ALOE.

Eſt planta flore liliaceo, monopetalo, veluti tubulato in ſex partes ſecto, cujus fructus eſt oblongus, fere cylindraceus, interna loculamenta diviſus, ſeminibusque foetus planis & quaſi circularibus.

Plures equidem ſunt aloës ſpecies, aſt hic non intelligitur niſi Aloë vulgaris C. B. Pin. 286. Aloë J. B. 3. 696. & Dod. Pempt. 359.

In regionibus Orientalibus potiſſimum quærenda hæc aloë, cujus ſuccus eſt tantum in uſu.

BAUHINUS tres aloëtici ſucci ſpecies, ab una eademque planta extrahi putat, modum colligendi hoc modo deſcribens: Plantam in fruſta diſſectam & contuſam in vas oblongum reponunt per 25. dies, ubi ſpuma attollitur mobilis & abjicienda, tum mediante concha ſuperior pars ſucci demitur, donec diverſitas ſucci appareat. Succus autem ille purior concretus, ALOE SOCOTRINA dicitur, ſuccus vero, qui remanet & paulo obſcurior eſt, ALOEM HEPATICAM efficit. Feces ſeu craſſamentum in ALOEN CABALLINAM indureſcit. Jungitur merito BAUHINI verbis TOURNEFORTII aſſertum in MAT. MED. inquientis, addidici ex illuſtri HERMANNO Profeſſore Botanices Leydenſi, ſervos in provinciis Orientalibus exprimere folia Aloës, manibus in vas aliquod, poſtridie vero mediante concha margaritifera ſeparare ſuccum ſupernatantem, qui in peculiari concretus vaſe aloën conſtituit puriorem. Tertio die tollunt rurſus alium ſuccum, qui inſpiſſatus aloën conſtituit hepaticam. Remanentia ad aloen Caballinam inſervit. Hinc patere poteſt J. BAUHINUM non deceptum fuiſſe. Accedit quod Aloës etiam Succotrina ſoluta & per chartam bibulam filtrata relinquat mucilaginem quandam foliis aloës communem, manifeſto indicio ſuccum Aloëticum non per ſimplicem extillationem, ſed per expreſſionem obtineri.

Diverſis Aloë conſtat partibus, gummoſis atque reſinoſis, cum admixtis terreis. Quatenus enim partes habet acres reſolubiles & gummeas, ſtimulat, aperit, purgat, adeoque in omni cruditate acida cumprimis & pituitoſa, cachexia, chloroſi, menſium atque hæmorrhoidum ſuppreſſione proficuum eſt remedium; quatenus vero particulas poſſidet terreas, emplaſticas atque reſinoſas, conſolidat, ſiccat atque adſtringit. Et hinc non ſolummodo externe in conſolidandis vulneribus & ulceribus utiliſſimum eſt auxilium, & ad putredinem arcendam in condituris & balſamationibus corporum, quam maxime conveniens, ſed & interne in debitis caſibus & circumſtantiis adhibitum, maxime proficuum. Quatenus tandem inſignis eſt amaritiei, ventriculo eſt amica Aloë, vermibus admodum adverſatur & pro iis enecandis tanquam ſpecificum laudatur. Curioſum eſt quod Vulpes Lupi & canes, ut & volatilia, ab ejus comeſtione interficiantur.

Sicuti autem Aloës ab haud paucis tanquam leniſſimum purgans ventriculo gratum & viſcera confortans, atque vulnera conſolidans, maximis extollitur laudibus, ita quoque ab haud infimi nominis Viris CARDANO, SCALIGERO, FERNELIO, HOFFMANNO aliisque rejicitur, tanquam abominandum amarore, ventriculo ingratum, acrimonia ſua venas vellicans, hæmorrhoides aperiens, & exceſſiva caliditate præcipue calidis & ſiccis extenuatisque corporibus adverſiſſimum, ipſique vitæ noſtræ inſidioſum.

GUIDO PATINUS diabolicum medicamentum vocare ſolitus eſt pilulas aloëticas, quia ſanguinem adurant, humidumque nativum horrendo modo depopulentur. His vero objectionibus reſpondet ROLFINCIUS in TRACT. DE PURGANT. VEGET. diſtinguendo inter uſum & abuſum. Si enim in debita accipiatur doſi, ſi non frequenter nimis ingeratur, ſi debito modo correcta exhibeatur & debitis ſubjectis propinetur, nullum adfert periculum, ſed commoda præſtat haud contemnenda.

Si vero immoderatius, ſi in nimia doſi & frequenter nimis uſurpetur utique noxia. Cavendum utique eſt, ne ſubjectis conſtitutionis ſiccioris ventriculo calidiore præditis, hecticis Phthſicis atque ad hæmoptyſin, menſium & hæmorrhoidum fluxum præſertim nimium pronis, exhibeatur.

Aloë

Aloë in uſum non tam cruda vocatur quam præparatâ, aut in pilulas, ut amarities occultetur, redacta, aut alio modo converſa.

HINC IN OFFICINIS VARIA PROSTANT PRÆPARATA.

Aloë Violata, *Aloës Violat.* Datur ad grana decem, Scrupulum unum & ultra. Hanc plurimi pilulas Francofurtenſes conſtituere putant.

Extractum aloës reſinoſum, Harßigter Aloes-Extract / *Extrait d'Aloës reſineux* putredini reſiſtit, convenit in cruditatibus acidis & viſcidis, ventriculum roborat & alvum inſuper laxat. Doſis eſt ad grana decem, quindecim, ad ſcrupulum unum & ultra: adhibetur potiſſimum in pilulari forma. Experientia autem ſæpius comprobat, quod quo minori in doſi exhibeatur, eo melius ſuum edat effectum.

Extractum aloëticum gummoſum, Aloes-Extract / *extrait d'aloes gummeux.* Hoc extractum à reſinoſitate torminum & teneſmi hæmorrhoidalis authore liberatum priori extracto merito præfertur pro ſcopo laxandi, daturque vel per ſe ad grana aliquot ad ſcrupulum unum &c. vel pro baſi etiam pilularum aliarum laxantium & purgantium inſervire poterit: Proſtant porro varia alia extracta, quæ aloën tanquam baſin maximopere agnoſcunt.

Extractum Catholicum, *Extrait Catholique* ou *Catholicon.* Omnes promiſcue humores evacuat, adeoque in diſcraſia ſanguinis conducit. Datur ad grana quindecim ad drachmam ſemis ad ſcrupulos duos.

Extractum Marocoſtinum, de quo ſub coſto.

Extractum Panchymagogum, *Extrait Panchymagogue*: familiare eſt purgans ad omnes humores è corpore eliminandos, datur ad grana quindecim ad drachmam dimidiam, miſcetur etiam cum aliis.

Electuarium Hieræ picræ ſimplex, ſive *Hiera picra Galeni.* Dicitur Hiera picra quaſi Medicina ſacra; GALENO non tanquam authori, ſed quod tantopere ab ipſo celebrata & exculta fuerit, adſcribitur: Acrimonia caloreque ſuo, uti GALENUS loquitur, craſſos & lentos ſuccos diſſecat, præſertim qui in ventriculo hærent, conducit iis, qui alvo ſunt adſtricta & mulieribus, quæ non

facile purgantur. Minus autem ejus frequens uſus per os, cum nimiam amaritiem reſpuant ægroti. Aſſervatur etiam in officinis ſola Aloë cum corrigentibus & *Species Hieræ*, gemeine Bitter-Species / *Poudre de Hiera ſimple* appellantur, quando autem hæ ſpecies melle excipiuntur, & in formam electuarii rediguntur, *Hiera ſimplex* vocatur. Species in pulvere dantur à drachma ſemis, ad drachmam unam. Electuarium datur ad drachmas duas ad unciam dimidiam. Utplurimum autem ejus uſus hodie in clyſteribus tantum eſſe ſolet ad unciam unam & ultra.

Electuarium Hieræ cum agarico, *Electuaire d'Hiera avec l'agaric.* Bilem & pituitam educere dicitur. Doſis à drachma una ad drachmas duas. Rarius autem ob inſuavitatem in uſum venit, & plerumque in clyſteribus ad drachmas ſex ad unciam unam &c. præſcribitur.

Imprimis autem Aloë vix non omnium pilularum laxantium & purgantium eſt baſis.

Pilulæ de Aloë Violata, Pillen von Aloe mit Violen-Safft / *Pilules d'Aloës violat*, concordant & virtute & doſi cum aloë violata, unum enim idemque ſunt.

Pilulæ Angelicæ, *Pilules Angeliques* quarum nomine apud nos intelliguntur ſic dictæ

Pilulæ Francofurtenſes, Franckfurther-Pillen / *Pilules de Francfort.* Doſis ad ſcrupulum unum ad drachmam ſemis & ultra. Notandum quam maxime de Pilulis his, quod ſæpius in minori doſi aſſumptæ facilius ſuam operationem exſerant. Conducit etiam ut doſis ſeparetur, altera pars enim aſſumitur leviter coenando, & cum ſuam per noctem aut inſequente mane non exſerit operationem, altera exhibebitur, id quod in aliarum etiam laxantium pilularum exhibitione obſervari poterit.

Pilulæ Antipodagricæ, Pillen wieder die Gicht oder das Podagram / *Pilules Contre la Goutte.* Doſis præſervationis præſertim gratia ad grana quindecim triginta &c. ſub Novilunium.

Pilulæ Aloëphanginæ, Haupt- und Magen-Pillen / *Pilules Aloëphangines*, ad evacuandum roborandumque ſtomachum commendantur. Dantur ad ſcrupulum unum drachmam ſemis & ultra.

Pilulæ Aureæ Nicolai, *Pilules Aurées* panchymagogæ habentur, & imprimis capiti ſunt dicatæ. Doſis ſcrupulus unus ad ſcrupulos duos.

Pilulæ

Pilulæ Cochiæ Rhasis, ſtarcke Haupt-Pillen / *Pilules Cochées*, ad pituitam evacuandam commendantur, præſertim in affectibus capitis & nervorum. Doſis ſcrupulus unus, drachma ſemis & ultra.

Pilulæ Emanuelis, Emanuels-Pillen / *Pilules d'Emanuel.* Nomen exinde obtinent, quod Comes quidam è gente Fuggerorum hoc nomen gerens iis frequenter uſus fuit, alvum blande ſubducunt. Doſis ad grana decem viginti & ultra.

Pilulæ Hydropicæ aut *Hydroticæ Bontii*, Pillen wider die Waſſerſucht / *Pilules Hydragogues de Bontius.* Virtus ex nomine patet, aquam ortiter educunt, commendantur quoque in obſtructionibus Meſenterii & Lienis. Dantur ad grana decem ad triginta & ultra.

Pilulæ Hypochondriacæ Bœcleri, Pillen wider die Miltz-Sucht / *Pilules antihypochondriaques.* Conveniunt in obſtructionibus alvinis & Hypochondriorum, aliisque pluribus morbis : Dantur ad grana quindecim viginti, triginta & ultra.

Pilulæ Lucis majores, Augen-Pillen / *Pilules Lucis majeures.* Viſum conſervare & nervos opticos ab oſtructionibus liberare dicuntur. Doſis ſcrupulus unus drachma ſemis & ultra.

Pilulæ Maſtichinæ, de quibus ſub Maſtiche.

Pilulæ contra obſtructiones, Pillen wider die Verſtopffung / *Pilules laxatifs*, ad alvum laxandam & obſtructiones alvinas curandas & præſervandas. Dantur ad aliquot grana ad viginti.

Pilulæ Polychreſtæ, Polychreſt-Pillen / *Pilules Polychreſtes.* Commendantur ad alvum laxandam, obſtructionesque reſerandas & laudantur in affectibus uterinis. Dantur ad grana quindecim viginti & ultra.

Pilulæ tartareæ Quercetani, laxirende Weinſtein-Pillen / *Pilules de Tartre de Quercetan.* In obſtructionibus Lienis Hepatis & Renum, ut & affectibus hypochondriacis commendantur. Dantur ad grana quindecim, triginta &c.

Varia porro alia medicamenta ingreditur aloe, unde porro proſtant

Elixyr proprietatis Paracelſi, Paracelſi Magen-Elixyr / *Elixir de proprieté de Paracelſe.* Ab authore ſic dictum, qui aſſerebat, quod quemadmodum Aloë & Myrrha, mumias cuſtodiunt à putrefiendi

fiendi aptitudine, ita hoc Elixyr corpus vivum à putredinis labe vindicet & à peſte morbisque malignis præſertim, defendat. Stomacho quoque dicatum eſt, anorexiam atque dyſpepſiam corrigit, vermes necat, urinam menſes & hæmorrhoides pellit, in affectibus Hypochondriacis conducit, icteroque medetur, & alvum laxat. Doſis ad guttas decem viginti & ultra, ſi autem laxare debet, ultra drachmam eſtſumendum. Cholerici, ſiccioris naturæ homines & ad hæmorrhagias inclinantes ab hoc ſimilibusque remediis ſibi debent cavere.

Elixyr dulce, vel *Elixyr proprietatis dulce*, Magen-Elixyr/ *Elixyr doux.* Vocatur ita non quod dulcem obtineat ſaporem, ſed quod acido careat. Viribus cum Elixyr proprietatis convenit, niſi quod ob menſtruum alcaliſatum in morbis nonnullis conducat, ubi acidum minus convenit. Datur quoque eadem doſi. Notandum quod Elixyria proprietatis cum alcalibus præparata ſe miſceant vino & aqueis vehiculis ſine præcipitatione.

Elixyr proprietatis Rhabarbarinum Jungkenii, laxierendes Magen-Elixyr. *Elixyr de proprieté laxatif avec Rhubarbe.* Hoc ab Elixyrio dulci in eo differt tantum quod ratione menſtrui mitius ſit & in majori doſi aſſumi queat, perque inferiora purget ob Rhabarbarum; datur ad drachmas duas usque ad unciam ſemis in vehiculo.

Elixyr aperitivum Clauderi, eröffnendes Elixyr / *Elixyr aperitif de Clauder.* Virtutibus æmulatur Elixyr dulce, ſed præſtat in eo quod ob menſtruum aqueum in ſubjectis, ubi ſpiritus exulare debet, verbi gratia in quibusdam febribus & etiam ipſis pueris exhiberi poſſit. Doſis ad guttas quindecim in junioribus, ad quadraginta & plures in adultis.

Elixyr Cachecticum Ettmülleri, *Elixyr Cachectique d'Ettmüller*, Vires ex nomine patent, obſtructiones referat humoresque viſcidos & pituitoſos incidit. Datur ad guttas triginta quadraginta & ultra.

Elixyr viſcerale Bœcleri, eröffnendes und ſtärckendes Elixyr/ *Elixyr viſceral.* Virtutibus pollet iisdem ac Elixyr dulce eodemque modo uſurpatur.

Tandem notandum quod Aloë ſæpius etiam diſſolvatur in Spiritu Vini, quæ Tinctura in vulneribus & ulceribus gangræna & carie oſſium frequentiſſime vel per ſe vel cum Tinctura Myrrhæ uſurpatur.

MANNA,

MANNA.

Sunt grana ex albo flaveſcentia, pinguia, figuræ variæ, quaſi ex Salina quadam ſubſtantia concreta, collecta ex arboribus orni & fraxini in Calabria, Sicilia, agris Romanis, ubi ſæpe coluntur, ſaporis ſubacris, ſubdulcis, pinguis & nauſeoſi, odoris nullius vel melliti.

Meminere Theologi Mannæ cœleſtis, Philoſophi aëreæ, Medici frumentaceæ quæ in Polonia ex ſeminibus alicujus graminis colligitur [etiam ſuper folia borraginis reperitur. v. Hœfer. Herc. Med. p. m. 385.] item factitiæ à formicis alatis candicantibus in India Orientali [vid. Joh Ott. Helbig. C. N. C. Dec. 1. an. 9. & 10. obſ. 194. p. 459. & Herm. Nic. Grimm. C. N. C. Dec. 2. an. 1. & 2. obſ. 151. p. 369.] ſed hæc fori noſtri jam non ſunt. Loquimur jam de illa ſpecie arborum in Calabria &c. ubi diebus canicularibus potiſſimum ſucco ſeu nutritio ſeu alio luxuriantes, ab hujus copia fiunt tubercula, quibus hiſcit cortex, ex quibus deinde profluit ſuccus viſcidus ſubdulcis, qui pomeridianis horis à Sole nonnihil condenſatur, colligitur, & in clibano ulterius exiccatur. Non omnes indiſcriminatim illæ arbores fundunt hanc mannam, ſed quæ talis eſt, per annos quadraginta & plures mannam depromit.

Calabrina, quæ optima, fovet in ſubſtantia dulci gummoſa virtutem laxantem, & in ſpecie evacuant bilem, ſed cave exhibeas iis qui bilem habent viſcoſam & ad icterum vergentem, ut & Hypochondriacis, Melancholicis & Scorbuticis, cum enim ſalia tam blanda ſint, facile obtunduntur, & in corpore remanentia putreſcunt. Vis ejus torminoſa corrigitur cinamomo, tarda vero exaltatur ♁e ♀ri, ſcammon. &c.

℞. Mann. ʒiß. cape ex ♎ amyd. d. rec. expr. ad ʒiiß ex juſculo ad laxandam alvum, præcipue in colica, add. ſem. fœnic. vel cinam. pro correctorio.

℞. Mann. ʒij Diagryd. gr. iij Crem. ♀ri. ℈j M. cape ex vino.

Datur infantibus per ſe ad ʒj. vel ʒj cum gr. ij vel iij diagrydii.

SAR-

MANNA, Manne / MANNE.

Arabes aliique Mannam eſſe Mel aereum de coelo deciduum cum vulgo putarunt; ſed ANGELUS PALEA & BARTHOLOMÆUS AB URBE Monachi Franciſcani, qui anno 1543. in Meſuen commentarios ediderunt, jam eo tempore annotarunt Mannam eſſe revera ſuccum concretum fraxini, tum vulgaris, tum ſylveſtris, quæ Ornus appellatur. Hanc ſententiam pluribus obſervationibus confirmavit DONATUS ANTONIUS AB ALTOMARI, Medicus & Philoſophus Neapolitanus, qui claruit circa annum 1558, nam ſuperinjecto linteo per plures dies ac noctes ſupra fraxinos, ita ut ros ad eas pervenire non poſſet, inventa nihilominus eſt Manna in arboribus coopertis, quod fieri haud potuiſſet, cum ſupra linteum ne veſtigium mellis adeſſet. Fatentur etiam omnes qui Mannam colligunt eam iterum ex iisdem arborum locis exſudare, ſenſim effluere atque deinceps coagulari. In fraxini Ornique caudicibus juxta corticem ſæpius protuberant veſiculæ plenæ liquoris albidi, dulcis, qui craſſeſcit & in optimam Mannam convertitur; hoc autem evacuato alius humor tenuior manifeſto emanat & in grumos concreſcit. Inciſis fraxinis effluit idem liquor, & cicadæ aliaque inſecta corticem ejus perforare deprehenduntur, ut lacrymam hanc ſugant, his vero recedentibus manat è vulneribus idem liquor in Mannam concreſcens. Cum fabri Lignarii Ornos ſecant, ut ex iis pro Vini doliis circulos parent, ſæpe contingit, ut ex ipſis truncis & ramis per longum fiſſis & Soli expoſitis non parva Mannæ quantitas effluat, non ſolum-

lummodo è cortice ſed, & è lignoſa fraxini materia. Qui porro carbonibus faciendis operam dant, igne accenſo ex Ornis, quæ prope fornacem adſunt, Mannam exſudare & coagulari ſæpe conſpiciunt. Notat inſuper ALTOMARI, quotannis ex iisdem fraxinis, non vero ex omnibus indiſcriminatim fluere Mannam, adeo ut non deſint qui easdem arbores emant, tanquam ſingulis annis hoc vectigal producentes, ſuntque eodem in loco & ejusdem ſpeciei arbores, quæ Mannam non proferunt. Demum refert idem author, Mannam emanare ea potiſſimum parte ex ramis, qua foliorum pediculi iisdem annectuntur, in his vero partibus vaſcula tenuiora ſunt & facilius rumpuntur. Neque inepta eſt ejusdem obſervatio, quod Meridie tantum, ac calidiſſimis diei horis Manna exſudet è foliis. Majori enim caloris gradu opus eſt, ut ſuccus ad folia perveniat, & extra vaſa ſua deferatur. Cœlo enim ſicco & menſe Julio in regno Neapolitano & Sicilia ſponte fluit liquoris limpidi inſtar & ſenſim concreſcit. Poſtridie cultri ope eam colligunt, ne à pluviis & cœlo udo liqueſcat, & in vaſis vitreis condunt, ac deinde ſoli exponunt in chartis nitidis, donec manibus non adhæreat, aliter enim liqueſceret & candorem amitteret. Manna ſpontanea à die 25. Julii ad finem usque Julii effluit, niſi adveniant pluviæ. Julio deſinente Ruſtici corticem fraxinorum incidunt ad materiam usque, tunc à meridie ad ſextam fluit idem liquor, & in grumos craſſiores cogitur, caloris paulo intenſioris ope. Quæ ſponte fluit dicitur Italis MANNA DI FRONDA, eo quod è fraxini foliis ſudoris inſtar ardente Syrio ejus guttulæ fluant, in granula magnitudine granorum tritici indurandæ. Quæ vero è vulnerato cortice emanat MANNA COACTA dicitur, ab Italis vero SFORSATELLA, & SFORSCATA ſeu MANNA DI CARPO.

Hanc ſententiam plurimi poſtmodum propugnarunt, GAROBIUS, LOBELIUS, CÆSALPINUS, COSTÆUS, CORNELIUS CONSENTINUS, cæterique, qui majorem oculis fidem quam authoritati tribuerunt, nec obſtat MAGNENUS, qui peculiarem quoque DE MANNA TRACTATUM ſcripſit. Non autem ſolummodo in Sicilia, Neapoli, inprimis in Calabria reperitur Manna, ſed & in Oriente occurrit, quæ tamen apud nos rarior eſt. Datur etiam in Gallia MANNA LARICEA ſeu MANNA BRI-

ANSONENSIS, quæ propre Bryanſonium in Delphinatu è Laricibus defluit, ſed rarioris eſt uſus, præſertim cum Manna Italica in ſufficienti quantitate haberi poſſit.

Probatur Manna pinguis & quadantenus translucida, Maſtichæ ſimillima, ſaporis ſaccharati & ſuavis, quæ tamen linguam modice mordet, recens, levis, ex albo tantillum ad ſubrubrum inclinans colorem, cujus grumi diſrupti, intus veluti Syrupo ſunt irrorati. Improbatur arida & intus veluti ſpongioſa, cinericei coloris, quæ morſu plane caret, rancida eſt nauſeoſa impura aut adulterata. Suſpecta eſt quæ Sennæ folia granis ſuis complectitur.

MANNA alia GRANATA dicitur, quod minoribus conſtet granis, alia MASTICHINA, quæ Maſtiches prope granis eſt æqualis. Communiter præſcribitur nunc MANNA CALABRINA, Manna/ MANNE DE CALABRE, nunc ELECTA, außerleſene Manna/ MANNE CHOISIE, quæ tamen non ſemper æque purgare ac Manna communis deprehenditur. Mannam principia ſalina acidulata & mucilaginoſa continere non dubitare poteſt, qui vel ad ſolum Saccharum reſpicit. Manna abſtergit alvumque leniter ſubducit, ita ut infantibus recens natis cum oleo amygdalarum dulcium in pulmenti formam redacta, pro expurgando meconio, propinetur, quo ultimo tamen caſu quam maxime cavendum ne diſpoſitio adſit ad Epilepſiam. Ob vim abſtergentem in pectoris pulmonisque vitiis conducit, quia autem dulcis eſt facile bileſcit, hinc minus prodeſt in ſic dictis morbis calidis, febribus ardentibus & inflammatoriis, nec convenit cholericis, neque in variolis & morbillis promiſcue uſurpari poteſt.

Datur ad unciam unam, ad uncias duas & ultra. Adhibetur in juſculo, lacte, vino & aqua, decocto prunorum, paſſularum, decocto Caffee, decocto antifebrili, Infuſo Sennæ &c.

EX MANNA IN PHARMACOPOLIIS EXTANT

Manna liquida, ſolvirte Manna / *Manne liquide*, Doſis eſt ad unciam unam ad uncias quatuor. Commiſcetur etiam inſtar Mannæ ſimplicis aliis laxantibus atque purgantibus.

Manna Tabulata, & quando cremor Tartari additur, *Manna Tartariſata* dicta, tabulirte Manna/ *Manne en Tablettes* ou *Tartariſée*. Doſis utriusque eſt ad unciam unam ad tres pro ſcopo purgandi.

Electua-

Electuarium laxativum de Manna, Manna-Lattwerg / *Electuaire de Manne*, tanquam laxans & lene universi corporis purgans commendatur, ad bilioſos & Melancholicos ſuccos educendos, ad jecoris renum viarumque urinalium calidam intemperiem mitigandam, obſtructionemque reſerandam. Doſis ad unciam unam & duas.

Electuarium diacaſſiæ cum Manna, de quo ſub Caſſia.

Syrupus de Manna laxativus, laxierender Manna-Syrup / *Syrop de Manne*. Infantibus propinatur ad unciam ſemis ad drachmas ſex &c.

Pulticula de Manna, Manna-Müßlein / *Bouillie de Manne*. Laxat alvum leniter & absque multis torminibus ; adhibetur præſertim in infantibus tenellis ad drachmas duas, unciam ſemis &c.

℞. Mannæ Calabrinæ partem unam, Nitri partes duas, inde in veſicam eamque optime ligatam impone aquæ calidæ ut ſolvantur , ſolutionem deſtilla per alembicum & prodibit aqua ſapore amygdalarum amararum , quæ *Manna Meteoriſata* , Magnatibus conducens ad unam aut alteram unciam alvum laxat.

SARCOCOLLA.

Eſt ſubſtantia gummoſa in grumos vel ſabulum concreta ex albo rufeſcens , quaſique mannæ colore , ſpongioſa , lucentibus ſubinde micis permiſta , levi concuſſu in pollinem abiens , collecta ex tithymalo Perſico ſpinoſo ſarcocollifero, ſaporis amaricantis cum obſcura quadam dulcedine , odoris dum incenditur ingrati.

Convenit cum gummi ammoniaco , galbano , niſi quod major inſit vis catharctica , quod acredo major teſtatur , ob dulcedinem ſuam ſpecifice convenit in vitiis pulmonum & thoracis. Externe convenit in conſolidandis vulneribus.

℞. Sarcocoll ʒß extr. troch. alh. gr. iij Zinz. gr. vij ſyr. roſ. q. ſ. f pil. purgantes ſerum & pituitam.

℞. Myrrh. Aloë ſarcocoll. ana q. v. f. pulv. pro conſolidandis vulneribus.

Σαρκοκόλλα, quasi gluten carnis, CARNIGLUTINIUM, Gummi-Sarcocolla Fleiſchleim / SARCOCOLLE ou COLLECHAIR.

Alii hoc Gummi ex arbore aut frutice ſpinoſo defluere putant. Uſus internus rarior. Externe ingreditur emplaſtra ad vulnera & fracturas. In lacte macerata ophthalmicum eſt, inflammationes oculorum, albuginem, nubeculas diſcutiens. Conducit quoque in maculis faciei delendis, & in hæmorrhagia narium ſiſtenda.

OPOPANAX.

Eſt ſubſtantia reſinoſa gummoſa ex rufo & albo flaveſcens mollecula, quaſi ex grumis vel ſabulo craſſiori in maſſam redacta, collecta ex radice Panacis Sphondylii C. B. P. ſaporis acris amaricantis ingrati, aliquatenus nauſeoſi, odoris fragrantis gravis.

Ad galbanum accedit, & ob intenſam acredinem habet vim potentiorem alvum deponendi, ſerum & pituitam educendi. Externe laudatur in herniis, præcipue carnoſis diſcutiendis & ſuppurandis, ut & in ſcirrhis, nodis & gangliis reſolvendis.

℞. Opopan. ʒß. Caſtor. ϑj. borrac. gr. v. troch. alhand. gr. vj. ſyr. ſtœchad. q. ſ. f. pil. uterinæ in menſium obſtructione & lochiorum ſuppreſſione.

℞. Opopan. ſagap. galban. ammon. ana ʒij ℥ lumbr. vel philoſoph. q. ſ. f. emplaſtr. ad hernias carnoſas ſuppurandas.

SUCCI.

Ὀπὸπαναξ, OPOPANAX, quaſi ſuccus Panacis, OPO'PANACUM, PANACIS LACRYMA, GUMMI PANACIS, Panaxſafft / Panax Gummi / OPOPANAX.

TOURNEFORTIUS in MATERIA MEDICA plantam, ex qua hic ſuccus extrahitur, ignorari aſſerit. Interim plures alii ex Pa-

Panace Heracleo deſumi cenſent. Eſt autem juxta ipſum Tournefortium Sphondylii ſpecies, ſcilicet

Planta flore roſaceo & umbellato, plurimis petalis conſtante, inæqualibus cordiformibus, in orbem poſitis & calyci inſidentibus. Is autem abit in fructum compoſitum ex duobus ſeminibus amplis, planis, ovatis, apice introrſum emarginato, ſtriatis, involucrum plerumque deponentibus, lituris nigris, qua parte ſibi adhæreſcunt, notatis.

Sphondylium majus ſive Panax Heracleum quibusdam J. B. 3. p. 2. 161. Panax Sphondylii folio, ſive Heracleum C. B. Pin. 157. Panaces Heraclium vel potius Sphondylium alterum Dod. Pempt. 307.

In Syria Boeotia & Macedonia reperitur. Colitur etiam in hortis.

Laudatur Opopanax etiam in affectibus uterinis, putredinique reſiſtit. Conducit ad affectus capitis & nervorum frigidos, ad pectoris vitia & ad ventriculi cruciatus, ut & ad Obſtructiones viſcerum. Suffitus Opopanacis in delapſu Uvulæ laudatur.

SUCCI CONCRETI MUCAGINOSI DULCES.

SACCHARUM.

Eſt ſubſtantia gummoſa, facie ⊖is contuſi, excocta ex expreſſo ſucco arundinis ſaccharifera. Ita fit in India Orientali & Occidentali; agri probe aratro perfoſſi conſeruntur articulis Cannæ ſaccharifera, exſurgunt hinc arundines digitos quatuor circiter craſſæ, quæ dum ad altitudinem hominis aſcendunt, revelluntur à radice, in conſtitutas vehuntur molendinas, ibidemque ſuccus omnis ex iis exprimitur, qui niſi intra 24. horas coquatur, aceſcit, nec ulla arte reduci poteſt. Coquitur autem primo lixivio forti, ut viſcoſitas hæc melius incidatur ad ſpiſſitudinem mellis, hinc iteratur coctio ſine calce, ſi nimium ebullit, fervor hic ſupprimitur

mitur affuſo öleo vel tantillo butyri, vel continua debet fieri agitatio; coctus infunditur in vaſa conifera & exponitur Soli ut indureſcat, talis defertur ad nos, ubi varias adhuc ſubit ſolutiones & cryſtalliſationes.

Conſtat mucagine temperata dulci cum blanda acredine, quibus nominibus tam alimentum, quam medicamentum eſt, temperans & obtundens quævis acida, reſolvit quævis rigida & aſpera. Indi coquunt in aqua cum pauxillo farinæ ad nutritionem.

Promovere urinam experientia docuit, ſpecificum eſt in tuſſi, raucedine, aſperitate aliisque pulmonum vitiis. Melancholicis, hypochondriacis, hyſtericis, febricantibus &c. ob facilem ſui aceſcentiam ſacchari largior uſus non convenit. Externe vulnerarium & opthalmicum eſt.

℞. Sacch. q. v. coq. c. ▽ q. ſ. in form. ſyr. vel julepi add. ſacch. ℈ni tantillum, cape contra inflammationem faucium cum raucedine.

℞. Spir. vin. vulgar. q. v. M. c. ſacchar. & accende ⏝um, deflagret, cape hanc maſſam cochleatim pro raucedine & catarrhis.

Fiunt etiam clyſteres cum ſaccharo ſic pro infante, ℞. juris ping. ℥vj ſacchar. ℥j ſtimuletur ⊖e gemmæ pro alvo laxanda.

SUC-

Σάκχαρ, σάκχαρον, ZUCCHARUM, MEL ARUNDINACEUM, MEL CANNÆ, ZUCCARUM, Zucker/ *Sucre.*

Planta Sacchariſera ad Arundinem à Gramine nonniſi magnitudine diſcrepantem ab omnibus refertur, vocaturque

Arundo Sacchariſera C. B. Pin. Arundo Saccharina J. B. 2. 351. & Raji Hiſt. 1278.

CANNA SACCHARIFERA Zuckerrohr/ CANNE à SUCRE

CAN-

CANNAMELE, ſex vel octo pedes quandoque & ultra longa, craſſiſſima, geniculata, foliis utrinque longis anguſtis, ſtriatis obvoluta, fungoſa & medulloſa, intus dulciſſimo ſucco ubertim referta, radices habet ſucculentas & dulces, è quibus germina erumpunt, quæ decenti & legitimo tempore transplantata virent & adoleſcunt.

De Succi Saccharini coctione ita loquitur PISO. Per canales & ductus ligneos in ampliſſimos æreos cacabos derivatur, in quibus continenter nunc vehementius, nunc lenius ferveſcit, frigidæque aſperſione intenſior ebullitio coercetur, ut ſubſtantia minus conſumatur. Ab hoc ſucco in primo aheno conſiſtente modicoque ſubſtructo igne paulo fæculentior & copioſor ſpuma aufertur, vocaturque Cagaſſa, quæ ſolis pecoribus eſcam potumque ſuppeditat. Sublata Cagaſſa liquor, quem Hiſpani Caldo vocant, in proximum ahenum effunditur, in quo coquitur & prægrandi cochleari crebris foraminibus pertuſo à ſordibus liberatur. Ut exquiſitius immundities ſecernatur, forte quoddam lixivium, affunditur. Hinc per linteum percolatur, ac tandem ſuccus eo pacto noviſſimum excrementum, ſi quod habet, deponit. Hæ fæces mancipiis victum ſufficiunt, qui iis contenti tam improbos atque indefeſſos labores, exhauriunt, quippe toto ſemeſtri æſtivo noctes atque dies perpetuo molendina agitantur. Vinum quoque exinde conficiunt, quod avidiſſime appetunt incolæ. Porro minores qui ſubſequuntur Cacabi alii ſunt ad concutiendum alii ad coquendum parati. In quibus ſuccus jam dictus tantiſper condenſatur, donec Sacchari conſiſtentiam acquirat. Ad hæc vehementi & arduo labore primum in majoribus tum in minoribus ahenis inter coquendum capaciſſimis cochlearibus agitatur quatiturque, & ad altitudinem viginti plus minus pedum attollitur, unde rurſus in vaſa prolabatur. In cacabis minoribus ob ignem intenſiſſimum vehementioris ebullitionis habenda eſt ratio, ſtatutisque temporibus olei modicum guttatim inſtillatur, ne ignis vehementia Saccharum aliquid detrimenti capiat. Obſervatu dignum ſi oleum majoribus inderetur ahenis, in quibus liquor primo Caldo dictus purificatur Saccharo conficiendo plane foret ineptus; viciſſim ſi minoribus lixivium ſicut majoribus infundatur, æque impoſſibile ſaccharum conficere. Si denique momentum ſucci Limonii vel acidi injiciatur ſacchari conſiſtentiam nunquam acquiret, ſed in totum perditur. Formæ porro fictiles innumeræ, quando ſuccum fluidum acceperunt,

ordine aſſeribus perforatis in ampliſſimis ædibus imponuntur mox ſuperimpoſito luto humefacto, dicta vaſa à melle quod ſubfuſco antea colore ſaccharum tingebat, repurgantur. E formis excuſſum candidum à nigricante Maſcavado dicto ſeparatur & in fruſta redactum ſoli ſereno exponitur probeque exiccatur donec ciſtis recondatur. Nondum tamen ſic depuratus ſufficienter hic ſuccus deprehenditur, ſed novo indiget opere. Saccharo nimirum huic, verba ſunt, LANGII, lixivium calcis vivæ affunditur, ſimulque aliquot albuminum ovorum, quo ſordida adhærens pinguedo ſpumæ ſub forma removeri poſſit, dum maſſa ad ignem fervet. Rurſus nunc vaſis pyramidalibus inverſis infunditur liquor ſatis inſpiſſatus, ac denuo maſſæ quodammodo in illis refrigeratæ argilla latiori baſi applicatur, idque aliquot vicibus, inferiori oſtio aperto ſubducitur aqua ſuperflua. Tertia vice reiteratur labor.

Varium proſtat Saccharum vel à forma, vel a loco, unde adfertur & excoquitur atque purificatur denominatum.

SACCHARUM MISCELLANEUM CONFUSANEUM ſive FARINACEUM, in doliis & ciſtis allatum, Caßaun Zucker/ Meng-Zucker/ CASSONADE ou CASTONADE, quod majorem largitur dulcedinem, & Syrupi etiam exinde confecti, non tam facile, ut ita loquar, candiſantur aut in cryſtallos abeunt.

SACCHARUM PYRAMIDALE à figura, Zuckerhut/ Hutzucker/ SUCRE EN PAIN, id quod nunc magis nunc minus repurgatum ſive, ut ajunt, refinatum eſt, eſtque rurſus varium. MADERENSE ab inſula Madera dictum, præfertur, SEBIZIO dicente, reliquis Sacchari generibus eſtque ad ſiccas confectiones accommodatiſſimum.

SACCHARUM MELISIUM ſive MELITEUM ab inſula Melita ſeu Maltha ex quorundam opinione, vel potius ab inſula quadam occidentali dictum, Melis/ Melis-Zucker oder Speiß-Zucker/ SACCHARUM CIBALE, medium eſt inter Canarium & Thomæum; illo enim deterius, hoc melius, quia eo purius nitidius candidiusque. Friatur quidem facile ſed manibus farina mediocriter adhæret, idque propter lentorem & pinguedinem aliquam, quam in ſe habet. Probatur quod foris & intus candicat, quod autem foris tantum eſt album, intus vero ſubrufum improbatur.

SACCHARUM CANARIUM ſive CANARIENSE, ab inſulis Canariis dictum, Canarien-Zucker/ Maderenſi proximum bonitate, ut

rurſus

rurſus SEBIZIUS differit, optimum nivis inſtar candidiſſimum, minime lentum ac pingue, ſed malleo percuſſum in ſolidas diſſiliens particulas, cum dentibus atteritur quodam ſtrepitu crepans, & ſi reſolvatur aqueam habens claritatem. Quando & hoc adhuc deſpumatur & depuratur prodit

SACCHARUM FINALE ſive FINUM aut FINISSIMUM à ſumma & quaſi finem acquiſita puritate & candore appellatum, SUCRE ROYAL. Ubi notandum quod Saccharum hocce ut & aliud pyramidatum quodvis charta cærulea ſit involutum: porro illud obſervatu dignum, quod Saccharum ſolidius cultro raſum atque confrictum, tempore nocturno ſcintillas igneas de ſe ſpargat. Sunt qui dicunt Saccharum finiſſimum non eſſe optimum, ob qualitatem quandam nocivam à calce viva contractam, quam vis autem hic metus non multam attentionem mereatur, interim non tantam largitur dulcedinem.

SACCHARUM THOMÆUM ſive THOMASINUM, SACCHARUM RUBRUM, Thomas-Zucker/SUCRE ROUGE, ab inſula à Thoma nomen habente hoc modo appellatum. Paratur tamen etiam alibi ex Syrupo Saccharino de quo mox. Solidum diu non manet, ſed propter lentorem & pinguedinem humeſcit. Saporem cæteris quidem habet dulciorem ſed minus ſuavem. Eligendum quod pingue denſum, candidius & quod non adeo lentum, & fractu contumax, cum malleo percutitur. Abſtergit & laxat, conducit in affectibus ſcorbuticis & hypochondriacis. Adhibetur in juſculis prunorum & paſſularum, immiſcetur quoque clyſteribus.

SACCHARUM LIQUIDUM, MELAZIUM, MEL SACCHARINUM, MEL SACCHARACEUM, Zucker-Honig/Zucker-Syrop/SYROP. Simile eſt Melli liquido, eſtque nil aliud, quam liquor ex panibus ſeu pyramidibus Saccharinis recens paratis effluens, vel etiam ſpuma Sacchari collecta denuo cocta & quantum licet purificata. Manet ſemper liquidum.

Saccharum Chymice reſolutum exhibet phlegma, ſpiritum acidum & oleum, fermentatione abit in Spiritum ardentem, uti illud facile comprobari poteſt Ceraſis Saccharo liquidiore conditis, Melli utique præfertur interim tamen & caute cum Saccharatis agendum. Cum oleo amygdalarum dulcium aſſumptum colicis doloribus medetur, cæteris videlicet paribus. Egregium vulnerarium ſimulque concretum balſamicum & putredini reſiſtens exiſtit, & in ulceribus putridis

conducit, convenit quoque ob vim abſtergentem in nebulis & ungue oculorum. Nocet ſcorbuticis, bilioſis flatibus obnoxiis, atque haud raro infantibus. Gingivis infenſum eſt, reddit halitum fœtidum & dentes nigros ac carioſos, vermes quoque alit. Clyſteribus interim immiſcetur ad vermes deorſum alliciendos, & anthelmintica remedia per os ſumenda commode iſto occultantur.

Tantus Sacchari apud Pharmacopoeos uſus eſt in parandis Syrupis, tabulatis, trochiſcis, tragematibus, confectionibus & incruſtationibus radicum, ſeminum, corticum, fructuum florum &c. conſervis, conditis, & electuariis, ut merito inter eorum Evangeliſtas locum obtinuerit, prouti differit aliquoties jam citatus SEBIZIUS, qui porro ita pergit. Quid de cupediariis, cruſtulariis, libariis, uno verbo piſtoribus dulciariis dicam, qui panes ſuos biſcoctos, ſive buccellatos, panes Marci, placentas, liba, ſcriblitas globulos, ſpiras, pemmata, alia partim ex Saccharo conficiunt, partim confecta Saccharo conſpergunt. In culinis quoque multum uſurpatur. Sed qui omnia Saccharo condiunt coqui, abſurdiſſime procedunt, falſum enim eſt proverbium, nullum cibum Saccharo corrumpi & deteriorem fieri. Saccharum Lac à coagulatione præſervat. unde offis ex lacte paratis aliisque Lacticiniis injicitur, & in cura Lactis minime omittitur: impedit etiam, quo minus Lac in butyrum cogi queat. Curioſum eſt quod Saccharo diſſoluto, & ad liquorem rubicundum cocto, aut etiam ad ſiccitatem uſto, aqua vel vinum inſigniter colorari, usque etiam ad rubedinem queat. Qui color permanens eſt & ab que noxa.

Præter ſupra allegatas Sacchari ſpecies aliæ adhuc proſtant.

SACCHARUM CANDUM, CANTHUM ſive CANDIDUM, vel à candore, vel ab anguloſa figura dictum, LUCIDUM alias & CRYSTALLINUM dictum, eſtque rurſus duplex ALBUM alterum clarum, & pellucidum, weißer Zucker-Candel oder Candit / SUCRE CANDI BLANC, ex Saccharo Canarienſi aut alio fino cryſtalliſatum, alterum RUBRUM, rother Candit / SUCRE CANDIT ROUGE, ex Saccharo præſertim Thomæo paratum, quod priori vilius exiſtit.

SACCHARUM HORDEATUM, Perſten-Zucker / Zucker-Dorſch / SUCRE D'ORGE, quod cum aqua hordeata quidem debet coqui, ſæpius autem cum aqua ſimplici paratur. Eligi debet hoc ſaccharum coctum recens, ſiccum, flavum, transparens, coloris ſuccinei,

nei, fragile, saporis dulcis & suavis, lente in ore liquescens. Convenit in tussi aliisque affectibus pectoris ad mitigandam acrimoniam lymphæ & ad expectorationem promovendam. Coincidit cum hoc ratione virtutum & præparationis.

SACCHARUM PENIDIUM, SACCHARUM PENIDIATUM PENIDIA ALPHOENIX, Zuckerpenit/ PENIT, OU EPENIDES. SUCRE TORS. Non est nisi saccharum fortiter coctum & in baculos contortum. Eligendum candidissimum, rarissimum ac levissimum. Alvum laxat, unde mulierculæ quædam saccharum hoc cum oleo amygdalarum dulcium infantibus recens natis exhibent.

De *Tabulis Manus Christi, Saccharo Rosato, Saccharo Cando Violato*, suis locis dictum.

SUCCUS GLYCYRRHIZÆ.

Est glycyrrhizæ siliquosæ vel Germanicæ C. B. P. radicis succus expressus, ignis calore inspissatus & in glebas redactus, coloris nigricantis, saporis subacris & dulcis, odoris debilis. Convenit cum propria radice è qua conficitur.

℞. Succ. glycyrrh. solv. in ▽ Puleg. f. haustus contra tussim.

℞. Succ glycyrrh. ʒj sacch.cand.in ▽ puleg. solut. f.morsuli pectorales.

℞. Aur. foliat volum. v. vel vj succ.glycyrrh. in ▽fœnic. solut. f. pilulæ in fluxu nimio salivæ à ☿libus,quibus si alvus foret adstricta add. resin. jalap. gr. v ⊖ ♀ri gr ij. sic enim ubi erunt imprægnatæ globulis ♀ij per alvum secedent è corpore.

MEL.

SUCCUS LIQUIRITIÆ,a quo non discrepat extractum, Süßholtz-Safft / Lack Ritzen Safft/Bärendreck JUS DE REGLISSE, Advehitur vel ex Franconia vel ex Hispania, qui in baculos formatus est, unde Gallis dicitur JUS DE REGLISSE EN BATON, OU D'ESPAGNE,

Hic ſuccus ad ſcopos ſupra dictos de radice, in ore detinetur, ubi ſenſim liqueſcens deglutitur. A quibusdam parvæ exinde formantur placentulæ.

Notat de hoc ſucco ETTMÜLLERUS, quod ſæpiſſime variis quisquiliis inquinatus ſit, adeoque opus habeat, ut ſolutione, filtratione ſeu tranſcolatione lento & moderato igne facta inſpiſſatione, depuretur. Ob eandem rationem CHARAS jubet, ut quilibet, qui Theriacam, cujus hic ſuccus eſt ingrediens, conficere vult, hunc ſuccum propriis paret manibus.

EX HOC SUCCO IN OFFICINIS PARANTUR

Trochiſci Becchici nigri, ſchwartze Huſten-Täffelein / *Trochisques pectorales noirs.* Conveniunt præſertim in pertinaciori tuſſi cui quædam vaſorum læſio juncta eſſe videtur.

MEL.

Eſt ſubſtantia liquida craſſiuſcula ex albo flaveſcens, nata in variis vegetabilium floribus & ab apibus in iisdem collecta.

Cum ſaccharo convenit, aſt temperatius, ℞ uoſius & magis anodynum eſt.

℞. Mell. q. v. camphor. par. applica vulneribus mundificandis, vel add. ℞ vin. ▽ reg. Hung. vel balſ. Peruv. pro eodem uſu, add. virid. æris ſi ulcus ſit malignum, add. ſacch. ♄ni ſi ſit cum inflammatione.

℞. Mell. deſpum. ℥iij paſſul. major. ℥iiij liquirit ℥j ſacch. cand. ℥v. vin. Hiſpan. ℥vj bulliant invicem f. conditum, add. ad gratiam ℞ ♃is per campan. in aſthmate & tuſſi expertiſſimum.

℞. Mell. ℥ß. ▽ Cinam. ℥j. ℞ ⊖ ✶ci ℥j f. mixt. add. etiam flor. benz. ℈j.

GUM-

Μέλι, Honig / MIEL.

à LANGIO definitur, quod ſit ſubſtantia liquida conſiſtentiæ tamen craſſioris coloris ex albo flaveſcentis, ſaporis dulcis ab apibus congeſta intra alvea cerea quadrata.

Quid

Quid proprie mel ſit, & quomodo colligatur, magnus inter authores eſt diſſenſus. Quidam chylum apum in ventriculis earum conſummatum & vomitu intra favos rejectum cum MOUFFETO eſſe contendunt. Alii cum ARISTOTELE, PLINIO, RAJO, DALE, volunt eſſe rorem dulcem de cœlo deciduum, eo quod rore tali deciduo integra fere apum agmina evolent, miraque induſtria & maxima feſtinatione ſeſe melle onerent illudque ad alvearia devehant, multoties eundo & redeundo, donec ros ſolis fuerit diſſipatus. Huic tamen ſententiæ alii contradicunt, ſtatuentes mel tantummodo florum progeniem ſeu ſuccum in illorum partibus natum eſſe, & quidem ſe fundant in iis argumentis, quæ LANGIUS ex aliis collegit, quod apes non colligant ſummo mane, dum flores roſcidi ſunt, ſed magis die fervente, quod non verſus cœlum proſpicientibus floribus ac foliorum partibus inſideant apes, ſed verſus terram pendulis, imo repant ad interiora & abdita florum, quo ros qui ſumma tantum foliorum & florum attingit, pervenire non potuit, quod quibusdam floribus mellea dulcedo jam inſit, quæ guſtu deprehendi poteſt, v. gr. in floribus Lamii albi, Jasmini, Melianthi &c. Quærunt porro cur, ſi mel ex aëre venit, à certis duntaxat collligatur plantis, non à feſtucis aliisque corporibus, quibus apes non inſidere certo conſtat.

Nonnulli ſtatuunt, Mel nihil aliud eſſe niſi extractum ſeu Balſamum florum, ſæpius tamen cum ſubtiliori & volatiliori roris ſubſtantia conjunctum. Modus generandi quoque eſt controverſus. Chylum apum eſſe vomitu rejectum ſupra dictum. Sunt, qui apes ſuccum melleum è floribus ore colligere quidem, attamen non ingerere ſed ipſo duntaxat crura & coſtas onerare dicunt. Alii probabilius eſſe aſſerunt, apes ſuccum gummoſo reſinoſum vegetabilium, quem hinc inde è floribus exſugunt, una cum ſubtiliore & volatiliore rore nocturno ſubactum colligere, ſub lingua in veſicula quadam magnitudine grani Milii deponere & per fermentationem maturatum iterum evomere, & in foveis cereis recondere; ubi ſenſim ſenſimque deinde in temperatum mel perfectum abit.

Mel differt tum ratione temporis, quo colligitur, hinc aliud autumnale, aliud hyemale, quod omnium peſſimum, tum pro varietate loci & plantarum. Imprimis autem ratione coloris differt, eſtque duplex ALBUM & FLAVUM. ALBUM absque adhibito igne è favis novellis per ſe deffluit, hinc etiam MEL VIRGINEUM Jungfern-

Honig/

Honig/ MIEL VIERGE, appellatur; FLAVUM ex omnis generis, novis nempe æque ac vetuſtis favis ad ignem cum pauca aqua calefactis & in ſaccos immiſſis exprimitur, ſic nempe Mel tranſit remanente in ſacco cera: Eſt autem flavum albo impurius, quia non impediri poteſt, quo minus aliquid ceræ quoque tranſeat. Notandum etiam quod Mel Virgineum quoque vocetur illud quod novellæ apes conficiunt ex flavo albicans. Mel album debet eſſe novum, conſiſtentia neque craſſum, neque concretum neque dilutum nimis, clarum, odoris aromatici jucundi, ſaporis dulcis cum grata acredine conjuncti. Flavum Mel eligendum eſt pellucidum, juſtæ conſiſtentiæ, nec nimis craſſæ nec nimis dilutæ, coloris ad aurum vergentis, odoris grati. Vitetur autem imprimis in melle electione favus aranearum telis refertus.

Vim Mel habet ſingulariter penetrantem, atque abſtergentem, acrimoniam in corpore temperat, partes læſas internas indeq; dolentes demulcet, nutrit, ſordes & viſcoſitates primarum viarum detergit & reſolvit. Potiones mellitæ conveniunt in ventriculo copioſa craſſa ac viſcida pituita onerato: in affectibus pectoris & pulmonum, in tuſſi, aſthmate & ſimilibus affectibus proſunt, conveniunt itidem in renum & partium urinariarum affectibus. Conducit Mel ſenibus & ſubjectis pituitoſis, bilioſis vero hypochondriacis, hyſtericis & Melancholicis nocet, habet enim hoc vitii Mel, quod brevi in corpore bileſcat. Ingreditur clyſteres & gargariſmata, emollit, ſuppurat, vulnera & ulcera mundificat, putredinemque arcet, unde ingreditur digeſtiva. Olim ad edulcorandas potiones ſyruposque conficiendos adhibebatur, hodie in ejus locum ſucceſſit Saccharum, nihilominus tamen ad condituras adhuc præſertim à pauperibus adhibetur. Ex melle cocto fiunt ſuppoſitoria.

Multa cibariorum genera ex Melle parantur Placentæ, Liba aliaque dulciariorum opera. Mel cum aqua mixtum vel ſimpliciter vel per coctionem Hydromel vocatur: de Aqua mulſa ſimplici Hippocratis aphoriſmus ita loquitur. Si velis noſſe an mulier conceperit, aquam mulſam potui dato & ſiventris tormina patiatur concepit, ſin minus non concepit. In multis regionibus parantur MULSÆ, MEDÆ, MEDONES, Meth/ ex aqua, Melle, & ſpeciebus aromaticis quandoque, qui potus etiam cum tempore & per fermentationem vinoſum acquirunt ſaporem, tantæ virtutis & efficaciæ, ut non minus ac generoſiſſima Vina inebrient, FRIDER.

HOFF-

HOFFMANNUS IN SCHROEDERUM notat genuinum Turcarum Ruſma è melle confici quod ad ſpiſſitudinem coctum lo coque dropacis impoſitum cum violentia abrumpitur. Curioſum eſt quorumdam aſſertum quod ſi in magnum cadum melle plenum panis ſecalini toſti tantillum injiciatur, totum mel abeat in copioſiſſimas formicas, quod phoenomenon quidam pro ſtabilienda generatione æquivoca allegant.

IN PHARMACOPOLIIS PLURES EX MELLE, quod unus etiam eſt ex Evangeliſtis Pharmacopœorum, COMPOSITIONES EXTANT

Mel anthoſatum, *Mercuriale*, *Nenupharinum*, *Roſatum* atque *Violatum*, de quibus ſuo loco dictum.

Oxymel ſimplex, gemeiner Sauer-Honig/ *Oxymel ſimple.* Commendatur in affectibus pectoris, pituitoſis & aſthmaticis, datur ad cochlear dimidium, ad cochlear unum, aliquoties de die.

Oxymel Scilliticum & *Oxymel Helleboratum*, de quibus jam ſub Scilla & Helleboro actum.

Aqua Mellis, deſtillirt Honig-Waſſer/ *Eau de Miel.* Inſeruire poteſt interne ad urinam & menſes ciendos, utplurimum autem uſurpatur externe ad capillos adaugendos.

Spiritus Mellis, Honig-Geiſt/ *Eſprit de Miel.* Interne habetur aperitivus & diureticus, datur in julapiis ad gratam aciditatem. Externe in capillis producendis & flavedine tingendis celebratur.

Elixyr Mellis Waldſchmidii, Honig Elixyr/ *Elixyr de Miel de Waldſchmid.* Datur in aſthmate præcipue ſtomachali & difficultate reſpirandi cum tuſſi conjuncta, ubi appetitus languet, & anxietas circa præcordia adeſt. Doſis ad guttas viginti, tiginta & plures.

GUMMOSA AQUOSA CRASSA.

GUMMI ARABICUM.

Eſt ſubſtantia in grumos variæ magnitudinis & formæ condenſata, foris ſuperficie granulata, pallide flaveſcens vel omnino albicans, intus pellucida vitri inſtar, collecta ex arbore Ægyptiaca Acacia dicta, ſaporis aquei viſcoſi lenti odoris nullius.

Gummi Arabicum optimæ notæ eſt vermiculatum, purius enim illud & candidius.

Ratione ▽eæ ſubſtantiæ in quam totum reſolvitur, temperat, incraſſat lympham acriorem & tenuiorem, & proinde in raucedine orta à catarrhis tenuioribus mulcet: in ſtranguria & acri ſanguine ſpecificum eſt, recentiores nonnulli commendant ad ſtranguriam & urinæ ardorem h. m. ℞. Gumm. Arab. ℥ß Nuc. Moſch. ℈j f. pulv.

℞. Gum. Arab. ʒß ſacch. cand. ʒj ▽ ſperm. ran ʒij f. gargariſma ad faucium aſperitatem; adde ſacchar. ℏ ni ſi inflammatio adſit.

℞. Gumm. tragac. Arabic. ana ℈j ſucc. glycyrrh. ʒß ſacch. cand ʒj ▽ roſar. q. ſ. f. l. a. trochiſci vel rotulæ ad raucedinem & faucium aſperitatem.

TRA-

GUMMI THEBAICUM, GUMMI BABYLONICUM, GUMMI SARACENICUM, GUMMI ACANTHINUM, Arabiſch Gummi/ GOMME ARABIQUE, GOMME.

Gummi Arabicum quoniam ex Arabia felici & Ægypto potiſſimum adfertur, ex Acacia admodum ſpinoſa, cujus folia adeo parva & multa ſunt, ut vix numerari queant, profluere dicitur. Quod autem communiter pro Gummi Arabico divenditur, adfertur vel ex Guinea, vel eſt Gummi ex arboribus noſtratibus, prunis, ceraſis aliisque collectum. Interim tamen debet eſſe clarum, transparens, nitidum.

In pleuritide jubent ut recipiatur pomum excavatum & impleatur Gummi Arabico coquaturque ad ignem & coctum ita aſſumatur. Laudatur in hæmoptyſi, mictu cruento, aliisque fluxibus. Conducit in conglutinandis ulceribus & vulneribus nec non ad immodicas gingivarum cruentationes, hæmorrhagias præterea ſiſtit, & cum aceto ſolutum atque illitum ſerpigines curare dicitur; ſicut quoque in ambuſtis cum albumine ovi applicitum puſtulas præcavere dicitur. Si ſolvitur in aqua quadam ophthalmica, aſperitates pruritus & dolores oculorum ſolvit. Ad varios denique domeſticos & neceſſarios uſus multum prodeſt.

TRAGACANTHA.

Eſt ſubſtantia gummoſa, lucida, alba, tenax, levis gracilis, col-

collecta ex radice tragacanthæ, quæ in agris Massilienſibus copioſe alitur, ſaporis ſubdulcis & mucilaginoſi.

Craſſiore mucilagine conſtat, quam Gummi Arabicum, cum cujus virtute cæteroquin convenit.

℞. Succ. glycyrrh. ʒj. terr. Japon. ʒj ſacch. cand. ʒiij opii gr. v. mucilag. tragac. q. v. f. trochiſci ſublinguales ad excipiendos humores catarrhales.

RE-

Τραγάκανθα, quaſi diceres SPINAM HIRCINAM, Traganth/Bocksdorn/Bocksdiſtlen/BARBE RENARD, EPINE DE BOUC.

Eſt planta flore papilionaceo, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in ſiliquam bicapſularem, ſeminibus fœtam reniformibus. His notis addenda ſunt folia bina veluti coniugata, coſtæ adhærentia in mucronem ſæpe abeunti.

Tragacantha Maſſilienſis J. B. 1. 407. Tragacantha C. B. Pin. 388. Clus. Cur. poſt. add. 60.

Hæc arbuſcula magno numero in Syria inprimis circa Aleppo ut & in Candia creſcit. Multum quoque in Gallia circa Maſſiliam reperitur. Gummi ex hoc frutice vocatur TRAGACANTHA TRAGACANTHUM, Traganth/Tragant-Hartz/GOMME ADRAGANTH.

Gummi Tragacanthum quod flavum & nigricans eſt merito rejicitur. In aqua hoc gummi facile in mucilaginem reſolvitur, & hujus ratione egregium eſt in tuſſi ſicca, & raucedine, aliisque affectibus pectoris, pro demulcenda acrimonia, remedium, involvit, temperat, fluxus mitigat, præſertim ubi ſerum acre abundans eſt, & bilis cauſtica & ſubtilis adeſt, hæmorrhagias mitigat, & acrimoniam urinæ tollit, unde in dyſuria, exulceratione renum, & ſtranguria convenit, partes exaſperatas excoriatas & fiſſuris laborantes egregie demulcet. Convenit in fiſſuris manuum, pedum, papillarumque, item ad inflammationes oculorum cum lacte vel aqua roſarum. Miſcetur Vitriolo ad Solem calcinato, ad pulverem ſympatheticum conſtituendum. Pharmacopoei non poſſunt pulveriſare hoc gummi, niſi in mortario calido aut tempore ſumme frigido. Cum diſſolutum tragacanthum in aqua, mucilaginem aut gluten egregium nitidum & tranſparens exhibeat, adhibetur in variis rebus e. gr. in trochiſcis &c. formandis

IN OFFICINIS PROSTANT

Species diatragacanthi frigidæ, kühlendes Traganth-Pulver/ *Poudre diatragacanth froide*. Incraſſant & inviſcant, unde conveniunt in defluxionibus catarrhalibus tenuibus & acribus, tuſſi pleuritide &c. Exhibentur ad drachmam ſemis ad drachmam unam.

Pulticula de Tragacantha, Traganth-Müßlein/ *Bouillie d' Adraganth*. Convenit in doloribus abdominis & inteſtinorum in infantibus, ut & in tuſſi à materia acri in affectibus renum & veſicæ, datur ad cochleare dimidium ad unum.

RESINÆ OLEO CRASSO CONSTANTES.

BITUMEN JUDAICUM.

Naturam & eſſentiam picis imitatur.

℞. Bitum. ʒj ladan. ʒj. ℥ d. caryoph. gt. vj. ℥ ſuccin q. ſ. f. balſam. apoplecticum.

CO-

BITUMEN BABILONICUM, ASPHALTUM, Juden Pech/ BITUME DE JUDÉE.

Eſt Bitumen ſolidum, nigrum, pici nigræ ſimile cum ſplendore, ponderoſum, fragile, inflammabile, odoris dum accenditur fortis & ingrati.

Sunt qui putarunt eſſe ſuccum ex arboribus reſiniferis in mare mortuum defluentem, alii autem melius cum LANGIO cenſent, ſcaturire ex terra ſub forma fluida, ſub qua etiam aquis innatare ſolet, donec tandem ad littora depoſitum concreſcat denſetur, ac tenaciſſimum reddatur. Reperitur magna in copia in mari ſeu Laca Aphaltite aut mari mortuo, ex quo extrahitur. Tantum fœtorem ibidem exhalat ut etiam aves ſupervolitantes inde interemptæ in mare delabantur, in quo præterea nulli quoque piſces aut ullum aliud animal ſubſiſtere poſſe dicunt.

Diſcutit, glutinat, reſolvit, attenuat & mundificat. Olim apud Ægyptios in balſamatione cadaverum plerumque uſurpabatur. Hodie ei ſubſtituitur Piſſaſphaltum, ex hujus Bituminis cum pice commixtione ortum, ad balſama tingenda adhibetur.

CO-

COLOPHONIUM.

Est substantia resinosa, arida & indurata flavescens, ex resina vel laricis vel abietis vel terebinthi excocta, saporis pinguis oleosi & resinosi.

Lenit, temperat, emollit, simulque urinam provocat, ejusque acredinem temperat, pro quo scopo solutum cum ℞ u vini exhibetur, usus externus tamen frequentior est interno.

℞. Colophon. q. v. Spir. vin rectific. q. s. f tinctura, nonnullis ☉ potabile dicta, contra morbos chronicos ab obstructionibus dependentes.

℞. Colophon. q. v. ℥ lil alb. q. s. f. liniment. ad mammas induratas, add. quoque emplastr. de sperm. ceti.

CERA.

COLOPHONIA, Colophonium/Geigen-Hartz/ab usu COLOPHONE. Remanet post destillationem Spiritus & Olei Terebinthinæ. In pulverem si redigatur, & pulvis per candelam accensam dispergatur, flammam concipit & fulgur repræsentat.

CERA.

Est substantia oleosa flavescens ex favis apum vel solis vel ignis calore extracta, saporis lenti & ℥si, odoris debilis, sed non ingrati.

Cera alba est substantia ceræ flavæ simillima, coloris albi, ex cera flava multiplici ▽æ infusione & in Sole exiccatione in alborem conversa, saporis cum cera flava ejusdem, odoris debilioris.

Particulis oleosis mollioribus constat quam colophonium, hinc quoque potentius emollit, interne autem à nonnullis commendatur in fluxu alvi & ictero. Externus usus frequentior est in linimentis & emplastris pro basi.

℞. Ceræ, vitell. ovi ad duritiem, coct. croc. or. gr. vij syr. absynth q. s. f. pil ad icterum.

℞ ℥ ceræ dest. ad gt v. exhibe cum ▽ petrosel. in passione nephritica & urinæ suppressione.

RE-

Κῆρος, Wachs / CIRE.

Apes ceram pedibus ſuis agglutinatam in alveos apportantes, ex eadem cellulas quadratas & invicem muro quaſi quodam ſeparatas, exſtruunt, in quas cellulas non tantum mel, ſed & ova, è quibus novæ deinde prodeunt apes, deponunt. Cera hæc anno primo eſt albicans, ſecundo flava, tertio fuſca & tandem nigra. Cera eſt vel nativa, vel factitia. Illa favos proprie conſtituit & ab aliis particulis melleis ſequentem in modum, quem è COLUMELLA ac PLINIO LANGIUS annotat, ſeparatur. Exprimitur è favis mel tuncque reliqui, poſtquam diligenter aqua dulci ablutæ ſunt, in vas æneum conjiciuntur, adjecta aqua liquantur igne, poſtmodum per ſtramenta & juncos colatur cera, rurſumque hoc modo elixatur, tandemque formis infunditur, intus prius melle illitis, & hæc cera fere ſolenniter flavum acquirit colorem, eſtque CERA COMMUNIS, das gelbe Wachs / CIRE JAUNE.

CERA ALBA utplurimum eſt factitia, vel radiis ſolaribus ceram flavam antea cum aqua ad ignem ſolutam atque colatam per plures menſes exponendo, vel cum Spiritu Vini ebulliendo, quam methodum docet BOYLE TRACT. DE COLORIBUS, weiß Wachs / CIRE BLANCHE.

CERA VIRIDIS eſt cera alba, Terebinthina emollita & viridi æris tincta, grün Wachß / CIRE VERTE; laudatur præſertim ad clavos pedum.

CERA RUBRA eſt cera alba Terebinthina emollita & vel radice anchuſæ vel Cinnabari tincta, roth Wachß / CIRE ROUGE, qua ad ſigilla utuntur.

Invenitur quoque in alveorum foribus rudis, ceroſa craſſaque materia, inſtar viſci glutinoſa, nunc flava, nunc nigricans, odorata, ſtyracem vel galbanum referens. Dicitur CERA VIRGINEA & PROPOLIS, quaſi ſuburbana, quod præ foribus alvei ab apibus ædificetur, ne ab injuriis aëris lædantur.

Ad uſum Medicum Citrina præfertur haud raro albæ, quia hæc non ſolum per diuturnam inſolationem flavedine ſua, ſed & ſubtiliſſimis & actuoſis ſuis partibus in tantum privata eſt. Adeo uſitata eſt officinis ut vix emplaſtrum reperias quod non ingrediatur. Vi nempe emplaſtica gaudet ſumma & tam reſinoſum eſt ſubjectum, quod ſumme quoque corroſiva non facile attingunt. In aqua hinc forti magis indureſcit, quam ut liquefiat. Digerit Cera, maturat, conſoli-

dat,

dat, vique gaudet abſterſiva, nervis & tendinibus denudatis læſisque applicatur, tueturque partes adverſus frigoris vim. Cera alba inſervit haud raro pro corpore pro balſamis. Cum Saccharo, Oleo, & Melle, conſtituit quatuor Evangeliſtas Pharmacopœorum,

IN OFFICINIS HABETUR

Oleum Ceræ, Wachs-Oehl/ *Huile de Cire*, dum enim Cera deſtillatur primo phlegma & ſpiritus prodit ſubſequente liquore inſtar butyri ſeſe coagulante & hinc BUTYRUM CERÆ dicto, ex quo poſtmodum prolicitur Oleum. Spiritus eſt Medicamentum aperitivum à quibusdam in dolore nephritico laudatum, exhibetur ad guttas viginti triginta. Butyrum reſolvit tumores, dolores artuum ſedat, Paralyticis conducit, ad perniones & mammarum fiſſuras confert. Vires olei ſunt anodynæ, vulnerariæ & reſolutivæ, reſolvit nempe & attenuat humores contumaciores ex lympha vitioſa ortos, laudatur & contra affectus nephriticos. Interne ingens eſt diureticum, ad urinam & calculum pellendum. Doſis eſt ad guttas duas, tres quatuor & plures.

RESINÆ ET SUCCI TERREIS CONSTANTES.

SANGUIS DRACONIS.

Eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa, rubicunda, ex parvis quaſi grumis modo in panes ſeu offas coacta, modo folliculis foliaceis incluſa, collecta ex trunco arboris Mexicanæ Draco dictæ, non quod illam Dracones circumvolitent. fabuloſum enim illud, ſaporis adſtringentis & viſcoſi. Arbores hæ naſcuntur etiam copioſe in inſulis Canarienſibus. Sunt arbores Palmarum inſtar, nec fructus multum abludit ab his. Colligitur etiam ex aliis Indiæ arboribus. (conf. Dale Pharmacolog. ſupplement. p.m. 263. qui tradit tres dari ſpecies arborum, quæ ſanguinem Draconis præbent.)

Cum terreis virtute fluxus quoſvis ſiſtente convenit.

℞. Sang. dracon. ʒß. corall r. ℈j. L. O. g. j. c. ▽ plantag. ʒij. ▽ Cinam. ʒiij acet. ʒij ſyr. myrt. ʒß. f. mixtura pro ſiſtendis menſibus.

℞. Sang.

℞ Sang. dracon. myrrh. ana ʒj gumm. helen. ʒiij thereb. venet. ʒvj. ꝏ hyperic. par. f. balsamum ad rupturas.

Datur in substantia à ʒß ad ʒj cum succ. acac. rob. rib. syr. cydon. &c.

℞. Sang. dracon. mastich. myrrh. ana ʒß alum. ℈j Mell. rosat. q. s. f. linimentum in vacillatione dentium à causa scorbutica.

TERRA

αἷμα δρακόντιον, αἷμα δράκοντος, Drachenbluth/ SANG DRAGON.

Olim fabulabantur ex Serpentis & Elephantis invicem pugnantium sanguine mixto componi. Plurimi ex arbore Draconis, cujus fructui figuram draconis impressam esse quidam somniant. derivant. Audiamus KÆMPFFERUM de sanguine hoc ita loquentem. Duplicem nobis exhibent sanguinem pharmacopolia, haud quaquam sola puritate, quod creditur, sed ipso genere arborum, ex quibus colligitur, differentem: unum nimirum in glebis, cujus ex occidente quoque, alterum in guttis ut loquimur, cujus ex solo Oriente nobis fit copia. Ille in Canariensi insula manat, ex dehiscente caudice arboris pruniferæ cujusdam Draco dictæ, si Clusiano candori fides est; si Arabibus Persisque credimus, idem ex arbore santalina rubra prolicitur. Ex alia rursus arbore eundem succum derivari contendunt alii. Nec mirum sic dissentiri de illius natalibus. Varium enim adulterium, quin supposititium hujus nominis genus, quod arte componitur & pro encaustis & pictoribus venale prostat, variam conjecturæ & erroris occasionem ignaris rimatoribus suppeditant. De hoc vero posteriori, quem sanguinem in guttis appellant inter Nigritas Orientis Malajos Javanosque exploravi, quod artificio eliciatur ex fructu parvulo, strobili figura, arboris μονοβλάστου spinosissimæ. Eliciendi hic modus est. Reponuntur fructus in craticula supra vas amplum fictile, quod aquam ad sui dimidium continet. Quo facto, vas leviter operculatum supra prunas collocatur, eo fine ut elevatus aquæ bullientis vapor fructus emolliat atque emaciet, ita fit ut tinctura sanguinea, quæ in dissecto fructu ad oculum mihi non comparuit, calente halitu extricatus exsudet, & in superficie fructuum sistatur. Hæc bacillo abrasa in folliculos reconditur, ex folio arundinaceo complicatos, mox filo nectendos, in seriem & in aëre tamdiu suspendendos, donec inclusus

incluſus ſanguis exaruerit. Ab aliis ſimplici coctione opus perficitur: Nimirum usque eo ſtrobili excoquuntur donec rubedinem in aqua depoſuerint; hæc rejecto fructu coctione ulteriori in ſpiſſum ſuccum redigitur, folliculis pariter involvendum. Deſcribit deinde allegatus author ipſam plantam, quæ Palma pinus vocatur, dubius tamen adhuc.

In hæmorrhagiis vulnerum prodeſt. A quibusdam in caſu ab alto commendatur. Sanguine hirci quandoque miſcetur, eodemque etiam adulteratur.

TERRA JAPONICA ſeu CATECHU.

Lycium veterum: Eſt ſubſtantia reſinoſa, gummoſa indurata, ex rufo nigreſcentis obſcuri & obſoleti coloris, expreſſa ex fructibus immaturis Arecæ & corticibus arboris Indicæ Catſchu, quæ eſt certa ſpecies Acaciæ & in maſſam calore △is redacta, ſaporis adſtringentis & auſteri, poſtmodum dulcis & grati, odoris vel nullius vel debilis.

Et fructibus & corticibus ſeorſim affunditur ▽ impræ-gnata calce, quam Indi parant ex conchyliis, utuntur loco ⊖ ♀ri, quo melius terrea virtus extrahatur, confundunt ſolutiones & inſpiſſant.

Conſtat adſtringentibus ſimul & abſtergentibus partibus, ob quas in alvi & ſanguinis fluxibus, ut & in catarrhis ſalſis tenuibus, in aſperitate, inflammationibus tollendis commendatur. In mundificandis ulceribus ſordidis eſt etiam ſpecificum.

Sumitur vel interne, vel detinetur in ore donec liqueſcat ad tollendas aſperitates.

℞. Terr. Japon, q. v. diſſolv. in ▽ add. aliquid ſuccini quirit. & leni △e denuo inſpiſſa, adde inſpiſſato aliquid ambræ & moſch. cum ♃u roſar. ſolut forma inde pilulas vel trochiſcos, vocatur Catechu præparatum.

℞. Terr. Japon. ʒß lap. hæm. præpar. ʒij conſ. roſ. ♁lat. ʒj L. O g. j. f. bolus in fluxibus. (De terr. Japon. conf G. W. Wedel. C. N. C. Dec. 1. ann. 2. obſ. 128.)

CAATCHU, Terra CATE, Catechu/Japaniſche Erde/Cachou.

Plurimi dixere terram eſſe, quia duriuſcula apparet, & linguæ applicita aliquandiu ibi remanet, non alterata. Alii vero & imprimis WEDELIUS terram non eſſe ſtatuunt. Obſervavit enim hic ſtramen lignorumque particulas corpora aliaq; peregina ſubinde incorporata eſſe huic concreto, diſſolvi penitus in aqua fontana, ſolutionem evaporatam in fundo relinquere ſedimentum non terreum, ſed reſinoſum & gummoſum, ſolutiones omnes ſecum ferre per philtrum particulas, contra naturam terræ ſolutæ, & ſi calcinetur in cineres in aqua ſolubiles converti. His adde, quæ allegat HAGENDORN in TRACTATU DE TERRA CATECHU, argumenta, nempe terram Catechu omnibus auſcultare menſtruis & cum iis promptiſſime in mutuos ruere amplexus, ita ut ſine ulla digeſtione mox tinctura exinde elicia-tur, id quod aliæ terrarum ſpecies haud faciunt; terram Catechu ad ignem poſitam flammam mox concipere, reſinoſum exſudare liquorem, inque cineres totam fatiſcere &c. Nec obſtat POMET, qui pro terra quadam è Levante ſeu Oriente allata ac in montium altiſſimorum jugis Cedris potiſſimum feracibus effoſſa habet, utpote ad quarum cedrorum radices terram hanc admodum ſolidam & compactam ſimul aliquali fœtore imbutam eruere ſolent ſub titulo Masquiqui. Melius cum AUTHORE WEDELIO, AMMANNO, HAGENDORNIO, LANGIO aliisque pro artificiali, vegetabili & ſucco quodam mixto habetur, ſive ex ſucco Arecæ & corticibus arboris Catſchu quod probabilius, ſive ex ſucco Liquiritiæ & calami Aromatici Indici cum ſucco Arecæ, conflato. Sicuti autem de ortu ejus ita & de ipſius patria dubitatur. Vocatur quidem terra Japonica, aſt alii in Japonia illam provenire negant, & aliunde in illam inferri putant. HAGENDORN v. gr. cenſet in Catajo ortum ſuum habere & hinc in Japoniam transportari. KÆMPFERUS de hac terra plane tacet.

Convenit hæc terra in omnibus affectibus ubi adſtrictione opus eſt, vomitu, incontinentia urinæ, menſium fluxu, catarrhis vallatione dentium &c. Doſis eſt ad ſcrupulum unum ad drachmam ſemis.

PHARMACOPOLIIS INEST

Tinctura ſeu Eſſentia Catechu, Eſſentz von Kaſchou/ *Eſſence de Cachou*. Ob vim adſtringentem in fluxibus alvinis & hæmorrhagiis compeſcendis, ad ventriculum roborandum & ad Catarrho laudatur. Doſis ad guttas decem viginti & ultra

Trochiſci de Terra Catechu, inſtar Muſcerdæ, Caſchou/ *Trochisques de Cachou*,

Cachou. Conveniunt in fœtore oris ejusque scorbuto & gingivarum erosione.

SUCCUS ACACIÆ.

Ægyptiacæ est siliquarum immaturarum acaciæ foliis scorpioides leguminosæ C. B. succus expressus coctus & induratus, saporis acerbi austeri adstringentis. Acaciæ in Ægypto duæ sunt species, alia siliquis rotundis teretibus inarticulatis, siliquis isthmo interjecto, ex hoc posteriori colligitur copiosum Gummi Arabicum vermiculatum. Descripta habetur ab Alpino.

In utriusque siliquis crassioribus reperitur substantia quædam viscida subdulcis aromatica, quam ego credo esse acaciam veterum, has enim vulgo adscribunt saporis differentias. Datur in substantia à ʒß ad ʒj. Constat particulis acidis austeris, cum aliquibus resinosis.

Germanicæ est fruuctum pruni sylvestris immaturorum succus expressus coctione induratus, nigricans, saporis acidi austeri & adstringentis.

Uterque notus est vi adstringente & incrassante, ob quam in sistendis fluxibus laudatur. Germanicus differt tamen ab Ægyptiaco, vel nullam vel nonnisi parvam resinam obtinet, modus utendi item.

℞. Succ. acac. ℈j L. O. g. j. ▽ plantag. ʒiiß. cinam. ʒij syr. acetos. ʒß. f. haustus adstringens in fluxibus.

℞. Acac. Germ. ʒj solv. in decoct cortic. gran. ʒij contra nimios menses.

Veteres tribuere vim alexipharmacam sed hoc intelligendum de medulla intra spinarum cavitates.

Pilulæ de succ. acac. cum ♆io viridi dantur in gonorrhœa.

HYPO-

Ἀκακία vel ab ἀκάζω acuo, vel παρὰ τὴν ἀκὴν, quod spinulis gaudeat. Acacia/ ACACIA.

Acacia est arbor flore monopetalo, infundibuliformi, stamini-

bus numerosis plerumque donato,& in capitulum collecto ; ex floris autem fundo surgit pistillum quod deinde abit in fructum siliquosum in plurimas veluti foveas divisum,seminibus fœtum subrotundis.

Acacia vera J. B. 1. 429. Acacia foliis scorpioidis leguminosæ, C. B. Pin. 3, 2. Acacia Dod. Pempt. 752. Aegyptischer Schotten oder Schlehendorn/ ACACIA D'ÆGYPTE.

In Ægypto nascitur, ubi etiam succus extrahitur, quo Ægyptii utuntur ad oculorum inflammationes, labiorum fissuras & vacillationem dentium. Laudatur in articulis debilibus, & ad dolores podagricos,si decocto hujus succi membra foveantur ; & aliquid quoque succi interne assumatur, uti hoc docet & ALPINUS de PLANTIS ÆGYPTII. Recipitur in Theriacam.

ACACIA GERMANICA sive NOSTRAS est PRUNUS SYLVESTRIS,SPINUS, frutex ubivis obvius in sepibus, Schlehen-Dorn/Schlehen-Strauch/PRUNIER SAUVAGE

Characterem vide sub Prunis.

Prunus Sylvestris C. B. Pin. 444. & J. B. 1. 193. & Lob. Icon. 176.

Flores primo vere; fructus autumno matureſcunt. In usu præsertim sunt flores atque fructus,& exinde expressus succus.

Flores Schlehenblüth/odoris haud ingrati,recentes, laxant blande, aperiunt, abstergunt, vermes necant, sanguinem mundificant, in scorbuto,scabie,hydrope & ictero conducunt. Laudantur quoque ad renes repurgandos, urinam, sabulum , & calculos expellendos. Verno tempore sæpissime in sero lactis infunduntur. Et si recentes haberi non possunt,siccati adhibentur,infusum autem deinde stet per noctem.

Fructus ἀγριοκοκκυμηλα, PRUNA AGRESTIA, PRUNULA, PRUNEOLA , Schlehen / Dornschlehen / Heckschlehen/ PRUNELLES vocantur,refrigerant, succant & adstringunt, habentque, inquiente SEBIZIO, locum magis in officinis pharmaceuticis quam in culinis. Eduntur tamen vel per se vel melle aut saccharo dulcorata , ad ventriculum roborandum , appetitum excitandum & fluidam alvum supprimendam. Exiccata pruneola hæc in collutionibus & gargarismatibus ad uvulæ, gingivarum & tonsillarum affectus usurpantur. Imprimis inserviunt ad succum exinde exprimendum,qui succo acaciæ Ægyptiacæ substitui solet.

Muscus pruno Sylvestri adnascens communiter virtute adstringente in herniis multum celebratur. Folia quoque & cortex in gargarismatibus & balneis adstringentibus adhibentur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Aqua florum Acaciarum, Schlehenblüth-Waſſer/ *Eau de fleurs de Prunier Sauvage*, quæ in raucedine, tuſſi aſthmate pleuritide morbis renum alvi laxitate, torminibus infantum convulſivis, & epilepſia celebratur.

Conſerva florum Acaciarum, Schlehenblüth Zucker / *Conſerve de fleurs de Prunier Sauvage*, quæ alvum blande ſubducit verme, necat, & in epilepſia morbisque pectoris prodeſt.

Syrupus florum Acaciarum, Schlehenblüth-Syrup/ *Syrop de fleurs de Prunier Sauvage*. Pro Scopo laxandi & tenue ſerum expurgandi commendatur, à quibusdam etiam vires antepilepticæ & anthelminticæ ei adſcribuntur. Exhibetur imprimis infantibus ad ʒß. ʒj & ultra.

Tandem quoque mentio facienda *Vini Pruneolorum Sylveſtrium*, deß Schlehen Weins/ *Vin de Prunelles*, ex fructibus contuſis & ſiccatis in Vino bono infuſis parati, quod contra calculum celebratur, ſtomachum roborat, coctionem promovet, alvum ſiſtit, & urinam pellit.

HYPOCISTIDIS SUCCUS.

Eſt plantæ ſpuriæ quaſi ex Ciſti radice enaſcentis & hypociſtis dictæ ſuccus expreſſus inſpiſſatus, niger, ſaporis auſteri acidi adſtringentis; naſcitur ut plurimum in Inſula Creta. Ex Ciſti foliis colligitur Ladanum.

Convenit cum ſuperioribus, vim etiam habet levem anodynam à ʒß ad ʒj.

℞. Succi acac. hypociſt. ana ʒj. roob. rib. q. ſ. f. bolus vel cum ▽ roſar. portulac. ʒij. f. hauſtus in fluxibus alvi.

HYPOCISTIS, quoniam ſub Ciſto ex ejus radice naſcitur, Hypociſt/HYPOCISTE.

Eſt planta flore monapetalo, campanulato, multifido, cujus poſterior pars abit in fructum mollem, intus veluti radiatim diviſum & ſeminibus fœtum.

Hypociſtis Cretica flore purpureo Tourn, I. R. H. p. 48. Hypociſtis Officinarum C. B Pin. 465. & J. B. 2. p. 1. 7. Orobanche quæ Hypociſtis dicitur Raji Hiſt. 1228.

Planta hæc quæ, inſtar Orobanches, ſub ciſto aſſurgit, non ſolummodo in Candia ſed & in aliis regionibus calidioribus, Gallia, Gallo-provincia, Languedocia &c. reperitur. Aprili & Majo ex eadem ſuccus exprimitur, qui in morbis, ubi adſtrictione opus eſt, locum habet. Ingreditur Theriacam Mithridatium & varia emplaſtra adſtringentia.

SUCCUS SALE SALSO CONSTANS NONNIHIL LAXANTE.

TARTARUS ALBUS ET RUBER.

Est substantia sabulosa, indurata, modo ex rufo cinerea, modo ex rufo candicans, intermixtis salinis quibusdam micis, nata ex vini recentis vel musti particulis terrestribus fermentationis ope præcipitatis & coagulatis, saporis subacris acidi & nauseosi, odoris nullius.

Ob sal salsum ex alcali multo & acido pauco constans virtutem tam incidentem diureticam & laxantem alvum habet, in specie medetur obstructionibus morborum chronicorum, præcipue ubi simul opus laxante.

Datur cremor à ℈j ad ʒj imo ʒiij, solvitur enim cito in ventriculo etiam debili. ♀rus ⊕latus a ℈j ad ʒß.

℞. ♀r. præpar. ʒß. ♀. ⊕lat. ℈ß. M. f. pulv. in febribus ad laxandam alvum.

℞. ♀r. præpar. ʒj coq. cum jusculo pulli, cape ad alvum laxandam in obstructionibus morborum chronicorum.

Τρύξ, TARTARUM, TARTARUS, vel à τείρω, affligo vel à τήρω in carcere custodio, vel à ταράσσω καὶ ἀὴρ, qnod aer ibisit turbatus, Weinstein/TARTRE.

Vocabulum hoc, quo Chymici quoque quemcunque succum & residentiam in fundo stabnlantem, quascunque quoque limositates, viscositates & impura sedimenta insigniunt, tripliciter alias sumitur. 1. Pro acido vini ab omni vinorum genere inseparabili, nunc magis nunc minus fixo, 2. pro fecibus vini & 3. proprie pro concreto isto salino doliorum lateribus adhærente. Sal acidum non adeo paucum inest, & partibus Salinis intertextæ sunt partes terrestres fixæ, ut & oleosæ multæ. Pro diversitate Vini vel ALBUS est vel RUBER. Eligitur pro usu Medico præcipue albus, qui continua serie coagulatus doliorum lateribus adhæret, maxime ponderosus, duritieque sua non cedens lapidi, & ab ea, qua vinum tangit parte, pluribus apicibus adamantis ad instar acuminatis splendet, quique confractus non apparet instar spongiæ porosus aut terra refertus, sed qui substantia est solidissimus & in medio seu centro albescit. Ruber æque posset usurpari, rejicitur is qui in frustulis minimis & variis quoque ququisiliis refertus cernitur, & floß audit. Cum in omni tartaro sit pars terrestrior & feculenta, ab eadem liberandus est, antequam in usum

Me-

Medicum trahatur, id quod fit per solutionem & iteratam coagulationem, unde

IN OFFICINIS

Cremor Tartari, zartes Weinstein-Pulver/ *Creme de Tartre.*

Crystalli Tartari, præparirter Weinstein/ *Cryſtaux de Tartre.* Cremor & Crystalli Tartari nec à se invicem nec à tartaro discrepant, crassos ac viscidos humores incidunt, aperiunt, alvum blande subducunt, in obstructionibus viscerum, affectu hypochondriaco, hydrope cachexia, scorbuto, febribus &c. conducunt: ventriculum roborant & appetitum excitant. Dosis per se ad scrupulum unum drachmam unam, drachmas duas. Sunt qui ad podagram laudant, quo in casu ad duas vel tres uncias assumunt. Notandum quod in aqua frigida tartarus non dissolvatur, & quod in liquore calido solutus, quam primum refrigescat, ad fundum præcipitetur, quia licet multum salis continet, hoc tamen adhuc implicitum est terræ & oleo.

Sal Tartari fixum Weinstein-Saltz/ *Sel de Tartre*, quod in vitris optime clausi, si in forma sicca illud conservare volumus, custodiri debet, alias facile liquescit. Hoc Sal naturæ alcalinæ est insigne digestivum & deobstruens, resecans obstructiones jecoris, Lienis, renum & ureterum, datur ad ʒi, ʒj & paulo ultra. Purgantibus ad aliquot grana additur. In aere facile liquescit in liquorem, unde emergit

Oleum Tartari per deliquium, Weinstein-Oehl/ *Huile de Tartre par defaillance*, quod Spiritui Vini rectificatissimo non jungitur. Quod si autem cum aqua fuerit solutum facile est connubium. Improprie autem vocatur ob viscositatem oleum, quia flammam non concipit & nihil aliud est, quam Sal tartari resolutum potestque leni evaporatione rursus in Sal redigi. Interne non multum usurpatur, externe vel per se vel cum aliis mixtum, faciei maculas delet, pustulas aufert, impetigini medetur, pro dealbanda facie adhibetur, scabiem sanat & ulcera sordida mundificat. Apud Chymicos usus ejus insigni est in præcipitatione solutorum ab acidis, in solutione sulphuris & extractionibus è vegetabilibus parandis. In volatilisatione Salis Tartari fixi multi desudarunt. TRICHMEYERUS id præstari posse dicit, si oleum tartari per deliquium destilletur, remanens Sal rursus in aere solvatur, & denuo destilletur, continuando hunc laborem donec omne transierit, sed quid inde.

Sal Tartari volatile ex fecibus vini, flüchtig Weinstein-Saltz/ *Sel volatil de Lie de Vin.* Vires ei adscribuntur diaphoreticæ & diureticæ, commendatur in affectibus soporosis, apoplexia &c. Datur ad grana sex decem quindecim.

Tartarus Solubilis, Sal vegetabile, Tartarus tartarisatus, Vegetabisch Saltz/ *Sel Vegetal ou Tartre soluble.* Egregium est medicamentum in dissolvendis cruditatibus ventriculi & Hypochondriorum. Habetur pro insigni aperitivo & diuretico. Purgantium operationem citra tormina eximie promovet. Dosis est ʒß. ad ʒi. Solvitur in quocunque liquore etiam in aqua frigida unde nom en traxit.

Tar-

Tartarus Vitriolatus cum Spiritu Vitrioli & Sale tartari paratus, Tartre Vitriolé. Insigne est digestivum ad omnes fere obstructiones solvendas, conducit in obstructione Lienis, suppressioneque mensium, in ictero, hydrope, febribus &c. maximi est usus. Dosis ad ℈ß. ℈j. ʒß.

Tartarus Vitriolatus Tachenii, Weinstein mit Vitriol präparirt/immerito alteri præfertur.

Tartarus Emeticus, Brech-Weinstein/ *Tartre Emetique.* Vires ex nomine patent. Datur ad granum semis, granum unum, duo, quatuor: Quod si præmittatur purgans & post horam unam aut alteram subjungatur tartarus emeticus, in refracta dosi, elegans effectus sequitur. Paratur communiter ex partibus æqualibus crystallorum tartari & croci metallorum, ast in Gallia partes duæ Tartari & una tantum croci assumuntur, unde mitior evadit sed in majori dosi usurpatur.

Terra foliata Tartari, arcanum Tartari, Sal essentiale Tartari, Terre feuilletée de Tartre. Sanguinem purificat, obstructionesque corrigit, hinc non contemnendum est antihypochondriacum, prodest in arthritide calculo & omnibus morbis ab obstructione ortis. Dosis ad grana quinque ad scrupulum & ultra. Facile in aëre liquescit, hinc in forma liquoris quoque prostat, *Liquor* scilicet *terræ foliatæ tartari per deliquium, Liqueur de terre feuilletée par defaillance.* Dissolvitur quoque cum aqua, & tunc prodit *Liquor terræ foliatæ tartari limpidus, Liqueur de terre feuilletée claire.*

Tinctura Salis Tartari, Weinstein-Saltz-Tinctur/ *Teinture de Sel de Tartre*, quæ est insigniter aperitiva, obstructiones reserat, vias urinarias abstergit, urinam ciet & sanguinem purificat. Dosis ad guttas decem viginti triginta & ultra.

Spiritus Tartari rectificatus, rectificirter Weinstein-Geist/ *Esprit de Tartre rectifié.* Incidit, attenuat, resolvit, obstructiones reserat, sudores ciet, atque urinam movet, in mensibus retentis, paralysi, ictero convenit. Dosis ad ℈j ad ʒj.

Oleum Tartari fœtidum, stinckend Weinstein-Oehl/ *Huile de Tartre fœtide.* Interius rarissime vel nunquam usurpatur, Unguentis ad scabiem additur, tumores duros resolvit, dolores artuum contumaces valida frictione inunctum mitigat, membris paralyticis inservit, egregium est vulnerarium mundificandi vi præditum. Mulierum Hystericarum naribus admovetur.

Pilulæ Tartareæ Quercetani, de quibus sub aloë.

Mixtura simplex, seu *Spiritus de Tribus*, *Mixture simple* ou *Esprit de Tribus.* Vires habet incidendi, attenuandi, tenuitateque substantiæ per totum corpus absque molestia penetrandi. Commendatur in Epilepsia, pleuritide, obstructionibus viscerum, affectibus hypochondriacis & melancholicis, imprimis in febribus ardentibus & malignis auxiliares præstat operas, earumm materia dissipat & per diaphoresin à centro ad superficiem pellit, & absumit, inde & diaphoreticum in peracutis à paracelso dictum. Dosis ad ℈j. ℈ij. in vehiculo appropriato.

Liquor Spleneticus ex Tartaro & Nitro Schrœderi, Liqueur de Tartre & de Nitre de Schrœder. Insigne est deoppilativum Lienis aliarumque obstructionum mesenterium maxime infestantium, adeoque utile in hypochondriaca scorbuticaque affectione ac mensium obstructione, & affectione nephritica. Dosis cochlear semis ad unum vel ad ʒij. ʒß cum aliis appropriatis vehiculis.

PARS

PARS SECVNDA.

CONTINENS REGNUM ANIMALE.

PARTES ANIMALES SALE VOLATILI OLEOSO CUM MULTIS TERREIS CONSTANTES.

CORNU CERVI.

HUjus ſubſtantia vel cruda vel præparata ⊖e álcalino & multa terra conſtans, vi incidente & abſorbente omnia acida & viſcida pollet, decoctum hujus temperat, eſt anodynum & blandum ſimul ſudoriferum, hinc confert in malignis, acutis, variolis, morbillis, diarrhœa, dyſenteria, epilepſia & pluribus aliis affectibus ab acido.

Datur crudum & præparatum à ʒß. ad ʒj.

℞. C. C. præp. gr. xv. ☉r. foliat. par. exhibe contra tormina infantum.

℞. C. C. præp. ʒj. ♁♁ Nuc. Moſch. expr. ϑj. L. O. gr. ij. conſ. fl. roſ. ʒiß. ſyr. acetoſ. citr. q. ſ. f. bolus in quolibet fluxu.

℞. C. C. præp. ʒß. Caſtor. gr. vij. ⊖ vol. C. C. gr. v. M. f. pulv. exhibendus ex ▽ Card. B. & Cent. min. contra variolas & morbillos.

℞. Raſur. C. C. ℥ij. coq. in ▽, cape decoct. ad temperandam ſanguinis acredinem, cui add. ſyr. roſar. vel violar. vel rub. id. ad ℔j. ℥j. f. Julepus.

℞. Raſur. C. C. ℥iiij. rad. ſcorzon. ℥iij. raſ. lign. ſaſſafr. ℥j. f. decoct. ſudorif. in malignis pro potu ordinario.

⏑–us C. C. datur à gt. v. ad xxx. in convenienti vehiculo.

℞. ⏑–us C. C. ſuccinat ʒß. cape ex ▽cinam.

℞. ▽Cinam. ʒß. ⏑– C. C. ſuccinat. eſſent. caſtor. ana ʒß. L. O. gr. j. pro uteri vitiis.

Pulv. dentifricius: ℞. C. C. uſt. Corallor. oſſ. ſepiæ, pumic. ana ℈j. ○○ lign. rhod gt. ij. M.

CRA-

Ἔλαφος, CERVUS, Hirſch/ CERF, fœmella ejus vocatur CERVA, Hirſch-Kuh/ Hinde/ Wilde/ das Thier/ BICHE, Pulli vero vocantur HINNULI, Jung-Hirſch/ Hind-Kalb/ Hirſch Kalb/ FAONS. Hic autem de Cervo Mare potiſſimum eſt ſermo, qui varie quoque, præſertim etiam ratione cornuum diſcrepat.

Definitur Cervus à GRABA, in ἐλαφογραφία, ſeu deſcriptione Cervi, quod ſit Brutum quadrupes, biſulcum, natura ferum, cornibus bimum ſimplicibus ac rectis, deinde ramoſis præditum, quotannis deciduis, pilo molli ſpadiceo colore, rancorem edens, timidum, velox ac vivax, in locis montoſis ac ſylveſtribus degens, à Deo in multiplicem hominis uſum primæva creatione formatum.

Cervi rancorem edunt, graviter rudiunt, glocitant ſitibundi, imprimis cum libidinis œſtro perciti agitantur, id quod ſub finem menſis, Auguſti, circa Ægidii feſtum, fieri ſolet, ubi plurimi Cervi ſalaces Zelotæ vehementer quandoque inter ſe pugnant & vulneribus ſe invicem conficiunt. Quando conceperunt fœmellæ, ſeparantur Mares, & Mares ſeniores cum maribus, fœminæ vero cum fœminis & maribus junioribus degunt ac paſcuntur. Circa octavum

vum atque nonum à conceptu menſem, cum horribili clamore, modo unum, modo geminum edunt partum.

Adeo vivax dicitur Animal eſſe cervus, ut centum & ultra annos ſupergrediatur. Infinitum fere homini præſtat uſum Cervus, tum ipſe integer ac vivus, tum ejus externa & interna pars, ſive oblectamentum, ſive veſtimentum, ſive alimentum & Medicamentum ſpectes.

Hic de uſu Medicinali ſermo erit, ubi vix non integrum Pharmacopolium contra quosvis morborum inſultus auxilia ſubminiſtrans, in Cervo latens deprehenditur. Prodeunt primo loco Cornua, quibus Mares, non vero fœminæ, ordinario exornantur. Anniculo Cervo cornua nondum naſcuntur, niſi quod cernatur excreſcentia cornea aut protuberans quoddam, quod breve hirtumque eſt, cute quaſi veſtitum & lanugine tenui & molli hiſpidum. Bimis Cornua demum proveniunt, primo quidem ſimplicia & recta, trimis bifida, quadrimis trifida & ſic ad ſextenarium procedit numerus. Ex quo tempore per numerum ramorum non niſi difficulter cervi cognoſcere ætatem, & tantummodo dentibus aut plane abſentibus aut paucioribus, adminiculis ſive ramis inferioribus deficientibus, licet, dum deinde in inſignem quandoque excreſcunt magnitudinem & ramis non amplius cognoſcibilem. In Typhis cervorum den Hirſchkolben/ Cornichons ou cornes nouvellement ſorties, têtes ou cru de Cerf, cum cornua adhuc ſunt molliora, color rubens & ſanguineus videtur, annoſioribus vero in cornubus in ſuperficie conſpicitur magis puniceus aut ex flavo pallens aut nigricans, juxta apicem vero albus; intrinſecus autem gryſeus & partim ater, partim vero albus vel mixtus.

Cornua ſingulis annis ante vel circa Veris tempus deponunt Cervi, qui poſtmodum ſeſe tamdiu occultant, donec nova prodierint cornua & ſatis firma, paſtum euntes nocturno ſolum tempore. Curioſum eſt, quod Cervi juniores ante eruptionem cornuum caſtrati cornua deinde non acquirant, ſi autem cornuti jam caſtrentur nunquam deinde eadem deponant. Perhibetur quoque de Cervis, quod è depoſitis cornubus vel dextrum, vel juxta alios ſiniſtrum, omni modo, ne inveniri facile poſſint, occultent, unde de rebus & locis abditis in proverbio dicitur, quo Cervi amittunt & deponunt cornua.

Hæc cornua jam delectamentum, alimentum & medicamentum conſtituunt. Par cornuum majorum termino technico venatorio ein Gehirn/ oder Geweihen/ Corne de Cerf, craſſitiem autem eorum ubi majores extant Stangen/ minores ex his erumpentes Zincken/ appellitant. Communiter autem Hirſchhorn vocantur, Emolliuntur cornua coctione longiori ad octo horas uſque protracta, in aqua, addito præſertim cineris modico, unde varia poſtmodum exinde res fabricantur, ne dicam de aliis uſibus œconomicis.

Ex Typhis Cervorum, ut GRABA loquitur, ſeu tenellis & adhuc lanuginoſis cornibus inſigne paratur edulium, Magnatibus ſæpe numero & delitioſis Hominibus oppido voluptuoſum.

IN OFFICINIS REPERITUR

Aqua Typhorum Cervi, Hirſchkolben-Waſſer/ Eau de cru ou tête de Cerf, quæ à multis, tanquam alexipharmaca & febribus ardentibus vel malignis dicata, vel per ſe ad aliquot cochlearia aut vehiculi loco cum aliis propinata, aut cum aliis juncta, deprædicatur.

Ipſum Cornu Cervi vix non pro panacæa habetur, & ab haud paucis ſummæ eruditionis & judicii Viris Unicornu & lapidi Bezoar vel præfertur, vel ſaltem æquiparatur.

PROSTANT IN OFFICINIS PHARMACEUTICIS VARIA EXINDE PRÆPARATA.

Cornu Cervi philoſophice præparatum, weiß gekochtes Hirſchhorn/ Corne de Cerf preparée ſans feu ou philoſophiquement, quod ad affectus ab authore allegatos ad ʒß. & ultra datur.

Cornu Cervi uſtum, gebrandt Hirſchhorn/ Corne de Cerf brulée, quod præter virtutes allegatas vi adſtringente, anthelmintica, alexipharmaca & antifebrili gaudet. In decoctis pro potu vel per ſe, vel cum aliis frequentiſſime uſurpatur. Minutiſſime tritum vocatur *Cornu Cervi præparatum*, präparirtes Hirſchhorn/ *Corne de Cerf preparée*, datur ad drachmam uſque.

Magiſterium Cornu Cervi, *Magiſtere de Corne de Cerf*, quod tamen vix amplius in uſu.

Sal volatile Cornu Cervi, flüchtig Hirſchhorn-Saltz/ ſel volatile de Corne de Cerf. *Spiri-*

Spiritus Cornu Cervi volatilis rectificatus, rectificirter Hirſchhorn-Geiſt / *Eſprit volatil de Corne de Cerf rectifié.* &
Oleum Cornu Cervi, Hirſchhorn-Oehl / huile de Corne de Cerf.

Spiritus & ſal volatile ſunt medicamentum penetrantiſſimum, alexipharmacum, cephalicum, antapoplecticum, antepilepticum, uterinum & antaſthmaticum. Spiritus exhibetur ad guttas quinque, decem, viginti & ultra, ſal autem volatile ſiccum ad grana quinque, decem &c. porrigitur. Oleum fœtidum vix aliter quam externe, in roborandis partibus paralyticis, item in excitandis mulieribus Hyſtericis uſurpatur.

Liquor Cornu Cervi Succinatus, Hirſchhorn-Geiſt mit Agſtein / *Eſprit de Corne de Cerf avec le ſel volatil de Succin ou Carabe.* Conducit in corrigendo acido præprimis puerorum, in motibus convulſivis & epilepticis ut & morbis ſoporoſis prodeſt. Datur ad guttas aliquot, ad quindecim & ultra.

Aqua Cornu Cervi Citrata, Hirſchhorn-Waſſer mit Citronen / *Eau de Corne de Cerf Citrée.* Waldſchmidium authorem agnoſcit, Analeptica deprædicatur & æſtum ſedans, vires quoque alexipharmacæ eidem adſcribuntur. Exhibetur cochleatim aliisque mixturis immiſcetur.

Imprimis autem ex *Raſura Cornu Cervi*, dem geraſpelten Hirſchhorn / *Rapure de Corne de Cerf*, quam etiam vel in pulvere, vel in decoctis adhibent, celebris eſt & à pharmacopolis & à coquis præparata, *Gelatina* ſive *Galreda Cornu Cervi*, Hirſchhorn Galrey / *Gelée de Corne de Cerf.* Convenit in multis & magnis morbis, ubi humectandum, refrigerandum, confortandum & adſtringendum. In Hectica, Phthiſi, alvi fluxibus &c. Doſis cochlear unum vel alterum, vel per ſe, vel in juſculo. Poterit inſtillari ſuccus Citri, aut edulcorari ſaccharo, vel majoris confortationis gratia adjici confectio alkermes. Sunt etiam, qui hanc Gelatinam cum aqua & vino parant. Ubi nutriendum & demulcendum ſimul, egregie conducit *Gelatina Cornu Cervi Amygdalata*, dum Amygdalæ dulces excorticatæ cum gelatina calida contunduntur & emulgentur, ubi deinde conſiſtentiam paulo craſſiorem colore albicante reſplendentem nanciſcitur. Uſus in ſupra dictis ſimilibusque affectibus non plane ſpernendus eſt. Fuere equidem, qui in Gelatina nihil ſolidi ineſſe

ineſſe putarunt, aſt falſo, contrarium enim teſtatur *Gelatina Cornu Cervi ſicca.* Quodſi enim Gelatina ad ignem lentum evaporetur, remanet pulvis fuſcus, qui eo in caſu, ubi diffuſior gelatina locum non habet, & imprimis ubi mucus ventriculi & inteſtinorum videtur abraſus vel imminutus, convenit vel ſicca aſſumptus in forma, vel in pauca quantitate liquoris diſſoluta, ubi glutinis ad inſtar comparet.

Præter cornua plures aliæ partes ex Cervo in uſum trahuntur Medicum, v. gr. LACHRYMÆ, Hirſchthränen/ LARMES DE CERF, in angulis oculorum concreſcentes, quas alii, ſed falſo, pro lapidis cujusdam venditant ſpecie, magnique in expellendis præſertim venenis faciunt.

COR CERVI, Hirſch-Hertz/ *Cœur de Cerf*, quod multi, ex neſcio qua ſuperſtitione, pro peculiari magnarumque virium analeptico habent, & exinde varias compoſitiones antihecticas & confortantes parant.

OS DE CORDE CERVI, Hirſch-Creutz/ *Os de Cœur de Cerf*, quod nihil aliud eſt quam arteriarum, in baſi cordis concretio ab initio cartilaginea, mox oſſea facta, coloris albicantis, figuræ irregularis, crucem plerumque referens, odore & ſapore deſtituta. Inſignis huic oſſi aſſignantur virtutes, alexipharmacæ, cordiales & totum corpus confortantes, ita ut in omnibus compoſitionibus bezoardicis olim reperiretur, ad uterum quoque & fœtum roborandum celebratur. Datur ad ℈j. ad ʒß. Externe quoque tanquam amuletum in hæmorrhagia nimia deprædicatur, quem in finem etiam vel potui injicitur, vel in pulvere naribus inflatur. An autem peculiare quid præ aliis oſſibus poſſideat, vix credibile eſt. Taceo nunc lapidem in corde aliisque partibus reperiundum. Ex ſanguine parant quidam ſpiritum diaphoreticum & alexipharmacum, alii eundem ſanguinem exſiccatum in dyſenteria contra calculum & ischuriam laudant.

PRIAPUS CERVI, Hirſchruthen/ *Priape de Cerf*, adverſus morſus venenatos, in peſte, contra pleuritidem colicam &c. commendatur, pellit urinam & calculum & in mictu cruento laudatur, ſpecificum habetur antidyſentericum, ad partum promovendum adhibetur, & imprimis ad venerem excitandam celebratur, contra ſterilitatem ſuffitus ejus membris genitalibus excipitur. An alia virtu-

virtute, quam ſua ſubſtantia gelatinoſa & ſale volatili agat ſaniores judicent. Pro ſcopo aphrodiſiaco deprædicantur quoque multum TESTICULI CERVINI, Hirſch-Geylen.

SEVUM, SEBUM CERVINUM, Hirſchen-Unſchlitt / *Suif de Cerf.* Penetrat, attenuat, diſſolvit, emollit, demulcet & dolores ſedat atque tumores, conducit ad perniones, laudatur in hernia, in excoriatione perinæi multum celebratur, egregie quoque prodeſt in clyſteribus ad alvi fluxus & dyſenteriam. Hæc jam de Cervo dicta ſufficiant.

CRANIUM HUMANUM.

Reſpondet virtute Cornu Cervi, etiam ſpecificum habetur in epilepſia, datur in ſubſtantia à ℈j. ad ʒj.

℞. Cran. human. ʒß. cap. cum ▽ -ſ-uoſ. meliſſ. vel. fl. lil. ad Epilepſiam.

℞. Cran. human. ℥j. uſneæ cran. hum. gr. x. L. O. gr. j. N. M. toſt. ℈j. f. pulv. ad dyſenteriam.

EBUR.

Hirnſchahl / CRANE HUMAIN.

Sunt multi, qui in oſſibus humanis peculiares quærunt virtutes, &, prouti ex diverſis deſumuntur partibus, differentibus quoque viribus gaudere illa oſſa putant, aliis oſſa ex eadem conſtare materia, & iisdem per conſequens facultatibus abſorbendi, adſtringendi, exſiccandi, acrimoniam mitigandi, alvum ſiſtendi & tranſpirationem inſenſibilem atque ſudorem promovendi pollere pronunciantibus. Curioſi interim, ne dicâm ſuperſtitioſi, eligunt præprimis cranium humanum & quidem non morbis defunctorum, ſed violenta morte interemptorum, rotæ impoſitorum, de patibulo ſuſpenſorum aut in prœliis occiſorum. Eligunt nonnulli ſolum os triquetrum a nonnullis crux dictum. Sunt qui pro fœminis anteriorem cranii partem, pro maribus poſteriorem colligunt.

Super-

Superſtitio eſt porro inſignis, quod potus ex cranio humano per aliquot dies hauſtus ſcrophulas curet, aut quod bibentes ex eodem cranio immunes ſint ab armis.

In cranio aëri expoſito muſcus naſcitur, quem USNEAM CRANII HUMANI, Mooß von Menſchen-Hirnſchaalen / USNÉE ou MOUSSE de CRANE HUMAIN, appellant, nunc faciem, ut LANGIUS loquitur, villorum ſeu capillorum, nunc cruſtarum præ ſe ferens, coloris ex viridi incani, ſaporis terrei ac ſubadſtringentis, odoris expers. Quoniam rarior hæc eſt usnea ideoque arte factam quidam ſubſtituunt. Recipiunt nempe, teſte ETTMÜLLERO, muſcum è lapidibus grandioribus, eumque menſe Aprili collectum & leviter exſiccatum pulveriſant groſſo modo in mortario vitreo, irrorando cum vino malvatico, ut pultis conſiſtentiam acquirat, poſtmodum hunc pulverem cum cultro illinunt Cranio rotâ fracti cadaveris admodum ſubtiliter, ubi ſenſim exaruerit denuo repetunt, ponunt ſub dio ſeu cœlo aperto radiis ſolaribus, quoties vero pluviæ ſuperveniunt dimovent à loco, aliquoties hæc reiterando, uſque dum effloreſcat, & poſtmodum usneam inde colligunt. Sicuti autem cum oſſibus ita & cum hac usnea multa ſuperſtitioſa & impia perpetrantur. Recipitur in Unguentum armarium, & ad firmandum corpus vel per ſe vel cum Zenith juvencularum uſurpatur. In Medicina ejus virtutes cephalicæ & antepilepticæ deprædicantur multum, aſt ſi quæ ſunt, non aliunde dependent, quam à vi abſorbente ſiccante & adſtringente, quam etiam ob rationem fluxus hæmorrhagicos compeſcit.

IN OFFICINIS REPERIUNTUR

Cranium humanum raſpatum, Geraſpelt Hirnſchahl/ *Crane humain raclé.* &

Cranium humanum præparatum, präparirte Menſchen-Hirnſchahl / *Crane humain preparé.* Datur ad drachmam uſque.

Magiſterium Cranii humani. Magiſtere du Crane humain, ſed vix uſurpatur.

Sunt qui ſpiritum exinde & ſal volatile eliciunt, alii quintam eſſentiam extrahunt. Sed poſſumus his remediis utique carere.

EBUR.

EBUR.

Plus terræ, ſed minus ♎is volatilis habet quam Cornu Cervi, unde potentius eſt in abſorbendo acido, commendatur etiam ſpecifice ad nimium menſium & album fluxum & præcavendum abortum, datur ut cornu cervi.

℞. Raſ. ebor. ℈ij. camphor. gr. vij. f. pulv. cape ex ▽ roſar, nymph. ana ʒiß. ad menſes decolores albos.

℞. Raſ. ebor. ſuccin. præp. C. C. præp. ana ʒj. maſtich. ʒß. lign. aloës ℈j. Nuc. Moſch. ʒß. f. pulv. ad fluorem album, cape vel ex decocto vel vino ſaſſafr.

CANI-

ELEPHAS, ELEPHANTUS, Elepant / Elephant / Helfant / ELEFANT, ELEPHANT.

Eſt animalium quadrupedum bellua maxima, aſpectu horrenda, altitudine quatuor quinque ad octo & ultra ulnas adæquans. Caput habet grande admodum, ſed deforme, auriculis demiſſis, oculis in ſe quidem magnis, ſed ratione capitis parvis, proboſcide ſive promuſcide, quam alii etiam manus vocant, in quam naſus diducitur, gaudet longiſſima, carnea, nervoſa, flexibili, duobus foraminibus non tantum in extremitate prædita, ſed & per totam longitudinem pertuſa, qua veluti manu utitur tum ad cibos colligendos orique admovendos, tum ad injurias arcendas, & ad corpus ſuum defendendum. Dentibus porro, præter illos, qui in ore latitant, inſtruitur binis inſtar dentium aprinorum extra os prodeuntibus. Duriſſimum tergum rariſſimus pilus contegit, cruribus craſſis equidem ſed nihilominus contra falſam vulgi opinionem flexibilibus præditum, vivax, ferum ſed domabile & docile, coloris cinerei rarius albicantis, ordinario vocem edens gracilem, & quaſi luctuoſam, quandoque horrendum murmur & quaſi mugitum, reperiundum in India Orientali præſertim inſula Ceylon, ubi omnium nobiliſſimi exiſtunt. Quod ſi de hujus animalis variis qualitatibus docilitate, aſtutia, robore, ut & de fabulis quæ de eo

ſparguntur, differere vellemus, longum nimis foret, interim de elephante conferri poterunt peregrinationum ſcriptores, ut & STURMIUS in diſſertatione de elephanto per Europam ad ſpectantum circumducto, præſertim cum in uſum Medicum non ſuppeditet niſi DENTES, quos EBUR, Helffenbein/ *Yvoire* appellant. Sunt autem, definiente LANGIO, prominentiæ oſſeæ ex elephantis maxilla ſuperiore, aut uti alii volunt ex ipſo cranio prognatæ, ex baſi ampliori cava in cuſpidem deſinentes ſolidiſſimam, reflexæ diverſæ magnitudinis, longitudinis, craſſitiei & ponderis, pro ætate ipſius beſtiæ, exterius coloris ſubfuſci, interius albicantiſſimi, odore & ſapore carentes.

Commendatur Ebur in fluxibus alvi, epilepſia, vertigine venenis atque vermibus, ad tormina infantum in pulte quoque celebratur. Adhibetur in decoctis pro potu, & gelatinæ quoque exinde confici poſſunt. Uſurpatur ejus præſertim *raſura*, geraſpelt Helffenbein/ *Yvoire rapée* ou *raclée*, *Rapure d'Yvoire*.

IN OFFICINIS PROSTAT

Magiſterium Eboris, *Magiſtere d'Yvoire*, quod autem non multum in uſum trahitur.

Ebur uſtum, ſive *ſpodium ex Ebore*, gebrandt Helffenbein/ *Yvoire brulé* ou ſpodium, quod abſorbet & adſtringit. Datur ad ℈j. ʒß. Non confundi debet cum ſpodio Minerali.

Quanti uſus ſit apud Toreutas & quam elegantia exinde parentur vaſa & inſtrumenta in vulgus eſt notiſſimum.

UNICORNU VERUM.

Cum ebore convenit, decantatum tamen eſt in epilepſia puerorum item torminibus, & convulſionibus.

℞. Ebor. unic. cryſtall. mont. præpar. ana ʒj. L. O. gr. v. N. M. toſt. ℈j. f. pulv. in cholera dandus ex ▽ Menth. Cinamom. & ſyr. portulac.

℞. Unic. ʒß. ⊖ vol. C. C. gr. vij. datur ex ▽ chærefol. ʒiß. c. ſyr. Card. B. ʒij. contra variolas & morbillos.

UN-

MONOCEROS, Einhorn / LICORNE.

De hujus natalitiis veteribus non bene conſtitit. Habebant enim pro cornu animalis cujusdam quadrupedis, Equo ſimilis Ungulis fiſſis & unico cornu in fronte donati. Alii aliter quadantenus hoc animal figuratum eſſe voluerunt. Aſt tale unicornu non niſi in Utopia reperitur. Recentiores ſane, imprimis WORMIUS & BARTHOLINI aliique plures, verum illud animalis unicornu habitum eſſe DENTEM BALENÆ NARHVAL dictæ, reperiundæ cum in mari boreali tum etiam in Islandiæ Groenlandiæque aliarumque vicinarum inſularum littoribus eſſe dicunt. SACHSIUS in MONOCEROLOGIA, contra BARTHOLINOS negat eſſe dentem, ſed revera cornu, quoniam non datur animal unico dente præditum, quoniam radix unicornu neque acuta, neque cornu multum tenuior, ſecus ac in aliis dentibus, ſed ejusdem fere cum hoc craſſitudinis, neque deorſum, neque ſurſum vergit, ſed recta linea in ſinu ſuo ad oculorum orbitam excurrit, neque os hoc in palato, ubi prenſatio & inciſio ciborum fieri poteſt & debet, ſed extra è nare lanceæ oblongæ inſtar progreditur. Manet igitur noſtræ belluæ quocunque etiam modo cornu ex proboſcide ſeu nare exeat & in cranio generatum & affixum ſit, Unicornu gloria ejusque cornu Unicornu nomen illibatum. Sunt tamen adhuc alii authores, qui diverſa animalia unicornu ſuperbire putant, qua de re conferri meretur BROUVNE in PSEUDODOXIA EPIDEMICA, præſertim cum Unicornua etiam reperiantur diverſa, quædam enim quaſi Torno elaborata cernuntur, alia vero glabra exiſtunt. Hoc certum, quod illud Unicornu, quo pro uſu Medico utimur ex Cetaceo animali ſit depromptum. Eſt autem candidum, teres, ſtriatum, & tornatile, aliquot ulnas plus minus longum, ad Ebur accedens, durum, grave, intus etiam quoad partem excavatum, odoris & ſaporis nullius. Variis in locis elegantia & grandia aſſervantur cornua: iis ſuperbiunt Venetiæ, fanum S. Dionyſii in Gallia, Antwerpia, Argentoratum & Magnatum aliorumque Muſea, magno quoque pretio acquiſitis, quaſi ex animali terreſtri depromptis & admirandis virtutibus præditis. Aſt ex eo tempore, quo Unicornu origo innotuit, ejus etiam exiſtimatio multum cecidit, ſicuti quoque ejus tantis laudibus ad cœlum fere elata virtus alexipharmaca, contra omnia venena utilis, in dubium fuit vocata, nullaque alia con-

ceſſa, quam quæ aliis cornubus aut dentibus competit, virtus videlicet abſorbens acidum, & acre mitigans & lenis diaphoretica. Datur non ad grana aliquot ſed ad ℈j. ʒß. &c. in morbis etiam ſpasmodicis.

UNGULA ALCIS.

Cornu Cervi per omnia reſpondet, epilepſiæ vero unicè videtur dicata eſſe. Datur ut cornu cervi, incenditur quoque ad arcendos inſultus epilepticos.

℞. Ungul. alc. rad. pœon. ſem. pœon. viſc. quern. ana ʒj. ⊖ vol. C. C. ʒß. f. pulv. ad epilepſiam, cape ex —ſ—u ceraſorum nigrorum.

℞. Ung. alcis. caſtor. ana ℈j. M. f. pulv. ad epilepſiam fœminarum pro ij. doſibus.

BLAT-

ALCE, Elend/ ELAN.

Eſt animal cervo ſimile, paulo tamen craſſius & altius. Humeros habet depreſſiores & humiliores partibus poſterioribus. Capite aliquantulum prono incedit. A ſummo capite uſque ad humeros & maxime in cervice pilos habet prolixos, color plerumque vergit ad cineream albedinem, pro viciſſitudine tamen anni pili varias ſubeunt mutationes. Caput eſt oblongum ac gracile, ſi conferatur cum toto corpore. Labra magna, prominentia, & craſſa, maxime ſuperius, qua de re retrograditur in paſcendo. Os habet longum, dentes non admodum magnos nec longos, aures prolixas latasque. Fœmineus ſexus cornibus caret. Maſculinus multifida ac ramoſa habet, ſed non tam longa & frondoſa ut Cervi vulgares, lata tamen & inſtar magnæ avis alæ extenſa mucronibusque quibusdam diviſa, pondere duodecim fere librarum ſi matura ſunt aut præ maturitate deciderunt; mutat enim illa ſtatis temporibus, ut Cervi ſolent, decidentibus ſponte priſtinis & novis ſub-

ſubnaſcentibus. Eſt præterea obeſo & grandi ventre, fere ut vaccæ. Cauda mirum in modum brevis. Ungulæ bifidæ, ut cervis & bobus, unde & inter biſulca quadrupeda numeratur. Ita deſcribitur à SCHOTTO in PHYSICA CURIOSA, quocum conferri meretur BACCIUS & WIGANDUS de alce, aliique Hiſtoriæ Naturalis ſcriptores.

Simplex dicitur eſſe animal & valde timidum, cum tamen velociſſime currat. In regionibus præſertim ſeptentrionalibus, Lithuania, Moſcovia, Suecia reperitur. In uſum Medicum ex hoc animali trahuntur potiſſimum Ungula & Cornua.

UNGULA ALCIS, Elends Klauen / ONGLE d'ELAN, cornu colore & compage refert, ſapore deſtituta ut & odore, niſi raſpetur. Optima cenſetur à vivo animali abſciſſa; & à quibusdam quæ maſculi eſt eo tempore capti, quo animal ruit in Venerem. Epilepſiæ præter alias rationes, etiam propterea dicata eſſe cenſetur, quoniam ipſum animal ſe ea liberet. Fabulantur enim Alcem ſingulis diebus corripi hoc malo, & levari dextri poſterioris pedis ungula ſiniſtræ auri immiſſa: alii dicunt id fieri pede ſiniſtro in aurem dextram immiſſo; conſulatur WIGANDUS allegatus, mirum quod homines imperiti ejusmodi nugas auſi fuerint comminiſci & in vulgus ſcribere, pronuntians. Non ſolummodo autem interne ad malum caducum & alias convulſiones tremorem apoplexiam uſurpatur, ſed & de collo ſuſpenſa geſtatur aut annulis exinde factis digiti ornantur, circa quos notandum ab Agyrtis ſæpius ſubſtitui annulos ex ungula bovina, qui autem dum raduntur fœtent, qui fœtor in ungula alcis deeſt. Adhibetur quoque in ſuffumigiis tum ad dictos affectus tum etiam ad paſſionem Hyſtericam. Ad eundem ſcopum quidam CORNU quoque Alcis Elends Horn / *Corne d'Elan*, utuntur, ubi nonnulli dextrum præferunt. Poteſt exinde elici Gelatina æque ac ex Cornu Cervino.

BLATTA BYZANTINA.

Eſt ſubſtantia teſtacea ad corneam accedens, oblongâ ſpadicea, pinguis, nata in conchis rubri maris, orificium vel aperturam conchæ claudens, ſaporis & odoris dum accen-

ditur caſtaneam æmulantis. Ab ungula alcis nil differt, attamen paulo majore doſi data ſolvit alvum, datur ut ungula alcis.

℞. Blatt. byzant. ung. alc. troch. d. charab. ana ʒß. injice prunis, hauri fumum ore & naribus ad arcendum epilepticum inſultum.

Recentiores hanc blattam pro ungue odorato veterum habent, æmulatur enim figuram unguis animalis.

Blatta Biſantia, Indianiſche Muſchel-Schahlen / Blatta Byzantina.

Reperitur in India Orientali inter nardum unde ejus odor bonus quem tamen cum tempore amittit. In Medicina vix uſurpatur.

MANDIBULÆ LUCII PISCIS.

Sunt oſſa mandibulæ inferioris, ſaporis & odoris nullius evidentis, integra capita proſunt, palmam oculis ♋ præripiunt in pleuritide & peripneumonia.

℞. Mandib. luc. piſc. C. C. præp. ana gr. xv. ♁ vol. C. C. gr. iiij. f. pulv. cap. ex ▽ flor. ſambuc. contra pleuritidem, add. eſſent. caſtor. ʒj. ▽ flor. chamom. ʒiß. ſyr. artemiſ. ʒiij. exhibe contra colicam convulſivam.

℞. Mand. luc. piſc. dent. apri. ♃ diaph. ana ℈j. ♁ vol. C. C. gr. vj. f. pulv. cap. ex Emulſ. ſem. Card. ben. mar. papav. alb. ana ʒij. c. ſ. q. ▽ flor. pap. rhœad. f. emulſ. contra pleuritidem & peripneumoniam.

℞. Mandib. luc. piſc. ſuccin. præp. ana ℈j. f. pulv. cap. ex ▽ flor. nymph. contra gonorrhœam & fluorum album.

DENS

LUCIUS, Λύκος, LUPUS PISCIS, REX, PRÆDO, TYRANNUS AQUARUM, Hecht/ BROCHET.

Definiente SCHWENCFELDT piſcis eſt voraciſſimus & edaciſſimus, fluviis, lacubus, piſcinis aliisque aliis dulcibus aquis peculiaris. Color ei per dorſum fuſcus, ad latera ſubflavus, ventre albo, ſquamis minutis denſiſſime compactis. Pinnæ ad branchias & ventrem binæ, totidem ad caudam ſupra & infra unica dilutè fuſca. Branchiæ ſenæ utrinque ternæ. Oculi nigri, Iris aurea. Cor ſub branchiis minutum ſature rubet. Hepar longiuſculum ſimplex, cui anteriore loco fel jungitur majus cæruleum. Ventriculus oblongior inteſtinis replicatis continuus. Splen latiuſculus cordis figuram fere æmulatur ſanguinei coloris. Vivaciſſimi ſunt piſces & diu conſervari queunt. Partum numeroſum edunt Lucii. Non ſolum aliis piſcibus, ſed & ſui generis inſidiantur. Veſcuntur quoque aliis animantium cadaveribus in flumina & piſcina conjectis.

Diſcrepant Lucii, tum ratione locorum, in quibus degunt, tum etiam ratione magnitudinis, unde quoque diverſa obtinent nomina.

Qui Lucii in fluminibus puris rapidisque educantur, carnem habent duriuſculam ac friabilem, uti SEBIZIUS diſſerit, εὐπεπτον item, εὔχυμον & excrementis vacantem. Qui in ſtagnis lacubus & piſcinis aluntur, limoſum virus redolent, mali ſucci ſunt, carneque conſtant glutinoſa & excrementitia. Delicatiſſimi ſunt LUCIOLI præſertim NOVELLI, quos HORNOS Heurling vocant. Annoſi Lucii duri ſunt & concoctu difficiliores. Variis modis à coquis præparari & condiri ſolent Lucii, de quibus vide ſupra allegatum SCHWENCKFELDT, & artis coquinariæ ſcriptores.

Ex hoc piſce plures partes in uſum trahuntur Medicum. Cor antipyreticum, fel ophthalmicum, Pinguedo tuſſi mederi dicitur, hinc plantis pedum & pectori infantum præcipue inungitur: foveis quoque à Variolis replendis dicatur. Officulum cruciforme in capite reperiundum interne ad epilepſiam, appenſum ad incantationes prodeſſe fertur.

Mandibulæ Lucii piſcis imprimis *præparatæ*, präparirte Hecht-Kiffel / *Machoires de Brochets preparées* ad affectus inflammatorios renum

num & veſicæ, ut & ad ſecundinas promovendas adhibentur. Externe ad ulcera inveterata & ſynoviam uſurpantur.

DENS APRI.

A mandibulis lucii piſcis nil differt, & cum his ſimul datur. ℞. Dent. apr. ʒij detur ex ♎ lini rec. expr. ʒiij per vices ad expectorationem & concoquendam materiam in pleuritide.

In inflammationibus internis. ℞. Dent. apr. ʒß. ☉ vol. C. C. ℈ß. ex ▽ papav. ſcabioſ. ana ʒj.

OS

APER, quaſi Afer, ſive Aſper, VERRES SYLVATICUS, κάπρος, PORCUS AGRESTIS MAS, ein wild Schwein / ein Hauer / *Sanglier*. Ejus fœmella vocatur SUS FERA, ὗς ἄγριος, SCROPHA SYLVESTRIS, wilde Sau / Beer-Mutter / PORC SAUVAGE; Juniores autem vocantur PORCELLI SYLVESTRES, junge Friſchling.

Aper fera eſt cuivis nota, uti SCHWENCKFELDT dicit, quam non ſolum natura obdurata pelle pilisque hirſutis veſtivit, verum etiam ipſa luto ſe loricat, ne facile lædi poſſit. Niſi lethale acceperit vulnus Venatorem conculcat ſi ipſum ferire nequiverit. Dentibus aper armatur magnis & ad incidendum aptis. Venatoribus Wehren / Waffen / Hau-Zähne / audiunt, quibus percutiunt; ſcrophæ autem iisdem deſtituuntur & potius mordent. Hi *dentes apri* præprimis *præparati*, präparirte wilde Schweins-Zähn / *dens de Sanglier preparés*, in uſum trahuntur Medicum: agunt abſorbendo, acrimoniam humorum demulcendo, aperiendo & ſudorem ciendo. Doſis ad ʒj. uſque. Laudantur quoque in aliis inflammationibus angina &c. Jecur præterea apri adverſus ſerpentum morſus & alvi fluxus commendatur, fel ſtrumis diſcutiendis eſt dicatum. Veſica aſſa ad incontinentiam urinæ celebratur. Eadem porro cum lotio addita pinguedine in fumo ſuſpenſa, ut unguenti craſſitiem acqui-

acquirat, Herniis mire prodeſſe ſi illinatur Venatores, teſte allegato authore, obſervarunt. Ex carne Aprugna delicatiſſima fieri fercula notiſſimum eſt. Conſulantur Doctores Culinarii.

OS SEPIÆ.

Piſcis eſt, qui in pedibus habet ſuccum nigerrimum inſtar atramenti, quem Chinenſes cum brodio oryzæ vel alterius leguminis inſpiſſant & formant, & in univerſum orbem transmittunt, ſub nomine atramenti Chinenſis.

Eſt ſubſtantia teſtacea candida, levis, utrinque tumidâ, parte ſuperna duriuſcula, inferna fungoſa mollecula, leviter aſpera, friabilis, nata in dorſo piſcis Sepia dicti, ſaporis aliquantum ſalſi & ſubacris, odoris nullius.

Vi abſorbente & præcipitante potentius eſt quam oculi ♋, in ſpecie laudantur in gonorrhœa, fluore albo & omnibus cæteris fluxibus, intenſiorem vim adſtringentem acquirit, ſi ei affundatur ♏us ☉li, eoque iterum abſtracto, reſiduus pulvis reſervetur uſui, qui à ℈j ad ʒß datur. Specificum eſt in quavis ſiſtenda gonorrhœa.

℞. Os ſep. borrac. calcin. ʒß. Nuc. Moſch. ʒß. conſ. roſ. r. nymph ana ʒj ſyr. nymph. roſar. ana q. ſ. f. Elect. in gonorrhœa.

℞. Os ſepiæ. C. C. uſt. pumic. præp. ana ʒiij. Moſch. ℈ß. inſperg. ♏ roſar. q. ſ. f. pulv. ad dealbandos dentes.

OCU-

Σηπία, Blackfiſch / Blackkuttel / Meerkuttel / Meerſpinn / SEICHE, BOUFRON.

Ex RONDELETII libro de piſcibus ita deſcribi poteſt. Piſcis eſt marinus litoralis, aliquando ad duorum cubitorum magnitu-

dinem accedens, tenui ſed ſatis firma cute contectus, foris carnoſo corpore, intus quid ſolidum quod σήπιον vocant continente. Capiti affixos habet pedes octo rotundos, craſſiores initio, deinde paulatim gracileſcentes, omnes interiore in parte δυκοτύλους, id eſt duplici acetabulorum ordine, quibus cedentia comprehendat & comprehenſa firmiter premat retineatque. Iisdem pedibus ſive brachiis natat cibosque ori, juxta quod ſita ſunt, admovet. Præter hæc duas promuſcides, longiores pedibus, tenuiores rotundas, ubique læves præterquam in extremo, utroque binis acetabulis aſpero, quibus ſepiæ capiunt orique è longinquo cibos admovent, iis etiam quoties tempeſtates urgent ad Saxa aliaque adhærentes ſe veluti anchoris ſtabiliunt. In pedum promuſcidumque medio veluti in centro roſtrum & os ſepiæ ſitum eſt, duabus cartilaginibus duris altera ſuperiore altera inferiore conſtans, colore & figura avium carnivorarum vel pſittaci roſtro plane ſimile. Roſtrum membrana quadam craſſa carnoſaque veluti annulo undique ambitur & firmatur, qua diſrupta roſtri partes disjunguntur. Intus linguæ vice eſt caro fungoſa. Oculi majuſculi ſunt, inter hos cartilago eſt cerebri parum continens. Os œſophagus excipit id eſt gula longa & anguſta, quæ per μύτιν tendit ad ingluviem. Eſt autem mutis in mollibus, quæ viſceribus carent, ſub ore membrana humidum quid continens. Gulam ſequitur ingluvies, cui jungitur ventriculus. A ventriculo inteſtinum tenue gula craſſius, partem ſuperiorem repetens ad os fertur. Qua vero ad ſuperiora revolvitur, veſica eſt ſive membrana, in qua humor niger, quem CICERO atramentum appellat, continetur, cui inteſtinum ſubjicitur; cujus membrana meatus veſicæ obductus eſt, ut idem ſit & atramenti & excrementi exitus, per fiſtulam quæ in ſupina eſt parte inter alveum & os prope alveum latior prope os anguſtior: hac effluit atramentum, quod in ſepia plurimum eſt, Græci θολὸν appellant. Veſiculam collo dependentem habet atro liquore plenam. Hunc capta ſepia effundit obſcurato circum mari & tenebris affuſis latitare, fugare venantis aciem ſtruens.

Oſſa ſepiæ, Blackfiſch-Schuppen oder Weiß Fiſchbein / *Os de Seiche*, commendantur in fluore quoque albo & in pulveribus dentifriciis. Doſis oſſis ſepiæ ℈j. vel ℈ij. &c. Adhibentur ab aurifabris aliisque ad parandas varias formas, quibus aurum argentumque infunditur.

OCU-

OCULI CANCRI.

Sunt lapilli cruſtacei, duri, albicantes, glabri, orbiculati, piſo majores, aut utplurimum piſi majoris partem dimidiam adæquantes, una parte compreſſi & ſinuati, altera convexi, nati utrinque unus in ventriculo cancri fluviatilis aſtacei, ſaporis & odoris nullius evidentis. Scilicet circa dies caniculares languere incipiunt, non nutriuntur, exanimantur fere, in eorum ventriculo reperitur materia quædam lactea, quæ ſenſim poſt 6 vel 8 dies concreſcit in lapillos, qui deinde ſenſim iterum conſumuntur, & ut probabile eſt in reſtaurationem cedunt, exuvias enim tum deponunt & reſumunt.

Incidendi diſcutiendi & abſorbendi virtute ſuperant cornu cervi, pellunt quoque urinam & ſudorem, in ſanguine congrumato diſſolvendo ſpecificam habent virtutem, in ſananda hectica peculiare quid obtinent.

℞. Ocul. ♋i ʒij. Corall. præp. limat. ♂tis ana ʒiß. rad. ari ℈j f. pulv. in bulimo & fame canina ad abſorbenda acida.

℞. Ocul. ♋. ℈j. ⊖ abſ. ℈ß. Nuc. Moſch. gr. vij. f. pulv. digeſtivus diurnus, add. L. O. gr. j. f. pulv. digeſtivus nocturnus.

In febribus intermittentibus. ℞. Oc. ♋. præp. ℈j. Bez. min. vel ♁ diaph. vel arcan. dupl. Mynſ. gr, xv. ⊖ abſynth. vel ammoniac. ℈j. ♒ d. caryoph. vel junip. gt. j M.

Famoſus ille pulvis contra caſum fit h. m. ℞. Ocul. ♋i ʒj ſperm. cet. mum. ſang. dracon. ana ʒß. cape in acet. deſt. ʒj ▽ chærefol. ʒij.

Familiaris mihi eſt in Noſocomio pulvis ſequens antihecticus. ℞. Ocul. ♋. rad. ir. flor. ana ℈j. flor. ♃is ℈j. antihect. Poter. ʒj L. O. gr. j.

ASTACUS ſeu GAMMARUS, GAMBARUS. Hic intelligitur à nobis potiſſimus GAMMARUS FLUVIATILIS, improprie CANCER dictus, cancer caudatus, Aſtaco marino colore & forma, ut SACHSIUS IN GAMMAROLOGIA loquitur, quam ſimillimus, magnitudine ſaltem differens. Krebs / Fluß-Krebs / Bach-Krebs / ECREVISSE.

Liceat hic deſcriptionem Cancri paulo quidem prolixiorem, ex SCHWENCKFELDT quoad maximam partem deſumptam, apponere. Aſtacus eſt animal Amphibium, cruſtaceum exangue. Corpus ei longiuſculum, cruſta tenuiore intectum, fuſci coloris, concoctum toto rubente. Cornua ante oculos duo habet initio articulata, longa, tenuia, quæ ſenſim adeo gracileſcunt, ut tandem in tenuiſſimum Cirrum deſinant, in omnemque partem pili inſtar flecti queant. E media fronte exiſtit aliud parvum latiuſculum utrimque ſerratum. His ſubſunt Cornua veluti Cirri, quatuor alia, forma quidem ſimilia, ſed multo tenuiora, breviſſima, quibus piſciculos, ut opinatur author, allicit & venatur. Supra hæc oculi apparent parvi, cornei, ſemper prominentes & exerti ex obliquo mobiles. Frons acuta & aſpera veluti aculeus eminet. Oris lateribus ex parte inferiore juxta pedes ori proximos, appendices binæ frequenter hirſutæ veluti parvi pedes ad tutelam adnaſcuntur & veluti branchiæ os circumdant. Pedes in ventre enaſcuntur deni, in obliquum flexi, utrimque quini, quorum anteriores bini grandes & craſſiores chelis magnis ſeu forcipibus grandioribus quaſi denticulatis æqualibus ſæpiſſime tamen inæqualibus donantur, quatuor ad grandes diſpoſiti, utrinque bini biſulci ſeu bifurces & hirſuti, chelis glabris roſtris avium ſimilibus, quarum ſuperior pars movetur, inferiore immobili, reliqui quatuor poſteriores ſimplices & indiviſi ex toto pertendunt. Flectuntur omnes in obliquum, Chelæ vero introrſum. Chelis ori cibos admovent, pedes autem habent ad ingreſſum neceſſarios, quia in terra quoque victum quæritant. Chelis porro ſtirpes apprehendunt & apprehenſi hærent, ne ex vehementi inundatione aquarum pereant. Chelæ hæ deperditæ renaſcuntur. Pedes Gammarorum foris oſſei, intus tamen carnoſi. Cauda, quæ & collum τραχυλον vocatur, lævis ſine aculeis, ex quinque tabellis contexta, in quinque pinnas extremitatibus hirſutis natandi cauſa deſinit, quibus in natando quaſi remo utitur,

tur, eſtque in hac robur totius corporis, in cujus ſupina ſeu interiore parte appendices quædam hirtiuſculæ ex utroque latere quatuor, pinnis ſimiliter hirtiuſculis, in quas fœminæ foras pariunt, ovaque deponunt, quibus etiam duplices ſunt ad contingenda & conſervanda ova, Mari ſimplices & parvæ. Inter caudam ſupernam & pedes noviſſimos, veluti calcaria majuſcula prominent acuta, quæ femina parva habet & leviora. Motu & progreſſu retrogrado aſtacos ſive cancros fluviatiles moveri communis eſt opinio. Id quod tamen negat SPERLINGIUS, dicens. Duces itineris aſtaci oculi ſunt, cum horum poſitu ſi concordet progreſſus, motus in anteriora fit non in poſteriora. Cancrorum oculi non in rectum, ſed in obliquum diſpoſiti ſunt, hos ſequitur cancer & ratione ſui corporis recta progreditur, non enim cum SCALIGERO dicendum, oculos propter progreſſionem in latus iis flecti, ſed quod contrario fiat modo; propter oculos enim progreſſionem fieri in latus, quorum diſpoſitio non ſit arbitraria ſed naturalis ac neceſſaria. Porro Dentes bini magni in intimo pectoris orificio ad latera poſiti, in ore caruncula linguæ ſpecie: ſequitur gula brevis, hanc ventriculus membraneus excipit, cujus oſtio tres infixi ſunt denticuli duo adverſi, reliquus infra, inde inteſtinum in ventriculi latere ſimplex pari ſemper craſſitudine in caudam terminatum, qua excrementa excernit, & ova edit. Præter iſta meatus eſt, qui à pectore pendens in anum terminatur, in feminis vulva eſt, in maribus ſeminis receptaculum, hic juxta carnis cavum continetur, ita ut media caro inter inteſtinum & meatum ſita ſit, meatu carnis cavum inteſtino connexum contingenti. Hoc meatu mas à femina differt. Nam in utroque à pectore pendet, tenuis eſt candidus, humorem quendam pallidum intra ſe continens, capitis collique teſta ſubtus tota perforata apparet, quam etiam quotannis deponunt & renovant. Quamvis autem hæc SCHWENCKFELDII deſcriptio, quam SACHSIUS exacte ſequitur, quoad magnam partem vera, differentia tamen inſignis adhuc deprehenditur ab aliis, præſertim ratione partium genitalium quibus inter ſe diſcrepant cancri. Curioſus in hac re fuit ſcrutator, WILLISIUS & imprimis PORTIUS Neapolitanus Medicus Viennenſis in EPHEM. NAT. CUR. D. 2. anno 6. obſ. 19. de cancri fluviatilis partibus genitalibus, ex quo ſequentia delibare forſan non inju-

cundum erit. Artus cancrorum à cauda naſcuntur minores, præter majores brachia crura aut pedes alias vocatos: Mares habent in cauda horum artuum quinque paria, quæ in fœminis ſunt tantum quatuor. Primum par artuum in cauda marium longius, durius & reliquis firmius ſemper converſum eſt ad ventrem, cumque ortum habeat à prima interſectione oſſium in cauda, protenſum jacet inter quatuor crura, hoc eſt inter majores artus qui caudæ proximiores ſunt. Cartilaginoſi ſunt artus iſti, finiuntque in figuram, quam faceret contorta in cylindrum plana cartilago. Cum jam in Gammaro vaſa ad crura tendant & in cruribus aperiantur, in quibus foramina adſunt, per quæ ſemen effunditur, Primum par minorum artuum poteſt, dum movetur, titillare oſtiola, quibus adapertis copioſe ſemen erumpit. Secundum par artuum minus firmum & minus longum primo eſt, eſtque in nonnullis primo ſimile, in aliis aſſimilatur potius reliquis tribus paribus, quæ languidiora ſunt, molliora & breviora & iis ſimilia, quæ obſervantur in Gammaro fœmina, cujus quatuor tantum ſunt paria minorum artuum in cauda, qui bifidi ſunt & quælibet pars iterum ſubdividitur, deſinuntque in fibras molliſſimas & quacunque flexibiles, è quibus dum tempus eſt pendent ova, hosque artus minores in fœmina uteri forſan vice, fibrillas autem placentæ uterinæ aſſimilari poſſe cenſet author. Perſpectis majoribus artubus obſervantur foramina, per quæ ova pariuntur. Scilicet in tertio pari majorum artuum, quod languidulas habet forcipes & medium eſt inter reliqua quatuor paria, quorum duo chelas etiam habent, reliqua duo verſus caudam non habent, ſunt feneſtrellæ binæ, ſive bina adſunt foramina figuræ non exacte ſphæricæ, unum in dextro tertiorum artuum, aliud in ſiniſtro, in quæ terminantur canales membranacei ab ovariis diducti. Atque ideo ova deſcendentia per canales iſtos tandem per foramina, quæ ſunt in artubus mediis in tertio nempe brachiorum pari, egreſſum in lucem inveniunt. Artus hi majores medii octo habent articulos numerato etiam eo, quo brachium ventri conjunctum eſt, & quilibet artuum ex octo componitur oſſibus fiſtuloſis, muſculos plerosque in eorum cavitate includentibus. Unum tamen exiguum nimis eſt, interponiturque inter ſecundum & quartum oſſa, quæ nonnunquam in natu majoribus in unum coaleſcunt & ex tribus fit

os

os unum. Inter primum articulum, quo brachium unumquodque tertii paris ventri adnectitur & ſecundam articulationem eſt os primum in ordine oſſium brachii, in quod inſeritur canalis ab ovario illius lateris diductus & in eo terminum habet. Quæ quidem foramina unum in dextro brachio, aliud in ſiniſtro obducta apparent membranula quadam, in morem turgidæ veſiculæ aliquantulum extuberantis, quam tamen propter muſculoſas fibras contrahi, dum ova pariuntur, atque ſic adaperiri foramen probabile eſt. Eſtque in hac membrana obſervatu dignum, quod ex ea tantum parte quæ reſpicit forcipes, oſſi ſive labio foraminis adnexa, ex alia vero parte, quæ reſpicit ventrem cancri, libera ſit & ſoluta ab omnibus aliis partibus, ut pateat proinde via ovis. Sed cum extrinſecus hujus membranulæ color ſimilis ſit membranularum, quibus muſculoſa ſubſtantia, quæ conſpicitur inter aliquos articulos, contegitur, facile poterit iſte color alicui imponere, qui nihil cogitans de canali, qui abſconditur membranula illa, ex hac coloris ſimilitudine poterit credere ſolidum muſculum aliquem luſu quodam naturæ occludere foramen, cum revera membranula abſcondat quidem viam, per quam ova emittuntur, ſed aperiatur ad latus. Eſtque membranula veluti velum expanſum claudens foramen illud. Quod ſi velum contrahatur, patet via & foramen adaperitur. In ſicco animali, quoniam velum hoc non turget, neque expanſum eſt, fovea apparet in foramine intus ducens. Eſt medium hoc par artuum ſimile aliis, niſi quod primum par forcipes habeat majores & validiores, ſicuti etiam omnia oſſa in eo ſunt majora, & validiora; & poſtrema duo paria forcipes nullas habent. Eſt item medium hoc par artuum in fœminis ſimile omnino medio pari artuum cancri maſculi, niſi quod in cancro mare nulla appareat neque in primo, neque in reliquis oſſibus exſculpta feneſtrella, nullumq; appareat ovale foramen. Atque ideo, ſi quis hujus rei notitiam habeat, omiſſis aliis ſignis, quibus fœminæ à maribus diſtinguuntur, tantum ex eo quod adſint vel non adſint foramina ovalia in medii artuum pari, certo certius pronunciare poterit in cancris, hoc animal eſt fœmina, hoc eſt mas. Ab ovariis autem antequam coëant in unum corpus ſubrotundum, canales procedunt alter ad dextrum latus, alter ad ſiniſtrum. Ac canalis unusquisque progreditur inter proceſſus coſtula-

ſtularum, inde ultra pergens intrat in fiſtuloſum os brachii & terminum habet in foramine inſculpto in hoc eodem primo oſſe brachii. Ova in ovariis fere ſemper occurrunt. Nam antequam omnia vetera ova in lucem prodeant, novorum ovorum albicantia rudimenta apparent. Membranula una & altera, quæ unum atque alterum foramen obtegit, per quod ova eduntur, partus tempore & nonnullis diebus poſt abſolutum partum, omnium veterum ovorum minime tenta ſed conſpicitur languida & flaccida tanquam nimis defatigata in opere & apparet humida. Tempus autem hujusmodi partus eſt menſibus Novembris & Decembris circiter, ac etiam per menſem Januarium ac Februarium, rarius per Martium menſem conſpiciuntur ova pendula à minoribus artubus caudæ. Ovariis ſuperincumbit cor, quod ſedet in parte ſuperiori in medio ovariorum, ut ſi dorſum incidatur Gammari inter caudam & curvam quandam lineam in dorſo inſignem, teſtaque illius partis auferatur, appareat cor palpitans ſuperincumbere ovariis, quæ cordi tanquam ſtratum ſubjecta ſunt. Cordis autem ſubſtantia eſt albicans, & vaſa, quæ ab illo naſcuntur, ſunt etiam albicantia & vix diſtinguibilia ab aliis membranulis & muſculoſa aliarum partium ſubſtantia niſi motu & palpitatione. Motu enim & palpitatione cordis apparent ortus & progreſſus vaſorum à corde, & apparent ortus & progreſſus vaſorum minorum à majoribus vaſis. Cæterum in Cancris maribus cor teſtibus ſuperincumbit, teſtesque cordi ſubſtrati ſunt, qui attentius inſpecti apparent veluti parvi glomi tenuiſſimorum albicantium filamentorum. Suprema teſtium pars conſtat ex vaſis anfractuoſis, ſinuoſis & celluloſis. A teſtibus tenui principio ortum habent vaſa ſpermatica, quæ progreſſu majora ſunt & corporatiora, & ſeminis, quo menſibus iisdem, quibus fœminæ pariunt, & in cauda geſtant ova, albo colore maxime conſpicua ſunt, nam menſe Majo vaſa ſeminalia ſunt flaccida, languida & fere vacua ſemine. Poſtrema autem pars ſeminalium vaſorum prope crura minus amplum ductum habet, & minus candida apparet, ſed eſt carnoſior & firmior, quam media pars neque tam facile diſrumpitur. Longa & tortuoſa via, multis revolutionibus vaſa hæc terminum habent in quinto pari majorum artuum, dextrum in dextro femore, ſiniſtrum in ſiniſtro. Ac in primo oſſe utriuſque cruris eſt pars,

quæ

quæ parum exporrecta in cylindri figuram foraminulum habet, quod obtegitur caruncula quadam ex extuberanti membranula, quæ ductus pars eſt carnoſior. Ex uno latere eſt pilus quidam majusculus in radice, ſed deſinens in cuſpidem acutam, ut caruncula cum iſto pilo faciat ſpeciem partis extremæ in cauda nonnullorum ſcorpionum, videtur videlicet caruncula veluti granum milii habens e latere cuſpidem quandam. Ubi cancer ſiccus eſt & aridus contracta etiam & ſiccata caruncula, apparet parva fovea in oſſe. Cum vaſa turgent agitato & moleſtato cancro facile ſemen albiſſimum è miliari grano erumpit, diſſecto etiam cancro compreſſione facta vaſorum & protruſione crura verſus lacteum ſemen è cruribus erumpit. Quamvis autem organa propagationis & generationis ſic conſtructa ſint in cancris, attamen pronunciat PORTIUS, difficulter inveniri poſſe rationem, qua maris ſemen in fœminæ corpus ejaculari infundi vel intrudi poſſit; ſed neque ex ipſa conſtructione hæc eadem ratio infundendi ſemen in corpus fœminæ videtur impoſſibilis. Forſitan etiam edita jam ova ſuperinſperſo fœcundantur ſemine, ex aliorum opinione. Multi aſſerunt quod mas in coitu aſcendat ſupra dorſum fœminæ, ea vero ſtatim ſupinam ſe vertat, atque ita mas coeat cum ea confricando ſe ad eam.

Valde ſunt libidinoſi, ut unus mas in una caverna vel tres habeat fœmellas, pro quibus vehementer pugnet, & alter alteri ob id forcipes frangat. Ovula matura per loca ſuperius allegata excernuntur & ſub cauda tam diu detinentur affixa, donec parvi aſtaci ſive Cancelli excludantur. Mas præter ſigna ſuperius data cognoſcitur cauda rotundiore & pleniore, fœminæ vero cauda tenuis magis lata atque depreſſa exiſtit.

Reperiuntur Gammari, SEBIZIO docente, ubique fere præſertim in Europa, ubi fluvii, torrentes, lacus & rivi. Vivunt rebus variis, herbis, ranis, etiam carnibus & excrementis animalium. Ex aquis pabulatum ſæpius progrediuntur in terram. Hinc etiam diu extra aquam ſervari poſſunt vivi, dummodo herbis alantur. In terra & riparum cavernis domicilia hyberna ſibi extruunt, & hiematum concedunt, ſubventante vere copias rurſus educturi, ut vicinas terras deprædentur, quamvis etiam tempore hyemali prodeant de ſuo cubili paſtum. Æſtate quoque latibula quærunt præſertim

abjecta veteri cruſta, donec nova tractu temporis in debitam exſiccetur ſoliditatem & indureſcat. Habent quoque Gammari hanc prærogativam, ut forcipes vel amiſſi vel fracti rurſus renaſcantur. Capiuntur vel manibus vel naſſis allecti variis eſcis imprimis ranarum carnibus, & coxis.

Aſtaci ſeu Gammari fluviatiles vulgo cancri differunt præcipue magnitudine, loco & colore. Unum genus minus eſt, ſaxatile, ſupina parte albicans, prona nigricans, elixum undiquaque non rubeſcens, ſed quodammodo album præſertim in ſupina chelarum parte permanens. Appellantur hi CANCRI PETROSI, Stein-Kråbs / Thul-Kråbs. Alterum genus majus eſt, ſed & nobilius, & nomine Krebs ſimpliciter, vel etiam Edel-Krebs inſignitur. Quod Lacuſtres attinet, illi tanquam inferiores non multum curantur. Colorem potiſſimum triplicem præ ſe ferunt Aſtaci, nunc cæruleum, nunc ferrugineum, nunc nigricantem, cocti autem præſertim nobiles rubeſcunt. Quo majores ſunt eo quoque excellentiores habentur. Apicii præferunt fœmellas & imprimis illas, quæ ova rubicunda ſub cauda gerunt, die Duckelmäußer; delectantur quoque iis, qui cruſtam veterem depoſituri nova ſed molli & eduli cinguntur lorica, die weichen Krebs. Vere & autumno pingueſcere & meliores eſſe dicuntur, Novilunio emaciatos, plenilunio refertos eſſe cenſent, Communiter de eſu cancrorum dicitur.

Menſibus in quibus R. non bonus eſt cancer.

Quod tamen apud nos non æque valet, cum menſe Septembri, Octobri, Novembri adhuc maximo comedantur cum guſtu. Hieme utique macri ſunt & non bene ſapiunt. Præfertur caro in caudis & chelis. Carne, ut SEBIZIUS inquit, conſtant dura craſſa & frigida. Longiore mora in ventriculo noxam inferre poſſunt. Cocti digeſtique ſatis alunt liberaliter, ſanguinem producunt non facile diſſipabilem, pituitoſum tamen, ſed Hecticis & Tabidis utilem. Apparantur modis variis. Elixantur, friguntur & ex cruſta nudatis multa conficiuntur eduliorum genera. Imprimis autem tum pro gulæ blanditiis & ſcopo alimentario tum pro uſu Medico humectante, acrimoniam involvente & demulcente *offæ* & *juſcula Cancrina* die Krebs-Suppen und Krebs-Brüh/

Brüh/ multum deprædicantur. Juſcula parantur ex tribus quatuor vel quinque aſtacis viventibus, vel etiam in lacte aut aqua ferventе ſuffocatis, quibus abſcindi prius caput & inteſtinum extrahi debet, contuſis & in juſculo carnis vel pulli tam diu coctis, donec bene rubeſcat, quo viſo colatura inſtituitur, & addito pro re nata vel ſale vel Butyro vel Maci &c. hauritur juſculum, quod magis reddi poteſt medicatum, addendo varias herbas, & animalia, cochleas, &c. pro diverſa intentione Medici.

Deſtillantur quoque ex Gammaris *aquæ antihecticæ* variæ. In gargarismate medentur inflammationibus faucium, ſuccus quoque expreſſus ex cancris contuſis tum internè tum externe adhibetur. Chelæ atque cruſtæ virtute gaudent abſorbente & diaphoretica nec multum diſcrepant à lapidibus cancrorum, de quibus mox ſermo erit. Cinis cancrorum combuſtorum laudatur in cancro & morſu canis rabidi. Imprimis autem in uſum Medicum veniunt, ſic dicti OCULI CANCRI, non quod oculi ſint, ſed quod quadantenus oculi repræſentent figuram; vocantur alias etiam LAPILLI CANCRORUM, Krebs-Augen/ *Yeux d'Ecreviſſe.* HELMONTII obſervationes de ortu horum lapillorum hæ ſunt. Mares quotannis ægrotare incipiunt à menſis Junii medio, fœmellæ dein in Julio ante Teſtarum exuvium. Sunt per dies novem & amplius velut ſemiexanimes ac immoti. Ea tempeſtate ſtomacho illorum obducitur membranula nova, inter quam & ſtomachum veterem eſt liquor quidam lacteus, qui ſenſim exterius in globum ſtomachi convexum, qua parte attingit, obducitque ſtomachum veterem, contrahitur utroque latere in concavum ſtatimque lapideſcit. Ideoque (quod juxta SACHSIUM pene incredibile) vetus ſive interior ſtomachus ſenſim in mucilaginem alimentariam abſumitur, exteriorque ac novus alter ſtomachus in vicem abſumti ſuccedit. Siquidem iſti lacti ad ſtomachi veteris convexum ſubnato obtenditur ſtatim pellicula per modum lacti tepenti ſolitum, creſcitque Lac iſtud inter utramque præfatam membranam, utriusque ſcilicet ſtomachi. Quæ cuncta ducentis forte cancris diſſectis dietim, (ut HELMONTIUS ipſe loquitur) obſervavit jucunda admiratione. Tandem reſidua pars lactis cancro cedit in alimentum. Poſtremo etiam uterque lapis iterato ſenſim diſſolvitur & in nutrimentum paulatim abit. Nihil autem Can-

cer edit aut in ejus ſtomacho reperitur, quantisper iſti lapides ſunt in ſtomacho ejus, vivitque 27. circiter dies tam ex veteri ſuo ſtomacho ſenſim abſumpto, quam ex uſu reſolutorum poſtea lapidum. HELMONTII pronunciato accedit etiam WEPFERUS aliique plurimi. Oculi Cancri ex vivis deſumpti ad colorem cæruleum vergunt, & omnium optimi exiſtimantur, ex coctis vero albeſcunt. Solent adulterari vel creta vel imprimis materia terreſtri illa ex qua fiſtulæ fumo Nicotianæ hauriendo deſtinatæ conflantur. Cognoſcuntur autem facile, quod in concavitate quaſi ſigillum habeant, ſuperficie gaudeant lævigata polita & compacta, interna facies ſit albiſſima & ex lamellis ſibi inſtratis compoſita, linguæ quoque lapilli veri fracti non adhærent, calcinati vero ſaporem quaſi igneum imprimunt. Virtutes ſatis expoſuit author; illud ſolummodo monendum à quibusdam oculos cancrorum vel præferri vel ſaltem æquiparari Lapidi Bezoar. Curioſum quidem eſt, ſed facile explicandum, Lapillos cancrinos in aceto vel ſolummodo aceto conſperſos motu locali promoveri, ex natura lapillorum alcalinorum, & menſtruo acido in motu ſemper exiſtente & in alcali agente.

IN OFFICINIS PROSTANT

Oculi Cancri præparati, präparirte Krebs-Augen/ *Yeux d'Ecreviſſe preparées.* Dantur vel cuſpidatim vel ad ℈j. ʒj. &c. Multi crudos pulveriſatos præparatis præferunt. Non autem exhibendi ſunt, niſi in vehiculo aqueo pro ſcopo abſorbendi Alia ratio eſt, ſi in corpus tertium pro ſcopo incidendi & aperiendi illos velimus redigere.

Solutio aut ſal Oculorum Cancri, ſolvirte Krebs-Augen / *ſolution d'yeux d'ecreviſſe*, cum hæc ſolutio, in ſubſtantiam redacta ſiccam, jam ſit corpus neutrum non opus eſt, ut in præſcribendis formulis de novo jubeamus acido ſaturari lapillos hoſce.

Magiſterium Oculorum Cancrorum, *Magiſtere d'yeux d'ecreviſſe.* Datur ut antecedens ſolutio ad ℈ß. ad ʒß. Vires utrique adſcribuntur neſcio quæ cordiales, roborantes, atque veneno reſiſtentes.

SAN-

SANGUIS HIRCI.

Eſt ſanguis hirci exſiccatus, quem Helmontius & alii prius plantis aromaticis, lithontripticis alendum voluere, hinc angendum inſigniter, & intra extremas anguſtias pone aurem incidendam eſſe arteriam & colligendum ſanguinem, alii hujus teſticulis reſectis diligenter colligunt, ſed hoc perinde eſt, conſtat enim ſale volatili copioſo, terræ incluſo. Ob copioſum ſalem volatilem alcalicum & terram parciorem ſuperat oculos ♋i, præcipue virtute diſcutiendi, incidendi & urinam movendi.

℞. Sang. hirc. ʒß. cape ex ▽ flor. papav. contra pleuritidem & peripnevmoniam, ex ▽ chærefol. ad ſanguinem congrumatum diſſolvendum.

℞. Ocul. ♋ ſang. hirc. ana ʒß. cape ex aceto ad ſanguinem congrumatum reſolvendum.

Bocks-Bluth / Sang de Bouc.

Hircum vulnerariis præſertim plantis nutriunt. Ex vana iſta opinione, quod ſanguinem hircinum adamantem emollire dixerint, profluxit, quod etiam virtutem Lithontripticam eidem adſcripſerint, quam alii quam maxime rident. Ad ſanguinem congrumatum diſſolvendum, commune eſt remedium. Datur ad ʒj. uſque, miſcetur frequenter cum oculis cancri, ſpermate ceti & ſanguine draconis. De ipſo Hirco ſuo loco erit ſermo.

MUMIA.

Eſt ſubſtantia reſinoſa, indurata, nigra, ſplendida ſaporis ſubacris, amaricantis & reſinoſi. Accedit virtute diſcutiendi & incidendi ad ſanguinem hirci, aſt ob reſinoſas ſimul ipſis adjunctas mulcens eſt anodynum.

℞. Oc. ☉i. ʒj. rhabarb. ſperm. cet. mum. ſang. hirc. ana ʒß. f. pulv. ad ſanguinem congrumatum diſſolvendum, datur ex aq. chærefol. in empyemate. [Mumiam nunquam interne exhiberem.]

℞. Mum. ſuber. uſt. terr. ⊕li dulc. ana q. v. add. ſucc. plantag. q. ſ. f. liniment. in ſiſtendo fluxu hæmorrhoidum.

MUMIA VERA, Mumien/ MUMIE.

Intelligitur hic proprie Mumia Ægyptiaca, ſive corpus humanum vel integrum vel in partes diviſum Bitumine Judaico Myrrha, Aloë aliisque conditum & à putredine præſervatum, cum autem rarior Ægyptiaca ſit, ideo utplurimum ſubſtituitur artificialis, quare etiam ejus uſus internus ab authore diſſuadetur. Laudatur interim à quibusdam in phthiſi & pectoris affectibus, in reſerandis viſceribus menſium obſtructione & Lienis deoppilatione. Virtutes quoque traumaticæ inſunt, ut & adſtringentes. Externe pulvis Mumiæ vulneribus inſpergitur. Doſis eſt pro uſu interno ad ʒj. uſque & ultra. Ingreditur eſſentiam vulnerariam, quæ

IN OFFICINIS PROSTAT ET DICITUR

Eſſentia Traumatica Wedelii, Wund-Eſſentz/ *Eſſence vulneraire*. Vires ejus prædicantur inſignes in hæmoptyſi, vomitu cruento, menſibus immodicis, dyſenteria &c. vel per ſe vel cum aliis. Doſis guttæ viginti triginta & ultra.

MARGARITÆ.

Sunt partes rotundæ vel anguloſæ, albæ pellucidæ, ſaporis terrei, excrementitiæ ſcirrhoſæ, conchæ, neque enim in omnibus reperiuntur, tunc enim ſunt inſipidæ, cum alias ſint ſapidiſſimæ, quando nullas habent perlas. Præ oculis cancrorum nihil habent peculiare, niſi quod ob ſubſtantiam mol-

molliorem in ventriculo magis convincibiles & ſubtiles, quare in phthiſi & hectica commendantur.

℞. Margar. præp. ʒß. ſpec. diambr. ℈j. cape ex Emulſ. ſeq.

℞. Amygd. dulc. ʒß. aq. Meliſſ ʒij. aq. roſar. cinam. ana ʒß. f. emulſ. add. conf. alkerm. ʒß. exhibe contra virium laſſitudinem & languorem, in hectica, phthiſi, tabe.

℞. Margar. ℈j. ⊖ abſynth. ℈j. piper. alb. gr. vij. f. pulv. contra febres intermittentes.

Margaritæ in calcem redactæ ſunt ſpecificum in quartana, quod mihi & Medicis Orientalibus per experientiam conſtitit. Ita: ℞. Calcis margarit. ʒß. ſacch. ♄ni ℈j. ⊖*ci ℈j L. O. gr. j. f. pulv. vel ℞. Marg. calcin. ℈ß. ⊖ abſ. gr. xv. Nuc. Moſch. toſt. ℈ß. ♎ caryoph gt. j. (Mater perlarum eſt teſta valida & ponderoſa, extus rugoſa, & aſpera non ſtriata, intus lævis argenteo colore prædita, & hæc teſta ejusdem naturæ & qualitatis eſſe videtur cum margaritis, niſi quod ſit ſubſtantiæ durioris & ſolidioris, hinc non neceſſe eſt, ut margaritæ in calcem pro pulvere antifebrili rediganter, ſed ex matre perlarum optime fieri poteſt, eodem modo, ſicuti ex conchis vulgaribus paratur ſpecificum antifebrile Crollii.)

BE-

Μαργαρίτις, Μαργαρίτης, MARGARITA, MARGARITUM, UNIO, quod nulli duo plane ſimiles in eadem concha reperiantur. PERLÆ, Perlen / PERLES.

In peculiaribus conchis Margaritiferis reperiri nullum eſt dubium, quis autem proprie earum ſit ortus, diſcrepant authores. Sunt qui cum PLINIO conchas ad ſuperficiem maris elevatas à rore cœleſti depluente imprægnari, & menſtruo ſpatio margaritis gravidas reperiri, putarunt. Alii perlas, eodem ac calculos modo

do gigni cenſentes, à ſuperflua materia novarum laminarum reſtitutioni dicata oriri docent. Nonnulli pro lepra, aut cum authore noſtro pro excremento concharum habent. Quidam à ſucco nutritio ſtagnante in ſenio confectis aut alio morbo laborantibus conchis certis in maribus aut locis reperiundis exſurgere autumant. Recentiorum quorumdam ea eſt opinio, ac ſi margaritæ nihil aliud ſint, quam ovula ex quibus novæ deinde producantur Conchæ margaritiferæ, quæ ſententia ulterius utique meretur examen.

Non autem ex unius generis Concha extrahuntur perlæ, ſicuti quoque non in uno eodemque reperiuntur loco. Superbit imprimis margaritis ferax Oceanus Orientalis atque Occidentalis, nec quidam fluvii atque rivi in ipſa quoque Europa, Sileſia, Bohemia, Livonia &c. tam pretioſo theſauro ſe deſtitui monſtrant. Imprimis tamen in uſum Medicum priores duæ ſpecies cedunt, de quorum piſcatura conſulantur ſcripta à peregrinantibus variis in lucem edita.

Non autem uſurpantur pretioſiſſimæ illæ margaritæ magnitudine, colore albicante & rotunditate quam maxime reſplendentes, UNIONES, Zahl-Perlen/ dictæ, ſed minores imo haud raro minimæ anguloſæ admodum, quas Saat-Perlen/ SEMENCE DE PERLES appellitant. Præferuntur Orientales. Abſorbent acidum, præcipitant, & virtutes neſcio quæ cordiales cephalicæ aliæque admirandæ adſcribuntur. Hinc quidam ſuas eſſentias perlarum v. gr. cum vino Tockavienſi paratas, quidam ſuum Lac perlarum magnificis extollunt titulis, quod ſi autem res debito examinetur modo; aut à menſtruo aut ab aliis additis potius, talia remedia virtutem ſuam accerſere eaque ad emungendam potius crumenam excogitata eſſe patefit. Quomodocunque enim perlas examines, attamen inſigniores quam oculos cancri aliaque oſtracodermata vires poſſidere vix deprehendes.

IN OFFICINIS PROSTANT

Margaritæ Orientales & Occidentales præparatæ präparirte Orientaliſche und Occidentaliſche Perlen / *Perles Orientales & Occidentales preparées,* dantur ad ℈j. ʒß. & ultra.

Spe-

Species diamargariti frigidæ, kühlendes Perlen-Pulver. Cordiales atque alexipharmacæ habentur. Dosis ℈ß. ad ℈ij.

Aqua perlarum sive *confortativa usualis*, Perlen-Wasser oder Krafft-Wasser, *Eau de Perle* ou *confortatife usuelle*. Hanc plebi & mulierculis tantopere decantatam aquam de fastigio suo velle dejicere esset crabrones irritare. Adhibent quippe in omni debilitate & languore virium, spiritus, ut loquuntur, animales puriores reddit, sensuum internorum & externorum organa reficit, atque ita quasi generale confortans omni sexui ætati & morbo accommodatum existit remedium: si quæ vis confortans inest, illa maximam partem debetur aquæ Cinamomi. Exhibetur cochleatim.

Tabulæ manus Christi perlatæ aut *Saccharum perlatum*, de quo sub saccharo. Plures interim, ex nescio qua persuasione, compositiones ingrediuntur Perlæ.

MATER PERLARUM, Perlen-Mutter/ NACRE de PERLE ou *Mere de Perles*, est species concharum bivalvium, figuram quasi planam & circularem obtinens, ita dicta quod vel perlas quandoque in se contineat, vel splendore suo præsertim interno perlas imitetur. Inservit non solummodo ad varia exinde paranda cochlearia &c. aspectu tactuque haud injucunda, sed & in Medicina tanquam corpus alcalinum, acrimoniam mitigans & adstringens locum habet, & si non plane iisdem ac margaritæ facultatibus, saltem haud adeo minoribus gaudet.

A PHARMACOPOEIS OSTENDITUR

Mater perlarum præparata, präparirte Perlen-Mutter/ *Nacre de perles preparée*. Dosis ad drachmam usque.

Solutio sive sal Matris perlarum, solvirte Perlen-Mutter/ *solution de Nacre de perles*.

Magisterium Matris perlarum, *Magistere de Nacre de perles*. Et his quoque compositionibus alexipharmacæ & cordiales tribuuntur vires. Dosis ad ℈ß, ʒß & ultra.

BEZOAR ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS.

Orientalis est substantia lapidea, foris splendida, glabra,

quaſique lævigata, coloris foris atro virentis, intus obſcure cinerei, forma modo rotunda, modo oblonga, tereti vel ovali, magnitudinis variæ, compacta ex pluribus lamellis ſibi invicem incumbentibus, oſtendens in meditullio cavitatem notabilem, continentem paleas, pilos, fibrillas, aliaque ſimilia, nata in ventriculo caprarum ſylveſtrium Indicarum, ſaporis & odoris nullius evidentis.

Occidentalis eſt ſubſtantia lapidea, Orientali fragilior & laxior, foris ſcabra & minus lævigata, coloris modo ex viridi nigricantis, modo cinerei, ex multis quaſi tunicis ſibi invicem incumbentibus compacta, forma ut plurimum rotunda, magnitudine varia, habens in meditullio cavitatem, includentem paleas, pilos &c. nata in ventriculis caprarum Peruanarum & Mexicanarum.

Non in omnibus reperiuntur, ſed partes excrementitiæ earum quæ morboſæ ſunt videntur, uti notavimus de margaritis. Eſt hoc proprium in India Occidentali, quod vix animal reperiatur, in quo non generentur lapilli tales, & omnes ſub hoc nomine ad nos deferuntur, paucioribus ⊖ibus volatilibus gaudet, quam Orientalis.

Uterque cùm margaritis & oculis ♋ convenit, ſed ſubſtantia ſubtilior eſt, & in melancholia, febribus malignis pro ſudorifero habetur, in virium languore ab acido præ cæteris laudatur. Datur à ℈j. ad ʒß. imo ʒj. niſi pretium obſtaret. Refertur quoque inter anthelmintica, forte quatenus acida imbibit, quæ nidus ſunt vermium.

℞. Lap. bez. ℈j. abſynth. gr. xv. ☿dulc. ℈ß. f. pulv. contra vermes ex ▽ graminis vel hyperici vel decocto filicis.

℞. Lap. bez. ℈j. ⊖ volat. ſuccin. gr. vij. f. pulv. dandus ex ⏑u lil. convall. contra epilepſiam.

Lap.

℞. Lap. bez. ʒj. Croc. ♂t. ʒß. ⊖ vol. C. C. gr. v. Crōc. or. gr. vij. f. pulv. in melancholia ex aq. fumar.

DEN.

BEZOAR derivant quidam à voce Arabica vel Chaldaica Bel, quæ Dominum significat & Zoar venenum, quasi Dominus veneni, Bezoar / BEZOAR.

Audiamus de lapide Bezoar Orientali laudatissimum KÆMPFFERUM. Patria hujus lapidis præcipua est Persidis provincia LAAR, aliæque. Genitrix est fera quædam montana caprini generis, quæ Capricerva aut juxta alios Cervicapra vocatur. Animal pilis brevibus ex cinereo rufis vestitur, magnitudinem capræ domesticæ ejusdemque barbatum caput obtinens. Cornua fœminæ nulla sunt vel exigua; hircus longiora & liberalius extensa gerit, annulisque distincta insignioribus, quorum numeri annos ætatis referunt: annum undecimum vel duodecimum raro exhibere dicuntur, adeoque illum ætatis annum haud excedere; reliquum corpus à cervina forma colore & agilitate nihil differt. Timidissimum & maxime fugitivum est animal, inhospita asperrimorum montium tesqua incolens, & ex solitudine montana in campos rarissime descendens. Non autem in omnibus, quas inhabitant, regionibus lapides in hisce gignuntur animalibus. In hircis lapides majores & frequentius inveniuntur quam in fœminis. Lapidem ferre judicantur annosi, valde macilenti, colla habentur longiora, qui gregem præire gestiunt, circumspectius incedunt & insidias magis atque sodales metuunt, quod idem de fœminis affirmatur. Supercilia quoque ac lineamenta frontis insigniter nigricantia lapidis præsentiam confirmare dicuntur, imprimis autem linguæ solito asperiores præsentiam lapidis testantur. Locus natalis est pylorus sive productior quarti, quem vocant, ventriculi fundus; cujus ad latus plica quædam, sive scrobiculus mucoso humore oblitus lapillum suggerit. Utrum casu hic sibi hospitium paret, jam alibi formatus, an in eo loco generetur, sive illapsus retineatur & augmentetur non constat. Credunt, quos plicarum alveoli non satis amplectuntur, elabi pyloro posse & cum excrementis

excerni, quin formatos interdum diſſolvi rurſus, præſertim longiori animalis inedia. Certum inſuper eſſe dicit author, Lapides in loco natali viventis bruti dum latent, nondum gaudere petroſa duritie, ſed molliores eſſe & quodammodo friabiles. Hoc propter recenter exſectus ne improvide frangatur, vel attactus nitorem perdat, ab inventoribus ore recipi conſuevit & in eo foveri aliquandiu, donec induruerit, mox Goſſypio involvi & aſſervari. Aſſervatio ni primis diebus caute fiat, periculum eſt, ne adhuc dum infirmior importuna contrectatione rumpatur aut labem recipiat. Generationem fieri concipiunt, cum reſinoſa quædam ex herbis depaſtis concoctisque ſubſtantia ventriculorum latera occupat, quæ egeſtis cibis jejunoque viſcere in pylorum confluens, circa arreptum calculum, lanam paleamve conſiſtat & coaguletur. Ex primo circa materiam contentam ſtramine, efformandi lapidis figura pendet; cujus anguli blanda compreſſione, quam à cavitate hoſpitii patitur, in pulvinatam cogitur lævitatem, niſi etiam rotunditatem obtineat ex motu, tum fermentantis alimenti, tum viſceris periſtaltico, qui eum continuo agitabat; dum interim acceſſione novi glutinis, lamellis aliis atque aliis per intervalla temporum augetur, & in aliqualem molem accreſcit. Hos jam veros eſſe aſſerit lapides, ſed rariſſimos, magno conſtantes pretio, & in Pharmacopoliis Europæorum non facile reperibiles. Extrahuntur videlicet ejusmodi lapides etiam ex aliis brutis ſylveſtribus Indiæ Orientalis, capris, imprimis vero Simiis, quem ultimum quidam præferunt.

Occidentalis Bezoar in ſimilibus fere animantibus producitur, & ex certis quibusdam vegetabilibus potiſſimum oriri ab authoribus exiſtimatur. Huic autem ſemper præfertur Orientalis. Uterque adulterari ſolet vel aliis lapidibus vilioribus, vel creta vel cineribus teſtarum, oſtrearum aliisque ingredientibus &c. Notas hinc bonitatis ſequentes tradunt, quod lamellatim Bezoar lapis debeat eſſe concretus, quod cavitas interna non debeat eſſe plane vacua, quod in aqua per noctem infuſus illius limpiditatem non turbet, duritiem non amittat, nec pondere augeatur, quod volæ manus vel chartæ cinere aſperſæ vel creta aut calce viva oblitæ affrictus, lineam inducat luteam, vel ex luteo viridantem, quam notam Perſæ omnibus præferunt. Addunt quidam, quod legitimus lapis

exinde

exinde cognoſcatur, quando acus candens intrudi poſſit. Juxta KÆMPFFERUM autem fallax bonitatis teſtis eſt, quia adulterini ex reſinoſa conſtructi materia acum utique admittent; legitimi vero plerique ita indurati ſunt, ut acum candentem reſpuant. Non eſt quoque nota factitii lapidis, ſi interiores laminæ deterioris ſubſtantiæ & coloris fuerint, ea enim ex diverſitate alimenti diſparitas provenit, dum genitrix beſtia locum paſtus mutat. Pro genuinis lapidibus Orientalibus eos habet modo dictus author, qui inter reſinæ & lapidis ſubſtantiam ita ambigunt, ut contuſi in acido nitri vel ſalis ſpiritu diſſolvantur, ac menſtruum colore ſatis rubente ſimul ac virtute ſua imbuant, qua ratione etiam exinde paravit liquorem bezoardicum.

Lapidis hujus virtutes, ut ex nomine patet, ad quævis venenorum genera deprædicantur. In peſte, morbis contagioſis, febribus ardentibus, malignis, variolis & morbillis ſacra quorumdam, imprimis muliercularum eſt anchora. Laudatur in pleuritide, peripneumonia, ictero uter, morbis, partu difficili, melancholia, cancro ſcabie &c. Perſæ facultatem declinandi morbos & prolongandivitam eidem tribuunt. Sunt qui in potu infundunt aut de collo ſuſpendunt. Licet autem hic lapis laudabile medicamentum ſit, ubicunque abſorbendum acidum, vel acrimonia temperanda, vel humores reſolvendi, tantus tamen non eſt faciendus, ut omnibus reliquis bezoardicis remediis præferatur, præſertim cum in tam exigua ſoleat exhiberi doſi, quæ revera, ſi aliquid exinde expectare volumus, adaugeri debet. Cæterum in plures equidem recipitur compoſitiones, vix autem aut raro ſaltem ab ipſis præſcribitur Medicis, imitantibus hac in re Medicos Perſiæ, qui raro quoque eodem utuntur, quamvis à vulgo ibidem maxime celebretur. In abſorbendo & tranſpiratione promovenda non minori virtute præditus videtur Lapis Bezoar foſſilis, in Sicilia ut & Gallia, Languedocia, circa Monſpelium reperiundus.

DENTALI. ENTALI. UMBILICUS MARINUS.

Sunt conchæ maritimæ, Alcali volatili & terra gaudent

dent & ad acida infringenda veluti oculi cancrorum exhibentur, ſed ob ſubſtantiam duriorem poſtponuntur oculis ♋, certis tamen in caſibus.

℞. Dental. tere in pulv. exhib. ʒß. cum aq. deſt cinamom. vel alia ad abſorbenda acida. Verſa in calcem fiunt ſpecificum contra quartanam, v. c.

℞. Calcis hujus ʒß. ♎ abſynth. ƷƷß. quibus addi poteſt ſacch. ♄ni L. O. exhibetur ex vino abſynthite.

PAR-

DENTALIUM, DENTALE, à figura dentis, quam æmulatur, Zahn-Schneck. Eſt, definiente LANGIO, conchula parva, oblonga, candida, exterius aſpera intus læviſſima, tubuli in modum excavata, altera parte dentis canini ad inſtar acuminata, transverſalibus lineis per incerta intervalla cincta. Capiuntur in mari Britannico. Refutat hinc eos, qui conchulas illas dentiformes exterius æque ac interius læves dentalia vocant, aut qui conchulas illas convexas ex una parte, altera vero depreſſas, & rima dentata ornatas, pro veris dentalibus venditant, quæ conchæ frænis quandoque ornatus cauſa affiguntur. Dicuntur quibusdam Schlangen-Köpffgen.

ENTALI, ANTALE, ANTALIUM, ENTALIUM, eodem LANGIO & WORMIO notante, ſunt proprie conchulæ parvulæ ejusdem ſubſtantiæ cum venereis aut potius cylindricis, niveæ, læves, rimulam habentes. SCHROEDERUS deſcribit eſſe teſtaceum quoddam marinum, inſtar parvi cornu longiuſculum, rectum & cavum, foris ſtriatum intus læve, raro longitudinem digiti ſuperans. In uſum Medicum non trahuntur, niſi quod in unguentum Citrinum recipiantur.

UMBILICUS MARINUS, BELLIRICUS MARINUS, BELLICULUS MARINUS, Meer-Bohnen / NOMBRIL MARIN. Ita dicitur à figura, qua umbilicum æmulatur, LAPIS MARGARETHÆ, OCULUS LUCIÆ, & MARINUS, faba marina. Eſt operculum cochleæ cœlatæ, ſubſtantia ſolidâ intus eburnea, figu-

ræ

ræ ſubrotundæ & quaſi ovalis, cujus in altera ſuperficie plana ſubfuſci coloris ſpiralis linea apparet, adeo ut tota maſſa in orbem videatur reflexa, altera vero facies aliquantum labroſa in margine, depreſſa vero circa centrum videtur, coloris utplurimum eſt eleganter rubicundi, quem viridis circa centrum deturpat. Reperitur ad littora maris Adriatici.

PARTES ANIMALES SALE VOLATILI OLEOSO CUM ODORE FRAGRANTISSIMO CONSTANTES.

MOSCHUS.

Si optimus, debet eſſe. 1. ex ferrugineo nigricantis coloris. 2. unctuoſus. 3. ſaporis grati & amaricantis. 4. odoris fragrantis non adulterati.

Eſt ſubſtantia grumoſa pinguis & unctuoſa, ſanguini congrumato ſimilis, collecta ex Dorcadis ſeu capræ Moſchiferæ Aſiaticæ folliculo, ſito in abdomine inter umbilicum & pudenda, coloris ex nigro ferruginei, ſaporis ſubacris, amaricantis, odoris fragrantis & grati.

Ob volatilem ſalem ſpiritibus analogum obtinet in ſpecie virtutem analepticam, cardiacam, confortantem, ♀em promoventem, ſanguinem congrumatum diſſolventem & hyſtericam paſſionem tollentem.

℞. Moſch. ℈ß. ambr. gryſ. ℈iß. ſacch. cand. q. ſ. ♌ citr. gt. v. cinam. gt. ij. caryoph. gt. j. M. f pulvis analepticus cardiacus ad ℈j. cum vino vel ſyr. chermes exhibendus.

℞. Moſch. gr. iij. detine ſub lingua, ſi ex accepto vulnere thoracis nullus ſanguis effluit, illicò ſanguis fluere incipiet.

℞. Ladan. ʒiij. ſtyr. cal. ʒj. benz. ʒij flor. benz. ʒj. Moſch. ℈ß. ambr.

℈ß. ambr. gryſ. ʒß. ꝏ Cort. Citr. rec. expreſſ. gt. xxv. mucag. tragacanth cum ▽ roſ. fact q. ſ. f. pomum ambræ odoriferum analepticum.

℞. Moſch. gr. v. extract. caſtor. inſpiſſ. ℈ß. mac. gr. iiij. f. pil. deaurentur fortiter ad promovendum conceptum.

℞. Coagul. lepor. gr. v. Moſch. gr. j. Elect. diaſatyr. ʒj. ambr. gr. iij. ꝏ majoran. gt. iiij. ſyr. gran. cherm. q. ſ. f. Elect. paulo ante coitum.

ZI-

Μόχος, MOSCHON, MOSCHUM, MOSCUS, MUSCUS, MUSCHUS, Biſam/ Biſem/ Byſem/ Musc.

Quæſtio magna fuit, ex quo animali & ex quibus partibus depromatur Moschus. ANIMAL MOSCHIFERUM vocatur CAPREA DORCAS, CAPREOLUS, GAZELUS, vel GAZELLA, CAPRA MOSCHI, MOSCHIUS. Biſam-Thier.

SCHROECKIUS Filius in HISTORIA MOSCHI, quamvis duplex animalis Moſchiferi genus eſſe credat, verum tamen ex capreolorum genere eſſe probat, cute variegata, capite lupino, duobus ex ore terram verſus protenſis dentibus, & infra umbilicum folliculo quodam inſtructum eſſe docens. Folliculus hic extus piloſus magnitudine ſua adæquat ovum gallinaceum, & in cavitate ſua nuciſtam facile continere valet, non tam carnoſæ, quam membranaceæ ſubſtantiæ ductu peculiari, orificio ſuo & muſculo ſphinctere munito gaudens, ne prodige profundatur Moſchus ibidem contentus. Interiori vero ſuperficie adhuc ſpecialem habet pelliculam Moſchum cingentem, in qua præter vaſa ſanguifera circa meatus Moſchiferi orificium complures glandulas ad Moſchi procul dubio ſecretionem facientes reperire licet, in quas pilorum orificium illud cingentium, radices implantantur. Reperitur hoc animal potiſſimum in Tartaria China & India. Ex hoc jam folliculo depromptum concretum odoriferum humana præſertim ope exemptum SCHROECKIUS præfert, non tamen penitus

tus rejectis aliis ex ſanguine renibus vel teſtibus paratis maſſis, modo fragrantia nativa cominus gravi, eminus vero ſuavi ſe commendent. Debent autem folliculi integritas, amaror &c. conſpirare.

Circa Moſchi uſum caute procedere debemus præſertim in mulieribus. Sanguinem impetuoſum admodum reddit & hæmorrhagias narium facile excitat. Novi ipſe ſubjectum quoddam, quod quotieſcunque Moſcho infecta vel bellaria vel potulenta aſſumit, hæmorrhagia narium corripitur. Inter Cephalica interim, ut & alexipharmaca recenſetur remedia, ſtomacho quoque benefacit & in colica prodeſt. Aſſervatur Moſchus optime in ſuis folliculis aut in vaſis plumbeis, ut odor & vis diſſipabilis detineatur. Moſchus ut & Zibethum cum tempore amittit odorem ſuum, quem tamen recuperat, ſi irroretur urina pueri vel ſi ſuſpendatur in latrina. Haud paucas Moſchus ingreditur compoſitiones, quæ exinde completæ nominantur.

In Officinis Prostant

Species Diamoſchu dulcis, köſtliche Biſam-Specerey / *Poudre Dia Moſchu dulcis*. Commendantur ad affectus cerebri præſertim frigidos, Vertiginem, Apoplexiam, palpitationem cordis, & affectus melancholicos. Doſis ad ℈j. ℈ij.

ZIBETHUM.

Eſt ſubſtantia unctuoſa flaveſcens pallida, melli vel butyro forma & conſiſtentia ſimilis, ſaporis ſubacris, odoris fragrantiſſimi, collecta ex folliculo animalis Zibethici vel majoris vel minoris, ſito intra anum & pudenda, in fœmina, in mare inter penem & teſtes.

Hujus uſus potius externus quam internus, quiá multum pinguedinis habet nauſeoſæ, eſt nempe antepilepticum, antihyſtericum, nervinum & anodynum.

℞. Zibeth. gr. iij. Caſtor. ℈j. conſ. fl. anth. ſyr. matricar. q. ſ. f. Electuarium antihyſtericum.

℞. ♃ majoran. gr. iij. Zibeth. ʒß. ♃ pin. recenter expreſſ. q. ſ. Moſch. gr. v. f. unguentum quo inungatur penis.

℞. Zibeth. ʒß. ♃ laur. expr. ℥ß. camph. ℈ß. f. liniment. in colica.

℞. Moſch. gr. iij. Zibeth. ʒß. ♃ pin. recenter expreſſ. q. ſ. ambr. gryſ. ʒj. f. unguentum quo inguina & lumbi ſunt inungenda ad ♀em ſtimulandam præcipue in feminis.

CAS-

HYÆNA ODORIFERA, CATUS ZIBETHICUS, Zibeth-Katz/ CIVETTE.

CASTELLUS in tractatu de Hyæna odorifera duplex deſcribit animal, Arabicum alterum, alterum Americanum; Hoc, FABRO exponente, caput non craſſum, ſed tenue & acutum habet, ut roſtrum caninum potius quam Felinum eſſe judicares, quod cum labris ſuis ſubrubet. Orbitæ circa oculos, qui minus truces ſunt nec magni admodum, albicant. Cæterum ſubcineritii coloris eſt caput & pili in barba vix ulli. Collum quoque longius pulchro quodam ordine alternis nigriusculis & albicantibus faſciolis velut totidem torquibus arte appictis exornatum. A capite ad dorſum per colli longitudinem ſupernam ſimilium colorum lineæ excurrunt. Dorſi medium à collo ad caudam linea nigricans piloſa valde diſtinguit. Maculis, in corpore cinereo minus obſcuro, nigricantibus, rotundis & ovalibus ordinatim ſecundum rectam lineam verſus caudam productis inſigniter decoratur, ita ut ſuperiores, dorſo quippe viciniores, ſint majores, mediocres paulo inferiores & quæ in imo ſunt ventre ſenſim evaneſcant. Caudam gerit alternis ſimiliter, ut in collo dictum, faſciolis nigreſcentibus ac cineritiis diſtinctam, ac ſatis longam, ſub cauda tria foramina eminenter viſui ſe præbent, anus ſcilicet, loculus in quo Zibethum colligitur & extrahitur, ac vulva, medium tamen cæteris duobus majus apparet. Hyæna autem odorata Africana Lupum potius æmula-

æmulatur quam Felim, capite enim eſt oblongo & roſtrum acuminatum, non obtuſum ut Feles, habet, item dentium formam ut canum: duorum palmorum altitudine erat animal à CASTELLO diſſectum, tantundem erat corpus à ſcapulis ad caudam, caudæ vero longitudo quanta totius corporis, collum etiam longitudine ſuperabat ſemipalmam, capitis longitudo duplex erat ad latitudinem. In barba & genis pilos habebat duros, albos, & longos felium ritu; roſtrum pilis denudatum, nares nigricantes & ſub oculis maculæ nigræ, oculi ſplendentes & ſubrubentes nec hilares, ſed potius triſtes & depreſſi magis, quam eminentes erant. Aures parvæ ſunt orbiculares ad Melis ſeu Taxi formam, in ipſis ſimilis pilus nec mollis nec aſper. Corpus habet albicans & cinereum Lupi colore maculis aſperſum nigris, crura & pedes parvi potius quam magni breves quam alti & pilo nigro obſitii, pedum digiti quatuor ſimul & inſuper parvus pollex interne ſitus nec longe diſtinctus. Ungues ſunt caninæ, nigræ, breves, craſſæ & obtuſæ, minimum aduncæ. Sub cauda immediate eſt excrementorum meatus, proxime collocantur teſtes, in maribus tum vas Zibethicum & ſub hoc ſexus maſculinus & fœmininus. Vas Zibethi poſitum eſt inter genitale & teſtes, quos ſatis magnos ac evidentes habet & inodoros, & ab his vaſa ſeminaria admodum craſſa feruntur ad genitalis radicem ad latera pſeudo uteri, ſub quo veſica parva. Genitale totum occultatur in corpore felium modo, dum vivum animal quieſcit apparetque ſola glans. Totius corporis pili ſunt longi rudes & aſperi apri modo & in cervice ac per dorſi ſpinam pili adſunt nigri, prælongi, ac duriores, quos erigit iratum animal uti ſus. Cauda eſt oblonga & bene piloſa uſque ad terram pertingens, variis diſtincta maculis. Reperiuntur animalia hæc in pluribus Indiæ tum Orientalis tum Occidentalis locis. Membrum Zibethicum primo adſpectu fœminea vulva videtur, lineam enim oblongam habet & labia craſſa, quod ſi manibus tangatur, tactu ſentitur ovi parvi magnitudine veluti cartilaginoſum corpus & duriuſculum, in quo cum parum digitis diducitur & dilatatur, apparent duo foramina iis, quæ ſunt in naribus ſimilia, ſub quibus cavitates quædam ſunt ſedes Zibethi. Hæc vaſcula ſi digitis magis preſſa deducantur apertis omnino foraminibus totas cavitates demonſtrant, loculique perfecte patent, quorum cavitas

tanta eſt, quanta ſufficeret ad continendum Amygdalæ nucleum; in his loculis nullus porus, nullus meatus apparet, poſt diſſectionem corpus duriuſculum ovi magnitudine, quod cartilaginoſum tactu videtur, in duos utriculos olivæ magnitudine & nequaquam cartilaginoſos, ſed carnoſos & minutis albis duris glandulis ſeu granulis infertos diſtingui obſervatur, duriore autem multum quam teſtes ſunt ſubſtantia, omnino tamen inter ſe diſtinguuntur hi folliculi, membranis tamen unitis & interior quidem communis exiſtit ambobus utriculis, qui exſiccati etiam mire redolent Zibethum.

Ex hoc jam vaſe colligitur iſtud odoramentum, quod ZIBETH, ZIBETTUM, ZIBETHUM, CIVETTA, Zibeth/ CIVETTE dicitur, adeoque neque ſemen eſt neque excrementum, ſed inſervit, CASTELLO opinante, vel ut irritentur animalia ipſa ad coitum, vel ut odor iſte inſerviat animali ad venandum, & ad ſe allicienda alia animalia. Cum repleti fuerint utriculi ſubſtantia Zibethi, animal ipſum inquietum eſt, & ſemet exonerare ſatagit, unde videtur dicendum ab ipſius acri qualitate turgere, vexari & pungi, atque ad excretionem proritari, delectarique videntur cicurata animalia, dum folliculi ii auriſcalpio exinaniuntur.

Zibethum optimum illud eſt, quod leonino aut ſubpallido colore gaudet, pingue, moderate liquidum, cum tempore craſſeſcens, papyro impoſitum & affrictum ſolubile ſine corpore, quo ipſo diſtinguitur ab adulterino. Adulteratur autem vel butyro vel caſeo, adipe rancido &c. Sunt qui fœmininum Zibethum longe præſtantius quam Maſculinum eſſe aſſerunt.

Zibethum in magna quantitate male olet, in exigua vero copia bene. Quod concernit Zibethi virtutem antihyſtericam, quam maxime reſpiciendum eſt ad idioſyncraſiam. Non autem naribus eſt admovendum, ſed ſinui muliebri aut umbilico applicatur. Commendatur quoque ad ſterilitatem & appetitum Venereum præſertim in mulieribus excitandum. In torminibus ventris infantum umbilico inungitur. Alias Zibethum ingreditur balſama, unguenta, & ſuffumigia. Sunt, qui dicunt Zibetho inuncto omnes pediculos fugari. Optime ſolvitur cum ſaccharo aut ſpiritu vini.

CAS-

CASTOREUM.

Non ſunt teſticuli Caſtoris, ſed excreſcentiæ quædam glanduloſæ inter pudenda, quæ in medio fovent materiam melleam, quæ eſt quaſi quinta eſſentia. Sic multa alia animalia iisdem tumoribus, qui cum genitalibus nullum plane commercium habent, gaudent, uti capræ moſchiferæ, quæ tamen ſimplicem tumorem habent, felis Zibethi qui duplicem habent, quorum ex glandulis liquor etiam pinguis emanat. In Canada mures ſunt aquatici, qui valde conveniunt cum Caſtoribus, habent etiam tumorem unicum, qui exciſſus ſpirat moſchum fragrantiſſimum, ſed tamen nihil moſchi reperitur etiam in tumore ipſo.

Teſticuli caſtoris foras non propendent, ſed ſunt in ipſo abdomine.

Eſt ſubſtantia glanduloſa, oblonga, rotunda nata in inguine ſubtus teſticulis ovi magnitudine, veſtita pellicula craſſa & impleta liquore oleoſo & ceroſo tractu temporis ſeipſum exſiccante, ſaporis acris amaricantis nauſeoſi, odoris gravis.

Ratione ☉is volatilis penetrantiſſimi pinguedini incluſi ſpecifice convenit in morbis ab acido auſtero ortis, morbis ſoporoſis, paſſionibus colicis, hyſtericis, convulſivis, in virginum cachexia, in ſingultu, cardialgia, palpitatione, variolis & morbillis. Eſſentiam Caſtorei ex oleo ſpicæ diſſolut. in colica convulſiva cum ſucceſſu exhibuit D. Hermann. doſ. à gt. x. ad xx. Externe naribus admotum torpidos ſpiritus in morbis ſoporoſis excitat.

Datur à ℈j. ad ʒß. in majori doſi datum alvum ſolvit.

℞. Caſtor. ℈j. L. O. gr. ij. ♎ d. chamom. gt. ij. ocul.

℥. ʒß. M. f. p. divid. in duas part. æq. ad omnis generis dolores ex acido.

℞. Castor. ℈j. scammon. præp. gr. xv. f. pulv. dandus ex oxym. contra morbos soporosos.

Ego mihi paravi nobilissimam essentiam sequentem: ℞. Rad. ari. ʒij. pyretr. ℥ß. castor. ʒij. ⌒ ⊖ ✱ci q. s. f. essent. in aphonia, applica cum linteaminibus vel detineatur in ore. it. in tussi.

PARS

Κάςωρ, ab insigni ventre, CASTOR male à castratione vel exsectione testiculorum dicitur, CANIS PONTICUS, cum circa Pontum frequens reperiatur, Φιβρὸς, vel à teneritudine pilorum mollissimorum, vel quod circa amnium ripas & oras, tanquam extremitates sive fibras conspiciantur, FIBER, Biber / CASTOR, ou BIEVRE.

Est autem Castor, definiente JOH. MARIO in CASTOROLOGIA à FRANCO adaucta & in lucem emissa, animal quadrupes adæquans magnitudinem felis, quod tam in aquis quam terra vitam degere potest, & fructibus atque arborum corticibus piscibus cancris ranisque se satiat, præprimis ulmis; pedes anteriores sunt instar canum, quibus terram fodit, ac posteriores consimiles anserum pedibus, quibus in aqua natat atque eam dividit, caput non admodum dissimile muri montano. Cauda non solummodo caudam piscis, sed fere integrum piscem refert, depressa est, & pilis in totum nudata, quatuor circiter digitos lata cinericii coloris, multis rugis & anfractibus gyrisque effictis instructa est, excavata quasi. Aquis quidem immergitur, sed non diu sub iis manet, & quando amnem transnatat, erecto super aquam capite trajicit. Amat loca avia, ut ab injuriis & aggressoribus tutior esse possit; aditus ad cavernas, quas mirifice præsertim in litoribus exstruit, sub aqua patet, & sursum fodiunt, contignationes aliquot cum lignis anterioribus pedibus dentibusque suis fabricat, ut testes oculati nec satis mirari nec ejusdem astutiam narrare possint. Admiranda

randa ſunt, quæ de Caſtoribus in Canada recenſentur. Habet hoc animal ferum, & vix ad manſuetudinem domabile, dentes longos & acutos, quibus omnia perforat, quicquid invenit, & etiam aliorum animalium oſſa, quæ comprehendit, confringit. Non longe à domicilio imprimis tempore hyberno & nocturno ad capiendum pabulum ſecedit. Acribus quatuor ſuis dentibus fortiter pugnat, œſtro cientur Venereo ineunte æſtate, fœmellæ menſe Decembri catulos modo unum modo duos tresve edunt. Pellis cinerea eſt ad nigredinem tendens, pilis nitidis mollioribus.

Capiuntur Caſtores à venatoribus non tantum pro uſu alimentario, oeconomico, ſed & Medico. Caro, notante SEBIZIO, dura eſt & inſuavis coctioneque corrigenda, Cauda nihilominus lautiorum conviviorum menſis apponitur. Iis etiam, quibus per certum temporis ſpatium carnium uſus eſt interdictus, conceditur hoc animal amphibium, cujus caro & cauda variis modis apparatur, variisque condimentis imbuitur. Piſces ſapit Caſtor. Nutrimentum non adeo laudabile præbet, & difficilioris eſt digeſtionis. Pelles ad pileos, veſtes, &c. uſurpantur.

DENTES CASTORIS, cum aliorum animalium dentibus abſorbendi, aperiendi, & diapnoica virtute in morbis inflammatoriis, febribus, ictero, motibus ſpasmodicis &c. coincidunt.

Imprimis autem ex Caſtore in uſum venit ſic dictum CASTOREUM, Καστόριον, Bibergeil / CASTOREUM. Vulgare ſomnium eſt, caſtorem, dum ipſum proſequuntur Venatores, ſibimet ipſi morſu reſecare teſticulos, cum tamen conſtat illos ſpinæ dorſi in corpore adeo adhærere, ut ſine vitæ diſpendio eximi nequeant, inſuper ita parvos eſſe, ut Galli Gallinacei teſticulos vix ſuperent. Rectius itaque LANGIUS aliique cum authore noſtro à teſticulis Caſtoreum diſtinguunt; ſupra allegatus MARIUS ita loquitur; Intra poſteriores pedes duæ crumenæ vel folliculi conſpiciuntur ac prominent, quorum unus alteri major, ex quibus nonnunquam melleus effluit liquor, quam Caſtor ipſe lambit, talesque folliculi in maribus pariter ac fœminis conſpiciuntur, uno loco inſiti ovi anſerini magnitudinem referentes & ſic Caſtoreum & abuſive teſtes ſive teſticuli vocantur. Licet enim in maribus penis & fœminis vulva infra has duas crumenas reperiantur ac pendeant, nihilominus hæ crumenæ nullum meatum in pudendo habent, qui alias omni-

omnibus in animalibus extat. Cæterum in mari teſticuli in ſpina rectiſſime animadvertuntur ac conſpiciuntur teſte ipſo cultro meo Anatomico. Sunt tamen alii, qui hic addunt, hos ſacculos per peculiaria vaſa excretoria in fœmellis in vulvam, in maribus vero aliorſum ſe exonerare extra corpus. Caſtoreum eligi debet carnoſum, ponderoſum, odoris gravis & penetrantis.

Caſtoreum adhibetur in affectibus abdominis, torminoſis & flatuoſis. In paſſione Hyſterica ſacra quandoque anchora exiſtit, ſive externe ſive interne uſurpatum. Foetum pellit, menſesque ciet, in ſiſtendis quoque mulierum doloribus poſt partum datur. In paralyſi & epilepſia commendatur, in Lethargo quam maxime celebratur. Externe adhibetur in tinnitu aurium ut & in auditus difficultate, partes nervoſas roborat, in convulſionibus & ſpasmis prodeſt.

In Officinis Prostant

Axungia Caſtorei, Bibergeil-Schmaltz / *Axonge de Caſtoreum*, ou *Liqueur onctueuſe de Caſtor*, quæ ſeparatim aſſervatur.

Aqua Hirundinum cum Caſtoreo, Schwalben-Waſſer mit Bibergeil / *Eau d' Hirondelles avec Caſtoreum*. In convulſionibus, vertigine, apoplexia, ſimilibusque affectibus, palpitatione cordis, & imprimis paſſionibus Hyſtericis, iis, quibus permiſſum eſt dare liquores, ſale volatili oleoſo Caſtorei imprægnatos, conducit. Doſis cochlear unum atque alterum. Hac occaſione notandum, quod haud raro in aquis hyſtericis Caſtoreum in nodulis ſuſpenſum præſcribatur.

Balſamum Hyſtericum, Mutter-Balſam / *Beaume Hyſterique*. Naribus, temporibus, Vertici & Umbilico applicatur.

Extractum Caſtorei, Bibergeil-Extract / *Extrait de Caſtoreum*, quod ad affectus ſoporoſos, convulſivos & uterinos ad aliquot grana adhibetur.

Eſſentia Caſtorei, Bibergeil-Eſſentz / *Eſſence de Caſtoreum*. In antedictis conducit affectibus. Externe in auditu difficili, tinnitu aurium, loquela amiſſa & membris paralyticis prodeſt. Interne datur ad guttas viginti, triginta & ultra.

Oleum Caſtorei, Bibergeil-Oehl / *Huile de Caſtoreum*, quod in affectibus convulſivis paralyticis & uterinis deprædicatur.

PARS

PARS ANIMALIS SALE VOLATILI CUM MULTA PINGUEDINE CONSTANS.

SPERMA CETI.

Optimum eſt quod eximitur ex certis cavitatibus proceſſuum cerebri Orcæ piſcis, parte poſtica utrinque unus, it. canibus Carchariis Indis, item ex aliis piſcibus majoribus Indiæ Orientalis.

Eſt ſubſtantia gummoſa, alba, tenera, mollis, pinguis oleoſa, quaſi ex parvis raris furfuraceis ſquamis compoſita, balænarum, orcarum, præcipue ceti dentati & aliorum piſcium vel poſt mortem effuſa & in maris ſuperficiem acta, vel ſtudio ex cranio ſectove cerebro exempta, beneficio lixivii ſæpius purificata, quouſque ad albedinem redigatur, ſaporis pinguis butyracei & viſcoſi, odoris grati debilis, quod in ſuperficiem maris eructatur, invenitur rarius.

Salem ſuum volatilem caſtoreo blandiorem ſubſtantiæ pingui habet incluſum, unde præter virtutem diſcutientem & diureticam obtinet ſingularem vim anodynam, hinc audit anticolicum, antipleuriticum, antihyſtericum, antiaſthmaticum, anticatarrhale, in ſanguine & lacte congrumato diſcutiendo præ cæteris ſpecificam habet virtutem.

Datur ℈j. vel ʒß. c. vitell. ovor.

℞. Sperm. Cet. ʒß. caſtor. gr. vij. f. pulv. contra pleuritidem, exhibe in vitello ovorum, ſuperbibendo aquam chærefolii.

℞. Sperm. cet. ʒß. ♁ diaph. gr. xv. cape contra lac congrumatum.

℞. Emplaſtr. d. ſperm. cet. applica mammis ad lactis diſcuſſionem.

Sequens cataplaſma in coagulato lacte & hinc mammis tumidis commendatur. ℞. Sperm. cet. ʒj. croc. or. ʒß. cum mica panis & vino generoſo f. cataplaſma.

ANI-

Wallrath / BLANC de BALEINE, NATURE de BALEINE. De ortu ſpermatis ceti diſcrepant veteres & recentiores. Putabant enim olim eſſe ſemen aut genituram Balænarum, quæ poſt coitum è pudendis muliebribus rurſus elabatur, unde & nomen habet. Fuere, qui ambram albam vel repurgatam eſſe putarunt, alii ad bituminoſa retulerunt corpora, quorum materia aliunde in mare influens, in hoc, admixtione ſalis ejus, & ſalſedine aliquali & viſcoſitate imbuatur. Cum autem adipoſum quid potius & pingue ſit, videtur utique eſſe ex animalium claſſe, & in ſpecie aquatilium, id quod rancor facilis, piſcoſus ſapor, ſequax liquabilitas, & odor, quem ſpirat, gari, manifeſte declarat. Materia autem hæc ſpermatis Ceti è capite Balænarum præprimis provenit, & tam eſt ipſum pingue cerebrum, quam oleoſus huic cerebro circumfuſus liquor. Hoc autem Balænarum genus vocatur Orca, Byaris, Cachalot, Pottfiſch; incolit præcipue Borealem Oceanum, circa Norwegiam, Islandiam, Groenlandiamque. Capite prægrandi inſtructa bellua, adeo ut tertiam totius piſcis ſæpe partem adæquet, dentes obtinet mediocres. In horum jam piſcium craniis tanta reperitur copia ſpermatis Ceti, ut ex uno diſſecto plures amphoræ depromptæ fuerint. Nunc autem immediate è cranio tum vivorum & occiſorum, tum demortuorum colligitur; nunc vere mari innatans deprehenditur. Reperitur autem in mari quando aut Cete pugnando cum aliis occubuit, aut quando hanc materiam certo tempore per appropriatos meatus evacuarit. Quod innatat mari, plerumque ignobilius eſt, quod autem è craniis

niis extrahitur purius, nobilius, & pretioſius exiſtit. In TRANSACTIONIBUS ANGLICANIS Viri eruditi teſtantur, cerebrum hujus piſcis cum lixivio aliquo forti coqui, uſque donec omni humiditate depoſita in conſiſtentiam abierit ſpiſſam, ſaponiqueformem, quam in ollis convenientibus aſſervant, quouſque refrigerata fuerit, tumque, ſupernatante oleo remoto, reſidua ſolida maſſa rurſum funditur, frigorisque ope condenſatur, tandem cultellis convenientibus in lamellas tenuiſſimas divellitur. ETTMÜLLERO vero, teſte in DISSERTATIONE DE CEREBRO ORCÆ ſive SPERMATE CETI, tantummodo in lixivio è calce viva & cineribus facto, poſtquam prius ab ipſo per transcolationem per ſaccum piloſum oleoſa ſubſtantia omnino ſeparata fuerit, maceratur, uſque dum in hanc prædictam ſubſtantiam abierit. Sperma ceti variis adulteratur modis, facile enim illud ex aliis majorum piſcium cerebris impoſtores illud conficiunt. Pinguedo quoque oleoſa ex ſauciatis mortuisque Balænis emanans marique innatans, & hujus ſalſedine pariter ac frigore denſata ſpermatis loco à quibusdam divulgatur. Quin & adeps pinguis Ceti aut Omphacio præparatus, aut in loco frigido reconditus, hinc expreſſione à tenuiori parte ſeparatus aut lixivio diſſolutus, aliove modo ſubactus, pro ſpermate Ceti intemerato venditatur. Reperitur autem Sperma Ceti in maſculorum tantum craniis, cum fœminarum cerebroſa ſubſtantia liquidioris inſtar ſit pinguedinis, oleum in uſum lucernarum ſuggerentis.

In catarrho ſuffocativo remedium eſt quam maxime laudabile, præſertim ſi Venæſectio præmittatur, in doloribus ſpasmodicis abdominis & imprimis in doloribus quoque arthriticis non absque ſucceſſu adhibetur. Externe ad tumores & inflammationes mammarum vel per ſe vel cum aliis applicatur. Quidam Cicatriculis poſt ablationem puſtularum in variolis Sperma Ceti inungunt, aut ipſis etiam puſtulis varioloſis illinunt ad temperandum acorem in variolarum puſtulis cutis corpus fibroſum exedentem, & in foveas excavantem. In unguentis porro commendatur ad nervos contractos & ad ſpasmum, ut & ad morbos pectoris, imprimis tuſſim, ubi mulieres adhibent ſparadrappum factum ex charta per Sperma Ceti in oleo diſſolutum trajecta. In uſum quoque cosmeticum venit cum oleo Tartari per deliquium vel aliis ſubactum, glabram

enim & nitidam cutim reddit ac maculas faciei tollit. Notandum tandem, quod intus aſſumtum virtute anthelmintica & aphrodiſiaca gaudere dicatur.

Dari poteſt vel cuſpidatim vel ad ʒj. uſque. Exhibetur in lacte vel juſculo calido, vel cum Syrupo Violarum, vel Syrupo Capillorum Veneris aliove pectorali. In pulverem quoque redigitur cum Saccharo vel ſimplici vel candiſato, imprimis violato. Vel cum Trochiſcis de confectione Alkermes. Ut autem eo melius pulveriſari poſſit, humectatur parumper oleo amygdalarum dulcium.

IN OFFICINIS CELEBRE EST

Emplaſtrum de Spermate Ceti, Wallrath-Pflaſter / *Emplatre de blanc de Baleine.* Sanguinem & Lac imprimis coagulatum reſolvit. Hinc mammis puerperarum impoſitum, omnibus ex lacte doloribus & tumoribus etiam duris imo ſcrophulis & ſtrumis ab authore MYNSICHTO dicatur. Quandoque tamen effectus non reſpondet.

ANIMALIA SALE VOLATILI BLANDO CONSTANTIA.

SCINCUS.

Eſt animál quadrupes oviparum, lacertæ ſimile, niſi quod dorſum habeat latius magis glabrum & minus ſerratum, cute ſquamoſa albicante tectum, cœſia à capite ad caudam decurrente linea, in aquis degens, potiſſimum maris rubri, inteſtina rejiciuntur & exiccatur.

Sale volatili blando ſcatet, ob quod diureticum eſt, an vero habeat ſimul vim alexipharmacam, aphrodiſiacam & adverſus lepram uti veteres putarunt, experientiæ committendum, interne datur à nonnullis ejus caro ad excitandam ♀em.

℞. Carn.

℞ Carn. ſcinc. formicar. alat. ana ʒj. Elect. diaſatyr. ʒiij. ſyr. cherm. q. ſ. f. Elect. ad proritandam ♀em. add. ſemen eruc. & eryſ. pro ſtimulo.

Cineres cum ☋e volatili conjuncti laudantur in hydrope & in nephritide.

Σκίγκος, Stincus, Zincus Marinus, Crocodilus minor, Meerſtinx / Scinc Marin.

Veſcitur herbis odoriferis: ex Ægypto & India ad nos exenteratus adfertur. Sunt qui inter partes Scinci diſtinguentes renes cæteris præferunt, aſt vanè. Doſis eſt ad ʒj. Ingreditur Theriacam & Mithridatium, ut & Electuarium diaſatyrii.

LUMBRICI TERRESTRES.

Sunt animalia apoda, exoſſia, digitum longa, craſſitie pennæ anſerinæ, mollia & carnoſa, coloris dilute ſanguinei, collo rubicundis angulis cincto, ſaporis nullius evidentis terrei.

Conſtant ☋e diuretico & diaphoretico, hinc in ſpecie ad arthritidem & colicos dolores commendantur, in hunc finem dantur intra, & extra applicantur.

℞. Lumbric. terr. viv. ʒj. affund. vin. ſ. ▽ gramin. f. infuſum diureticum.

℞. Lumbric. terr. viv. q. v. applica parti arthriticæ & inprimis vaga afflictæ.

℞. Rad. helen. ʒiß. lign. ſaſſafr. ʒij. herb. capill. Mij lumbric. vivor. ʒiiij. paſſul. min. ʒiß. coq. ex ▽ f. apozema ad morbos ſcorbuticos & arthriticos.

℞. ♌ Lumbric. terr. factum per coctionem, adde ♌ proprium deſtillatum per retortam, applica partibus arthriticis.

Γῆς ἔντερα, VERMES TERRÆ, LUMBRICI à lubricitate, INTESTINA TERRAE, Erd-Würm/ Regen-Würm. VERS DE TERRE, LOMBRICS.

Inſecta hæc reptilia oculis & auribus deſtituta, colore, differentes, dum alii ſunt rubicundi, alii albidi, alii lividi, é quibus tamen priores eliguntur, hyeme ſub terra latent, vere & æſtate delabentibus potiſſimum pluviis e latibulis prodeunt, ita ingredientes, ut præcedenti parte priori, quod reliquum eſt corporis, ad illam contrahant, atque hoc pacto ex uno in alium locum feruntur, dicente SCHWENCKFELDT.

Lumbrici præter citatas ab authore virtutes, diſcutiunt, obſtructiones reſerant, in ictero & Hydrope conducunt, ut & in morbis ſpleneticis. Nervos roborant unde in Paralyſi Apoplexia &c. laudantur, item in convulſionibus & ſpasmis & in morſu canis rabidi deprædicantur. Adhibentur præparati ſeu cum Vino loti & poſtmodum leni calore exſiccati. Commendantur ad aurium affectus, comedones abigendos, & in panaritio vivi applicantur ibique relinquuntur, donec moriantur.

IN OFFICINIS PROSTAT

Oleum Lumbricorum, Regenwurm-Oehl/ *Huile de Lombrics*, ou VERS DE TERRE. Interne laudatur ut ſingulare vulnerarium, externe anodynum, in ſpasmis & contracturis ſcorbuticis, in nervorum vulneribus & puncturis.

Spiritus Lumbricorum, Regenwurm-Spiritus/ *Eſprit de Vers de Terre.*

&

Sal volatile Lumbricorum, flüchtig Regenwurm-Saltz/ *Sel volatil de Vers de Terre.* Spiritus & ſalis uſus eſt diaphoreticus & diureticus, Arthriticis imprimis tam interne quam externe commendatur. Laudatur quoque in rheumatismis, contuſionibus, luxationibus atque paralyſi. Spiritus per os datur ad guttas decem viginti & ultra, ſal autem volatile ad grana tria ad decem.

ANI-

ANIMAL CAUSTICUM ET ACERRIMUM.

CANTHARIDES.

Sunt animalia oblonga, alata parva, vaginipennia, aureo colore viridantia, ſaporis primo nullius, hinc acerrimi picei, cauſtici erodentis, odoris cum recentes ſunt fœtidiſſimi, inveniuntur maxime in regionibus calidioribus, Hiſpania, Gallia, etiam in Germania ſuper cynogloſſam, ſed earum virtus brevi perit, acerrimæ tamen etiam ſunt, ubi recentes, ut plurimum gaudent fraxino, ut & liguſtro.

Vis cauſtica conſiſtit in ⊖e, infuſa enim fiunt cauſtica ex vino & ℥u vini, ſed ſimplici tantum non rectificato, alias ⊖ non ſolvitur, & ſ. q. cantharidum, hinc forte cujuſdam error, qui ſumſit forſitan rectificatum ℥um vini, vel quantitatem cantharidum non ſatis largam, ut ſcripſerit infuſa ipſorum non ſatis eſſe cauſtica. Cæterum quæ Olaus Borrichius fecit experimenta ſunt optima. (Conf. act. Hafn. Volum. IV. obſ. 80. p. m. 185. & Vol. V. obſ. 89. p. m. 216.)

Harum vim diureticam & ſimul cauſticam & veſicatoriam, non ab imaginariis illis aculeis, ſed ab △is ſeu ⊖is particulis acerrimis dependere evincunt tum autopſia, tum experientia, à Segero aliisque tradita. [Conf. etiam Ehrnfrid. Hagendorn. C. N. C. Dec. II. ann. 1. obſ. 163. p. 388. ubi de virtute liquoris ex cantharidibus prolecti agit.] Quamvis tamen earum uſus ob vim cauſticam renes & veſicam exulcerantem ſuſpectus eſt, tamen in morbis nonnullis ad urinam movendam, ad corrigendam gonorrhœam virulentam exhiberi poteſt, incipiendo à doſi minori, ſcilicet à gr. ß. & ſi fiat cum ægri levamine ad gr. j. vel ij.

Fre-

Frequentior earum uſus eſt externus in excitandis veſicis, ad capitis, aurium & oculorum dolorem, it ad ſuffuſiones & tumores œdematoſos.

Absque ſumma neceſſitate vix dantur interne, nam comperi vel quartam grani partem aliquando renes inflammaſſe, unde diureſes copioſæ, dolorificæ, imo cruentæ. Vid. Wedel. Amœn. Mat. Med. Vis nimia cauſtica temperatur lacte vaccino vel ℥ lini expreſſo.

℞. Canthar. gr. j. datur in Emulſ. ſemin. 4. frigid. maj. ad diureſin excitandam.

℞. Canthar. ℈j. Vin. rhenan. ℥iiij. f. infuſ. cujus cochl. ß. vel j. cum vino vel decocto diuretico poteſt permiſceri & per vices exhiberi, præcipue hydropicis ad urinam movendam, quod commendatur à Williſio. [Conf. Th. Bartholin. Cent. V. Hiſtor. 82. p. m. 159.]

Pro Veſicatorio dantur ſi recentiſſimæ gr. v. ſi annoſiores ℈ß. ad ℈j. Veſicatoria conveniunt in oculorum inflammationibus, à lymphæ coagulo, in capitis dolore, morbis ſoporoſis, ſurditate. Fiunt pone aures, in nucha, dorſo, lumbis, brachiis, femore, ſura &c.

℞. Canthar. ℈j. pulp. ficus q. ſ. f. Veſicator.

℞. Canthar. ℈j. ferment. piſt. ʒj.

℞. Canthar. ℈j. Empl. Citr. ʒß. Thereb. q. ſ. f. veſicator. ſub forma emplaſtr.

℞. Infuſ. Cantharid. ʒß. ▽ Nymph. portulac. gramin. ana ʒij. ℥ thereb. gt. v. exhibe ſucceſſive hoc infuſum ceu extremum remedium in gonorrhœa virulenta inveterata cum ulceribus ſordidis, per penem etiam injicitur.

Hæc ſalia cauſtica minime infringuntur ab acidis, quidam poſſident -ſ-um fœtidiſſimum Cantharidum, qui ſanguini affuſus fluiditatem ipſi reddit.

PAR-

Κανθάριδες, quaſi parvi Scarabæi, MUSCÆ HISPANICÆ, Spaniſche Mucken/ MOUCHES CANTARIDES.

Statis temporibus fere per univerſam reperiuntur Europam. Fraxinum deperire Cantharides adeo certum eſt, ut viderim, excelſam arborem exinde demortuam; amant etiam herbas odoriferas. HAGENDORNIUS in CYNOSBATOLOGIA ex vermibus intra Cynosbati ſpongias generari aſſerit has Muſcas, quod tamen negat LANGIUS, ſtatuens ex aliis regionibus turmatim ad nos accedere, & licet in oris his noſtris coire videantur, ova tamen non ponere, nec pullos excludi, ſed omnes unius ejusdemque magnitudinis conſpici.

Calcinantur quoque Cantharides, quæ aceti vapore enecantur, & ad grana duo, tria in Lue venerea, calculo, morſu canis rabidi & hydrophobia laudantur. Dum ad veſicas excitandas adhibentur, quæſtio eſt, an totæ quoad corpus alas pedes & caput, an vero abjectis alis & pedibus aſſumi debeant. Recte LANGIO nimis ſcrupuloſi videntur, qui unam aut alteram partem abjiciunt, cum levis aut nulla ratione particularum cauſticarum intercedat differentia inter ſingulas partes, conferri quoque hac de re meretur WEDELIUS in AMOEN. MAT. MED. ſunt qui pro corrigenda Cantharidum virulentia addunt ſemen Ammeos, Sinapi Euphorbium, acetum &c.

Quod emplaſtra Veſicatoria concernit, quilibet fere Chirurgus habet peculiare.

IN OFFICINIS QUOQUE ASSERVATUR

Emplaſtrum veſicatorium, Blaſen- oder Blattern ziehendes Pflaſter/ *Emplatre Veſicatoire.*

Cum Cantharides tam infeſtæ ſint partibus urinariis, tum uſu interno, tum externo, ita ut dolores intenſiſſimos & mictum etiam cruentum excitent, earum quoque antidotum notandum, quod Lac eſt, tam vaccinum, quam aliud quodcunque largius hauſtum, tum externe in balneis & injectionibus uſurpatum. Conveniunt quoque emulſiones ex ſeminibus quatuor frigidis paratæ, ut & omnia mucilaginoſa. Dolores ab appoſitis Cantharidibus excitati non melius ſopiuntur, quam unguento ſambucino cum balſamo ſulphuris commixto. Curioſum utique, ſi verum eſt, quod, ſi pol-

lex pedis oleo inungatur, in quo cantharides fuerunt digeſtæ, mira excitetur erectio membri genitalis.

PARTES ANIMALES OLEOSIS CRASSIS CONSTANTES.

ICHTHYOCOLLA.

Eſt ſubſtantia ex albo flaveſcens glutinoſa excocta ex piſce Huſo dicto, cujus ventriculus, inteſtina, veſica coquuntur, quouſque in tenues poſſint diduci lamellas, poſt contorqueri & cogi in ſpiras, ſaporis glutinoſi, odoris nullius.

Pinguibus glutinoſis ſeu mucaginoſis cum paucis volatilibus conſtat, & propterea tanquam temperans & anodynum ſumitur, in ſpecie in dyſenteria, diarrhœa, temperanda & incraſſanda lympha acri. Jungitur decoctis & clyſteribus.

℞. Raſur. C. C. ℥iiij. ichthyocoll. ʒij. coq. c. ſ. q. ▽ commun. in conſiſtentiam gelatinæ. Hujus cape ℥j. ▽ cinam ℥ij. ▽ Cichor. ℔j. ſyr. violar. ℥j. M. f. julapium in febribus ardentibus & malignis.

℞. Mucag. ichthyocoll. tragac. g. arab. ana ʒj ſacch. alb. in ▽ puleg. ſolut. f. trochiſci contra acrem lympham, catarrhos ſalſos, inflammationem faucium & tuſſim.

Egregii fiunt clyſteres ad demulcendum acre dyſentericum. ℞. Lact. chalybeat. ℥viij. ichthyoc. ʒij. coque ad ſolutionem, add. Balſ. Peruv. ʒj. vitell. ov. num. j.

ANI-

ICHTIOCOLLA piſcis, HUSO, PISCIS EXOS, Hauſen/ Huſen.

Juxta

Juxta RONDELETIUM Cetaceus piſcis eſt, cartilagineus ſine oſſibus ullis, aut ſpinis, ſine ſquamis. Capite eſt craſſo & lato, ore magno & in promptu poſito, è ſuperiore maxilla quatuor apophyſes carnoſæ dependent, oculos parvos habet, pro corporis magnitudine. Carne eſt prædulci & glutinoſa admodum, ob id ſalituræ idonea, qua melior redditur rubeſcens & durior.

Piſcis quidem eſt marinus, ſed timidus & mitis: in aquas dulces frequenter adſcendit. Capitur imprimis in Danubio. Quandoque viginti quatuor pedes longus eſt, & aliquot centenas libras pendens. Carnem Huſonis in dorſo ſapere ajunt carnem vitulinam, in ventre ſuillam. Lactibus ejus nil dulcius aut delicatius eſſe ferunt. Ova quoque in cibo expetuntur. Apponitur menſis recens, & ſalitus ſed prius aqua maceratus.

Non ſolum ex interaneis, ſed & corio, pinnis, cauda excoquitur gluten, quod ICHTIOCOLLA, GLUTEN PISCIUM, COLLA PISCIUM, Fiſchleim/ Haußblaſen/ COLLE DE POISSON vocatur.

Uſurpatur paulo rarius in Medicina. Inſervit ad parandum iſtud glutinis flavi genus, Mund-Leim/ quo in ore liquefacto chartæ glutinantur. Ad vina clarificanda quoque adhibetur; dum enim ibidem diſſolvitur, ſecum deinde rapit ad fundum partes craſſiores vinum turbidum reddentes. Quidam uſurpant ad gelatinas: chartæ porro glutinandæ & aliis rebus firmandis conducit Ingreditur Ichthyocolla varia emplaſtra.

ANIMAL SANGUISUGUM.

HIRUDINES.

Sunt animalcula apoda, exoſſia, longa, lubrica, lineis & punctis nigris variegata, ore triſulco; vivunt in paluſtribus.

Applicantur utero, podici, vaſis hæmorrhoidalibus, brachiis, pedibus, temporibus aliiſque partibus ad extrahendum ſanguinem, maxime in hæmorrhoidibus cœcis tu-

midis & dolentibus. Cum diſtentæ apparent ſanguine, nec ſua ſponte volunt decidere, aſperguntur ♂♀ri per deliquium, vel ſale quocunque.

PARS

Βδέλλα ἀπὸ βδέλλειν, ab exſugere SANGUISUGA, Blutſauger/Blutigel/ SANGSUE.

Hirudines aliæ ſunt majores equinæ dictæ, quia novem equum ſugentes eundem occidere poſſunt, aliæ minores. Rejiciendæ ſunt, quæ in paludoſis & putridis generantur aquis, magna capita viridia habent, & lanugine lineisque cæruleis in dorſo ornata ſunt. Præferendæ vero, quæ fluentibus aquis innatant, tenuiora ac longiora ac capita exiliora habent, dorſum viride maculis nigris vel lineis flavis ſignatum & ventrem rubicundum, quoad reliquas vero partes flavedine tincta comparent. Recens captæ non ſtatim ſunt applicandæ, ſed per aliquot dies in aqua pura detinendæ, ut ab impuritatibus noxiis liberentur, & eſurientes magis reddantur, quem in finem etiam ante applicationem quidam illas ex aqua eximunt, & in capſula lignea per aliquot horas detinent. Pars cui admovendæ ſunt, panno lineo vel ſpongia aqua calida imbuta fricatur, ac fovetur, partim pro munditie concilianda, partim pro parte parumper rubificanda. Si adhæreſcere detrectent, locus leniſſime ad effluxum alicujus guttulæ ſanguinis ſcarificatur, vel ſanguine columbino aliove aut lacte illinitur. Si applicantur, digitis duobus anterioribus linteo molliter comprehenduntur. Sunt qui pro evacuatione adjuvanda caudam præſcindunt, tum major quantitas per vulneratum corpus extillat. Quod ſi hæmorrhoidalibus vaſis applicentur, bene cavendum, ne in anum irrepant, quod ſi autem illud contingat ſtatim clyſteres ſaliti in copia ſunt injiciendi, donec expulſæ rurſus fuerint.

PARS

PARS ANIMALIS TERREIS CONSTANS CUM PAUCO SALE VOLATILI.

FOLLICULI SERICI.

Sunt veſiculæ pallide flaveſcentes, ovi columbini magnitudine, textæ ex filo ſerico continuato ſæpe replicato, ex bombycum ore emiſſo, ſaporis & odoris nullius evidentis.

Ob paucum ♁ volatile cardiaci habentur. Externe cinis eorum vulneribus mundificandis inſpergitur.

℞. Ciner. follic. ſeric. ℈j. ♁l. Hungar. g. iij. inſperge vulneribus.

Ædes ſericeæ, ſepulchrum ſericeum, Seidenbälglein. Quoniam in uſum plane non amplius trahuntur, ideoque non opus eſt multum de eisdem & Bombycibus ſermonem facere.

PARS TERTIA.

REGNUM MINERALE EXHIBENS.

MINERALIA SALE VOLATILI SALSO CONSTANTIA.

SAL AMMONIACUM.

EST ſubſtantia alba cryſtallina, ſalina, ex quintuplo urinæ humanæ, una parte ſalis communis, & dimidia fuliginis parata, ſaporis acris & urinoſi. Omne eſt factitium, ipſi Arabes rident nativum dari.

Ob ſal ſalſum obtinet vim diureticam, ſtomachicam, antifebrilem. Datur in ſubſtantia à ℈ß. ad ʒß, jungitur variis ſpecificis.

℞. ⊖✳ci ℈j. ♀r. ♃lat. gr. xv. ⊖ abſynth. ℈j. f. pulvis digeſtivus.

℞. Sal. Ammon. Nitr. depur. ana ʒß. rad. liquir. ir. flor. ana ʒj. f. pulv. contra phthiſin doſ. ad ℈j. ex juſculo pingui.

℞. Sal. Ammon. ʒß. Corall. ℈j. ♌ d. junip. gt. ij. M f. pulv. antifebr. ad ij. doſes.

℞. Gumm. Ammon. ℥j. tragac. ʒj. empl. d. mucilag. ʒij. ſal. ammon. ʒiij. ♌ ſuccin. q. ſ. f. emplaſtrum imponendum ad tumores viſcerum.

In ophthalmia à Catharrhis. ℞. ▽ fœnic. ℥j. ſal. ammon. gr. v. f. collyr. addi poteſt ſacch. ♄ni. Flores ſublimati pro-

proficui ſunt, in iiſdem affectibus, in quibus Sal. Spiritus totus eſt alcalinus, excepto phlegmate, convenit hinc in omnibus morbis provenientibus ab acido, egregium eſt antifebrile.

℞. ♎us ſal. ammon. ʒij. ▽ Card Bened. ℥iiij. ſyr. abſynth. ℥ß. ⊖ abſynth. ℈ß. L. O. gr. j. f. mixtura in febribus.

BO-

SAL AMMONIACUM, vel ab Ammonis oraculo, circa cujus delubrum olim effodiebatur, vel quod ſub arena reperiri credebatur, AL ARMONIACUM quaſi Armeniacum, SAL SOLARE, AQUILA COELESTIS, FULIGO MERCURIALIS ALBA, SAL MERCURIALE PHILOSOPHORUM, Salmiack / SEL AMMONIAC.

Diſtinguunt inter Sal Ammoniacum veterum & recentiorum, illud ex urina animantium cum terra conjuncta & confermentata, àque radiorum Solarium æſtu coctis in Lybia repertum fuiſſe tradunt, hodie autem inveniri negant. Hodiernum Sal Ammoniacum factitium eſt.

Sal ammoniacum eligi debet candidum, nitidum, ſiccum ac purum, ſaporis acris ac penetrantis, ſub forma panum planorum atque rotundorum, exterius quidem gryſei interius vero albicantis coloris & conſiſtentiæ cryſtallinæ. Quod ſi depuratum cupis hoc ſal, ſolve in aqua ſimplici, ſolutionem filtra & vel ad ſiccitatem evapora, vel poſt phlegmatis quoad partem exhalationem repone in locum frigidum, ut concreſcat in cryſtallos hexagonas.

Sal hoc humores reſolvit, incidit, diſſipat vimque diaphoreticam poſſidet. Externe in gangræna, in angina &c. adhibetur, oculorum ungues nubeculasque diſcutit, in ſimplici aqua ſolutum & inſtillatum. Ad ungues oculorum in equis infallibile dicitur eſſe remedium. Exinde paratur ſic dicta *Aqua Sapphirina Chirurgorum*, nempe Sali Ammoniaco in pelvi ænea aquam affundunt, additaque modica calcis vivæ quantitate ſimul agitant, & per noctem

dem ſtare ſinunt, quæ in multis oculorum affectibus egregie prodeſt.

IN OFFICINIS PROSTANT

Flores Salis Armoniaci ſimplices, Salmiackblumen/ *Fleurs de Sel Armoniac.* Dantur ad grana tria, decem & ultra.

Flores Salis Armoniaci cum cineribus clavellatis, Salmiackblumen mit Potaſch/ *Fleurs de Sel Armoniac avec des cendres gravelées.* Magis ſunt volatiles.

Flores Salis Armoniaci cum Marte aut lapide Hæmatite, Salmiackblumen mit Eiſen- oder Blut-Stein/ *Fleurs de Sel Armoniac avec du Mars.* Penetrantiores habentur ſimplicibus. Ex capite Mortuo poſt ſublimationem horum florum, per deliquium obtinetur

Liquor Martialis ſtypticus, qui ad aliquot guttas inſtillatus liquori terræ foliatæ tartari ex tempore elegantem *Tincturam Martialem* exhibet.

Sal Anglicum volatile, Engliſch Saltz zum riechen/ *Sel volatil d'Angleterre*, uſurpatur externe naribus admovendo, pro excitandis Lypothimicis & refocillandis ægris.

Spiritus Salis Armoniaci cum calce viva, aut *urinoſus* Salmiack-Geiſt mit ungeleſchtem Kalck/ *Eſprit de Sel Armoniac volatil avec de la Chaux vive.* Nephriticus eſt & calculum præcavet, reſolvit maſſam ſanguineam fluidamque reddit ac tenuem, unde in apoplexia epilepſia ſpasmo convenit. Eſt quoque remedium ſudoriferum & antifebrile. In ſuffocatione uterina tam interne exhibitus, quam naribus admotus laudabilem edit effectum. In affectibus chronicis; ſpleneticis, ſcorbuto, malo Hypochondriaco datur ad guttas decem triginta & ultra. Ebrietatem arcet & abigit. Externe inſervit ad menſium obſtructionem per certum inſtrumentum admiſſus, dolores quoque podagricos & arthriticos lenit, inſervit etiam tanquam præcipitans ſolutorum in acidis. In vitro anguſtioris colli ad excitandos ægros naribus admovetur. Cum autem hic ſpiritus admodum volatilis pauco tempore debilis evadat, præſtat ex tempore pulverem ſalis armoniaci cum pulvere calcis vivæ nondum extinctæ miſcere, qua ratione longe fortius nares percellentur.

Spiritus Salis Armoniaci cum cineribus clavellatis, Salmiack-Geiſt mit

mit Potaſchen gemacht / *Eſprit volatil de Sel Armoniac avec de cendres gravelées.* Easdem ac prior vires obtinet, & pro uſu interno magis adhibetur. Spiritus hic non ſolum Flores ſuppeditat, ſed & in cryſtallos abit, & cum ſpiritu Vini rectificatiſſimo congelatur. Ex capite mortuo elixiviatur *Sal* aliquod *febrifugum Sylvio* Medico quondam Pariſienſi uſitatiſſimum, ad ʒj. &c. datum.

Spiritus Salis Armoniaci aniſatus, Salmiack Geiſt mit Anis gemacht / *Eſprit de Sel Armoniac aniſé.* Uſus ejus in pectoris affectibus demulcendis, præſertim qui cauſam viſcidam agnoſcunt, unde in aſthmate pituitoſo & affectibus à flatibus oriundis conducit, flatus nempe egregie diſcutit. Doſis pro ratione ætatis ad guttas quinque viginti triginta &c.

Spiritus Salis Armoniaci ſuccinatus, Salmiack Geiſt mit Agſtein / *Eſprit de Sel Armoniac avec l'ambre jaune.* Remedium nobile cephalicum, nervinum & antepilepticum, datur ad guttas decem viginti triginta & ultra.

Cum ſpiritu Salis Armoniaci & æquali quantitate ſpiritus Vini rectificatiſſimi ex gummi Ammoniaco efficax in aſthmate pituitoſo hydrope &c. paratur eſſentia.

Ex capite mortuo ſpiritus Salis Armoniaci cum calce viva parati in aqua per horas aliquot decocto obtinetur liquor, qui cum oleo Tartari per deliquium in coagulum albicans ſpiſſum ſatis abit, quod rurſus reſolvitur affundendo acidum.

BORAX.

Eſt ſubſtantia pellucida glaciei inſtar, alumine durior, ex lapide nitroſo vel chryſocolla calcinata & in ▽ diſſoluta, cocta & in cryſtallos concreta, ſaporis acris ſalini & nitroſi. Scilicet in India Orientali eruuntur ex fodinis terræ nitroſæ, quæ leviter calcinatæ in pulverem tritæ coquuntur affuſa aqua, vel lixivio forti, hinc exponuntur ut concreſcant in cryſtallos, quæ rarius in India ulterius præparantur, ſed huc locorum translata ulterius ſolvuntur, cryſtalliſantur, donec pelluciditatem adipiſcantur.

Urinam, menſes, fœtum potenter promovet, recipitur quoque inter compoſitiones aphrodiſiacas. Doſis à ℈j. ad ʒß.

℞. Borac. ℈j cinam. ℈ß. M. f. pulv. exhibetur in decocto puleg. vel roriſmar. ad remoram menſium, additur gt. j. ♌ cinamom.

℞. Myrrh ℈j. ſuccin. alb gr. xv. Croc. or. gr. v. borac. gr. vij. f. pul. cap. & ſuperbibatur ▽ cinamomi.

℞. Borac. ℈j. Tinct. Caſtor. ʒj. ⊖ vol. ſuccin. ℈ß. ▽ Cinam. ʒj. puleg ʒij. ſyr. cinam. vel menth. vel aurant. ʒj. f. mixtura in uteri vitiis.

℞ Borac. Venet. ʒj. ⊖ vol. ſuccin. ℈ß. Croc. ♂t. aperitiv. ℈j. ♌ cinam. gt. ij. ſacch. cand. q. ſ. ad menſes provocandos

℞. Elect diaſatyr. ʒij. borac. ℈j. f. bolus ad ♀em ſtimulandam.

Borax calcinata ad expulſionem omnis ſalis & acidi volatilis, ſpecifice convenit in fluxibus alvi, ſeminis, & eſt nihil aliud quam terra ſtyptica, datur à ℈j. ad ʒß. in conſerva roſar. vel per ſe, vel congeneribus. ſic. ℞. oſſ. ſep. præp. borac. calcin. Nuc. moſch. toſt. ſacch. ♄ni. ℈j. f. pulv. qui propinatur ex vino rubro, vel alio decocto adſtringente.

CHRY-

BORAX vocatur etiam CHRYSOCOLLA, AURICOLLA, GLUTEN AURI, CAPISTRUM AURI ab uſu, Borax/ BORAS.

Diſtinguunt communiter inter Boracem nativam & factitiam. Hujus compoſitionem LENTILIUS in Ephemeridibus Nat. Cur. ſequentem tradit, ℞. Lactis vaccini deſtillati ℔ij. Mellis deſpumati ʒjv. croci ʒiij, nitri purificati, ita ut nullam amplius acrimoniam

niam habeat, ſed ſubdulce ſit, ℔jv. incorporentur omnia cum lacte diſſolvendo ad ignem; demum mitte in olla vitreata in locum humidum & frigidum per menſem, lapis deinde in fundo repertus iterum ſic depuretur, ℞. dicti lapidis ℔j. aquæ ſimplicis deſtillatæ ℔jv. ad ignem omnia diſſolve, ſimulque deſpuma & cum nulla ſpuma ſuperfuerit, refrigerata jam aqua effundatur, & invenies boracem. Alii autem cum authore noſtro boracem omnem putant eſſe naturalem. Agricola dicit eſſe ſal nativum in terra repertum, ex quo Venetiis paretur poſtmodum Borax; LISTERUS, TOURNEFORTIUS aliique ex Sale quodam foſſili Indico Tincal dicto obtineri putant. CÆSALPINUS, ex cremato quodam lapide candido & fiſſili Boracem ortum trahere aſſerit. Alii ex Chryſocolla nativa parari cenſent. Res nondum omnimodo deciſa.

Ad venerem ſtimulandam ejus aliquot grana in ovo ſorbili exhibentur. Externe in ulceribus ſordidis & excreſcentiis carnium abſumendis ut & ad ſcabiem laudatur. Virtute quoque cosmetica gaudet. Ingreditur unguentum Citrinum. Uſurpatur ad fundenda metalla & auri atque argenti combinationem: Item ad delendas literas & maculas atramento factas. Ingrediens eſt remedii quod dicitur

Pulvis ad dyſtokiam, Pulver die Geburth zu befördern / *poudre pour les accouchemens difficils.* Datur vel cuſpidatim vel ad ſcrupulum unum, drachmam ſemis &c.

CHRYSOCOLLA CRYSTALLINA.

Eſt ſubſtantia cryſtallina alba, condenſata velut borax, facta ex chryſocolla nativa, diſſoluta & concreta in cryſtallos, ſaporis borace acrioris ſalini, odoris nullius. Principia eadem quæ boraci, niſi quod incluſa terræ copioſiori. In uſum cedit pictorum & aurifabrorum ad conſolidandum aurum & argentum.

MI-

Χρυσοκόλλα, AURICOLLA, AURIGLUTINUM, CAPISTRUM

TRUM AURI ab effectu, VIRIDE TERRÆ, VIRIDE MONTANUM, Berg grün / Stein-grün/ Schiefer-grün/ Berg-Boras/ Kupffer grün.

Eſt ſubſtantia metallica admodum ſolida, coloris viridicantis nunc ſaturatioris nunc dilutioris, ex mineris præſertim æratiis educta. Reperitur in Oriente, Macedonia, Cypro, Hiſpania, Hungaria, Sil ſia, Misnia &c.

In uſum Medicum vix venit, niſi quod à quibusdam ad ulcera maligna & contumaciter reſiſtentia à quibusdam celebretur. Evolvatur BAUSCHIUS de Cœruleo & Chryſocolla.

MINERALIA SALE SALSO FIXO CONSTANTIA.

SAL COMMUNE.

Eſt vel marinum, vel fontanum, Sal marinum paratur coctione ignis vel ſolis, ubi in maritimis per paratas foveas & canales deducitur aqua marina, ubi accedente ſole quicquid humiditatis eſt avolat & conſumitur, reliquum à vento frigidiuſculo ultro inſpiſſatur & concreſcit in cryſtallos.

Vim habet diureticam incidentem, & ſimul eſt ciborum condimentum catholicum, ſtomachicum, ob vim abſtergentem & potenter diſcutientem, additur ſtimuli loco clyſteribus.

℞ ⊖ decrepitat. piper. alb. ana, applica uvulæ prolapſæ & inflammatæ.

℞. Decoct. Emollient. ℥viij. add. ⊖ comm. ʒij. f. Clyſto.

℞. Sal. comm. ℈ß. ſal. vol. ſuccin gr. v. aq. chærefol. ℥iij. ſyr. dialth. q. ſ. f. hauſtus diureticus.

Externe

Externe uſurpatur in doloribus colicis, artuum, capitis &c. ubi decrepitatum in ſacculis calefactum imponitur, forte quia humorem in poris iſtis in ſe ſuſcipit.

℞. Sal. commun. ℈j. ſal. gemm. gr. xv. ſal. ſuccin. volat. ℈ß. ex vin. diuretic. ℥v. vel vj f. hauſtus antihydropicus egregius, add. roob. vel ſyr. juniper. ℥j.

SAL

Ἅλς, Salt̃z / SEL.

Sal eſt ſubſtantia plus minus albicans, cryſtallina, anguloſa, cubica, facilis ſolutionis in aqua & linguam ſapore acri & ſalſo afficiens.

Longum nimis foret, ſi modum Sal tum ex aquis marinis, tum ex fontibus ſalinis extrahendi deſcribere vellemus, ſufficit dicere quod ſicuti ſal marinum calore ſolis mediante ita ſal fontanum ope coctur æ ex muria, diſſipata prius motu lapſuque magnæ aquæ ſylveſtris ſive heterogeneæ Sulciæ ſive Solæ, ut loquuntur, mixtæ quantitate, obtinetur. Sal Marinum obſcurius eſt & ex albo nigricat, poteſt tamen per repetitam ſolutionem & coctionem depurari & dealbari.

Eligendum Sal albicans in granis præſertim majoribus, admodum acre, quæ acrimonia in marino utplurimum major.

Sal, dicente SEBIZIO, optimum, uſitatiſſimum ſummeque neceſſarium ferculorum pene omnium condimentum eſt. Nam vel lautiſſimi cibi ſine ſale ſentiuntur fatui, & ſine ſalis conditura nulli palato arrident. SALERNITANI ita canunt.

Vas condimenti præponi debet edenti,
Sal virus refugat, recte inſipidumque ſaporat,
Non ſapit eſca probe, quæ datur absque Sale.

Unde primum in menſa apponatur, nam

Omnis menſa malè ſternitur absque Sale.

Et juxta alios

Sal primo poni debet, primoque reponi.
Non bene menſa Tibi, ponitur absque Sale.

Ominoſum adhuc quibusdam videtur, ſi vel menſa ſalis ſit expers, vel ſi Sal in eadem evertatur. Sal autem eſt ejusmodi condimentum, quod cujuslibet ætatis ſexus complexionis & conditionis hominibus, non ſecundæ modo ſed etiam adverſæ valetudinis tempore, conveniens eſt, charum, gratum atque acceptum. Ad piſcium, carnium, butyri, caſei, panis, omniumque propemodum ferculorum condituram & ad arcendam putredinem adhibetur, ne dicam de aliis uſibus quibus ſal dicatum eſt. In Medicina multiplicem præſtat utilitatem. Convenit in cruditatibus ventriculi, appetitu proſtrato. Externe in ſuppoſitoriis, oris collutionibus, dentifriciis &c. adhibetur. In ulceribus putridis mundificandis & tumoribus diſcutiendis conducit ad ſcabiem pruritum & impetiginem prodeſt, ambuſtis quoque medetur & ſanguinem extravaſatum diſcutit. Labiis affrictum aut ori inditum Lipothymiam arcet & tollit. Sicuti autem debito uſu quam maxime exiſtit laudabile, ita viciſſim ejus abuſus maxime noxius. Hecticis, Melancholicis, atque Cholericis nocet, ſcorbutum infert, ad calculum diſponit, ſitim cauſatur, & juxta SALERNITANOS

Urunt res ſalſæ viſum ſemenque minorant,
Et generant ſcabiem, pruritum ſive rigorem.

Sal porro Chymicis quoque inſervit operationibus, antequam autem uſurpetur, calcinandum eſt atque decrepitandum, ſive liberandum à partibus aquoſis, quæ per ignem expulſæ ſtrepitum iſtum edunt.

IN OFFICINIS PROSTANT

Spiritus ſalis, Salz-Geiſt/ *Eſprit de ſel.* Spiritus hic acidus obtinet virtutem aperientem, & diureticam, appetitum reſtaurat & in hydrope atque Hernia commendatur, laudatur quoque ad calculum comminuendum, lumbricos enecat febribusque medetur. Externe gangrænam refrænat & carnem putridam abſumit, à quibusdam quoque cum aquis appropriatis mixtus in doloribus podagricis

cis commendatur. Doſis eſt ad guttas tres, ſex, decem &c. pro ratione ætatis. Rarius autem interne uſurpatur. Magis ſcilicet in uſum internum trahitur.

Spiritus ſalis dulcis, verſüßter Saltz-Geiſt/ *Eſprit de ſel dulcifié*. qui odore & ſapore admodum ſuavis & gratus eſt, conſtituit remedium egregium ſtomachicum, appetitum dejectum cruditates nidoroſas, vomitum & nauſeam corrigit, & in ante dictis affectibus prodeſt. Datur ad guttas decem, viginti, triginta, & ultra pro ratione circumſtantiarum.

Sal Cathartícum amarum, Engliſch Purgier Saltz / *ſel purgatif amer*. Datur ad drachmas duas ad unciam unam & ultra ſed rarius.

SAL GEMMÆ.

Eſt ſubſtantia alba, cryſtallina ſalina, eruta ex terræ fodinis, ſaporis acris & ſalſi.

Sale communi potentius eſt, cæteroquin cum ipſo convenit, hincque hydropicis datur ʒß. Utplurimum tamen externe datur in clyſteribus, gargariſmatibus.

℞. ▽ portulac. plantag. vel ſucci ſemperviv. ana ʒiiij. ſal. gemm. ʒij. ſyr. violar. q. ſ. ad grat. pro gargariſm.

NI-

SAL NATIVUM, SAL CÆDUUM, SAL CRYSTALLINUM, SAL GEMMEUM, SAL FOSSILE, Stein Saltz/ Berg-Saltz/ Sel gemme.

Effoditur ex montibus aliisque terræ viſceribus, variis in regionibus Aſia, Africa æque ac Europa, Hiſpania, Catalaunia, Germania, Hungaria, Tranſylvania, Polonia &c. Extrahitur in fruſtis majoribus minoribusve. In ſua fodina molle eſſe dicitur & leve, extra autem in momento dureſcere & gravitare, ita ut unicum fruſtum, quod in fodina ab unico homine tractabatur, extra vix quatuor

tuor boves movere poſſint. Figura quoque hujus ſalis, ſi cryſtalliſetur cubica eſt. Non tam prompte in aqua diſſolvitur ac ſal commune, cum quo tamen ratione uſus culinaris coincidit. Eligendum potiſſimum quod colore cryſtallino albicante inſtar gemmæ unde & nomen traxit reſplendet. Datur enim & ſal rubeſcens, croceus, purpureus &c.

Sunt authores qui inter Sal Gemmæ & Sal cæduum ſive foſſile diſtinguunt, & non omnino absque ratione.

NITRUM.

Eſt ſubſtantia alba, cryſtallina ſalina, ex terra pingui ſalſa & nitroſa cum urina vel aqua in lixivium cocta, in cryſtallos concreta, ſaporis amaricantis & acris. Scilicet in tractibus Bengalenſibus inveniuntur terræ nitroſæ, ſaporis ſalſi acidi ſubacris, cui lixivium forte ex ſalicibus, vel ▽ vel urina affunditur, coquitur, inſpiſſatur & exponitur ut concreſcat in cryſtallos. Deinde repetita apud nos filtratione, concretione magis exaltantur, purificantur, tumque nitrum depuratum dicitur. Effloreſcit etiam aliquando ex rupibus & parietibus antiquis, ex alcali calcis & acido aëris.

Sale ſalſo mediæ naturæ inter volatile & fixum conſtat, gaudet virtute diuretica, refrigerante, temperat nimiam acredinem bilis, ſedat ſitim, & ſanguinis phlogoſes, præcipue in malignis, eſt quoque antaphrodiſiacum.

℞. Nitr. ſal. ammon. ana ʒij. liquir. ir. florent. ana ʒß. f. pulv. antihecticus doſ. ℈j.

℞. Sem. agn. caſt. Nitr. depur. ana ʒij. camph. ℈ß. L. O. gr. iij. f. pulv. contr. nimiam ſalacitatem.

℞. Fol. ſalv. Mij ſem. naſturt. ʒij. flor. malv. hortenſ. Miß. rad. polypod. ʒiij. coq. in ▽ fontan. ℞. Colatur. ℔ij. add. Mel. roſ. ℥iß. Nitr. præp. ʒiij. M. f. gargariſm. pro exeſione,

ſione, inflammatione & affectu ſcorbutico gingivarum, faucium & laryngis.

In hæmorrhagia narium, nitrum in aqua ſolutum & naribus hauſtum profuit.

Lapis prunellæ nitro gratior eſt & temperatior, alias cum ipſo convenit, eſtque nihil aliud quam Nitrum cum ſulphure depuratum. doſ. ℈j.

℞. Lap. prunell. ℈j. ⊖ abſynth. gr. v. ocul. ♋. gr. x. ♓ junip. gt. ij. M. f. pulv. exhibendus hora j. ante paroxyſmum febrilem.

ALU-

Νίτρον, NITRUM. Hoc vocabulum ob vim abſtergentem νίζω, quidam derivant, alii à nitore, quo præcipue cryſtalliſatum reſplendet, deducunt, alii à Nitria Ægypti provincia, in qua olim copioſe proveniebat, dictum volunt. Dicitur & SAL NITRUM, SAL PETRÆ, quod in Rupium murorumque ſuperficiebus erumpat; CERBERUS CHYMICUS, SAL INFERNALE, ANATRON, SAL HERMAPHRODITICUM &c. quoque audit. Salpeter / SALPETRE, NITRE.

De generatione Nitri inter ſe non conveniunt authores, quidam in terra generari, alii in hac ab aëre educi aut in eadem ſeparari affirmant, videtur autem utrumque poſſe admitti, cernimus nimirum tum in ſtabulis jumentorum & aliorum animalium urina ſtercoribus & fimo prolutis, ab aëre etiam remotioribus, copioſius Nitrum erui. Sicuti etiam ex terra cellarum profundarum extrahitur. Efflorescit porro in parietibus lapideis & muris, & in terra, è qua Nitrum jam elixiviatum fuit, ſi aëri per tempus exponatur, ita ut pluviæ non accedere queant, novum rurſus nitrum innaſcitur.

Nitrum, præter Nitrum antiquorum, quod non adeo cognitum eſt, reperitur potiſſimum triplex, quod ex terra extrahitur, quod muris lapideis adhæreſcit, & quod ſcopulis & rupibus adnaſcitur.

In uſum autem imprimis cedit prima ſpecies. Sequenti autem modo fit ejus extractio. Aſſumuntur lapides aut terræ pingues redditæ à ſtercoribus vel urinis animantium, vel è vetuſtis ædificiis extractæ, vel per longum tempus aëri expoſitæ, pulveriſantur groſſo modo, induntur vaſis ligneis, ſuperinfunditur aquæ tantum, quantum vas capere poteſt, poſtquam per integrum diem ſtetit aqua ſuper terras & lapides, effluere permittitur ex epiſtomio, prope fundum vaſis, lente & guttatim, hic liquor imprægnatus Nitro ad ignem ad medietatis conſumptionem coquitur, poſtea per cineres repurgatur, ſequenti modo, nimirum in vas aliud in fundo plurimis foraminibus pervium & cineribus repletum infunditur & transcolatur, hic labor ſæpius reiteratur, donec liquor maxime clarus ſit, poſtea denuo coquitur & quando ſupra cultrum effuſus margaritæ ſimilis eſt, ſtetque non defluat, ſed congelaſcat in petras, fortemque odorem ſpiret, in pluribus vaſis ligneis vel metallicis ad coagulandum vel cryſtalliſandum in loca frigida reponitur, ubi in cryſtallos hexagonas ſpiculorum inſtar acuminatas abit. Liquor à cryſtallis decantatus, quem Nitromitram ſeu Nitri Matrem appellant, iterum cineribus detergitur & coquitur adque coagulationem reponitur, hæcque operatio tamdiu continuatur, donec omne Nitrum fuerit extractum.

Per Chymiam quadruplex ex Nitro prolicitur ſubſtantia, aquea, acida, alcalina & terrea, ita tamen ut aquea & terrea exiles ſatis & magis paſſivæ habeantur. Sunt qui Nitro etiam ſulphur ineſſe volunt, eo quod ex ipſorum ſententia aliquid inflammabile inſit, verum negatur Nitrum per ſe eſſe inflammabile, neque enim crucibulo immiſſum per longum temporis ſpatium in ardentiſſimo igne detentum, flammam concipit. Nec ſpiritus rubicundi in deſtillatione Nitri prodeuntes magis inflammabiles ſunt, quam ipſum Nitrum, ne dicam jam de eo, quod ſulphur opacitatem inducat, aciditatem obtundat & magis calefaciat, cum Nitrum pellucidum refrigeret potius. Hæmorrhagias ſedat tam interne quam externe adhibitum. Laudatur in Cephalalgia, deliriis, Mania. Conducit in Nephritide & calculo, urinam pellit, motus ſpasmodicos demulcet, imo in ipſa diarrhœa præſertim bilioſa quandoque locum invenit. Adhibetur in inflammationibus faucium & angina, in gargarismatibus, additur quoque remediis topicis

picis anodynis & refrigerantibus, combuſtis quoque medetur, ut & ſcabiei, ulceribus cacoœtheis & fiſtulis. Illud notandum quod ubi alvus laxior eſt, circa ejus uſum internum, caute ſit verſandum. Notiſſimum eſt Nitrum ingrediens eſſe primarium pulveris pyrii. Chymicis inſervit in calcinationibus, ſublimationibus, diſſolutionibus, præcipitationibus, fuſionibus &c.

IN OFFICINIS PROSTANT PLURA

Nitrum depuratum, purificirter Salpeter/ *Salpetre ou Nitre depuré*, per repetitam ſolutionem atque cryſtalliſationem, ut quam maxime liberetur à ſale marino, quod in cryſtallos cubicas abit, cum nitrum hexagonas obtineat, & hoc pro uſu Medico debet recipi, præſatque ſæpius lapide prunellæ. Datur ad ℈j. ʒj. &c

Nitrum præparatum, *Nitrum Tabulatum*, *Cryſtallus mineralis*, *Lapis* aut *Sal Prunellæ*, präparirter Salpeter/ Salpeter-Täffelein / *Sel prunelle*, ou *Criſtal Mineral.* Adhibetur tam interne, quam externe in ſupra dictis affectibus, præſertim tonſillarum, faucium & anginа. Doſis ad ℈j. ʒj & ultra.

Nitrum perlatum, Salpeter mit Perlen präparirt/ *Nitre preparé avec des perles.* Refrigerat & vires cordiales obtinere dicitur, commendatur in febribus continuis & malignis. Doſis eſt ad grana quinque ſcrupulum unum &c.

Sal polychreſtum, Polychreſt-Saltz/ *Sel Polychreſt.* Vires obtinet detergentes & viſcidum incidentes. Hinc optimum purgantibus ſociatum addit ſtimulum, alias & per ſe ad ſcrupulum ad drachmam uſque & ultra exhibitum alvum laxat, in febribus intermittentibus inſigne eſt deobſtruens atque diureticum.

Nitrum fixum, *Sal Nitri fixi*, fixirter Salpeter/ *Nitre fixe*, & ejus per deliquium

Liquor Nitri fixi, ſolvirter flüßiger Salpeter / *Liqueur de Nitre fixe.* Symbolizant cum ſale & oleo Tartari per deliquium, eodemque modo uſurpantur.

Spiritus Nitri acidus, Salpeter-Geiſt / *Eſprit de Nitre.* Menſtruum eſt corroſivum.

Spiritus Nitri dulcis, verſüßter Salpeter-Geiſt / *Eſprit de Nitre dulcifié.* Stomachicus eſt & carminativus, colicæque medetur unde vocatur ſpiritus Anticolicus, conducit etiam in paſſionis

bus Hyſtericis & virtutem diureticam poſſidet. Doſis eſt ad guttas viginti triginta & ultra.

Aqua Fortis, Scheid-Waſſer/ *Eau Forte.* Ut corroſivum menſtruum inſervit ſolutionibus metallorum mineraliumque. Ex hac aqua, quæ Argentum tantummodo ſolvit, aurum autem non aggreditur, cum ſale communi vel gemmæ vel etiam ſale ammoniaco paratur *Aqua* ſic dicta *Regia*, das Gold-Waſſer/ *Eau Regale*, quod aurum diſſolvit, intacto fere argento.

Arcanum Duplicatum, *Sal Cachecticum Nitratum*, *Panacæa Holſteinenſium* Polychreſtum dicitur eſſe remedium in quavis febre intermittente, malo Hypochondriaco, melancholia Hypochondriaca, aliisque morbis chronicis menſiumque affectibus. Lymphæ quoque vitia & copiam, nunc diaphoretica, nunc diuretica vi corrigit. Blandam inſuper virtutem anodynam & ſomniferam poſſidet unde in vigiliis diuturnis à quibusdam adhibetur. Datur ad ℈j. ℈ß. &c.

Liquor ex Nitro & Tartaro Schrœderi, de hoc ſub Tartaro.

Magneſia alba, *Panacæa ſolutiva*, *Panacæa antihypochondriaca*, Engliſch Laxier-Pulver/ *Magneſia.* Remedium eſt alcalinum aptum, ut ZWINGERUS loquitur, omnem acorem, acredinem & ſalſedinem viſcidam humorum in corpore abſorbendi, invertendi, edulcorandi ac blando motu utplurimum è corpore educendi. Mundificat quoque ſanguinem atque ad balſamicam ſuam dulcedinem reducit. Doſis ad ʒß. ʒij. prout nunc pro ſcopo alterandi, nunc pro ſcopo laxandi datur. Exhibetur vel in juſculo vel infuſo Thée, vel aqua, ſive fontana ſimplici ſive deſtillata, aut aqua minerali, vel etiam in emulſione amygdalarum dulcium In affectibus obſtinatis per decem quindecim & ultra dies uſurpatur. Magnum eſſe abſorbens atque præcipitans nullum eſt dubium. Hoc tamen habet vitii, quod pruritum ani tenesmodem quandoque vix tolerabilem haud raro producat.

ALUMEN RUPEUM ET ROMANUM.

Eſt ſubſtantia modo alba modo ex albo rubicunda, pel-

pellucida, cryſtallina, ponderoſa, glaciei inſtar, ex lapide aluminoſo rocha dicto calcinato & cum aqua cocto, in cryſtallos variæ magnitudinis & formæ concreta, ſaporis acris, urinoſi & adſtringentis.

Conſtat ☉e ſalſo p. m. corroſivo, magis tamen ad acidum inclinante, tum volatili tum fixo, ut & terra ſtyptica, quæ elixiviato alcali & acido plane dulceſcit. Vim habet diureticam & antifebrilem, ſimulque relinquit in receſſu vim adſtrictoriam: Externe laudatur in ophthalmia & abſumendis carnibus fungoſis vulnerum & aliarum partium.

℞. Alum. nitr. Nuc. moſch. ana ℈j. M. f. pulv. ſumendus hora j. ante paroxyſmum febrilem, ſi febris non cederet adde L. O. gr. j. & ſacch. ♄ni ℈ß. ſic enim certiſſime febris profligabitur.

℞. Alum. ℈j. lap. lyncis. ☉ abſynth. ana ℈ß. L. O. gr. j. f. pulv. in febribus intermittentibus.

℞. Alum. nuc. moſch. ana ʒß. M. f. pulv. in febribus intermittentibus infantum, pro duabus doſibus.

℞. Alum. crud. ʒj. Miv. cydon. ℈j. f. bolus adſtringens præcipue contra vomitum ventriculi add L. O. gr. j. Vel ℞. alum. ℈ß. terr. ſigill. Corall. præpar. ana ℈j.

℞. Alum. crud. ʒiß. flor. aquil. ſalv. ana Mij. rad. ir. florent. ʒiiß. Myrrh. ℈ij Mell. roſat. q. ſ. f. linimentum ad dentium vacillationem.

℞. Alum. ſal. piper. ana q. v. applica uvulæ inflammatæ.

ALU-

ALUMEN. Dicitur ita à lumine, quoniam pellucidum & fere glaciale eſt. Στυπτηρία, Alaun/ Alun.

Alumen duplex eſt, nativum è terra, ita ſtatim ſub forma cryſtallorum extractum quale in Regno præſertim Neapolitano occurrit, aut factitium, quod vel ex aquis aluminoſis excoquitur, vel ex mineris, lapidibus terrisque aluminiferacibus excoquitur. Id quod e rupibus aut terra ſui generis extrahitur, vocatur ALUMEN RUPEUM, ſeu ROCHAS. Non ſolum autem in Italia, ſed & in Anglia, Germania, Bohemia &c. reperitur.

Alumen Romanum ad rubedinem declinat, alterum albicans magis eſt.

Ob vim aſtringentem in vomitu pertinaci, diarrhœa aliisque fluxibus tum ſimplicibus tum ſanguineis commendatur, cum nuce moſchata ad hæmorrhagiam narium interne propinatur. In menſium nimio fluxu quotidie ad ʒß. aſſumendum laudatur. Externe inſervit in vulneribus mundificandis & in ulceribus profundis atque malignis. Ad vaginæ quoque prolapſum quarundam mulierculariam eſt remedium. Conducit in ſcabie & pruritu, item ad hæmorrhagiam. Decoctum Aluminis cum æquali parte Myrrhæ cum linteolis applicitum in fluore albo benigno conducit. Quædam defloratæ ad ſophiſticationem virginitatis eo abutuntur.

IN OFFICINIS PROSTAT

Alumen uſtum, gebrandter Alaun / *Alun brulé.* Quod ad carnes luxuriantes abſumendas præſertim, à quibusdam quoque ad dentes abſtergendos adhibetur.

Phlegma Aluminis, deſtillirt Alaun-Waſſer / *Phlegme d'Alun.* Refrigerat & ſitim ſedat, atque adſtringit; uſurpatur præſertim in Julepis. Exterius conducit in laxitate gingivarum & ſcorbuto oris.

Alumen Saccharinum, Alaun-Zucker / *Alun de Sucre*, à figura, qua comparet, dictum, paratur ex Alumine albumine ovorum & aqua Roſarum, inſervit iisdem uſibus.

De Alumine tandem notandum, quod ejus mechanicus quoque celebris ſit apud Tinctores, Aurifabros, Bibliopegos aliosque opifices uſus.

Proſtat quoque aliud aluminis genus quod SCISSILE, ALUN SCISSILE dicitur. Eſt concretio lapidea non adeo compacta, ſed levi opera in lamellas ad tractum fibrarum rectilinearum abiens, ſapo-

ſaporis adſtringentis, odoris nullius. Non multum autem in uſum venit.

ALUMEN PLUMOSUM.

Eſt ſubſtantia media inter terram & lapidem ex viridi caneſcens, pinguis, ex numeroſis tenuibus fibris plumoſis vel lanuginoſis ſibi invicem incumbentibus & facile ſeparabilibus compacta, eruta ex terræ fodinis ſubſtantiæ ſubadſtringentis ſubacris.

Transfertur ex Rhodo & Creta inſula magna in copia ad nos, habentur ibi montes integri. Differt ab Asbeſto, qui ex Japonia & China ad nos adfertur, ſimilis etiam materia circa Oxoniam reperitur, unde chartas ſcriptiles conficiunt.

Ob acutiſſimas ſuas particulas cuti inſperſum prurigi-nem excitat, in quem finem membris paralyticis ſolet applicari ad vellicandos nervos, & torpidum ſpirituum animalium motum corrigendum, cum tinctura Caſtorei, ſpiritu vini camphorato &c.

ALUMEN PLUMEUM, Federweißer Alaun / ALUN DE PLUME, differt ab asbeſto ſapore non ſolummodo, ſed etiam quod flammam non concipitat.

MINERALIA SALE SALSO VOLATILI ET CORROSIVO CONSTANTIA.

CALX VIVA.

Eſt ſubſtantia lapidoſa, ex albo cinerea, ex calcario lapi-

lapide ignis violentia in calcem exuſta, ſaporis acris & mordacis.

Multo ſale alcalico prævalente & pauco acido, utroque tamen volatili & ſimul corroſivo cum multa terra conſtat; hinc in vulnerum acido deſtruendo, gangræna tollenda & ſphacelo compeſcendo, item in nervis vellicandis & paralyſi tollenda, ut & in ambuſtis & hydrocephalo externe uſurpatur.

Latet in calce viva admirandum contra calculum & podagram remedium, ita ut ab externo ejus uſu in podagra jam inveterata nodi & tophi feliciter diſſipati fuerint. vid. Stiſſer. diſſert. d. arthrit.

Recipitur à nonnullis inter injectiones contra gonorrhæam & clyſteres contra colicam cum alvo adſtricta.

℞. Raſ. lign. ſaſſafr ℥j. ſem. aniſ. ʒiij. paſſul. ℥ß. liquirit. ʒij. ▽ calc. vivæ ℔ij f. infuſum ex mente Williſii [Pharm. Rat. ſ. 4. c. 4. p. m. 98. & 99.] contra diabetem ex acido in ſanguine orto. Cujus doſ. cochl. j.

℞. Calc. viv. ℔ij. ♀r. crud. ℥iiij. alum ℥j. coque cum ▽ fontan. ad coagulum uſque, cui affunde ſpir. vini rectificat. f. tinctura, cujus gt. xx. in urinæ ſuppreſſione, item nephritide dantur.

℞. Lixiv. calc. vivæ, impone capiti contra hydrocephalum.

℞. ▽ calc. vivæ ℥iiij. aloës myrrh. ana ʒß. mell. ʒvj. f. injectio contra gonorrhæam.

Si juſta doſi exhibeatur egregium eſt in febribus deſperatis. v. c. ℞. Calc. viv. gr. x. ad xv. Ocul. ♋i. ℈j. f. pulv. nonnulli audaciores ad ℈j. aſcendunt, cum ſacch. ♄ni ℈ß. & L. O. gr. j pro robuſtis. [Sed audacia imo temeritas erit in tali qui hoc remedium præſcribet.]

℞. Rad. ari. pyretr. carlin. ana ℥ß. ▽ calc. vivæ q. ſ. f. infu-

infuſum, quod petiis exceptum applica membris paralyticis ad concitandum ſpirituum affluxum.

AR-

CALX VIVA, ungeleſchter Kalck / CHAUX VIVE.

In calce tales adeſſe partes, quæ Naturam ſalium alcalium fixorum imitantur, & omnes effectus talibus ſalibus alias attributos acidum ſcilicet abſorbendi & corrigendi &c. exſerunt, nullum eſt dubium. Salia autem talia in ipſa calce exiſtere nondum eſt probatum, neque efferveſcentia & ebullitio in calce viva, dum cum aqua miſcetur, à ſalium diverſorum pugna deducenda videtur. Forſan melius derivaretur a materia mundi ſubtiliſſima in lapide, per toſtionem omni humiditate privato, incluſa, quæ deinde, ruptis ab affuſa aqua vinculis, turmatim egrediens, & conjuncta cum iis partibus, ejuſdem materiæ, in aqua exiſtentibus, tantum producat motum cum ſummo calore, ob partes terreſtres concitatas, conjunctum. Quod ſi enim à ſalibus accerſenda eſſet, vix ratio dari poſſet adæquata, cur non ſemper calx ita ebulliret.

IN OFFICINIS PROSTAT

Aqua benedicta Chirurgorum, *Aqua calcis vivæ*, ungeleſcht Kalck-Waſſer/ *Eau de Chaux.* Deſiccat egregie & reſiſtit gangrænæ, inflammationes arcet, ardorem vulnerum & ulcerum demulcet, ſcabiem curat, ſerpiginem, guttam roſaceam & aphthas tollit, tumores hydropicorum minuit, in tumoribus & ulceribus antiquis præſertim pedum confert. Pro ratione circumſtantiarum nunc cum ſaccharo Saturni, nunc cum Myrrha, camphora, aloe ſcordio & ſpiritu Vini &c. miſcetur. Si libræ uni hujus aquæ grana quindecim aut viginti Mercurii ſublimati corroſivi adduntur, exurgit *aqua* ſic dicta *Phagædenica*, quæ carnes luxuriantes abſumit, ulcera antiqua mundificat, & gangrænæ reſiſtit, præſertim, ſi cum ſpiritu Vini miſceatur.

Aqua Sapphirina Chirurgorum, etiam ex aqua calcis vivæ paratur, vide Sal Armoniacum.

ARSENICUM ALBUM ET RUBRUM.

Album eſt ſubſtantia ponderoſa, albicans, gypſi inſtar condenſata, foris cryſtalli inſtar ſplendens, facta ex auripigmenti cum ſalis communis anatica portione, ſaporis acerrimi & exurentis.

Salibus ☉ſis, ♀eiſque volatilibus acerrimis exedentibus conſtat, humanæ naturæ averſiſſimis. Extrinſecus tantum adhibetur ad abſumendas carnes, clavos, ſcirrhos, pilos, item ad ulcera ſerpentia & cancroſa. Interne non ſine ſummo periculo in febribus intermittentibus uſurpatur.

℞. Vitriol. calcin. ℥iiij. arſenic. ſulphur. ana ℥j. ſal. gemm. ʒß. miſc. & cum aceto in vaſe clauſo calcina, calx inſpergatur ulceribus cancroſis.

℞. Arſenic. alb. irroretur cum aceto, impon. clavis & ſcrophulis abſumendis, interim vicinæ partes muniantur emplaſtro de mucilaginibus.

Arſenicum rubrum ſeu ſandaracha Græcorum eſt ſubſtanſtia metallica condenſata, ponderoſa, ex flavo rufeſcens & ſplendens, facta ex auripigmento in ollam clauſam injecto & ad rubedinem calcinato ſeu cocto, ſaporis exurentis.

Uſurpatur à pictoribus, poteſt tamen in caſu neceſſitatis ſubſtitui arſenico albo.

Oleo per deliquium utimur in ☌o aperto.

AU-

ARSENICUM vocatur alias REALGAR, RISOGALLO, Ratten-Gifft / ARSENIC. Diſcrepat quam maxime ratione coloris. ARSENICUM ALBUM, weißer Arſenick / ARSENIC BLANC. Odo-

Odorem, dum accenditur, ſpargit ad allium accedentem. Mineræ arſenicales variæ ſunt. Imprimis tamen copioſiſſime reperitur in iſta vena, quæ Metallurgis Cobaltum & Cadmia foſſilis Metallica audit. Sulphur arſenicale ſæpius in ipſis fodinis inſenſibiliter é mineris ſuis exhalans gravem ſubinde ſpirat odorem, adeo ut manifeſte noceat foſſoribus imprimis nondum aſſuetis. Magis vero ſentitur fœtor iſte ad fornaces, in quibus cremantur mineræ arſenicales, quod ſi nimirum incautius quis paululum acceſſerit, breviſſimo temporis ſpatio damnum ſentit infallibile, hinc etiam ordinarie metallarii, qui aliquandiu in fodinis laborant, & qui ad fornaces & domunculas, in quibus flores arſenicales ſublimantur, hærent & verſantur, viva ſceleta referunt, pallidique incedunt & plane exſucci.

Quo autem ſub fumi ſeu exhalationis forma emiſſum à crematis mineris arſenicum obtineatur, ædes ligneæ affixæ ſunt caminis, ubi adhæreſcit, unde & vocatur **Hüttenrauch**; Ex hoc polline **Hüttenſtaub** dicto deinde arſenicum ſolidum conflatur liquefactione.

ARSENICUM RUBRUM, **rother Arſenick/Berg-röthe/rother Schwefel/ Feuer-Schwefel/ Rothoperment/** *Arſenic rouge*, eſt vel nativum vel factitium: licet rubrum viſu compareat, ſi tamen teratur, aut cum aqua miſceatur, flaveſcit.

Datur etiam ARSENICUM CITRINUM, **Reiß-gelb/ Roß-gelb/ Rauſch-gelb/** *Arſenic jeaune*, quod ex ſublimato auripigmento cum ſale & ſulphure obtinetur.

Vires Arſenici quod attinet, præſentaneum eſt venenum, ita ut pauca grana faucium ſtomachique eroſionem inducant brevique interimant. Recte hinc judicat STAHLIUS Arſenicum & Arſenicalia Medicamenta non eſſe honeſti viri remedia, nam uſu tam interno quam externo maxima produxere mala. Provoco ad experientiam & Medicorum conſcientioſorum fidem.

AURIPIGMENTUM.

Cum arſenico omnino convenit, & eodem modo externe uſurpatur.

AURIPIGMENTUM, ita dictum à colore aureo, Operment/ ORPIMENT, ORPIN.

Eſt ſubſtantia metallica, ponderoſa, friabilis, coloris è viridi flaveſcentis, interſperſis quibusdam flaveſcentibus venulis ac ſtellis, ſaporis acris, odoris ingrati, ſulphurei. Conſtat ſulphure & multis particulis arſenicalibus, uſurpatur præſertim à pictoribus. Depilatorium conſtituit, præſertim cum calce viva mixtum, ſed caute agendum. Decoctum hoc ex auripigmento & calce viva cum aqua factum, literas & picturas cum aceto Lythargyrii chartæ inſcriptas, antea inviſibiles, reddit conſpicuas & nigricantes. Adhibetur hinc ad ſic dictum atramentum ſympatheticum.

CINNABARIS FACTITIA.

Eſt ſubſtantia metallica, ſolida ponderoſa, rubicunda, numeroſis ſubinde decurſantibus fibris ſeu ſtriis, ſplendentibuſque micis interpolata, facta ex una parte ſulphuris & tribus mercurii vivi, vi ignis ſublimata.

Datur à gr. iij. ad v, robuſtiſſimis tamen, & qui aliis mercurialibus non moventur, cum conſerva meliſſæ, theriaca. Sale enim volatili corroſivo tam ſurſum quam deorſum vehementer purgante conſtat. Frequentior ejus uſus eſt externus in ſuffimigiis ad excitandam ſalivationem, & curandam luem veneream, & ſcabiem Gallicam, calloſque abſumendos.

℞. Cinnabar. factit. gr. iij. ſucc. liquir. q. ſ. f. pil. ad vomitum & ſalivationem promovendam.

℞. Cinnab. factit. ʒij. vel iij. adde ſi lubet thuris, ſtyrac. balſam. Tolut. ana ʒv. M. f. pulv. inſperge per vices carbonibus ignitis, quibus in ſella foraminata æger locatus & operculo tectus, capite excepto, ſuperſedeat, ita ut fumus totum corpus pervadat, & ſudores expectet, hac fumigatione per 4 ad 8 dies continuata prodit ſalivatio & ulcera cutis Gallica exſiccantur. ℞. Fo-

℞. Folior. nicotian. concis. ʒj. cinnab. factit. ʒß. inde tubulo tabacali & hauri fumum ad salivationem.

Cinnabaris nativa alia est, quæ modo in ☉i modo in ☾ti fodinis reperitur, ex qua fit mercurius vivus; per se non utimur, nam à ventriculo solvi non potest.

MER-

CINNABARIS, Zinnober/ CINABRE, VERMILLON.

Duplex est Cinnabaris, altera nativa, artificialis altera.

Hæc CINNABARIS FACTITIA vocatur etiam CINNABARIS VULGARIS, gemeiner oder gemachter Zinnober/ Schuster- und Mahler-Zinnober/ CINABRE ARTIFICIEL. Ab AGRICOLA aliisque casu dicitur esse inventa, cum enim Alchymistæ argento vivo adjicerent sulphur, ut ex iis efficerent aurum & argentum, in hoc pigmenti genus incidere, quod omni plane odore & sapore caret. A Pictoribus Sutoribus Ceræque sigillatoriæ confectoribus multum usurpatur. Circa usum Cinnabaris hujus Medicum dubii hærent authores, quibusdam ejus usum suadentibus, & æque ac Cinnabarim nativam & Antimonii innoxie assumi posse statuentibus, aliis vero eadem ac sublimatum & præcipitatum argentum vivum symptomata post se trahere asserentibus. In dubio melius est illo non uti, quamvis ratio nondum adeo clare compareat, cur tam noxia existat. Ex hac Cinnabari, quæ eum in finem quoque præparatur, ut Mercurius vivus commodius transportari queat, mixta cum tripla parte calcis vivæ aut anatica Limaturæ Martis, destillatione per retortam in recipiens vas aqua plenum rursus revivificatur Mercurius pulcherrimus. Notante illustri LEMERY ex quavis libra Cinnabaris, unciæ tredecim argenti vivi obtineri debent.

CINNABARIS NATIVA, quæ ANTRAX, MINIUM NATIVUM, SANDIX, Berg-Zinnober/ CINNABRE MINERAL dicitur,

Est substantia metallica, solida, ponderosa ac rutilans elegantissima ex scarlatino vel purpureo cum splendore, è mineris Cinnabarinis seu mercurialibus sublimationis subterraneæ ope elevata,

ſaporis & odoris nullius, conſtans ex ſulphure & Mercurio vivo cum terreſtri materia inſtar lapidis compactis. Reperitur in diverſis Europæ locis Gallia, Hiſpania, Germania, Hungaria, Carinthia &c. Præfertur tamen omnibus Hungarica. Quod uſum Medicum hujus Cinnabaris attinet, vim antepilepticam, cephalicam, nervinam, antiſpasmodicam, anticatarrhalem & anodynam poſſidere dicitur, humores fluxiles reddit, tenues & acres corrigit, in colica, arthritide vaga præſertim, vertigine, febribus, variolis, morbillis &c. deprædicatur. Externe ad luem Veneream ſcabiem &c. laudatur. Quæſtio autem fuit an tuto intra corpus aſſumi poſſit, ſuſpecta namque eſt quibusdam, ob ſulphur arſenicale, quod in mineris ſe aſſociare poteſt. Hinc præparatur prius vel decoctione cum aqua roſarum Borraginis &c. vel lotura ſimplici cum aqua colligendo ſemper pulverem ſubtiliſſimum. Quidam poſtea ſpiritum Vini rectificatiſſimum deſuper deflagrant. Optimam ejus per repetitam ſublimationem inſtitui depurationem multi authores aſſerunt.

In Officinis Prostat

Cinnabaris nativa præparata, präparirter Zinnober/ *Cinabre preparé.* Datur ad grana quinque ſcrupulum unum &c.

Specificum Cephalicum Michaelis, Dr. Michels Haupt-Pulver/ *Poudre Cephalique ſpecifique.* Laudatur in omnibus capitis affectibus ut & nervorum, in Cephalalgia, epilepſia, convulſionibus, ſpasmis, tremore, vim quoque cordialem obtinere dicitur, & in palpitatione cordis laudatur. Prodeſt in febribus continuis, variolis atque morbillis, commendatur quoque in colica. Datur ad grana decem, drachmam ſemis &c.

MERCURIUS SUBLIMATUS.

Eſt ſubſtantia alba cryſtallina, ponderoſa, ſplendens, ſublimata ex part. j. ☿ vivi & duplo ♁li calcinat. & ♁is. ſaporis acerrimi & exurentis. Conſtat ♁e ♁ſo volatili acerrimo & corroſivo vomitum & ſedes vehementer cauſante, inſequente ſalivatione, quare interne rariſſime exhibetur,

betur, nam venènis acerrimis merito annumeratur, externe vero in ulceribus Gallicis & ſordidis mundificandis locum habet.

Adjungitur loco ſtimuli unguento Neapolitano ad ſalivationem promovendam. v. c. ℞. Ung. Mercurial. ℥ij. ☿-ti gr. v. f. unguentum pro excitando fluxu ſalivæ.

℞. ☿-ti gr. ij. includ. ſucc. glycirrh. ſ. q. f. pil. involvantur auro foliato, deglutiantur, & ſuperbibatur ▽ deſtillata menthæ vel juſculum pingue largiori doſi ad vomitum promovendum & ſalivationem. N. hoc tantum robuſtiſſimis exhibendum eſſe, & qui blandioribus non moventur.

MER-

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS, Corroſiviſcher Sublimat oder Corroſiviſch ſublimirt Queckſilber / MERCURE SUBLIME CORROSIF.

Corroſionem hujus ſublimati cum Dn. LEMERY plurimi à cuſpidibus acidis, corpori Mercurii infixis recte deducunt. Mercurius namque ſubtiliſſime licet diviſus, ſemper tamen figuram ſuam rotundam retinet, quando jam calore ignis in infinitos globulos diſcerpitur particulæ acidæ aquæ fortis, ſpiritus Nitri, & ſalis præſertim additi, undique eos penetrant, ſuis cuſpidibus implicant, ut ex utrisque maſſa iſta compacta formetur. HATSOECKER in OBSERVATIONIBUS PHYSICIS ſingulos globulos Mercurii dicit parva habere foramina, in quibus particulæ ſalinæ figuntur. Hinc cum omnes globuli Mercuriales, particulis acidis tanquam acubus acutiſſimis & ſcindentibus conſperſi ſint, & velut echinati, non mirum eſt, quod dilacerent atque diſcindant, præſertim dum vel aſſumptus vel externe applicitus humiditati atque calori conjungitur, hoc enim modo globulorum excitatur motus, qui deinde cum impetu voluti ope cuſpidum inſtar cultellorum partes, quas pertranſeunt, dilacerant, diſcindunt, inflammant, ipſamque mortem inferunt. Quod ſi ergo quis Mercurium cor-

corrosivum assumpserit, necesse est, ut quam primum opponantur remedia, quibus invisçari & obtundi possunt particulæ acres, salinæ, quibus etiam parietes ventriculi obliniantur atque defendantur, qualia sunt oleosa, oleum olivarum, oleum amygdalarum dulcium butyrum &c. & quidem in tanta copia ingesta, ut vomitum quoque cieant. Lac porro hic conducit tum naturale tum artificiale, ut & juscula pullorum cum seminibus quatuor frigidis. Sunt qui crystallum optimum antidotum esse perhibent. Cavendum autem est à remediis acribus Theriaca, Mithridatio, Orvietano &c.

Mercurius corrosivus non raro adulteratur arsenico, id quod cognosci potest terendo vel fricando illum cum sale tartari, quod si namque nigrescat, absque ullo dubio arsenicum est commixtum, si vero flavescat, bonus est.

Cum calce viva constituit aquam Phagædenicam.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

Fit ex affusa aqua forti Mercurio vivo, qui hinc coit in magma, quod in igne reverberii ad rubedinem tendit. Mitior est multo quam mercurius sublimatus, unde iterne exhiberi potest, cum circumspectione tamen, tum ad vomitum & sedes, tum ad salivationem promovendam. Externe stimuli loco additur unguentis pro sordidis ulceribus mundificandis.

℞. Merc præc. rubr. gr. iij. theriac. ʒß. f. bolus ad excitandum vomitum & salivationem.

℞. Pil. Mastichin. ϑj. Merc. præcip. gr. j. ♌ succin. q. s. f. pilulæ in dolore capitis ex lue venerea.

℞. Ung. Mercurial. ℥iiij. Merc. præc. rubr. ʒj. f. unguentum ad promovendam salivationem.

Mercurius præcipitatus albus mitior est rubro.

MER-

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER, rother Präcipitat/ MERCURE PRECIPITE' ROUGE.

Improprie præcipitatus dicitur. Habet vim cathæreticam auferendi excreſcentias carnoſas, quas blande & ſine dolore corrodit, unde fiſtulis, puſtulis, carunculis, & aliis defœdationibus conducit.

Pro uſu interno commendant ut ſpiritum Vini alcoholiſatum aliquoties deſuper accendamus, & deflagrare ſinamus, quo mitior evadat. Vocatur deinde Arcanum Corallinum.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS, weiſſer Präcipitat/ MERCURE PRECIPITE' BLANC. Adhibetur quoque à quibusdam ad ſalivationem excitandam, ad grana quatuor, ad quindecim, vomitum movet atque ſeceſſum Sed caute agendum. Externe adhibetur contra lichenes & ad pruritum, in emolliendis tumoribus induratis, tophis præſertim Venereis & in ſcabie profunda.

MERCURIUS DULCIS.

Eſt ſubſtantia alba cryſtallina, ſplendens, ſublimata ex Mercurii ſublimati & Mercurii vivi anatica portione, ſaporis & odoris nullius.

Inter Mercurialia temperatior eſt & blandior, adeoque & pueris tuto exhibetur, purgat blande per inferiora & cæteris purgantibus loco coadjuvantis adjungitur, imo & diagrydio pro correctorio: in lue ♀ea curanda ſingulis diebus vel biduis exhibetur ad excitandam ſalivationem, laudatur quoque in expellendis lumbricis.

Datur à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. in bolo vel pilulis, & quibus ad promovendam ſalivationem datur, cum antimonio diaphoretico vel ſale volatili.

℞. Merc. dulc. ℈ß. Ocul. ♋. gr. xv. ♎ cinam. gt j. f. pulv. digeſtivus præmittendus purgantibus.

℞. Rad. Jalap. ʒj. Merc. dulc. ℈ij. ſacch. cand. ʒv.

▽ flor. hyperic. q. ſ. f. rotulæ purgantes cõntra vermes.

℞. Merc. dulc. gr. xv. ♁ diaphor. ℈ß. f. pil. cum ſucco glycyrrh. vel f. bolus c. theriaca vel conſerva flor. anthos, ad ſalivationem ſingulis diebus exhib.

℞. Pil. Maſtich. ℈j. Merc. dulc. gr. xv. balſ. peruv. q. ſ. vel extract. caſtor. f. pil. purgantes anticatarrhales.

℞. Merc. dulc. ℈j. Myrrh. ℈ß. Caſtor gr. v. ♌ ſabin. gr. ij. troch. alhand. gr. j. f. pil. cum extracto caſtorei ad menſes promovendos.

Riverius in ſuis ſcriptis ſæpe meminit Calomelani & eſt hoc: ℞. ☿ dulc. ℈j. diagryd. gr. vij. f. pulv.

MER-

AQUILA ALBA, verſüßter Sublimat / MERCURE SUBLIME' DOUX.

Mercurius dulcis datur quoque in ſcabie ferina, hemiplegia, epilepſia inveterata, & obſtructionibus, maſſam ſanguineam purificat. Exterius in ſcabie & aliis cutis infectionibus, puſtulis venereis aliisque exulcerationibus prodeſt. Dulcis autem vocatur, non ob ſaporem, ſed quia partes acidæ, quæ corroſionem effecerant, diſperſæ & infractæ fuerunt per additi Mercurii mediante triturationе atque igne in motum acti corpuſcula. Quia autem non omnes partes acidæ plane fuerunt deſtructæ, hinc remanet ipſi vis purgans, quam amittit ſi ſexies & ultra ſublimetur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Pilulæ Mercuriales cum Mercurio dulci, Mercurial-Pillen mit verſüßtem Sublimat / *Pilules Mercurielles avec le Mercure doux.* Inſerviunt in morbis venereis, uſurpari tamen etiam poſſunt in obſtructionibus, & morbis catarrhalibus; ad grana duodecim, ſcrupulum unum &c.

Trochiſci Hermetici Scretæ, Wurm-Zeltlein mit Queckſilber/ *Tro-*

Trochiſques contre la vermine. In vermibus & morbis inde oriundis conducunt. Doſis ſcrupulus unus ad ſcrupulos duos.

Panacæa Mercurialis, Panacee von Queckſilber/ *Panacée Mercurielle.* Laudatur in morbis venereis, rheumatismis inveteratis, obſtructionibus, ſcorbuto, ſcrophulis ſcabie, ulceribus antiquis & vermibus. Datur ad grana ſex, triginta &c. Sunt qui ea utuntur ad ſalivationem excitandam.

MERCURIUS VIRIDIS.

Fit ex Mercurio & cupro ſolutis in aqua forti, quæ deinde abſtrahitur, pulvis deinde aceto irroratus viriditatem induit.

Principium activum eſt ſalſum Emeticum, mitius tamen Mercurio ſublimato, ſpecificum eſt in gonorrhæa virulenta, ratione forte cupri propter terram vitriolicam, doſ. gr. iij. ad v. quam non excedere debemus niſi ſalivationem excitandi animus ſit.

In principio gonorrhœæ ℞. ☿ vir. gr. iij. extract. cathol. ℈j. thereb. q. ſ. f. pil. Deinde his ſuccedere poterit ſeq. ℞. rhabarb. ʒj. ☿ vir. gr. iij. & ubi ſimul conjunctus ardor, ſacch. ♄ni ℈ß. thereb. ʒß. f. maſſa ex vitello ovi continuetur hoc, quouſque fœtor ceſſarit. Hinc adſtringatur Rhabarb. Nuc. Moſch. toſt. Borrac. calcin. terr. ⊕li dulc. ana ℈j. ☿ vir. ℈j. f. pil. pro ſingulis doſibus ☿ij. virid. gr. j.

In ulceribus penis feci inde candelas cum felici ſucceſſu: ℞ Merc. virid. q. pl. ♌ ♄ni q. ſ. ceræ par. f. candela cum ſuo elychnio, ut pro lubitu poſſit extrahi peni intruſa.

TUR-

LACERTA VIRIDIS, grüner Präcipitat/ MERCURE PRECIPITÉ VERD.

Gonorrhœam nimiam tollit insufficientem vero promovet. Inservit etiam ad luem veneream, ulcera venerea phimosin &c. Purgat per superiora & inferiora.

TURBITH MINERALE.

Fit ex ♌ ☉li & ♃io, ubi post abstractionem in fundo remanet pulvis albissimus, qui deinde ▽ ablutus mox flavescentem induit colorem.

Principium activum est salsum, causticum, emeticum catharcticum, operatur paulo blandius sublimato & præcipitato.

Datur à gr. iij. ad v. v g ℞. Extr. Cathol. ℈j turb. min. gr. iij f. pil. vel cum conserva flor. persicor. bolus.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS, TURPETHUM MINERALE, Mineralisches Turbith von Quecksilber, TURBITH MINERALE ou MERCURE PRECIPITÉ JAUNE. A quibusdam commendatur in Hydrope.

MINERALE SALE VOLATILI ALCALICIS AFFINI CONSTANS ABSQUE TERRA.

MERCURIUS VIVUS.

Est substantia metallica mobilis fluida, ponderosa, ex innumeris tenuissimis globulis conflata, coloris ex cæsio albicantis, facta ex cinnabaris minera destillatione per descensum. Invenitur & nativus, sed hic tantum inter rara asservatur.

Alcalicæ

Alcalicæ Naturæ Mercurium esse, probat 1. ejus effervescentia cum acidis 2. quoniam in omnibus morbis ab acido ortis v. c. Lue ♀ea egregie convenit. Volatilitas autem ejus fit manifesta ex eo, quod △i impositus facile in auras abire solet. Crudus vel interne vel externe usurpatus salivationem excitat, & vermes necat, qui ejus auram ferre nequeunt. In morbis ♀eis curandis specificum est. Ratione gravitatis suæ, in colica, iliaca passione, & alvi fœcibus induratissimis cum fructu exhibetur.

℞. Merc. viv. ℈ß. succ. glycyrrh. q. s. f. pil. singulis diebus exhibendæ, donec appareant futuræ salivationis signa, pro lue ♀ea curanda.

℞. Merc. viv. ℈ß. detur ex melle ad enecandos lumbricos.

℞ Merc. viv. ℥j. affund. ▽ gramin. & pone in digestione, exhibe decantatum infantibus contra lumbricos.

℞ Saturni ʒij. Mercurii ʒj. liquescant super igne, forma globulos, qui in colica passione à fœcibus induratis sumuntur, superbibendo ♌ amygd. d. ℥j. & ultra.

℞ Merc. viv. ʒij. pingued. porcin. ℥j. f. ung. quo inungatur corpus singulis biduis ad salivationem excitandam, donec salivationis signa appareant, in robustis augendus ☿ ad ℥j. pro correctorio adde aliquid camphoræ, & si vis ♌ laurin. idem unguentum necat quoque pediculos.

MINE-

MERCURIUS, ὑδράργυρος, HYDRARGYRUM, ARGENTUM VIVUM, AQUA ARGENTEA, ARGENTUM AQUEUM, AQUA NON MADEFACIENS MANUS, SERVUS FUGITIVUS, Queckſilber/ lebendig Queckſilber/ MERCURE, ARGENT VIF.

Argentum vivum excepto auro corpus est ponderosissimum,

metallis imprimis vero auro ſummopere amicum, igne in fumum facile reſolubile, ſed mox rurſus in priſtinam abiens figuram globuloſam. Ex particulis autem lævibus exilibus ſolidis & ſphæricis dependet ejus fluiditas, gravitas atque volatilitas.

Olim hoc corpus metallicum inter metalla ipſa, ut unicuique planetæ ſuum aſſignaretur corpus foſſile, referebatur, aſt cum & ductilitate & malleabilitate deſtituatur, ideoque ex metallorum numero eximitur. Corpus eſt quam maxime mobile & fluidum, ob ſoliditatem & figuram rotundam in minutiſſimis etiam moleculis reperibilem, quam ob cauſam etiam manibus contrectantibus non adhæret, quare non eſt corpus humidum.

Quidam Mercurium ex aqua & ſale atque terra ſubtili perlata conſtare dicunt, alii acidum, alii vero ſulphur ipſi attribuunt. Aſt demonſtrentur talia principia. Ex partibus homogeneis ſemper ſolidis & globuloſis conſtare nullum dubium eſt.

Duplex habetur ARGENTUM VIVUM, NATIVUM, quod in forma viva è mineris eruitur, dicitur alias MERCURIUS VIRGINEUS, quod ignem nondum ſit expertus, gediegen Queckſilber/ atque ARTIFICIALE, quod excoquitur ex minera Mercuriali, quæ cinnabarina dicitur. Reperitur in variis Europæ etiam Germaniæ locis, imprimis tamen in Hiſpania & Hungaria. Mercurius ex mineris extractus in capſulis ligneis transportatur, aut redigitur in Cinnabarim, ex qua deinde rurſus extrahitur.

Mercurius frequenter vel ſcatet impuritatibus noxiis, vel adulteratur commixtione plumbi mediante præſertim bismutho. Cenſetur Mercurius bonus, qui per retortam propulſus nil recrementi relinquit, & qui in cochleari argenteo evaporationi ſuper prunas expoſitus, maculam relinquit flavam aut albicantem, non nigram aut fuſcam. Curioſiores fumum exhalantem examinant, quod ſi enim fuerit viridis ad luteum inclinans, judicant ſolaris naturæ eſſe Mercurium, ſi cœruleſcit, Luna intus latitat, ſi ad rubedinem & fuſcum colorem vergit, de Venere participat, ſi albicans extiterit fumus, natura Jovialis, ſi vero cinereus Saturnina colligitur, & ſi denique colorem ex atro luteum refert, Martem ineſſe perhibent. Notandum quoque, quod Mercurius carbonibus ardentibus expoſitus de metallis commixtis ſe participare teſtetur, ſi ſtrepitum edat. Ut Mercurius à ſordibus liberetur varios adhibent

bent modos. Inſtituitur enim repurgatio vel ſimplici transpreſſione per corium mundum, qua fecibus craſſis in corio remanentibus Mercurius tranſit, vel lotione cum aceto ſimplici aut ſale acuato, vel per lixivium alcalinum aut ſaponariorum, vel cum ſpiritu Vini ſæpius inſtituta, donec liquor affuſus colorem obſcurum aut nigricantem non amplius aſſumat. Quidam elegantiſſime Mercurium purificant cum aqua forti, ubi quidem inſignis quantitas de Mercurio abſorbetur, reliquum autem quam maxime reſplendet. Optimum eſt illum per deſtillationem per retortam addendo corpora alcalina calcem vivam, cineres clavellatos, Limaturam ferri, repurgare. Ex cinnabari quoque artificiali pulcherrimus obtinetur.

Curioſum eſt corpus hoc grave admodum nihilominus aquis innatare poſſe. Quod Phænomenon Agyrtæ neſcio pro quo Arcano venditant. Fundamentum effectus in acu polita in aquæ ſuperficie hærente quærendum. Recipe itaque Mercurium, & cum pauca aqua in mortario lapideo in minutiſſimas moleculas redige. Has inſperge chartæ bibulæ, ut humiditas abſorbeatur, quo facto moleculas minimas, politas, ſiccasque cum cultello, penna alioque inſtrumento ſaliva parumper madido, leni manu ſuperficiei aquæ impone ſucceſſive, ſic argentum vivum in copia quoque natare poſſe percipies. Sunt qui Mercurium cum oleo quoque terunt, ut eo minus ab aqua poſſit complecti.

Mercurio utuntur tum Medici tum Mechanici. Ab his adhibetur ad deauranda vaſa, præſertim argentea, mediante ſcilicet amalgamate, quod inſignem aliumquoq; poſſidet uſum; metallorum ſeparationem, confectionem ſpeculorum, Barometrorum &c. Medicis inſervit interne pro mundificatione ſanguinis. De actione Mercurii in corpore audiri meretur HOFFMANNUS IN NOTIS AD POTERIUM ita differens. Mercurius appropriatum & potentiſſimum luis gallicæ alexipharmacum eſt humores coagulatos promptiſſime fundit & colliquat, & obſtructiones in anguſtiſſimis tubulis egregie reſolvit. Operatur & partium ſubtilitate ſumma & gravitate maxima. Eſt quippe fluidorum omnium graviſſimus, quare etiam minutiſſimæ ejus partes reſpectu aliorum fluidorum & ſanguinis ſemper ſpecie ſunt graviores, unde magno impetu & vi ſanguinis partes movet, & ab ipſis motis vehementioris motus gradum acquirit, ut adeo minutiſſimos poros ſubeundo firmiſſimas

mas obſtructiones reſerare queat. Dum autem textura ſua faciles in amplexus ſpicula ſalina arripit, hinc ſalia acria corroſiva in Lympha & ſanguine lue venerea infectorum obvolitantia imbibit & arripit, unde ſpiculis ſic armatus ſalinis glandulas vaſa & fibras vellicat, unde hæc mediante influxu ſpirituum copioſiore inflata & contracta premunt liquida in iis contenta, ut non tantum ſalivalis latex, ſed & ſerum per ſudorem vomitum & alvum non raro excernatur, ubi autem vaſa excretioni apta non exiſtunt, ibi notabilis obſervatur turgeſcentia. Lympha itaque quo magis fœta ſalibus corroſivis, acetoſis, ut in cachecticis & ſcorbuticis, hoc facilius virulentam induit naturam, dum ſic brevi ſtamina fibroſa partium corrodit, vel fortiori irritatione convulſiones, inflammationes ſpasmos, hæmorrhagias excitat. In unguentis atque ſuffumigiis, juxta eundem HOFFMANNUM, ſemper citius & vehementius operatur, quam ſi intus adhibeatur, dum tali ratione immediate fluoribus corporis communicantur ejus moleculæ, quæ alias difficillime cum chylo miſcentur, & ſanguini ſubſtantialiter propinantur. In paſſione Iliaca caute procedendum in exhibitione Mercurii, ut in debita & ſat magna exhibeatur quantitate, præmiſſo præſertim oleo amygdalarum dulcium. In eo caſu, ubi ſuperior pars inteſtini inferiorem intravit, aut ubi inflammatio, aut hernia in corpore latens adeſt, ibi minime locum invenit. Ad vermes decoquitur vel in aqua ſimplici, vel graminis vel portulacæ &c. Externe ſcabiem ſanat, fugatque pediculos, ubi mentio facienda cinguli ſapientiæ, quod nihil aliud eſt, quam pannus lineus unguento Mercuriali illitus. Applicatur lumbis. Diſcutit tumores ſcirrhoſos & ſtrumoſos. De collo in avellana ſuſpenſus à peſte præſervare & lactis proventum promovere dicitur. Pro uſu quoque cosmetico à quibusdam commendatur. Nocet Hypochondriacis, ſpleneticis atque ſcorbuticis. Inimiciſſimus eſt nervis dentibus, gingivis, tonſillis & partibus circa palatum exiſtentibus. Rugas Mercurius cosmeticus producit atque cito ſeneſcere facit. Iis qui ab aſſumptis Mercurialibus male ſe habent, tremore percelluntur &c. Aurum exhibetur cum ſucceſſu. Quam facile enim cum eodem ſe uniat patet vel exinde, quod ſi curæ ſalivationis ſubjecti in ore detineant, aut ſecum geſtent, Monetam auream, ea albeſcat totaliter, qui color removetur facile, expellendo hydrargyrum mediante ignis calore.

Circa

Circa fixationem Mercurii mire ſeſe torſerunt & adhuc torquent quidam Chymici. Summe difficilem, ſi non plane impoſſibilem eſſe, certo conſtat.

Interim curioſi cum viridi æris, ſale, aceto & aqua ferrariorum Argentum vivum in ſolidum redigunt ſtatum, coloreque aureo mediante Curcuma tingunt, ut annuli exinde fundi queant.

IN OFFICINIS PROSTANT

Pilulæ Mercuriales cum Mercurio vivo, Mercurial-Pillen von lebendigem Queckſilber / *Pilules Mercurielles avec l'argent vif.* Inſerviunt præſertim in morbis venereis. Dantur ad ſcrupulum ad ſcrupulos duos.

Unguentum Neapolitanum, Neapolitaniſche Salb / *Onguent Neapolitain.* Conducit ad ſcabiem, impetigines, herpetem, pruritum cutis, pediculos necat etiam inguinales, pulices atque cimices interficit, quem in finem illinitur lectorum fulcris. Inſervit quoque frictioni pro ſalivatione excitanda.

Unguentum pediculorum, Lauß-Salb / *Onguent contre les poux.* Virtus ex nomine patet.

Æthiops mineralis cum & abſque combuſtione paratus, Mineraliſches Wurm-Pulver / *Æthiops mineral fait avec du feu & ſans feu.* Eſt ſpecificum ad expellendos vermes, remedium, datur ad ſcrupulum drachmam ſemis &c. per aliquod tempus, interponendo ſemper laxantia. Conducit quoque in gonorrhœa virulenta & ſcabie. Poteſt quoque exinde ſublimari cinnabaris.

Notandum tandem quod Medicamenta Mercurialia præſertim interna neque præparari neque exhiberi debeant in vaſis aut cochlearibus metallicis.

MINERALE SALE VOLATILI SULPHUREO CUM TERRA CONSTANS.

ANTIMONIUM CRUDUM.

Eſt ſubſtantia metallica ſolida, ponderoſa, obſcuri cœrulei plumbei coloris cum longioribus radiantibus ſtriis concoloribus & aliquando rufeſcentibus compacta, concreta ex ejus minera liquata, & in figuram pyramidalem ut plurimum effuſa, ſaporis & odoris nullius evidentis.

Partibus ♁eo alcalinis cum multa terra minerali conſtat, ob terram acidum imbibentem & evertentem, datur crudum in epilepſia, orta præcipue à vitio ventriculi, & cruditatibus primarum viarum. Ob ♁ volatile aliqui addunt decoctis in morbis chronicis.

℞. ♁ crud. gr. iij. rad. pœon. ℈j. f. pulv. contra epilepſiam, dandus ex ⌒u ceraſorum nigrorum.

℞. Candel. ex cera alba factam cui admiſce ♁ crud vel hujus loco crocum metallorum, inde meatui urinario ad tollendas carunculas.

In Dyſenteria maligna multi aſſumunt ℈j. ad ℥j. ex conſerva roſarum.

Potiora medicamenta, quæ ex antimonio parantur, deſcribuntur in Collectan. Chymic. Leydenſ. p. m. 23. uſque ad 54.

MI-

ANTIMONIVM, quidam dictum putant, ἀπὸ τῆ ἀντὶ καὶ μόνος, quod ipſi adverſetur ſolum & ſine aliorum metallorum conſortio naſci, alii ab ἀντιμένειν, quod in igne perduret, vel quod corpora firmet & contra morboſos inſultus defendat, derivant. Quidam jocoſe

jocoſe à Monialibus quas faciem ſtibio fucare non deceat, deducunt. Alii jocando ulterius Antimonium quaſi anti & Moine appellatum eſſe volunt. Fabulantur namque Monachos quosdam, qui ſe eo pinguefacere voluerunt, incauto uſu fuiſſe interemptos. Vocatur alias στιμμι, à στείβω, στίβω denſo, firmo, στίβη, στίβι. Stibium, Spieß-Glaß/ ANTIMOINE. Chymicis LUPUS, MARCASITA, MAGNESIA SATURNINA, SATURNUS PHILOSOPHORUM, PROTHEUS, PRIMUM ENS & RADIX METALLORUM audit.

Effoditur Antimonium pluribus in regionibus, in Gallia, Italia, Germania, Hungaria, Tranſylvania &c. laudatur autem quam maxime Hungaricum. ANTIMONIUM alterum eſt FOSSILE, quod vel ſilici vel lapidi duro aut pyritæ aut fluoribus hexagonis ſociatum effoditur, & MINERA ANTIMONII vocatur. Alterum fuſum exiſtit. Nimirum ex minera antimonii cruda in ollis excoquitur, atque in maſſas pyramidales fuſum ad nos advehitur. Differt à minera puritatis gradu & ab exhalationibus noxiis, quibus minera quandoque ſcatet, liberatum exiſtit.

Uſus Antimonii multus eſt in depurando auro aurifabris. Inſervit ſtannifuſoribus, ad ſtanno argenti ſonum conciliandum. Ferri liquationem juvat, ſaturnum indurat, æri & mixturæ, unde campanæ & ſpecula conficiuntur metallica &c. conjungitur. Inſignem quoque hoc metallum in Medicina habet uſum, nullum enim ex omnibus fere mineralibus reperitur concretum, ex quo tot tantarumque virium præparantur medicamenta. Licet enim à quibusdam Chymiæ oſoribus rejectum fuerit, atque pro venenoſo declamatum; inſons tamen omnino eſt, tum ipſum antimonium crudum, tum ex eo præparata, præſertim ſi bene præparata à ſapiente Medico præſcribantur. Crudum interne commendatur ad Epilepſiam, contra Luem Veneream, ubi decocta extant ſpecifica cum aliis antivenereis. A quibusdam ad dyſenteriam, hydropem, lepram laudatur. In ſanguine depurando conducit, virtute gaudet adſtringente & roborante. In febribus ut & in morbis arthriticis, arthritide vaga &c. mire deprædicatur. Ipſe ſancte teſtari poſſum, me uſum Antimonii crudi in febribus, arthritide ſcabie &c in haud paucis ſubjectis admodum proficuum deprehendiſſe. Uſurpatur vel in pulvere, vel redigitur in pilulas vel in decocto adhibetur,

vel in morſulos cogitur. Celebres ſunt *Morſuli* KUNCKELIANI ſequentes.

℞. Pinear. mundat. piſtac. decortic. Amygd. dulc. ana ʒiß. Confect. cortic. aurant. ʒj. Antim. Hung. ʒß. cum ſ. q. Sacchari in aqua roſar. ſolut. & ad conſiſt. tabul. coct. f. Morſuli no. 12. de quibus unus in tres partes diviſus per diem comedendus eſt.

Valet quoque Antimonium ad pinguefacienda bruta, equos imprimis & ſues.

PRÆPARATA ANTIMONIALIA, PRÆTER INFERIUS RECENSENDA, IN OFFICINIS SEQUENTIA EXTANT.

Regulus Antimonii ſimplex, Spieß-Glaß-König / *Regule d'Antimoine.* in uſum internum minime venit, licet vi vomitoria inſigni gaudens. Quod ſi tamen eo quis uti velit, adhibeatur ſolummodo in infuſo. Inſervit ad pocula & pilulas Emeticas perpetuas exinde formandas, & ad varia alia Medicamenta Antimonialia præparanda.

Regulus Antimonii Jovialis, Spieß-Glaß-König mit Zinn / *Regule d'Antimoine Joviale*, ex quo paratur

Specificum Antihecticum Poterii, Pulver wieder die Dorrſucht/ *ſpecifique antihectique de Poterius.* Commendatur in hectica, phthiſi, affectibus uteri, febribus continuis atque malignis. Doſis ad grana ſex ad ſcrupulum unum. Si majori doſi datur aliquando vomitum movet atque ſeceſſum. In hectica atque phthiſi hoc utuntur modo, ut à granis quinque ad ſex & ultra eouſque aſcendant, donec æger nauſeam ab eo percipiat, tunc ab eadem doſi paulo remittitur, atque ita continuatur ſingulis diebus talem doſin propinando, donec obſervetur operari per urinas.

Regulus Antimonii Martialis, Spieß-Glaß König mit Eißen / *Regule d'Antimoine Martial.* Ex hoc regulo facilius parantur pocula Emetica, exinde conficitur

Specificum ſtomachicum Poterii, Poterii Magen-Pulver/ *ſpecifique ſtomachale de Poterius.* Stomacho potiſſimum eſt dicatum, tranſpirationem inſenſibilem promovet, ſanguinem purificat, acidum abſorbet, in affectibus hyſtericis conducit, hæmorrhagiis confert. Doſis grana ſex ad drachmam ſemis.

Regulus Antimonii Medicinalis, *Regule d'Antimoine Medicinal.* In febri-

febribus quibusvis intermittentibus & continuis, variolis & morbillis, ſcabie & aliis cutis vitiis commendatur. Datur ad grana tria, quinque, viginti & ultra, doſi autem majori ſæpe vomitum movet. Ex hoc regulo & radice contrayervæ, quoad maximam partem, ſuam obtinet virtutem.

Pulvis Bezoardicus Rollwagenii, Rollwagens Gifft-Pulver/ *Poudre Bezoardique de Rollwagen.* Laudatur in diverſis generis febribus continuis & ardentibus, variolis & morbillis, ut & ipſa dyſenteria. Datur infantibus & adultis cuſpidatim ad duas vel tres ſcilicet cultri cuſpides, ſive ad ſcrupulum unum ad drachmam ſemis bis vel ter de die.

Scoriæ Reguli Antimonii, ſcories de Regule d'Antimoine. Hæ minime abjiciendæ ſunt, nam præterquam quod vapor ex decoctis ad partes genitales admiſſus, in ſexu ſequiori menſes cieat, parantur quoque exinde *Tinctura Antimonii*, & ex earum decocto

Sulphur Auratum Antimonii, Schweffel-Pulver auß Spieß-Glaß/ *Souffre doré d'Antimoine*, quod obtinet vim catharticam per ſuperiora & inferiora. Datur ad grana duo ad ſex, ſed rariſſime. Figitur à quibusdam ſpiritu Vitrioli, ut magis diaphoreticum evadat. Chymici decoctum ſcoriarum Antimonii quater quinquies & ultra præcipitant, ſicque ſemper ſulphur mitius purgans & tandem plane diaphoreticum nanciſcuntur.

Pulvis Carthuſianorum ſive *Kermes minerale*, Mineraliſches Brech-Pulver/ *Poudre de Chartreux* ou *Kermes Mineral*; ſulphur hoc auratum mitigatum, ad mentem GLAUBERI præparatum, & in Gallia à DN. LIGERIE, qui illud Monachis Carthuſianis, unde nomen traxit, communicarat, introductum, laudatur inſigniter ob partes ſuas alcalinas ſulphureas & balſamicas. Creditur ſanguinem, præſertim per inſenſibilem tranſpirationem, mundificare ejusque fluorem conſervare. In cruditatibus primarum viarum agit leniter per ſuperiora æque ac inferiora purgando. Per diureſin quoque operari fertur. Adhibetur in febribus intermittentibus & continuis, hydrope, vertigine, apoplexia aliisque capitis & nervorum affectibus, in urinæ difficultate, ſabulo. Doſis eſt à grano uno ad tria quatuor quinque pro ratione circumſtantiarum.

Antimonium diaphoreticum, Schweiß-treibendes Spieß-Glaß/ *Antimoine diaphoretique.* Sanguinem mundificat vim habet diapnoi-

cam, diaphoreticam & alexipharmacam, hinc in cruditatibus acidis, ſoda, ſcabie, febribus intermittentibus continuis & malignis, pleuritide eryſipelate &c. uſurpatur. Doſis eſt ad ſcrupulum drachmam ſemis &c.

Diaphoreticum ſive *Bezoardicum Martiale*, ſive *pulvis Cachecticus Ludovici*, Schweiß-treibendes Spieß-Glaß mit Stahl präparirt/ *Diaphoretique* ou *Bezoar Martial.* Prodeſt in morbis cachecticis & febribus cum diarrhœa conjunctis, item in dyſenteria Epidemica. Datur ad ſcrupulum ad drachmam ſemis.

Nitrum Antimoniatum fixum, *Nitre fixe d'Antimoine.* Refrigerat, urinam atque ſudorem ciet, ſimulque leniter alvum laxat, conducit in febribus & faucium inflammationibus. Doſis eſt ad grana ſex, ad ſcrupulum, immiſcetur etiam gargarismatibus & Epithematibus atque clyſteribus.

Antimonii flores, Spieß-Glaß-Blumen/ *Fleurs d'Antimoine*; vehementer per ſuperiora & inferiora purgant. Doſis grana duo, quatuor, nunquam autem per ſe debent exhiberi, ſed in vino infunduntur & vinum ſolummodo bibitur.

Butyrum Antimonii, *oleum Antimonii glaciale*, Spieß-Glaß-Butter/ *Beurre* ou *Huile glaciale d'Antimoine.* Vim obtinet cauſticam, carnem exedit & ulcera calloſa abſtergit.

Mercurius vitæ, *Pulvis Algaroth*, *Mercure de vie* ou *poudre d'Algaroth.* Nihil aliud eſt quam Antimonium corroſum & per aquam præcipitatum. Vires obtinet per ſuperius & inferius guttur purgandi. Doſis granum dimidium granum unum, duo, tria. Ob vim autem draſticam maligna ſæpius ſymptomata ſecum trahentem, haud raro evadit Mercurius mortis aut vitæ æternæ. Leni fuſione abit in vitrum ſuccineum.

Bezoardicum Minerale; Mineraliſch Bezoar-Pulver/ *Bezoar Mineral.* Diaphoreticum eſt atque alexipharmacum, unde in febribus continuis, malignis, epidemicis, contagioſis multi uſus eſt. Doſis ad grana quinque ad ſcrupulum unum & paulo ultra.

Cinnabaris Antimonii, Spieß-Glaß-Zinnober/ *Cinnabre d'Antimoine.* Habetur pro ſpecifico in affectibus capitis atque nervorum, in vertigine, convulſionibus, epilepſia, febribus continuis & malignis, in morbis contagioſis, & iis omnibus, ubi ſerum acre & auſterum peccat, & coagulationem ſanguinis minatur. Conducit

in

in morbillis, variolis, nervoſarum partium doloribus, arthritide, paralyſi &c. Operatur utplurimum per ſudorem. Doſis eſt ad grana ſex ad ſcrupulum, drachmam ſemis &c. Loco Cinnabaris nativæ ingreditur ut plurimum ſpecificum Cephalicum Michaelis, de quo ſub Cinnabari. Ex hoc Cinnabari tanquam baſi conſtat

Pulvis ad palpitationem cordis ruber, rothes Hertz-Pulver / *poudre rouge contre les palpitations du cœur.* Pro confortante atque cordiali remedio uſurpari poterit. Datur ad ℈j. ʒß, ſumitur etiam cuſpidatim.

Clyſſus Antimonii, *Clyſſus mineralis*, *Clyſſus mineral*, attenuat, aperit, per alvum, per urinam, & per ſudorem expurgat, convenit in exæſtuatione ſanguinis, hinc in febribus continuis, ardentibus etiam & malignis prodeſt. Immiſcetur vel potui ordinario vel Julapio. Doſis guttæ tres ad decem viginti & ultra.

Tinctura Antimonii, Spieß-Glaß-Tinctur / *Teinture d'Antimoine.* Sanguinem purificat, acidum abſorbet, obſtructiones tollit. In menſium obſtructionibus, melancholia hypochondriaca, paſſione hyſterica, ſcabie, ſcorbuto conducit. Vim obtinet ſudoriferam, convenit in Catarrhis, Gonorrhœa virulenta & Lue venerea. Doſis ad guttas decem triginta & ultra. Quod ſi dimidia pars ſpiritus Vini abſtrahatur, obtinetur

Tinctura Antimonii concentrata, concentrirte Spieß-Glaß-Tinctur / *Teinture d'Antimoine concentrée*, acerrima & longe efficacior. Quod ſi conjungatur cum eſſentia Lignorum concentrata, obtinebis remedium in affectibus Venereis convenientiſſimum & aliis Tincturis antivenereis vix cedens.

MINERALIA SALE VOLATILI PURGANTE CONSTANTIA CUM TERRA ADSTRINGENTE.

LAPIS LAZULI ET ARMENUS.

Lapis Armenus eſt ſubſtantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, pallide cœrulea cum quadam viriditate ex par-

parvis quaſi grumis & intercurſantibus quibuſdam argenteis micis compacta, eruta ex fodinis argenti.

Lapis Lazuli eſt ſubſtantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, ſaturate cœrulea, cum ſplendentibus quibusdam aureis micis, armenio lapide durior & compactior, eruta ex fodinis auri.

Uterque poſſidet virtutem purgantem & emeticam & ſpecifice in morbis ſoporoſis, mania, apoplexia, ut & in quartana ſingulariter commendatur.

Toſtus ſeu ignitus ex quo expulſa ſunt ſalia volatilia, totus adſtrictorius eſt.

Doſ. à 3ß. ad 3j. ſed raro, interdum enim in minima doſi purgat, interdum in maxima doſi non operatur.

VI.

LAPIS ARMENUS, λίθος ἀρμενιακὸς, LAPIS ARMENIUS, à regione, ex qua ad nos olim afferebatur, dictus, Armenier-Stein/ Armeniſcher Purgier-Stein / PIERRE ARMENIENNE.

Ex Armenia hodie vix amplius obtinetur, imo ſunt, qui dubitant olim hunc lapidem ibidem fuiſſe repertum. Invenitur in Germania, Franconia, Misnia, Bohemia, Hungaria, Polonia &c. Differt à lapide Lazuli, quod ſordibus magis ſcateat, minusque cæruleus exiſtat. Lapis hic lotione à ſordibus depuratus, ſuppeditat illud pigmentum, quod vocatur Berg-blau / blau Berg-grün/blau-grüne Erde/ blau Schiffer-grün / CENDRE VERTE OU VERD DE TERRE, VERD D'ASUR. In uſum Medicum vix unquam cedit.

LAPIS LAZULI, LAPIS CYANEUS, LAPIS CÆRULEUS, Berglaſur/ Laſurſtein/ Laſurblau/ PIERRE d'AZUR.

Lapis hic, quem duriorem eſſe lapide Armeno aſſerunt, vix amplius in Medicum recipitur uſum, quam ut ingrediatur decantatam confectionem Alkermes, de qua ſub Chermes actum.

Inſervit

Inſervit itaque potiſſimum, ut exinde vel aurum extrahatur vel nobile atque pretioſum præparetur pigmenti cærulei genus, quod vocatur ULTRAMARINUM, Ultramarin / OUTREMER. Ubi bonitatis notas ſequentes obſervant, ſi nempe lapis cum ſputo vel aqua madefactus in pannum albiſſimum colorem violaceum ſpargat, ſi inter prunas ardentes candefactus colorem poſtquam refrixit, retineat, ſi ſuper ferrum ignitum projectus & in aceto albo extinctus acerrimo, colorem non mutet, imo intenſiorem acquirat, & ſi pulvis lapidis, ſuper ferrum ignitum ſparſus & colorem & conſiſtentiam lapidis retineat, tunc ad parandum Ultramarinum cenſetur bonus, ſecus ſi inſtar ceræ fluat. Paratur autem hoc cœruleum pigmentum, calcinando lapidem & lævigando in porphyrite, commiſcendo cum maſſa ex pice cera atque oleo compoſita. Affunditur deinde aqua ut pulvis cœruleus alcoholiſatus diſſolvatur & ad fundum præcipitetur, qui collectus deinde ſervatur.

VITRUM ANTIMONII.

Eſt ſubſtantia ponderoſa ſolida vitri inſtar, hyacinthini obſcuri coloris, facta ex antimonio calcinato & fuſo, ſaporis nullius evidentis.

Conſtat ☋e alcalino, qui per ſuperiora & inferiora contenta vehementer expurgat, præcipue bilem. Raro datur in ſubſtantia, frequenter in infuſo, ubi menſtrui ratio eſt habenda, non ipſius vitri antimonii

℞. Vitr. antim. ℥j. affund. vin. hiſpan. q. v. infuſi hujus filtrati cape ℥j. vel ℥iß. vel per ſe vel cum ſyr. vel ▽ cinamomi, vel quovis alio correctorio, ad vomitum & ſedes movendos.

CRO-

VITRUM ANTIMONII, Glaß von Spieß-Glaß / VERRE D'ANTIMOINE.

Præ-

Præfertur illud quod Hyacinthino reſplendet colore, rothgelbes Glaß von Spieß-Glaß/ VERRE D'ANTIMOINE DE COULEUR DE HYACINTHE.

In ſubſtantia nunquam interne debet exhiberi. Uladislaus quartus Poloniæ Rex ab uſu vitri hujus incaute propinati è vivis fuit ſublatus, teſte BARNERO. Data autem fuerant ſedecim grana.

Quoad uſum infuſi hujus antimonialis, non conſideranda quantitas vitri, ſed liquoris; ſcrupulus enim unus vitri antimonii æque integram menſuram ac unciam unam vini inficere poteſt. Admiratione utique hic dignum, quod ejus, ut & aliorum vomitoriorum antimonialium, Reguli v. gr. Croci metallorum &c. vis emetica exhauriri nequeat, & ea vel millies etiam infundi queant, ut nihil plane virium vel parum admodum decedat. Doſis vini, in quo infuſum ſtetit hoc vitrum, eſt ad unciam ſemis, unciam unam, unciam unam ſemis ad uncias duas ad ſummum in robuſtiſſimis. Exceſſu hoc vinum Emeticum facile abit in vinum Eneticum, ut cum PATINO loquar. Notandus hic calix vomitorius RULANDI, dum ex ligno juniperino torno elaborato, implicatur pix cui pulvis vitri fuit permixtus. Externe infuſiones vitri inſerviunt quoque pro ſcopo ophthalmico.

IN OFFICINIS PROSTANT EXINDE

Elixyr Emeticum, Brech-Elixyr/ *Elixyr Emetique*. Purgat per vomitum & ſeceſſum, doſis in adultis à guttis viginti, ad triginta, aut quadraginta in juſculo vino aut liquore alio appropriato. Convenit in Hydrope, Ictero, febre quartana, & viſcerum obſtructionibus. Septem grana cum dimidio vitri antimonii, per acidum Vitrioli fixati, reſpondent circiter drachmæ uni liquoris.

Syrupus Emeticus, Brech-Syrop oder der Städlerin Säfftel/ *Syrop Emetique*. Doſis eſt ad drachmas duas ad drachmas ſex ad ſummum.

CROCUS METALLORUM.

Mitior eſt quam vitrum ℈ij, datur eodem modo. ℞. Croc. metallor. gr. iij. detur ex melle ſeu oxymell. ad vomitum. ℞. Croc.

℞. Croc. Metallor. q. v. affunde vin. Hiſpan. part. ij vel iij, filtrati exhibe ʒj. vel ij. eodem modo quo infuſum vitri ʒij exhibetur. Hoc infuſum ſtimuli loco adjungitur clyſteribus contra colicam, & morbum apoplecticum, item ad collyria exhibetur.

In Colicis paſſionibus cum ſcybalis duriſſimis.

℞. Decoct. Emoll. & carminativ. ʒviij. infuſ. ʒij. ʒij. ⊖ commun. ʒij. f. Clyſt.

MI-

CROCUS METALLORUM, Saffran von Spieß-Glaß/ SAFFRAN DE METAUX LAVÉ.

Nihil aliud eſt, quam Hepar Antimonii edulcoratum ſeu aqua ſæpius lotum. In ſubſtantia rariſſimè dari debet. Exinde paratur

IN OFFICINIS

Tartarus Emeticus, Brech-Weinſtein/ *Tartre Emetique*, de quo ſub Tartaro.

Oxyſaccharum Emeticum Ludovici, ſaurer Brech-Zucker/ *Oxyſaccharum Emetique.* Eſt elegans vomitorium. Exhibetur infantibus, verbi gratia trimeſtri ad grana duo circiter, anniculo ad grana ſex, ſeptem octo &c. Adultis ad drachmas duas, unciam ſemis, ad drachmas ſex ad ſummum. Drachmæ uni reſpondet granum unum croci metallorum.

MINERALIA SALE ACIDO CUM PAUCO ALCALI CONSTANTIA.

VITRIOLUM ALBUM. HUNGARICUM. ROMANUM.

Vitriolum album eſt ſubſtantia ſalina alba, ⊖is inſtar concreta, facta ex decocto vel lixivio terræ vitriolicæ, ſaporis acris ſubacidi & adſtringentis.

Hungaricum eſt ſubſtantia metallica tranſparens ex viridi cœrulea, ex terræ vitriolicæ decocto vel lixivio in cryſtallos concreta, ſaporis cum albo ejuſdem.

Romanum ſeu Cyprium eſt ſubſtantia cryſtallina cœrulea, tranſparens &c.

Vitrioli genera omnia conſtant ſale acido tam volatili quam fixo p. m. corroſivo cum pauco alcali & terra metallica. In ſale fixo alcali juncto conſiſtit vis emetica, in terra vis adſtrictoria. Album mitius eſt ad vomitum. Cætera vitriola fortiora ſunt, & ad externum potiſſimum uſum.

℞. Vitriol. alb. ʒj. cape ex ▽ Mulſ. ad ℥iiij. vel cereviſia, vel vino ad vomitum ciendum.

℞. Vitriol. alb. gr. iij. ▽ fœnic. ʒj. f. collyr. ad oculorum ſuffuſionem.

℞. Vitriol. alb. inſperge vulneribus mundificandis.

℞. Vitriol Hungar. applica ulceribus ſordidis, ejuſdem virtutis eſt & Vitriolum Romanum.

℞. Vitriol. Roman. ʒij. ▽ commun. ℔j. coque, injice in veſicam, ad mundificandum ulcus colli veſicæ ad mentem Foreſti.

CHAL-

Χάλκανθον, quaſi æris flos, VITRIOLUM a vitri nitore, vocatur etiam ATRAMENTUM, ATRAMENTUM SUTORIUM, Vitriol/ Kupffer-Waſſer/ VITRIOL. Alchymiſtæ hoc nomen myſteriosum eſſe pronunciant, & ſingulas literas ita explicant. Viſita interiora terræ, rectificando invenies optimum lapidem, veram Medicinam.

Vitriolum, ſapore pontico nauſeoſo & auſtero præditum, ſcatet utplurimum particulis ferreis æneisve, aut alio quopiam metallo vel materia metallica nonnihil terreſtri.

Vitriolum vel in fodinis ipſis concretum eſt, aut ex terra in cavernis deſtillat ſtiriarum forma, vel ex aquis Vitriolicis per evaporationem paratur, vel ex lapidibus Chalcantoſis aut terra vitriolacea excoquitur. Vitriolum variat ratione Metalli quod continet. Cupreum cœruleſcit, ferreum virideſcit, ſi de utraque minera participat, utrumque quoque colorem exhibet, & vocatur Hermaphroditicum.

Vitriolum commune Goslarienſe eſt viridantis coloris. Vitriolum album ſæpius eſt factitium, ex Vitrioli viridi calcinato ad albedinem factum. Vitriolum ad atramentum conficiendum adhiberi res eſt notiſſima. Ob ſummam nauſeam & violentiam, interne rariſſime adhibetur. Commendatur interim à quibusdam ad vermes. Vitriolum præſertim album, errhinum eſt, ſi ſolutio ejus naribus attrahatur. Curioſum eſt, quod dum aliquid vitrioli in ore detinetur, poſtmodumque fumus Tabaci hauriatur, dulcis percipiatur ſapor.

IN OFFICINIS PROSTANT

Vitriolum vomitivum ſive *Gilla Theophraſti*; Brech-Vitriol/ *Vitriol Emetique*, ou *Gilla de Vitriol.* Vomitum fortiter ciet & non niſi in affectibus herculeis & ſubjectis Athleticis uſurpari debet. Doſis eſt ad ſcrupulum ſemis ad drachmam unam.

Phlegma Vitrioli, deſtillirt Vitriol-Waſſer/ *Phlegme de Vitriol.* In nimia ſanguinis ebullitione & in intemperie uti loquuntur calida, bilioſa in febribus &c. ad plures guttas commendatur. Inſervit quoque ad Tincturas ex floribus extrahendas.

Spiritus Vitrioli, Vitriol-Geiſt/ *Eſprit de Vitriol.* Uſurpatur potiſſimum in Julapiis ad aliquot guttas vel ad gratam aciditatem,

pro ſiti & æſtu ſedandis. Alias pro menſtruo corroſivo inſervit.

Oleum Vitrioli Vitriol-Oel / *Huile de Vitriol.* Uſurpatur quidem à quibusdam tanquam cauſticum ad abſumendas carnes luxuriantes & excitandos fonticulos. Magis autem tanquam menſtruum ſumme corroſivum adhibetur.

Caput mortuum Vitrioli, Colcothar Vitrioli, Colcothar / roth calcinirter Vitriol / *Tête morte de Vitriol* ou *Colcothar,* quod adſtringit. Per elixiviationem extrahitur Sal Vitrioli vomitivum Angeli ſalæ, quod ad ℈ß. ad ʒß. ab authore mire laudatur in affectibus ſoporoſis. Remotis poſtmodum etiam partibus metallicis remanet terra Vitrioli dulcis, quam pro ſcopo adſtrictorio interne & externe laudant.

Ex vitriolo quoque paratur decantatiſſimus iſte *Pulvis Sympatheticus,* Sympathetiſch Pulver / *Poudre de Sympathie.* Uſurpatur præſertim externe ad hæmorrhagias ſiſtendas quasvis etiam in ſubjectis remotis modo de ejus ſanguine in linteaminibus obtineatur, qui ultimus tamen effectus nondum ſatis experimentis comprobatus.

Habemus quoque exinde paratos *Liquores ſtypticos.* WEBERI hic eſt

℞. Vitriol. Hungar. Aluminis ana ℔ß. Phlegmat. Vitrioli ℔jv. coque tamdiu, donec omnia fuerint diſſoluta. Liquorem frigefactum filtra & à cryſtallis ſubinde natis ſepara, adde ſingulæ libræ liquoris Olei Vitrioli ʒj. ſerva pro uſu.

Aqua ſtyptica Dn. MATTE LA FAVEUR, diſtillatoris quondam Monspelienſis, à CHARAS ita deſcribitur

Diſſolvantur in ſufficienti quantitate aquæ communis vitrioli libræ viginti quinque, diſſolutio hæc per linteum craſſius traducta igni imponatur excepta cacabo æneo, poſt nonnullas ebullitiones remotumque ab igne vas, illico liquori affundatur libra una ſpiritus aceti præcipitandæ cauſa in vaſis fundum partis terreſtris Vitrioli, improprio ſulphuris nomine donatæ; demum liquore per decem aut duodecim horas quieſcente, quo pars terreſtris univerſa illuc confluat & congregetur, liquor ſupernatans decantandus erit, poſtea probe eluto, dulcorato & exſiccato ſupra cineres calidos pulvere in fundo ſubſidente, hujus unciæ octo immittantur retortæ vitreæ ſuper affuſisque

ſisque ſpiritus Vitrioli optime dephlegmati libris octo, commiſſaque retorta Balneo Mariæ, ſuſcipienda erit deſtillatio igne gradatim adhibito, mitiori initio tandem vehementiſſimo, pergendo eouſque donec ex retorta nihil amplius extillet. Demum ſponte refrigeratis vaſis effracta retorta, contuſaque maſſa ſuperſtite, hæc matratio indatur, quod poſt affuſum ſpiritum Vini cum ſale Tartari rectificatum, donec illi ſuperemineat quinque vel ſex transverſis digitis, coopertumque matratium appoſitum alembicum cœcum accuratiſſime loricatum, id exponendum erit Balneo digeſtionis per viginti quatuor horas, poſtmodum Spiritus Vini, cui intenſiſſimus color rubicundus conciliatus, calide per chartam emporeticam transmittendus, qui demum per alembicum vitreum eductus, leni evaporationi ſubjiciatur ad ſiccitatem uſque ſubſidentiæ, in fundo relicto pulvere candicante, cujus unciæ uni affundantur aquæ pluviæ unciæ quatuor. Mixtura autem hæc per aliquot dies ſoli exponatur filtretur liquor aquam ſtypticam exhibens ad quamvis hæmorrhagiam compeſcendam.

Deſcribitur porro *alia* dicti authoris aqua, ab eodem CHARAS, ſequenti modo. Vitrioli libræ ſeptem vel octo decoquantur in aquæ libris ſedecim, diſſoluto autem vitriolo & ab igne remoto ſuperfundatur ſemilibra aceti, demum ſponte ſubſidentibus materiis decantatoque liquore pulvis in fundum præcipitatus eluendus erit dulcorandus & exſiccandus, quo poſtea retorta vitrea ima parte ſolum luto incruſtata excepto, ſuperinfuſoque duplo pondere ſpiritus Vitrioli optime rectificati inſtituenda erit deſtillatio igne nudo, ſed moderato ad ſiccitatem uſque materiæ, quæ cineritii coloris evadet. Poſtea effracta retorta, contrita maſſa crucibulo immittenda erit ſuper candentes carbones, ſpathula ferrea continue commovendo quouſque flaveſcentem colorem nanciſcatur. Tunc in mortarium conjicienda erit optime conterenda, hujus unciæ duæ matratio excipiendæ, additis aquæ communis libris tribus, præmiſſaque per horam digeſtione, liquor hic per chartam emporeticam transmittendus; in lagena vitrea denſa accurate occludenda aſſervandus, quamvis hæmorrhagiam exterius adhibitus cohibens.

CHAL-

CHALCITIS.

Eſt ſubſtantia metallica ponderoſa dura, glabra, rubicunda, æri ſimilis, multis intercurſantibus ſplendidis fibrillis, eruta ex venis æris, ſaporis acris & adſtringentis.

Cum vitriolo convenit, aſt in externo uſu potentior eſt. Chalcitis quæ nunc in officinis habetur, nihil aliud eſt quam vitriolum uſtum, & ſervit in officinis ad inducendam theriacæ nigredinem.

Χαλκίτις λίθος, à χαλκὸς æs, quoniam de cupro participat, atramentum rubrum Hart/roth Atrament/ Calcite ou Colcothar naturel.

Chalcitis ad ignem liqueſcit & in liquoribus aqueis facile diſſolvitur, Charas perperam Vitriolum uſtum ad rubedinem vice Chalcitidis in Theriacam recipi dicit. Quamvis enim vi alexiteria Chalcitidi aſſignatæ non nimium adhæreat, attamen propterea chalcitidem ingredi putat, ut efficaci vi juvet conjunctionem & unitatem facultatum cæterorum omnium ſimplicium Theriacam ingredientium, beneficio videlicet fermentationis quam aciditate ſua promovet, plusquam quodvis aliud medicamen Theriacam ſubiens. Reperitur in Germania, Suecia &c.

VIRIDE ÆRIS.

Sale ſalſo cauſtico gaudet, & ad ulcera mundificanda uſurpatur, abſumit quoque excreſcentias carnis præter naturales.

℞. Mell. roſat. miſce c. virid. æris q. ſ. applica vulneribus ſordidis.

℞. Virid æris arſen. alb. ana q. v. excipe tantillo ceræ & olei, applica verrucis & clavis pedum tollendis, ſeu ſolve cum aceto & applica.

MI-

ÆRVGO, Grünſpan/ VERDET, VERD DE GRIS.

Eſt ſubſtantia, LANGIO definiente, grumoſa, condenſata, cæruleo viridis, ſaporis acris pontici, ſummeque adſtringentis & nauſeoſi, odoris ſpecifici. Ærugo vel nativa eſt, quæ ex marcaſitis æreis, aliiſque lapidibus efflorescit, vocaturque Berg-grün/ Kupffer-grün/ vel potiſſimum factitia ex cupro corroſo, mediantibus præſertim vinaceis, in quibus ſepelitur, producta, quæ methodus præſertim in Gallia viget. Admiſcetur variis emplaſtris & unguentis pro cura ulcerum & vulnerum ſordidorum, ut & ad cicatrices inducendas. Conducit quoque in fiſtulis & cancro.

IN OFFICINIS REPERIUNTUR

Flores viridis æris, ſeu *viride æris cryſtalliſatum*, Grünſpan-Blumen/ *Fleurs de verd de gris.*

Spiritus Aſthmaticus Michaëlis, Lufftmachender Spiritus/ *Eſprit contre l'aſthme.* Non tantum in aſthmate ſed tanquam ſpiritus acido volatilis in aliis affectibus pectoris humoralibus, ubi ſatis eſt reſolutivus, convenit. Datur ad guttas quinque triginta &c. in aqua ſpirituoſa.

Emplaſtrum ad clavos pedum, Krähen-Augen-Pflaſter/ *Emplatre pour les cors des pieds.*

Emplaſtrum viride, Grün-Pflaſter/ *Emplatre vert*, detergit & conſolidat vulnera & ad clavos pedum conducit.

Unguentum Ægyptiacum ſimplex, gemeine braune Reinigung oder Wund-Salb/ *Onguent Ægyptiac ſimple.* Valentiſſimum eſt ad ſaniem ſiccandam, ſordes detergendas & carnem luxuriantem abſumendam, ulceribus malignis putridis & ſinuoſis convenit. Prodeſt quoque in gingivis tumentibus & ulceroſis, præſertim ſi roſacei Mellis unciæ v. gr. uni admiſceantur drachmæ duæ unguenti Ægyptiaci.

Unguentum Ægyptiacum Magiſtrale ſeu *compoſitum*, ſtarcke Reinigung-Salb/ *Onguent Ægyptiac Magiſtral.* Commendatur in gangræna & ſphacelo, omnibusque aliis ulceribus valde putridis & ſinuoſis, putredini ſiquidem reſiſtit & carnem mortuam à ſana ſeparat exſiccat ac detergit, carnem quoque luxuriantem abſumit. Habet tamen & hoc vitii, quod niſi corruptæ carnis copia adſit absque doloribus acerbiſſimis vix applicari queat,

MINERALE OLEOSIS SEU PINGUIBUS CUM ACIDO VOLATILI CONSTANS.

SULPHUR.

Multis pinguibus & paucis acidis gaudet, ob pinguedinem temperat & mulcet, & proinde in phthisi, tussi, colica aliisque casibus laudatur; infringit quamcunque acrimoniam nimiam præcipue bilis. Externe temperat & absorbet quælibet acria, scabiem & pustulas generantia.

Datur crudum in substantia seu ejus flores à ℈j. ad ʒß. Præscribitur & specie fumi, quo aquæ perfumantur, & à ♃is acido imprægnantur.

℞. Sulph. crud. ℈j. cape ex ovo sorbili ad tussim, & phthisin singulis diebus seu cape ex pulpa passularum & syrupo papaveris.

℞. ▽ scabios. ʒvj. asthmat. ʒiij. diacod. ʒj. cape cum flor. ♃is ℈j. pro tussi add. rad. ir. florent. ℈j.

℞. Rad. ir. flor. rad. ari. ♃is ana ℈j. f. pulv. add. flor. benz. gr. vij.

℞ Flor. ♃is ℈j. Zedoar. gr. vij. L. O. gr. j. elæosacch. chamom. ℈j. f. pulv. contra colicam.

℞. ♃is q. v. M. c. ♌ laurin. f. ung. pro scabie add. si opus ☿ viv.

℞. ♃ ʒß. fulig. ʒß. f. pulv. in doloribus post partum.

MI-

Θεῖον, Schwebel / Schweffel / SOUFFRE, SOUPHRE.

Est corpus minerale, solidum, ponderosum, è partibus pinguibus

bus ſeu ſulphureis inflammabilibus cum ſale acido & tantillo terræ junctis conſtans, coloris flavi vel ſubfuſci, vel quodammodo virideſcentis, odorem de ſe ſpargens, præſertim accenſum, ſingularem ac viroſum, pulmonibus infeſtum.

Duplex eſt NATIVUM & FACTITIUM. NATIVUM Græcis dicitur θεῖον ἄπυρον, Latinis, SULPHUR VIVUM, VIRGINEUM, lebendiger Schweffel/ SOUPHRE VIVE, hoc e terra effoditur non in profundioribus cuniculis, ſed in aëre aperto propter halitus ſulphureos, quos copioſe effundit. Hujus fragmenta ſunt dura, exterius ſubcinerea, interius ſubflava atque ſplendentia aut etiam pellucida quando ſunt puriora. Reperitur in Islandia, Italiæ plurimis in locis præcipue in Phlegræis campis inter Puteolos & Neapolim, in Germania aliisque Europæ locis. Certe totus terrarum orbis ſulphure abundat, plus tamen in hoc quam in illo loco. FACTITIUM SULPHUR, θεῖον πεπυρωμένον, IGNEM EXPERTUM, SULPHUR COMMUNE gelöſchter Schweffel/ SOUPHRE COMMUN dicitur, & excoquitur tum ex aquis ſulphureis, tum eliquatur è gleba effoſſa, tum è pyrite aut minera ſulphurea extrahitur. Liquefactum poſtmodum in MAGDALEONES, Zapffen oder Stangen/ SOUFRE EN BATON OU EN CANON, formatur. Sulphur aliud alio impurius magisque aut minus flavum exiſtit. Ex ſulphure & ſquama ferri concoctis in urceolos transfuſis, ſulphureque hinc inde obductis, componitur SULPHUR ignobilius CABALLINUM, Roß-Schweffel/ appellatum.

Sulphur aperit, incidit, putredini & venenis quibusdam reſiſtit, provocat ſudorem. Pectori dicatum eſt, unde communiter Balſamum & anima pectoris audit. Conducit in aſthmate & pluribus pectoris affectibus. Convenit in morbis & febribus catarrhalibus. In menſium ſuppreſſione atque partu difficili à quibusdam laudatur. Pulverem pyrium ingredi omnibus notum, æque ac illud, quod vina eo condiri ſoleant, ſed bene obſervandum, ne quid nimis. Fumo Sulphuris maculæ à ceraſis, moris &c. in linteaminibus, enntibus & ore productæ facile delentur.

IN OFFICINIS PROSTANT

Flores Sulphuris, Schweffel-Blumen / *Fleurs de Souffre*. Doſis eſt ad ſcrupulum ad drachmam ſemis

Lac ſive Magiſterium ſulphuris, Schweffel-Milch/ *Lait ou Magiſtere de ſouphre*. In ſupra dictis affectibus ad ſanguinem itidem puri-

ficandum & putredinem arcendam datur ad ſcrupulum ſemis, ſcrupulum unum &c. ſed caute.

Balſamum Sulphuris Rulandi, Rulands Schweffel-Balſam/ *Beaume de ſouffre de Rouland.* Diſcutit atque reſolvit, digerit atque ulcera mundificat, dolores quoque mitigat, & imprimis ad ambuſta conducit, præſertim cum unguento Sambucino mixtum.

Balſamum Sulphuris Aniſatum, Schweffel-Balſam mit Anisöhl/ *Beaume de Souphre Aniſé.* Pectori eſt dicatum imprimis autem ad ejus ulcera laudatur, commendatur etiam in aſthmate morbisque frigidis atque flatulentis. Datur ad guttas tres ad guttas decem in vehiculo.

Balſamum Sulphuris Terebinthinatum, Schweffel-Balſam mit Terbenthinöhl/ *Beaume de Souphre avec l'Huile de Terebenthine.* Exulcerationibus tam externis quam internis conducit, in Gonorrhœa prodeſt, præſervat à putredine, hinc etiam in peſte & morbis malignis laudatur.

Emplaſtrum Diaſulphuris Rulandi, Schweffel-Pflaſter/ *Emplatre de Souphre de Rouland.* Deterget, mundificat & omnis fere generis ulcera curat, putredini reſiſtit, & præterea inſigniter reſolvit, quam virtutem in ſtrumis præſertim diſſolvendis exſerit. Beato Parenti meo ut & mihi ſequens *emplaſtrum ſtrumale* uſu comprobatum fuit.

℞. Emplaſtr. diaſulphur. Rulandi ʒvj. ungul. bubul. combuſt. ʒiij. Malaxentur cum oleo lacert. Convenit impoſitum Luna decreſcente, uſurpando ſimul quotidie mane & veſperi ʒß. vel ʒj. pulveris ſtrumalis, qui in rotulas quoque facile converti poteſt.

Spiritus Sulphuris, Schweffel-Geiſt/ *Eſprit de Souphre.* Refrigerat, ſitim ſedat, & ebullitionem maſſæ ſanguineæ mitigat, hinc in febribus continuis & ardentibus laudatur, vi quoque diuretica gaudet. Spiritus hic gratior ſpiritu Vitrioli admiſcetur præprimis Julapiis ad aliquot guttas vel gratam aciditatem.

Tinctura Sulphuris, Schweffel-Tinctur/ *Teinture de Souphre.* Interne commendatur in affectibus pectoris ad guttas quinque viginti &c. externe in affectibus fiſtuloſis cancroſis & aliis vitiis cutaneis convenit.

MI-

MINERALIA FIRMIORIBUS PARTICULIS CONSTANTIA.

AURUM FOLIATUM.

Sunt ſubſtantiæ lamellatæ tenuiſſimæ, ex auro inter bina coria malleo cuſo & in lamellas redacto, commendatur ad compeſcendam ſalivationem nimiam à ☿io ortam.

Eo involvuntur pilulæ, ingreditur quoque confectiones & pulveres.

℞. Aur. foliat. q. v. ſucc. glycyrrh. q. ſ. f. pil. ad cohibendam ſalivationem ex ☿io, his ſolet addi reſin. jalap. gr. v. troch. alhand. gr. j. ſi alvus adſtrictior.

℞. Aur. fol. num. v. ung. camphorat. ℥ij. quō inungatur corpus ad nimiam ſalivationem compeſcendam.

℞. Aur fol q v. ſacch. in ▽ lavend. ſ. q. ſolut. ℥j. f. rotulæ ad compeſcendam ſalivationem.

MINE-

AURUM ita dictum vel à ſplendore, vel ab ejus inventore. Χρυσὸς Græce dicitur, Chymicis SOL à ſimilitudine, quam cum Sole cœleſti habet, REX METALLORUM appellatur, Gold/ OR. Eſt metallum omnium puriſſimum, graviſſimum & ponderoſiſſimum, ex partibus arctiſſime ſibi cohærentibus conſtans, omnia ignis examina fere ſuſtinens, maxime ductile & malleabile, colorem fulvum præ ſe ferens. Auri pondus tantum eſt, ut ejus pes cubicus Pariſinus libras 1368. pendeat. Maxima ejus ductilitas bracteatoribus nota eſt, à quibus in libris ex inteſtino recto animalium præſertim boum atque vaccarum, mirum in modum in lamellas diducitur, ſicut à fili ductoribus in ſtupendam longitudinem extenditur.

AURUM aliud dicitur NATIVUM, ἄπυρον, VIRGINEUM, ignem non expertum, gediegen Gold / quod è terra effoditur, aut lotione è fluminibus auriferis obtinetur. Aliud vero FACTITIUM ex mineris diverſi generis prolectum & ignem expertum. Non ſolummodo in Peru, Arabia &c. reperitur aurum, ſed & in Europa, Hungaria &c. præſertim in fodinis ut & fluminibus, Rheno aliisque plurimis invenitur.

Aurum depuratur vel lotione à ſordibus externis, vel cupellatione ab aliis metallis imperfectioribus dictis, vel per Antimonium, aut per aquas ſtygias ab Argento, vel per cæmentationem.

Auri quantus uſus ſit in re politica, ſuperfluum eſt dicere. In Medicina maximæ à quibusdam confortativæ, & neſcio quæ aliæ, adſcribuntur vires. Unde Tincturæ Solares, aurum potabile varium &c. tantis extolluntur laudibus, quæ tamen remedia vix non ſemper ſunt impoſturæ. Iis conducere, qui Mercurium in nimia quantitate uſurparunt, largiendum utique, pilulæque AURO FOLIATO, den Gold-Blättlein / OR EN FEUILLE, quæ nonniſi ex auro puriſſimo confici ſolent, ad conſervandam figuram rotundam recte cinguntur. Reliquis autem remediis tum liquidis tum ſolidis, nonniſi ſplendoris & pretii, aut forſan, ut interni corporis parietes deaurentur, fruſtra adduntur.

IN OFFICINIS INVENITUR

Aurum fulminans, Schlag-Gold / *Or fulminant.* Præter vim fulminantem in minima quoque quantitate dum calori exponitur inſignem, vires quoque Medicas obtinet, diaphoreticum enim eſt atque catharticum, & præſertim in epilepſia puerorum à torminibus alvi excitata convenit. Datur ad granum, grana duo & paulo ultra.

Bezoardicum Solare, Güldiſch Bezoar-Pulver / *Bezoar d'Or* ou *Solaire.* Ad ſalia heterogenea maſſæ ſanguineæ domanda in febribus continuis tam malignis quam aliis laudatur. Vires obtinet cordiales, & alexipharmacas. Commendatur ad arthritidem vagam, podagram inveteratam, ſcorbutum, luem veneream, lepram. Doſis ad ℈ß. ℈j. ʒß.

MI-

MINERALIA TERREIS CONSTANTIA.

LAPIS CALAMINARIS.

Eſt ſubſtantia media inter lapidem & terram, conſiſtentiæ friabilis laxæ, modo ex rufo modo ex albo flaveſcens, effoſſa ex fodinis metallicis maxime cupri, ſaporis nullius evidentis. Hujus uſus eſt in exiccandis vulneribus & ulceribus præcipue intertrigine.

℞. Lap. calam. ʒß. croc. ♂t. ʒj. Cret. albiſſ. Ceruſſ. ana ϑj. f. pulv. pro intertrigine infantum.

℞. Lap. calam. q. v. miſc. c. ♌ lini, applica herpeti.

LAPIS CALAMINARIS vocatur etiam LUPI SPUMA, CADMIA FOSSILIS, ad differentiam Cadmiæ, quæ vocatur, Cobaltum, Galmeyſtein / PIERRE CALAMINAIRE ou CALAMINE.

Metalli expers eſt & dum accenditur fumum eructat luteum. Reperitur in Metallifodinis Germaniæ, aliisque locis.

Interne nunquam debet uſurpari. Externe in ulceribus adſtringit, ulcera carne replet, cicatricem inducit. Ingreditur unguenta epulotica & ſarcotica. Fuſores eo utuntur ad æs & aurichalcum conficiendum, cuprum nimirum pallere facit. Vi quoque gaudet ophthalmica inſigni, in ophthalmia, Epiphora & defluxionibus conducit.

IN OFFICINIS PROSTAT

Emplaſtrum gryſeum, ſive de lapide Calaminari, Gallmey-Pflaſter / *Emplatre gris* ou *de pierre Calaminaire*. Ulcera explet ſiccat & cicatrice claudit, in excoriationibus perinæi conducit.

CRY-

CRYSTALLUS.

Eſt ſubſtantia ſolida, denſa, albicans, glaciei inſtar pellucida, dura, eruta è terræ fodinis, vel ſummis montium jugis, ſaporis & odoris nullius.

Ob potentem vim abſorbendi acida laudatur in epilepſia, & à nonnullis in cardialgia à bile æruginoſa. Datur ad ʒj.

℞. Cryſtall. præpar. ʒj. ⌐ ceraſ. n. ℥j. ▽ flor. til. ℥ij. cape pro epilepſia, ſed plus tribuendum vehiculo quam pulveri.

℞. Cryſtall. præpar. ʒj. C. C. Corall. anâ ʒß. L. O. gr. ij. f. pulv. pro ij. doſ. in cardialgia.

℞. Cryſtall. præpar. Croc. ♂t. ana ʒß. ℥ d. lign. ſaſſafr. gt. j. f. pulv. contra icterum, ſi ſit à bile tenuiore & acriore.

℞. Cryſtall. præpar. ℈j. lign. aloës ℈ß. conſ. anthos ʒß. f. bolus in fluore albo.

Denique in defectu lactis mulierculæ vel interne ſumunt, vel externe appendunt dorſo. ℞. Cryſtall. præpar. lac. ♑æ ana ℈j. ▽ fœnicul. ℥ij. f. hauſtus.

FRAGMEN-

Χρύσαλλος, ϛελλόμενον ὕδωρ, CRYSTALLUM, CRYSTALLUS MONTANA, Berg-Cryſtallen / Cryſtall / CRYSTAL.

De ortu hujus lapidis olim fuit diſceptatum: quidam eſſe aquam frigoris ope congelatam docuerunt, ſed cum è cryptis terræ æque eruatur ac in ſummitatibus montium, ad profundiſſimas tales fodinas tantum gelu penetraſſe credibile non eſt. Accedit quod calcinata cryſtallus in calcem abeat quod de glacie ſperari nequit. Sunt, qui perſuadere voluerunt à fulmine eam cadere ac gigni, unde etiam Straalen / Straalſtein / à quibusdam Alpicolis vocatur. Aſt inſtar aliorum lapidum cryſtallum quoque creſcere diffuſe ſatis

tis oſtendit HOTTINGERUS in diſſertatione inaugurali de Cryſtallo & STENO de ſolido intra ſolidum. Reperitur in variis Europæ locis, Helvetia præprimis in Alpibus &c.

Cryſtallus caloris impatiens figuram utplurimum obtinet hexagonam, ſuperficiem vero lævigatam. Pellucida utplurimum eſt, interdum tamen etiam colorata, ſicuti quoque in ejus figura quandoque variat natura. Curioſum eſt vel aquam vel aliud ſolidum corpus Cryſtallo innaſci, curioſius autem longe Cryſtallum Cryſtallo obtegi. Varia ex cryſtallo parantur vaſa & ornamenta, pocula, ſcyphi, patinæ, cochlearia, candelabra &c. Quoad uſum Medicum, adſtringit, unde in omni fluxu alvi præſertim bilioſo celebratur. In Cholera habetur ſpecificum & verum Mercurii ſublimati corroſivi antidotum. Laudatur porro in calculo. In torminibus infantum & vaporibus inde obortis prodeſt. Dentitionem infantum promovet ad maſticandum data, adhibetur in pulveribus dentifriciis. Obſervante HEER lac auget & minuit pro diverſa applicatione; ſi dorſo applicatur Lac retrahit, ſi Thoraci & collo auget. Globuli cryſtallini in ore ac manu detenti ſitim tollunt & febricitantibus levamen afferunt.

IN OFFICINIS PROSTAT

Cryſtallus montana præparata, praparirte Cryſtallen / *Cryſtal preparé*; datur ad ʒß. & ultra.

FRAGMENTA LAPIDUM PRETIOSORUM.

Ad acida primarum viarum abſorbenda efficacia ſunt, hinc forte eſt, quod in lypothymia, palpitatione cordis & aliis affectibus laudantur.

Fragmenta quinque lapidum pretioſorum, ſunt Sapphyri, Granati, Smaragdi, Hyacynthi, Sardæ ſeu Carneoli.

GRANATUS.

Sunt lapilli ex fuſco rubicundi, ſeu ex rufo nigricantes, parvi anguloſi, granis mali punici ſimiles, collecti ex variis terræ lapidoſæ locis.

Iis in diarrhœis deſperatis feliciter uſus fuit Hermannus h. m. ℞. Granat. ℥j. conſerv. roſar. ʒj. f. bolus.

Granaten/ GRENAT. Eſt vel Orientalis qui major elegantior & pretioſior eſt adeoque inſtar aliarum gemmarum in annulis geſtatur, vel Occidentalis qui potiſſimum in uſum Medicum venit. Reperitur in Gallia, Hiſpania, Germania, Bohemia, Sileſia &c. Nolo dicere de ejus virtute roborante & lætitiam conciliante: quicquid agit, agit abſorbendo & adſtringendo. Colorem ejus ab auro procedere vel exinde apparet, quod aurum ex his lapillis extrahatur. Proſtat Lapis *Granatus præparatus*, präparirte Granaten/ *Grenate preparé.*

HYACINTHUS.

Sunt lapilli ex flavo rubicundi, pellucidi, ignis inſtar fulgentes, granatis rubedine dulciores, collecti ex variarum regionum variis fluviis vel eorum ripis.

Confectio de Hyacintho cardiaca eſt, quatenus abſorbet acida, quæ ſpiritus poſſunt tenere ligatos.

RU-

HYACINTHUS vocatur quoque RUBINUS FLAVESCENS, Hyacinth/ HYACINTHE.

Duplex quoque eſt Orientalis, qui excellentior, & pretioſior, & Occidentalis, in Sileſia præſertim & Bohemia reperiundus.

Et huic lapidi neſcio quæ vis ſomnifera, peſtem pellens, à fulmine præſervans &c. affingitur, abſorbet & adſtringit.

IN

IN OFFICINIS PROSTAT

Lapis Hyacinthus præparatus, präparirter Hyacinth / *Hyacinthe preparé.*

Species de Hyacintho completæ & incompletæ, Hyacinthen-Pulver mit und ohne Biſam und Ambra / *Poudre de Hyacinthe complete & incomplete.* Exinde cum Syrupo florum Tunicæ fit

Confectio liquida de Hyacintho completa & incompleta. Confection de Hyacinthe complete & incomplete. Utrique compoſitioni tum ſpeciebus tum confectioni attribuuntur vires cordiales, ſtomachicæ cephalicæ alexipharmacæ adſtringentesque in fluxibus alvi & vomitu ſiſtendis. Doſis ſpecierum eſt ad ℈j. ad ʒß. confectionis vero ad ʒß. ad ℈jv. Sæpiſſime miſcentur aliis.

RUBINUS.

Sunt lapilli pellucidi rubentes, laccæ granulatæ ſimiles, collecti ex arenis ad ripas fluminum, de collo geſtatus ſubinde colorem perdit, ut & corallia ab effluviis acidis, quæ in ſe recipiunt, unde lixivio alcalico iis, uti coralliis color reſtituitur.

RUBINUS à colore, CARBUNCULUS, PYROPUS, ANTHRAX, Rubin / RUBIS, CARBONCLE. In Regionibus Orientalibus potiſſimum reperitur hæc gemma admodum pretioſa. Abſorbet & adſtringit. Vires cæteræ imaginariæ ſunt. Ex hoc rubino aliisque gemmis in officinis extat Rubinus præparatus, präparirter Rubin / Rubis preparé & Julepus gemmatus completus & incompletus, Edelgeſtein-Syrop / Julep de pierres pretieuſes complet & incomplet. Vires obtinet cordiales, ſtomachicas & adſtringentes non tam à gemmis, quam ab aliis ingredientibus dependentes.

SAPPHIRUS.

Sunt lapilli pellucido diaphani, modo cœrulei, modo

pallidi, collecti vel ex arena ad fluminum ripas, vel ex terris lapidosis.

Oleum ſ. Q. E. Sapphiri commendatur in morbis malignis, ſed nota ſi flores chamomillæ deſtillantur in vaſe cupreo cum pauxillo ♎is ammoniaci vel ♌ thereb. tum eandem exhibebunt tincturam, quam falſo Sapphiri nominant.

κύανος, σάπφειρος, Saphir / Saffier / SAPHIR. Reperiuntur in Oriente, item in Europa, Bohemia, Sileſia, Misnia, Anglia &c. Gemma pro diverſo ſuo colore & magnitudine plus minus æſtimanda abſorbet ut reliqui lapides & adſtringit, vi ophthalmica præditus eſſe dicitur. Si circulus cum Sapphiro circa oculos ducatur eos à variolis tueri fertur. Virtus caſtitatem ſervandi æque vera eſt, ac mutatio coloris & diſſilitio hujus lapidis in coitu. Proſtat *Sapphirus præparatus*, präparirter Sapphir / *Saphir preparé*.

SARDIUS.

Eſt lapis opacus, colore Hepati ſimilis, in ſuperficie variis ſubinde albicantibus vel etiam cœruleis ſtriis notatus, collectus ex ſaxis quibus adnaſcitur.

Hæmorrhagiam ſiſtit manu ſolum ſi retinetur.

SARDUS à Sardinia, CARNEOLUS à colore, Carneol / CARNIOLE.

Loturam carnis fere refert. Reperitur in Oriente ut & Europa, Bohemia, Sileſia, Misnia &c. Nulla alia quam præcedentes lapides gaudet virtute. Sigillis inſculpendis inſervit.

SMARAGDUS.

Sunt lapilli pellucidi, virides, reliquis gemmis molliores, collecti ad fluminum ripas.

Con-

Contra pavores nocturnos infantum laudatur à Timæo.

SMARAGDUS à ſplendore LAPIS PRASSINUS, NERONIANUS aut DOMITIANUS, Schmaragd/ Emeraude. Eſt rurſus vel Orientalis vel Occidentalis in Europa & America reperiundus. Ratione virtutis Medicæ coincidit cum reliquis pretioſis hæc gemma: Virtutes etiam imaginariæ plures eidem adſcribuntur. *Lapis Smaragdus præparatus*, präparirter Schmaragd/ *Emeraude preparé*. Curioſum eſt hunc lapidem & ejus mineram, quæ utplurimum ſubſtituitur, candefactam, egregium conſtituere in Tenebris phosphorum.

TOPASIUS.

Sunt lapilli pellucidi, tranſparentes, aurei coloris, ad Solem radios de ſe ſpargentes, collecti vel ex terris lapidoſis vel ex arenis.

TOPAZIUS, Topaß/ TOPAZE. Orientalis Europæo molliori in ſuo genere præfertur. Abſorbet & adſtringit, *præparatusque*, präparirter Topas/ *Topaze preparé*, à quibusdam adhibetur. Quæ autem hactenus de lapidibus his pretioſis dicta ſunt, de virtute Medica fuerunt prolata, non de pretio ipſarum gemmarum.

OSTEOCOLLA.

Eſt ſubſtantia media inter terram & lapidem, alba, friabilis, multis tuberculis exaſperata, cruſtacea, oblonga, ex baſi craſſiori in obtuſum deſinens mucronem, excreſcens ex arenis, aliisque locis lapidoſis, ſaporis nullius evidentis terrei.

Præter facultates terreis communes obtinet ſingulare quid in generando callo, laudatur & in fluore albo & febribus intermittentibus.

℞. Osteocoll. ʒj. cape ex hauſtu vini, vel ex aceto ad conſolidanda oſſa & generandum callum.

℞. Osteocoll. magiſter carniol. corall. alb. Smaragd. ana q. v. exhibe ʒj. ex vino ſaſſafr. contra fluorem album.

℞. Osteocoll. ebor. ſuccin. præpar. ana ʒiß. conſ. anthos ſ. bolus.

OSTIOCOLLA quaſi COLLA OSSIUM, OSTEOLITHUS, LAPIS SABULOSUS, LAPIS OSSIFRAGUS, Beinleim/ Bruchſtein/ invenitur multum in Germania, præſertim in eo tractu Rheni, quem die Berg-Straß appellant.

OLAUS WORMIUS margæ ſpeciem per terræ meatus transcurrentem, & in talem figuram concretam arbitratur. IMPERATUS FERRANDUS autem cenſet Oſteocollam eſſe radicem mutatam in lapidem cæmentitium, mollem ſubſtantiæ ſabuloſæ. Forſan, ut LANGIUS docet, circa radicem ſabulum aut terra condenſatur, hinc ſemper cavitas intus conſpicitur, quatenus diuturnitate temporis fruſtum illud ligneum abſumptum fuit. Ad fracturas applicatur quoque externe, cavendum autem ne abuſu ſuperfluus generetur callus; ſunt qui ad herniam quoque commendant.

TUTIA.

Eſt ſubſtantia metallica ponderoſa, cruſtacea, corticis inſtar, intus lævis ex flavo cinerea, extus numeroſis exaſperata tuberculis, ex cœruleo pallido cinerea, congeſta è fuligine æris in fornacibus metallicis cum cadmia liquati & vel fornacibus vel ferreis piſtillis, quibus æs agitatur adhæret.

In inflammatione oculorum & hæmorrhoidum, ut & in vulneribus curandis & ulceribus ſiccandis adhibetur, adhibetur externe tantum.

POM-

TUTHIA, NIHIL GRYSEUM, CADMIA BOTRITES, TUTIA ALEXANDRINA, Tutien/ TUTIE. Saporis eſt acris & odoris expers. Tutia à mulierculis ad intertriginem infantum ab acrimonia Urinæ ortam uſurpatur. Olim ex Alexandria afferebatur, hodie in Germania, Suecia &c excoquitur.

PROSTAT *Tutia præparata*, präparirte Tutien/ *Tutie preparée.*

POMPHOLYX.

Eſt pulvis tenuiſſimus farinaceus albicans, favillæ inſtar, ſublimatus ex cadmia & ære coctis in fornace, ſaporis nullius evidentis.

Convenit omnimode cum tutia.

℞. Tut. ʒß. os ſep. ℈j. ſacch. cand. ʒj. ⊖l. alb. ℈j. f. pulv. ſubtiliſſimus inſpergendus oculis inflammatis, vel add. ▽ plantag. fœnicul. roſar. & fac colyr.

℞. Tut. inſperge vulneribus ſordidis ad ea mundificanda.

℞. Ung. de tut. ℥j. ſacch. ♄ni ʒij. ☿ viv. ʒj. Camph. ʒß. opii ʒj. ♌ lin. q. ſ. f. liniment. ad hæmorrhoidum dolorem, intrudendum penicillo convenienti in anum.

Similia medicamenta parantur etiam ex NIHILO ALBO quod eſt ſpodium Græcorum. Nam ſpodium Arabum eſt ebur uſtum.

PUMEX.

CADMIA, CAPNITIS, ſeu FURNARIA, NIHIL ALBUM, NIL, weiß nichts/ Nichts. CALAMINE BLANCHE; Pompholyx & Nihil album ita diſtinguuntur à quibusdam, ut favilla quæ ex ære reſoluta fertur ſurſum in operculi cavitatem eamque implet Pompholyx dicatur, ſi vero olla operculo tecta haud fuerit & favilla cum ligno aut cinere in ſublime lata parietibus fornacum adhæreat, ſpodium conſtituit parum à pompholyge differens, niſi quod

quod non adeo tenuium ſit partium. Pro uſu ophthalmico frequentius uſurpatur quam tutia.

IN OFFICINIS PROSTAT

Unguentum diapompholygos, Augen-Salb/ trocknende Kühl-Salb/ *Onguent de Pompholyx.* Prodeſt uceribus calidis, ac iis quos humores acres & ſalſi infeſtant, refrigerat, ſiccat & conſolidat, nec non cicatricem inducit, abſorbet acidum acre & ſalſum ulcerum putrefactivum. Commendatur ad Epiphoram oculorum.

Unguentum Nihili ad oculos, weiß Nichts-Sälbel/ *Onguent de calamine blanche.* Calidas oculorum fluxiones demulcet, ac ſiſtit eorumdem rubedinem, nec non dolores inde natos aufert.

PUMEX.

Eſt ſubſtantia lapidea levis, poroſa, cinerea, nata ex ſcoriis montium ignivomorum in mare projectis à ⊖ibus eroſis & poroſis redditus & in littus propulſis, ſaporis & odoris nullius evidentis.

Ob ſcabras particulas ſordes dentium abſumentes ingreditur quoque pulveres dentifricios, ad dealbandos dentes. Nonnulli etiam hunc lapidem præparatum, ut Timæus, ad nimios alvi fluxus ſiſtendos propinant.

℞. Pumic. ℥ß. Corall. rubr. albor. ana ʒiß. alum. ʒj. rad. ir. florent. ℥j. f. pulv. dentifricius, adde olea deſtill. & ambram pro odore.

℞. Oſſ. ſep. C. C. uſt. pumic. Corall. r. ana ʒj. Nuc. Moſch. ʒß. f. pulv irroretur tinctura coccinell. vel ipſis in ſubſtantia, vel ſantalo rubro ad colorem rubrum conciliandum, adde moſch. & ambram & ſi cauſſa ſimul peccat ſcorbutica add. ⊖ ammoniac. ʒj vel ℥ cochlear.

Externe uſurpatur in intertrigine, exulceratione cutis & ulceribus manantibus. ℞. Pumic. lap. calamin. ana ʒj. tere in pollinem & inſperge.

Eodem

Eodem modo usurpatur SPONGIÆ LAPIS, qui nascitur fruticis instar ex saxis, conchis, aliisque marinis.

Κίσσηρις quasi verrucalis, Bims/ Bimsenstein/ Kratzstein/ Pierre Ponce.

Hic lapis pumex à spuma quasi spumex dictus effoditur quoque è terra, v. gr. apud Confluentiam in Germania.

Laudatur pumex quoque in strumis & scrophulis abigendis, ut & in Lue Venerea curanda. Ad lævigandam cutim & pilos quoque abradendos olim adhibebant. Chartarum & membranarum confectores aliique opifices hoc lapide frequentur utuntur.

LAPIS SPONGIÆ à porositate substantiæ ita dictus vocatur quoque SPONGITES, CYSTEOLITHOS, Schwamm Stein/ PIERRE D'EPONGE.

Est lapis porosus, friabilis, ex cinereo fuscus, odoris nullius, saporis arenosi & quodammodo salsi, invenitur quoque ejusmodi concretum lapidosum in ipsis spongiis. Commendatur imprimis ad strumas. Quidam etiam ad calculum laudant.

MINERALIA PARTICULIS TERREIS CUM ALCALI CONSTANTIA.

CORALLIA RUBRA, ET ALBA.

Rubrum, est substantia lapidea ramosi fruticis instar excreta rubicunda, per longitudinem exiguis striis donata, nata in scopulis, lignis conchis aliisque submarinis.

Album est substantia levis porosa, ac cortice suo quo tegitur molleculo ferrugineo liberata &c.

Nigrum frequenter in China reperitur.

Corallia semen non habent, quod enim intra poros

coralliorum albidum & viſcoſum reperitur, aqua potius marina eſt.

Falſum eſt Corallia ſub aquis eſſe mollia, induere duritiem ab aëre, erroris cauſa hæc videtur, teguntur cortice molli poroſo, qui ad tactum facile cedit, imo ab ipſis aliquando tempeſtatibus diſcutitur, ſed rejecto cortice contrarium videmus.

Utrumque in terra, acida abſorbente, paucum alcali includit reſpectu Oculorum ♋i; laudatur in ſiſtendo vomitu, fame canina, fluxu alvi, in ſiſtendis menſibus, palpitatione cordis febribus &c.

℞ Corall. ʒj ⊖ abſynth. ʒß. ſucc. limon ʒij. ▽ Cinam. ʒij. f. potio ad Vomitum ſiſtendum, add L. O. gr. j.

℞. Corall ʒj. Cryſtall. præpar. ʒß. C. C uſt. ʒß. L. O. gr. j. f. pulv. divid. in ij. doſes ad cardialgiam.

℞ Corall. præpar. ℈j ſal. ammoniac. ʒß. ♎ junip. gt. ij. L. O gr. j. f. pulv. antifebrilis.

Tinctura Corallorum à nonnullis ſequenti modo paratur: ℞. Corallor. in pollin. ſubiliſſ. tritor. q. pl. affunde ♎ thereb. junip. vel butyr. relinque in digeſtione, ſic omnis rubedo extrahitur ex coralliis, decantant menſtruum, & huic affundunt ♒um vini, qui omnem tincturam in ſe ſuſcipit, ſed objiciunt tincturam hanc etiam ab his menſtruis poſſe provenire, quod ut eluderem ſequenti proceſſi modo: Recepi butyrum non ſalitum, huic toties affudi ♒um vini, quouſque butyrum orbatum omni colore, butyrum affudi coralliis, atque ſic omnem extraxit rubedinem, quam in ſe deinde recepit omnem affuſum alcohol vini & ſic veram obtinui tincturam corallorum.

UNI-

Κοράλλιον, CORALLUM, quaſi maris filia aut puella, λιθοδένδρον, quaſi arbor lapidea, Corallen / CORAIL.

Coralla plurimi recentiorum cum TOURNEFORTIO ad vegetabilia referunt, dicentes eſſe plantam, natam in fundo maris, foliis carentem, cujus quidem nec flos neque ſemen ſit cognitum, rupibus &c. affixam aliqualem radicem, cortice veſtitam & in ramos diviſam. Extremitates horum ramorum molles eſſe perhibent, parvorum globulorum ſeu ribium ad inſtar rotundas, in ſex cellulas diviſas, repletaſque humore albicante, craſſo, acri adſtringente. Hos globulos autem capſulas ſeminales eſſe putant, aſſerentes ſuccum quem fundunt, producere plantas corallorum in omni corpore, cui illabitur, unde cum conchas, tum ollas in mare dejectas, tum crania demortuorum in mare conjectorum coralliis exornata cernere eſt. Ipſe poſſideo egregiam concham turbinatam ſubſtantia non ſolum corallina totam obductam, ſed & ramo exinde enaſcente egregie præditam. Notant porro de cortice, quod is ſit lubricus fere oleoſus ſeu cruſta quaſi tartarea, rubicundi in coralliis rubris, in albis vero candicantis coloris, & ob hujus corticis lubricitatem plantam ſub mari totam mollem, poſtmodum demum in aëre indureſcere ſed falſo creditum fuiſſe. Huic vero ſententiæ alii acriter ſe opponunt, probareque conantur, Corallia non ad regnum vegetabile, ſed ad minerale & quidem ad lapides pertinere, quia carent radice & per contiguitatem adhærent corporibus, quibus inſident, nullum adeſſe ſemen, carere foliis & cortice, flores & fructus Corallorum, quos Maſſilienſes Pharmacopœi vendunt, tantum extremitates eſſe hujus concreti ſubrotundas, & tandem innaſci non tantum lignis, verum etiam aliis ſolidis corporibus, è quibus nutrimentum acquirere non poſſunt. Rationes haſce allegat LANGIUS ex BOCCONE; interim nondum hæ objectiones adeo confirmatæ ſunt, ut Corallia è numero plantarum omnimodo debeant proſcribi. Reperiuntur Corallia variis in maribus, imprimis etiam Mari Mediterraneo ad littora Provinciæ, Maſſiliam, item ad Siciliæ oras, & copioſiſſime in fundo Maris rubri, ita ut, referente ETTMÜLLERO, in ejus fundo tantæ ſylvæ corallorum reperiantur, ut ne piſcibus quidem aditum concedant.

Dantur quidem plures ſpecies Corallorum, nigrum egregie

quandoque reſplendens, quale fruſtum elegans inter curioſiora mea aſſervo, rubrum extus intus vero nigrum, imprimis tamen in uſum Medicum trahuntur CORALLIA RUBRA, rothe Corallen/ CORAIL ROUGE, & CORALLIA ALBA, weiſſe Corallen/ CORAIL BLANC. Corallia acida in primis præſertim viis occurrentia abſorbent, conducunt in ſoda, ructibus acidis, malo Hypochondriaco, aliisque affectibus chronicis, torminibusque & motibus epilepticis infantum. In fluxibus quoque ſanguineis, gonorrhœa &c. proſunt. Coralliis porro imprimis rubris virtutes cordiales atque cephalicæ, ob neſcio quod ſulphur generoſum ibidem inexiſtens, tanquam ſumme Arcanum remedium, attribuuntur. Externe quoque contra incantationes faſcinationes atque terriculamenta a ſuperſtitioſis celebrantur. Quem in finem etiam in collo & bracchiis geſtantur, ubi tamen magis ornatus gratia inſerviunt.

IN PHARMACOPOLIIS PROSTANT

Corallia alba præparata, präparirte weiſſe Corallen/ *Corail blanc preparé.*

Corallia rubra præparata, präparirte rothe Corallen/ *Corail rouge preparé.* Dantur ad ʒß. & ultra.

Solutio ſive *Sal Corallorum*, ſolvirte Corallen / *ſolution de Corail.* Doſis ad grana quinque ad ʒj. &c.

Magiſterium Corallorum, *Magiſtere de Corail.* Magnæ his præparationibus adſcribuntur confortandi quidem virtutes, aſt quales exinde expectandæ, ſaniores facile perſpiciunt.

Syrupus Coralliorum, Corallen-Syrup / *Syrop de Corail.* Syrupo huic acidulo vires adſcribuntur cordiales, hepaticæ & adſtringentes, ita ut etiam in fluxu hepatico & dyſenterico commendetur. Laudatur quoque ad præcavendum abortum. Datur ad unciam unam uſque per ſe, vel miſcetur cum aliis.

Tinctura Corallorum, Corallen-Tinctur / *Teinture de Corail.* Revera eſt pomum Eridos inter Medicos & Chymicos, dum alii iſtam ſummis extollunt laudibus, alii vero eam vix non omnimodo rejiciunt. Minime quippe conveniunt, quale nam menſtruum aſſumi debeat, alii ſpiritum fuliginis, ſpiritum roris Majalis, ſpiritum panis, ſpiritum lignorum, alii ſpiritum Mellis, ſpiritum

tum Nitri dulcem &c. pro diſſolutione corallorum recipiunt, ex quibus deinde rurſus coagulatis cum alcohol vini extrahunt tincturam. Nec authoris noſtri cum butyro facta extractio pluris facienda videtur. Interim has Tincturus miris laudibus extollunt; mundificare enim ſanguinem, obſtructiones viſcerum reſerare, cordis palpitationi, ſyncopæ, melancholiæ, hydropi calculo & vix non omnibus morbis mederi, vires confortare, longævitatem & ipſam quaſi immortalitatem conciliare, venditant. Sed ſicuti hæ virtutes ſatis hyperbolicæ ſunt, ita quoque maxime dubium eſt, an verum corallorum ſulphur poſſit extrahi, nam licet corallia rubra colorem ſuum in certis rebus deponant, eundem nihilominus mox recipiunt, modo immergantur urinæ animalium aut ſepeliantur in ovili.

UNICORNU FOSSILE.

Eſt ſubſtantia media inter terram & lapidem, exuſtis oſſibus ſimilis, cortice exteriore duro, flaveſcente aut ſubcinereo vel nigricante, medulla molli alba friabili, linguæ firmiter adhærente, ſaporis adſtringentis & exſiccantis.

Convenit cum coralliis, ſpecialiter laudatur in variolis & morbillis cum fluxu alvi, præſcribitur ut corallia.

℞ Unicorn. foſſil. ʒj. C. C. ʒij. terr. ſigill. ʒß. f. pulv. polychreſtus diaphoreticus conveniens in malignis, add. ♁ C. C. it. camphor. vel L. O.

℞ Unicorn. foſſil. cortic. ovor. ana ℈j. elæoſacch. cortic. aurant. f. pulv. ad fluxum menſium.

BO-

CORNU FOSSILE, EBUR FOSSILE, CERATITES, gegraben Einhorn / UNICORNE MINERAL.

De hujus natura adhuc dum litigant authores. Sunt, qui ſtatuunt eſſe concretum terreum, ſeu margam quandam à ſucco quo-

dam ſalino in ſubſtantiam oſſeam mutatam. Alii vero dicunt eſſe dentes aut oſſa animantium marga obducta, vel in lapideam ſubſtantiam per longitudinem temporis, dum à diluvio uſque originem hujus unicornu deducunt, mutata. Et certe quod attinet hanc ultimam ſententiam, adeo non videtur eſſe ridenda, cum detur ejusmodi cornu aut ebor foſſile, cujus una pars manifeſte eſt petrificata, altera vero continua cornea, ita ut exinde Gelatina potuerit excoqui; cujus rei fidem inſtituta quoque experimenta faciunt. Generoſiſſimus maximeque ſtrenuus Eques Dn. Jacobus Samson de Raihsamhausen ab Ehenweyer Dn. in Nonnenweyer Muſarum amantiſſimus & magnus literatorum Mæcenas in curioſiſſimo ſuo Muſeo aſſervat Ebur foſſile ſive Dentem elephantinum petræfactum ſuperiori anno in Rheno prope Nonnevillam ſuæ jurisdictioni ſubjectam repertum. Longitudo ejus in curvitate eſt. 3. pedum Regiorum cum $3\frac{1}{2}$ poll: circumferentia in extremitate craſſiore ped. circiter 1. in parte vero anguſtiore verſus cuſpidem, qui non adeſt, $8\frac{3}{4}$ poll: exiſtit. Cavitas interna tota repleta eſt marga, ut &, quoad partem, externa, ſubſtantia partim fere lapidea partim vero & quoad maximam partem oſſea exiſtit, quæ dum raditur vel accenditur Ebur ordinarium ſpirat, & decocta, aquam lentore & Gelatina inficit. Idem expertus eſt in alio pulcherrimo fruſto, curioſiſſimus & experientiſſimus Medicus Dn. Maugue, Regis Galliæ Conſiliarius & omnium Noſocomiorum Regiorum per Alſatiam Inſpector. Invenitur Unicornu foſſile variis Europæ in locis, ſylva Hercynia, Saxonia, Moravia & imprimis etiam in Ducatu Würtembergico, prope Canſtadium, ubi variis quoque figuris maculatum è terra eruitur.

Ratione virtutis convenit partim cum aliis oſſibus, partim cum aliis terreis abſorbentibus. Datur ad ʒj. & ultra.

BOLUS ARMENA: VULGARIS: ALBA.

Bolus Armena eſt ſubſtantia terrea ex flavo pallide rubicunda, ponderoſa, pinguis, facile friabilis, ex terræ fodinis effoſſa, ſaporis adſtringentis & pinguis.

Vulga-

Vulgaris eſt ſubſtantia terrea rubicunda &c. ſaporis terrei & adſtringentis.

His accedit alba, differt tantum colore.

Optima vero Armena, cujus terræ pinguedo cum pauco ſale volatili, & talibus accedit, hinc ſudorem movet, & ſimul adſtringit, & contra eoſdem affectus, ad quos corallia, exhibetur.

℞. Bol. armen. diaſcord. Fracaſt. ana ʒj. ſyr. Card. bened. q. ſ. f. bolus in malignis.

℞. Bol. armen. ʒj. conſerv. roſar. q. ſ. f. bolus contra ſputum ſanguinis.

℞. Bol. armen. acet. deſt. q. ſ. f. catapl. applicandus fronti, ad ſiſtendas hæmorrhagias.

℞. Bol. armen. Cret alb. Croc. & ana ſ. pulv. ad intertriginem.

TER-

BOLUS ARMENA, à loco natali Armeniſcher Bolus / BOL D'ARMENIE.

Referunt duas ejus dari ſpecies, alteram gleboſam non ſignatam aut in formam artificioſam redactam, alteram in maſſam oblongam quadratam, cui ſigilla duo Turcica ſunt impreſſa, redactam, quam ultimam etiam quidam pro vera terra Lemnia habent.

PROSTAT

Bolus Armena præparata, präparirter Armeniſcher Bolus / *Bol d'Armenie preparé*. Exhibetur ad ʒj. ʒij.

Bolus vulgaris rubra & alba, rother und weiſſer Bolus / *Bol rouge & blanc*; non tam in uſum Medicum cedit, quam potius pro intermedio in deſtillatione ſpirituum acidorum inſervit.

TER-

TERRA LEMNIA ET SIGILLATA.

Eſt ſubſtantia argillacea ſebacea, pinguis, ex flavo rubeſcens, eruta ex terræ viſceribus in inſula Lemno & in placentulas coacta, ſaporis pinguis & adſtringentis.

Terra ſigillata eſt ſubſtantia argillacea ſebacea &c. cujus variæ dantur ſpecies.

Cum bolo ſymbolizant, qua tamen ſunt pinguiores & præſtantiores.

℞. Terr. ſigill. troch d. charab. ana 3ß. Corall. r. ℈j. L. O. gr. ij. f. pulv. vel cum conſerv. roſ. bolus.

℞. Terr. ſigill. ℈j. L. O. gr ij. ♌ cinam. gt. j. miv. cydon. q. ſ. f. bolus ad vomitum nimium.

℞. Terr. ſigill. affund. ♒ ☿li & ☉tri donec in pultem abeat, ſicca, & poſt repone in cellam ut abeat in liquorem, qui liquor ſtipticus appellatur, hujus cape ℈j. vel per ſe vel ex ſyrupo cydoniorum, ad omnem hæmorrhagiam & fluores, utere quoque externe ad hæmorrhagias.

BLUM.

TERRA LEMNIA à loco natali, inſula Lemno, quæ hodie Stalimene, Lemniſche Erd/ TERRE LEMNIA.

Rarior paulo hæc eſt terra quoniam ſemel tantum in anno, & quidem ſumma cum circumſpectione foditur. Olim ſignum Capræ erat impreſſum, hodie ſigilla aut literæ Turcicæ ſunt impreſſæ.

TERRA SIGILLATA ita à ſigillo impreſſo dicta, geſiegelte Erd / TERRE SCELLE'E. Diverſis in locis Germaniæ reperitur diverſoque colore prædita eſt. Imprimis autem duplex in uſum Medicum trahitur, STRIGENSIS altera flava, pinguis, lubrica, viſcoſa, ſaponi ſimilis & butyri fere inſtar in aqua diffluens, perfuſa par-

particulis ramosis aureis, unde & axungia Solis vocatur; Altera LIGNICENSIS ob colorem candicantem Axungia Lunæ dicta. Datur & RUBRA. Virtute fere coincidunt, & dum creduntur vi alexipharmaca pollere in variolis, morbillis & febribus exanthematicis, à mulierculis semper decoctis pro potu immiscentur.

PLUMBUM.

Est substantia metallica solida, flexibilis tamen, ex certa minera in furnis fusa, & per canales in proxima vasa effusa. Utimur tantum ejus præparatis.

LITHAR-

Μόλιβδος, PLUMBUM NIGRUM ad differentiam stanni, quod quidam plumbum album vocant, Chymicis SATURNUS audit, Bley/ PLOMB.

Est metallum ponderosum, molle flexile malleabile, ad ignem facile fusile, colorem nigricantem præ se ferens, sonum nullum edens, omnia metalla præter aurum & argentum absorbens. Est vel nativum vel excoctum ex mineris plumbariis, ex Galena v. gr. seu Molybdæna, quæ est vena plumbi juxta argenti venas reperiunda coloris diversi nunc, aut flavi &c. Ubi notandum quod MOLYBDÆNÆ nomine etiam veniat PLUMBUM SCRIPTORIUM, das Wasser-Bley oder Reiß-Bley/ CRAYON, quod est lapis multo lævior ac friabilior plumbi minera, quod crudum Itali à Germanis petunt, illudque expolientes denuo remittunt referente HOFFMANNO in CLAVE AD SCHROEDERUM.

Qui mineras plumbi tractant, doloribus colicis convulsivis & artuum paralysibus non raro sunt obnoxii.

Plumbum splenì à quibusdam dicatur. Refrigerat, adstringit, incrassat, libidinem reprimit, ulcera carnibus implet, cicatrice obducit, excrescentiisque liberat, in ulceribus cancrosis, in ambustionibus, inflammationibus erysipelaceis convenire perhibetur. Internus autem plumbi usus rarus aut nullus debet esse, remedia enim saturnina non adeo tuta esse experientia comprobavit. Quoad

uſum externum autem optime uſurpatur ita ut non immerito à PARACELSO, quarta Chyrurgiæ columna vocetur, abſorbendo enim acidum vulnerum ulcerumque egregiam navat operam.

OFFICINÆ ASSERVANT

Plumbum uſum, & *totum*, gebrandt Bley/ *Plomb brulé*, exſiccat immiſcetur emplaſtris & unguentis.

Emplaſtrum è plumbo ſive *ſaturninum*, Bley-Pflaſter / *Emplatre ſaturnin.* Valet contra omnis generis ambuſta, inflammationes tumores, vulnera & ulcera maligna fœtida & corrodentia, ut & tumores cancrum imitantes.

LITHARGYRIUM AURI. ARGENTI.

Auri eſt ſubſtantia metallica, modo in glebas modo in pulverem redacta, ex fulvo ſplendeſcens, cum ſplendeſcentibus quibuſdam aureis micis, cocta in fornacibus ex ♄no, dum ☉ eo purificatur, imo etiam argentum, dum diutius tractatur in igne.

Argenti eſt ſubſtantia metallica ponderoſa, cinerea, cum micis ☽teis, cocta ex ♄no dum ☽ eo purificatur.

Uſurpatur externe ad exſiccanda ulcera it. in intertrigine, inflammatione.

℞. Litharg. ♎ tragacanth. ana ʒj. ♒ roſat. q. ſ. cum tantillo aceti f liniment. ad anum exulceratam.

℞. Litharg. ceruſſ. ſacch. ♄ni ana q. v. affund. acet. c. ▽ ſolani & tantillo roſar. f. lavamentum, applica inflammationibus, adde his pulveribus aliquid therebinthinæ cum vitello ovi ſubactæ, inde vulneribus.

In officinis habetur emplaſtrum tetrapharmacum, quod ulceribus manantibus, & tumoribus maturandis imponitur.

CE-

LITHARGYRIUM, λιθαργύριον, Silberglett/ Goldglett/ LITHARGE d'OR ou d'ARGENT.

Lithargyrium humores ſalſos imbibit, refrigerat & adſtringit. Sunt qui pro uſu interno commendant, pro calore hectico temperando, item pro ſcopo antaphrodiſiaco ſed ſicuti omnia ſaturnina intus adhibita ita & Lithargyrium noxas inſignes, colicas, pareſes, poſt ſe trahit, teſte triſti experientia, quæ ſuperiori ſeculo ſub finem in Ducatu Würtembergico cum vinis acidioribus, ſed Lithargyrio dulcificatis, accidit.

IN OFFICINIS INVENIUNTUR

Emplaſtrum Divinum, *Emplatre Divin* ou *Manus Dei.* Nomen à virtutibus obtinet. Detergit, mundificat, emollit, reſolvit & ſimul roborat atque ad cicatricem perducit. Adhibetur ferè in omnibus vulneribus & ulceribus, tumoribus atque contuſionibus.

Emplaſtrum Triapharmacum, *Emplaſtrum de Lithargyiro*, brauner Zug/ *Emplatre de trois ingrediens* ou *Triapharmacum.* Siccat potentiſſime ulcera difficilia & fiſtulas, quæ nondum callum contraxerunt, curat, detergit præterea, ſanguinem ſiſtit, & vulnera glutinat.

Unguentum de Lithargyrio, Silberglett-Sälbel/ *Onguent de Litharge.* Prodeſt ſcabiei & cutis vulneribus, pruritum & deſquamata juvat, & ſiccat ſine morſu, ſarcoticum eſt & epuloticum difficiliaque ulcera perſanat, & cruenta glutinat.

CERUSSA.

Eſt ſubſtantia alba condenſata, friabilis, ponderoſa, ex plumbi lamellis ſupra acetum ſuſpenſis & eroſis, in glebas coacta.

Convenit cum Lithargyrio & uſui externo tantum dicatur.

℞. Ceruſſ ʒij. ♎ roſac. q. ſ. f. unguent. applica hæmorrhoidibus inflammatis.

Nota de omnibus ♄ninis, quod ſpecifica ſint in omnibus herniis & rupturis, maxime à peritonæo relaxato, ubi coquuntur in ▽ ſimplici vel ♎ therebinthinæ.

Κερῶσσα, Bleyweiß/ CERUSSA.

Convenit etiam in cancro, gangræna incipiente & imprimis combuſtionibus. Pro cosmetico quoque uſurpatur, aſt cutim rugoſam nigricantemque reddit, aliaque inducit ſymptomata.

IN OFFICINIS PROSTANT

Emplaſtrum album coctum, *Emplaſtrum de Ceruſſa*, Bleyweiß-Pflaſter/ *Emplatre de Ceruſe*. In intertriginibus quacunque ex cauſa ſuccurrit, & leves cutis exulcerationes ſanat, ulceribus quoque ſordidis dicatum eſt, quia valide exſiccat & refrigerat, cicatricem inducit, conducit quoque ad vulnera recentia leviora facile conſolidanda.

Unguentum album coctum ſimplex, ſive *Unguentum de Ceruſſa*, Bleyweiß-Sälbel/ *Onguent blanc ſimple*, commendatur ad ambuſta, eryſipelata ſcabiem & cutis vitia, à ſalſedine enata, ad prurigines & puſtularum eruptiones, acrem ſerpiginem & intemperiem ulcerum, ut loquuntur, calidam.

Unguentum album Camphoratum, de quo jam ſub Camphora.

MINIUM.

Eſt pulvis rubicundus ponderoſus, factus ex ♄no igne reverberatorio & continua agitatione in rubicundum calcem uſtulatus, cujus pondus augetur, ſi perite tractetur; ex libris enim xi ♄ni obtinentur Minii libræ xij.

Ceruſſæ reſpondet & ad ulcera gallica & ambuſta it. lentigines & lichenes uſurpatur.

℞. Minii, ☿ præcipitat. ana ʒiiij. ♎ commun. ʒij. Ceruſſ. Ceræ ana ℔ß. M. f. emplaſtrum in tumoribus & ulceribus gallicis.

℞. Empl.

℞ Empl. d. min. ℥j. ſacch. ♄ni ʒj. ♎ ſoſac. q. ſ. f. emplaſtr. refrigerans in ardore & aliis malis.

MINIUM à Mina, quoniam è plumbo ex minis extracto paratur, SANDIX, Menning/ MINE DE PLOMB.

PROSTAT

Emplaſtrum de Minio, Menning-Pflaſter/ *Emplatre de Minio*, Vulnera & ulcera etiam antiqua atque maligna curat, deſiccat & ad cicatricem perducit.

Emplaſtrum Norimbergenſe, Nüremberger Pflaſter/ *Emplatre de Nuremberg*, reſolvit & ſiccat & ad cicatricem perducit, roborat quoque nervos.

Unguentum de Minio camphoratum, Menning Salb mit Campfer/ *Onguent de Minium Camphré*. Refrigerat & ſiccat potentiſſime, ideoque ad ulcera, quæ humorum acrimonia ſerpunt, conducit. Inflammationem quoque tollit & præcavet.

SACCHARUM SATURNI.

Nihil aliud eſt quam ♁ aceti in naturam ſubdulcem converſum, fit ex omnibus præparatis ♄ninis, deſtillatum fundit ſpiritum ardentem, non acidum, caput mortuum fuſum redit in ♄num, cum quo eadem principia habet. Interne datur à ℈j ad ʒß.

℞. Sacch. ♄ni ℈j. Ocul. ♋ ʒß. ♎ d. caryoph. g. j. M. f. pulv. optimus in febribus.

In ardore urinæ. ℞. Sacch. ♄ni ℈ß. Nuc. Moſch. gr. xv. Ocul. ♋. mandib. luc. piſc. ℈j. M.

FER-

SAL SATURNI, Bley-Zucker/ SUCRE OU SEL DE SATURNE.

Eſt ſubſtantia ſalina, albicans, dulcis cum aliquali auſteritate conjuncti ſaporis; interne, licet inter remedia ſplenetica antihypochondriaca & antaphrodiſiaca &c. referatur caute tamen ſub doſi granorum duorum, ſex, &c. & rariſſime debet exhiberi. Externe laudatur ad libidinem arcendam, imprimis vero in ulceribus corroſivis, malignis, cancroſis, impetiginibus, ambuſtis atque inflammationibus; ut & in doloribus hæmorrhoidum. Confert quoque in inflammationibus & rubedine oculorum.

IN PHARMACOPOLIS EXTAT

Tinctura Antiphthiſica, Tinctur für die Schwindſüchtigen / *Teinture contre la Phthiſie.* Vires ejus ſunt ſerum refrænare, & leni adſtrictione diffiationem ejuſdem, quæ fit per ſudores, inhibere, hinc laudatur in hectica & phthiſi ut & in gonorrhœa, commendatur in hæmoptyſi, ad pulmones conſolidandos, nimium menſium fluxum, pollutionem nocturnam, ulcera renum &c. Doſis guttæ decem ad triginta & ultra, caute tamen propinetur, præſertim ſi ventriculus jam ſit debilis.

Ex ſolutione plumbi, qua mediante literæ inviſibiles pinguntur, quæ ad calorem aut mediante liquore ex calce viva & Lithargyrio parato conſpicuæ redduntur, præcipitatur quoque

Magiſterium Saturni, *Magiſtere de Saturne*, quod cosmeticum eſt, ſed noxium.

FERRUM ET CHALYBS.

Chalybs eſt ferro compactior & ſolidior factus ex ferro ſæpius candefacto & in ▽ extincto. Ferrum ob ſubſtantiam minus ſolidam frequentius datur. Gaudet terra metallica, acida propterea abſorbente & ſale alcalico acida deſtruente, hincque utroque nomine obſtructiones reſerat, & inde ortos morbos præcipue chronicos curat.

Datur pro ſcopo aperiente tum in ſubſtantia, tum in infuſo. Crudum & in ſubtiliſſimum pollinem redactum, præfertur omnibus cæteris præparatis, nam cum aceto ſi præ-

præparatur, eo tam copioſe ſaturatur, ut tantum adſtrictoriam habeat virtutem.

℞. Ferr. candefact. extingue aliquoties in vino Malvatico vel alio generoſo f. vinum chalybeatum.

℞. Limat. ferri recenter facti ℥j. Zedoar. ʒvj. Vin. Hiſpan. q. ſ. f. infuſum in morbis chronicis, præcipue in hydrope imminente.

℞. Limat. ferri ʒj. caryoph. arom. gr. v. conſ. flor. anth. ſyr. d. cinam. f. electuarium deobſtruens in morbis chronicis.

℞. Limat. ferri ℈j. reſin. jalap gr. x. ☉ ♀ri ℈ß. ♌ d caryoph. gr. ij. troch alhand. gr. iij. f. pulv. purgans acida.

Si excrementa non tingantur ex ferri uſu nigredine, non facile continuandum, remanet enim in Ventriculo.

CRO-

FERRUM, vel quaſi ferum, vel a feriendo σίδηρος, Chymicis MARS, Eiſen/ FER.

Eſt Metallum duriſſimum, ignibile, difficulter tamen liquabile, malleabile, ſonorum quodammodo, colorem diverſum præ ſe ferens, lividæ enim albedinis eſt in aperto, in obſcuro rubet, facillime rubiginem contrahens, Magneti ſingulari familiaritate junctum, & mediante hoc ad alterum terræ polum converti aptum.

Invenitur ferrum in terræ fodinis quandoque purum, granorum vel maſſæ inſtar, gediegen Eiſen/ alias plerumque excoquitur aut ex lapidibus ferreis, aut ex terra rubra ferrugine quaſi læſa aut imprægnata, aut ex aliis ferri mineris. Reperitur fere ubique locorum maxima ubertate ita, ut vix in orbe regio inveniatur, ubi id non præſtarit. Convenit cum ferro CHALYBS der Stahl/ ACIER, nullum enim eſſentiale inter utrumque ſed accidentale tantum eſt diſcrimen. Hodie maximam partem eſt artificialis, a ferro variis modis indurato paratus. Ad uſum Medicum præfertur ferrum, de cu-

jus

jus vi acida abſorbente non dubitant authores, ſed plures tamen deſiderarent demonſtrationem ſalis alcalini. Poteſt corpus aliquod eſſe ſumme alcalinum, ſed propterea tamen non eſt ſalinum. Martem per ſe adſtringere, per accidens autem aperire dicunt. Optimum Melancholiæ & mali Hypochondriaci eſt alexipharmacum. In menſium negotio Cachexia, Chloroſi, multum valet. In uſu medicamentorum Martialium notandum, corpus poſt aſſumptionem bene eſſe movendum, & omnia vitanda eſſe acida. Non tantum autem ſecedunt fæces nigricantes, ſed & ructus nidoroſi aſſurgunt. Nimius Martialium uſus nocet, id quod in proprio corpore docuiſſe fertur DRAWITZIUS, in quo ob abuſum venæ & arteriæ omnes rubigine quaſi obſitæ repertæ fuerunt. Fides ſit penes auctores.

IN OFFICINIS EX MARTE PROSTANT

Extractum Martis cum ſucco pomorum, Eiſen-Extract mit Aepffel-Safft/ *Extrait de Mars avec le jus de Pommes.* Datur ad grana quindecim triginta &c. pro ſcopo aperiendi, & obſtructiones reſerandi; inſervit præprimis in paſſionibus hyſtericis & hypochondriacis.

Electuarium Chalybeatum, Stahl-Lattwerg/ *Electuaire* ou *Opiate Chalybé.* Laudatur in hepatis obſtructione & albo virginum ictero menſibusque ſuppreſſis. Doſis ad ʒj. ad ʒij. &c.

Pilulæ Martiales Sydenhamii, Stahl Pillen/ *Pilules Martiales de Sydenham.* In cachexia & menſium præprimis ſuppreſſione dantur ad grana duodecim, viginti & ultra, ſuperbibendo vehiculum & motum inſtituendo.

Vitriolum Martis, Cryſtalliſirter Vitriol von Eiſen/ *Vitriol de Mars.* Famoſum eſt ad obſtructiones viſcerum reſerandas vermesque necandos remedium; in humorum efferveſcentiis & calidioribus viſcerum & ſanguinis dyſcraſiis corrigendis, fibris laxis reſerandis, & conſtringendis egregie prodeſt. Doſis ad grana quatuor, decem &c.

Tinctura Martis aperitiva Tartariſata, Stahl-Tinctur mit Weinſtein/ *Teinture de Mars Tartariſée.* Vires ex nomine patent, datur ad drachmam & ultra.

Tinctura Martis cum ſucco pomorum, Stahl-Tinctur mit Aepffel-Safft/ *Teinture de Mars avec le jus des pommes*, celebratur aperiens, craſſos

craſſos & fœculentos humores maſſæ ſanguineæ admiſtos, ſeroſos etiam & acres humores ſcorbuticos reſolvens. Doſis ad ʒj. ʒij.

Tinctura Martis helleborata Wedelii, de qua ſub Helleboro.

Tinctura Vitrioli Martis Ludovici, Stahl-Tinctur von Eiſen-Vitriol/ *Teinture de Vitriol de Mars aperitive de Ludovici.* In quibusvis morbis ab obſtructione oriundis, in cachexia, menſium ſuppreſſione, in ictero, Hydrope &c. commendatur, ipſis quoque infantibus non absque ſucceſſu abhibenda. Doſis ad ℈j. ad ʒj.

Tinctura Vitrioli Martis Zwelfferi, Zwelffers Stahl-Tinctur von Vitriol/ *Teinture de Vitriol de Mars aperitive de Zwelffer.* Efficax eſt in obſtructionibus hypochondriorum, Meſenterii, pancreatis, menſibusque reſerandis, confortat hepar & reliqua viſcera, morbo virgineo & cachexiæ medetur. Doſis ad guttas decem ad ʒj. ʒij. &c. in vehiculo, quamvis obſervatum fuerit, quod ultra drachmam ſemis exhibita quandoque vomitum moveat.

CROCUS MARTIS.

Eſt pulvis ex flavo nigricans, factus ex ferro vel per calcinationem vel ſolutionem per acida, ſaporis adſtringentis. Eſt vel aperiens vel adſtringens. Aperiens fit quando lamina aut limatura ferri madefacta exponitur aëri vel rori, aut aqua conſpergitur, ut rodatur in calcem. Adſtringens fit affuſo ⏑–u acido, uterque conſtat terra metallica puriſſima & proprio ⊖ alcalico aperiente, quod tamen potentius in aperiente, uterque in receſſu relinquit vim adſtrictoriam.

LAPIS

CROCUS MARTIS APERITIVUS, eröffnendes Stahl-Pulver/ SAFFRAN DE MARS APERITIF, quo ſimplicius & absque acido eſt paratus, eo melior.

CROCUS MARTIS ADSTRINGENS, anhaltendes Stahl-Pulver/ SAFFRAN DE MARS ADSTRINGENT. Datur ad grana quindecim ad drachmam. Præterea proſtat,

CROCUS MARTIS CUM SULPHURE ET NITRO PRÆPARATUS ſive PULVIS CACHECTICUS, Stahl Pulver mit Salpeter und Schweffel

präparirt / SAFFRAN DE MARS CALCINE' avec DU SOUFFRE ET DU SALPETRE. Datur ad ℈ij. ʒj. infunditur quoque cum vino, quod in hydrope laudatur.

LAPIS HÆMATITES.

Eſt ſubſtantia metallica mediæ conſiſtentiæ inter lapidem & terram, ponderoſa, rubicunda ex ſtriis vel lamellis ſibi invicem incumbentibus compacta, eruta ex terræ fodinis ferro gravidis, ſaporis adſtringentis.

Differt à ſuperioribus quod ſubſtantia ſit magis poroſa, ſubtilior & magis convincibilis in ventriculo. In ſpecie contra hæmorrhagias laudatur tam interne quam externe.

℞. Lap. hæmat. ʒß. Corall. ʒij. ſacch ♄ni ʒij. L. O. ℈ß. f. pulvis ad 9 vel 10 doſes in hæmorrhagiis.

℞. Lap hæmat. ſacch. ♄ni liq. terr. ſigillatæ M. applica hæmorrhagiis externis

Optimum Hermanni remedium in hæmorrhagiis fuit ſequens: ℞. Lap. hæmat. ʒj ☉l. alb. ℈ß. phlegm. ☉li q. ſ. excipe ſtuppis & formetur turunda: In narium hæmorrhagia ſufficit ☉l. ad gr. ij. ſumtum.

HÆMATITES dictus à colore, aut a virtute, Blut-Stein/ PIERRE SANGUINE OU HÆMATITE; pro uſu interno *præparatus*, präparirter Blutſtein PIERRE HEMATITE PRÆPAREE, datur ad ℈j ℈jv.

Externe potius ob frigus quam ob vim magneticam hæmorrhagiam ſiſtit.

MAGNES.

Eſt ſubſtantia lapidea ad metallicam accedens, ferruginea, polos mundi oſtendens, effoſſa ex variis terræ mineris ferro gravidis.

Ferrum virtute æmulatur & in ſubſtantia ad ʒß in omnibus

bus morbis chronicis ab obſtructione pendentibus exhibetur.

℞. Magn. ʒj. ☿r. ☉lat. gr. vij. ♌ cinam. gt. j. ſacch. cand. q. v. f. pulv. deobſtruens in morbis chronicis.

℞. Crem. ☿ri. ʒß. Magn. ʒj. ♎ fraxin gr xv. ſacch. cand. ʒj. f. pulv. aperitivus & diureticus in omnibus morbis chronicis & incipiente hydrope.

MAGNES à Magneſia Lybiæ provincia, ubi olim copioſe reperiebatur. LAPIS SIDERITIS, LAPIS NAUTICUS, Magnet-Stein/ AYMANT, PIERRE d'AIMANT. Reperitur in Germania, Suecia, Norwegia. De virtutibus ejus ad polos ſe convertendi & ferrum attrahendi agunt Phyſici. Riſum merentur, quia magnete etiam pulveriſato talem vim attractricem in Medicina expectant. Vix ab ullo Medicorum in uſum trahitur.

SYLLABUS REMEDIORUM, JUXTA PARTES CONSTITUTIVAS.

EX REGNO VEGETABILI.

SALE VOLATILI OLEOSO conſtant. Radices acori vulgaris: Acori indici. Calamus aromaticus. Zedoaria. Galanga major & minor. Zinziber. p. 8. ad 19. Cortices aurantiorum. Citri. Cinamomi. Caſſiæ ligneæ & caryophyllatæ. Cortex Winteranus. Guajaci. Cortex Peruvianus ſpurius. p. 183. ad 203.

SALE VOLATILI DULCEDINE JUNCTA conſtant. Radices Imperatoriæ ſeu Oſtrutii. Angelicæ. Mei. Leviſtici. Ninzin. p. 20. ad 33.

SALE VOLATILI OLEOSO AROMATICO, MIXTIS PARTICULIS TERREIS ET SALINIS FIXIS, Radices Valerianæ. Ser-

pentariæ Virginianæ. Coſti. Cyperi longi & rotundi. Spicæ nardi. Vincetoxici. Helenii. Iridis Florentinæ. Curcumæ. Petaſitidis. Carlinæ. p. 33. ad 56.

SALE AROMATICO BLANDO SEU MITIORE, CUM VIRTUTE DIURETICA APERIENTE ET BLANDE SUDORIFERA. Radices fœniculi. Apii paluſtris. Petroſelini. p. 56. ad 61.

SALE VOLATILI AROMATICO SPIRITUOSO PENETRANTE ET PAUCO ACIDO VOLATILI. Radices armoraciæ ſeu raphani ruſticani. Ari. quæ conſtat ſale volatili acerrimo abſque oleo. Scillæ. p. 61. ad 69.

SALE VOLATILI ACRI FIXO ABSQUE OLEO. Radix Pyrethri. p. 69. ſq.

SALE ACRI ABSQUE OLEO TAM FIXO QUAM VOLATILI. Radices pimpinellæ. Saxifragæ. Graminis. p. 70. ad 75.

SALE BLANDO BALSAMICO. Radices Salſæparillæ. Chinæ. p. 75. ad 77.

SALE VOLATILI BLANDO CUM TENUI VISCOSITATE TEMPERATA. Orchis ſeu Satyrium. p. 77. ad 80. Boletus cervi. p. 241. ad 243.

SALE BLANDO FIXO, TENUI VISCOSITATI INCLUSO. Radices Scorzoneræ. Eryngii. Bardanæ Cichorii. p. 80. ad 88.

SALE BLANDO DIURETICO. Radices Aſparagi Ruſci. Ononidis. Rubiæ tinctorum. p. 88. ad 94. Lignum Nephriticum. p. 232. ad 234.

SALE AMARO FIXO. Radices Gentianæ. p. 94. ad 97. Sale fixo amariſſimo cortex Chinæ chinæ. p. 203. ad 210.

SALE FIXO CUM PAUCO VOLATILI RESINÆ INCLUSO. Radices Peucedani. Fraxinellæ. Ariſtolochiæ longæ, rotundæ, fabaceæ. Filicis. Oſmundæ. p. 97. ad 108.

Radices purgantes SALE VOLATILI GAUDENTES. Aſarum. Cyclamen. Hermodactyli. Rhabarbarum. Rhaponticum. p. 108. ad 123.

Radices purgantens SALE FIXO RESINÆ INCLUSO conſtantes. Gialappa. Mechoacanna. Turbith. p. 123. ad 131. Agaricus. p. 244. ad 246.

Radices SALE FIXO ACRI CONSTANTES & vehementiſſime purgantes. Cucumis aſininus. Eſula major & minor. Helleborus niger & albus. Bryonia. p. 131. ad 143.

Radices SALE PURGANTE BLANDO conſtantes & vulgo laxantes. Ebulus. Polypodium. p. 144. ad 147.

PAR-

PARTICULIS BLANDE VISCOSIS CUM DULCEDINE conſtant. Radices Glycyrrhizæ. Doronici. p. 147. ad 152.

AQUOSIS CRASSIS SEU MUCILAGINOSIS conſtant. Radices Althææ. Liliorum alborum. Symphiti ſeu conſolidæ majoris. p. 152. ad 160.

MUCAGINE TENUIORE PAUCIS FIXIS SALINIS. Radices Tuſſilaginis. p. 161. ſq.

PARTICULIS TERREIS conſtant. Radices Alcannæ. Biſtortæ. Tormentillæ. Contrayervæ. Caryophyllatæ. Pimpinellæ ſanguiſorbæ. Pentaphylli. Nymphææ. p. 162. ad 175. Cortices Caſtaneorum. Granatorum. Quercus. p. 215. ad 221. Santalum rubrum. Viſcus quernus. p. 236. ad 239. Fungus orbicularis ſeu boviſta. p. 246. ſq.

TERREIS ET SIMUL MUCAGINOSIS VOLATILIBUS conſtant. Radices pæoniæ. Cynogloſſæ. Mandragoræ. p. 176. ad 183.

SALE FIXO DIURETICO. Cortex fraxini. Tamariſci. Capparis. p. 210. ad 215.

SALE OLEOSO AROMATICO. Lignum ſaſſafras. Guajacum & ſanctum. Aloës. Agallochum. Santalum citrinum & album. Rhodium. p. 222. ad 232.

SALIBUS FIXIS AMARISSIMIS. Lignum colubrinum. p. 234. ad 236.

SALE PURGANTE TAM FIXO QUAM VOLATILI. Pavana ſeu lignum Moluccenſe. p. 239. ad 241.

TERREIS SUBAUSTERIS conſtat. Auricula judæ ſeu fungus ſambuci. p. 243. ſq.

SALE VOLATILI OLEOSO AROMATICO. Cariophylli. Anthophylli. Amomum. Macis. Nux Moſchata. Cubebæ. Cardamomum. Piper album, nigrum, longum. Grana Paradiſi. Semen Ammios. Aniſi, & Aniſi Chinenſis. Fœniculi. Leviſtici. p. 248. ad 277.

SALE VOLATILI AROMATICO CUM BLANDA VISCOSITATE. Semen Anethi. Cumini. Carvi. Baccæ Juniperi. Lauri. Carpobalſamum. Semen Dauci. Seſelios. Sileris. Petroſelini. Apii. Rutæ. Tanaceti. p. 277. ad 297.

SALE AROMATICO BLANDO CONFORTANTE. Grana Kermes. Vainiglia. Semen Coriandri. Nigellæ. p. 297. ad 303.

SALIBUS ACRIBUS FIXIS. Semen Sophiæ Chirurgorum. Thlaſpi. Naſturtii. Saxifragiæ. p. 303. ad 306.

SALE VOLATILI ACRI CUM OLEO CRASSO. Semen Sinapi. Napi. Oleris atri. Raphani. p. 306. ad 310.

SALE FIXO AMARO. Semen Fumariæ. Cinæ. Cardui Benedicti. Cardui Mariæ. Bardanæ. Urticæ. p. 311. ad 318.

SALE BLANDO DIURETICO. Semen Alkekengi seu Halicacabi. Geniſtæ. Milii Solis. Ruſci. Aſparagi. Coffée. p. 318. ad 327.

SALE PURGANTE ACERRIMO. Semen Mezerei seu Laureolæ. Staphiſagriæ. Pſyllium habet ſalem blandum purgantem p. 327. ad 332.

SALE ACRI PURGANTE TAM VOLATILI QUAM FIXO. Colocynthis seu alhandal. Nux vomica. p. 333. ad 338.

SALE PURGANTE TAM FIXO QUAM VOLATILI OLEO CRASSO INCLUSO. Grana tilli. Ricinus Medius. Ricinus Americanus. Cataputia minor. Semen Cnici seu Carthami. Balanus mirepſica seu nux been. Myrobalanorum quinque ſpecies. Caſſiæ fructus. Tamarindi. Semen Atriplicis. Semen Sambuci. à p. 338. ad 360.

BLANDA VISCOSITATE conſtant. Semen Goſſypii seu bombacis. Hordeum. Semen Cannabis. p. 361. ad 369.

SUBDULCIBUS OLEOSIS ET TEMPERATIS conſtant. Amygdalæ dulces & amaræ. Piſtacia. Nuclei Pini, Ceraſorum, Perſicorum, Anacardium. Cacao. p. 369. ad 386.

DULCIBUS VISCOSIS conſtant. Dactyli. Ficus seu Caricæ. Jujubæ seu Ziziphi. Sebeſten. Pruna Damaſcena. Paſſulæ majores & minores seu Corinthiacæ. Siliqua dulcis seu Ceratonia. p. 387. ad 406.

PARTICULIS AQUOSIS & CRASSIS CUM OLEO PAUCO. Semina quatuor frigida majora & minora. p. 406. ad 417.

PARTICULIS CRASSIS AQUOSIS SEU MUCAGINOSIS ABSQUE OLEO SE TAM SUBITO MANIFESTANTE conſtant. Semen Altheæ; Malvæ. Aquilegiæ. Fœnum Græcum; ſemen Orobi. Ciceris. Lupini. Fabarum. Lini; Hyperici; (eſt reſinoſum.) p. 417. ad 433.

MUCAGINE VOLATILI prædita ſunt ſemen Hyoſciami, Pœoniæ, Papaveris. p. 433. ad 438.

TERREIS conſtant. Gallæ. Glandes. Semen Sumach. Meſpilum. Nux Cupreſſi. Baccæ Myrti. Semen Cydoniorum. (terreas in mucaginoſis obtinet) p. 438. ad 448.

PLANTÆ SALE VOLATILI OLEOSO SEU AROMATICO conſtant. Herbæ Origanum. Majorana. Serpillum. Thymus. Satureja. Meliſſa. Horminum ſclarea dictum. p. 449. ad 461.

PLANTÆ SALE AROMATICO VOLATILI CUM QUIBUSDAM FIXIS CONSTANTES. Roſmarinus. Salvia. Mentha Criſpa & Aquatica.

tica. Menthaſtrum. Nepetha. Calamintha. Pulegium. Eupatorium. Hyſſopus. Polium. Dictamnus Creticus. Matricaria ſeu Parthenium. Artemiſia. p. 461. ad 482.

PLANTÆ SALE AROMATICO VOLATILI OLEOSO CUM MULTO FIXO CONSTANTES. Schœnanthus ſeu Juncus odoratus. Abrotanum mas. Ruta. Sabina. Marrubium ſeu Praſſium. Tanacetum. Abſynthium vulgare & Ponticum. p. 482. ad 495.

PLANTÆ SALE AROMATICO CUM PAUCA RESINA conſtantes. Chamæpithys. Botrys. Lauri folia. p. 496. ad 498.

PLANTÆ SALE BLANDO CUM PAUCO VOLATILI CONSTANTES. Agrimonia. Thea. Betonica. Chamædrys. Ribeſium. p. 498. ad 512.

PLANTÆ SALE FIXO BLANDO CUM QUIBUSDAM TERREIS CONSTANTES. Veronica. Hedera Terreſtris. Pimpinella. Euphraſia. Hypericum p. 512. ad 518.

PLANTÆ SALE AROMATICO OLEOSO PENETRANTISSIMO CUM ACIDO VOLATILI CONSTANTES. Cochlearia. Naſturtium. p. 518. ad 521.

PLANTÆ SALE VOLATILI ACRI CONSTANTES ABSQUE OLEO VOLATILI. Eryſimum. Perſicaria. Cuſcuta. Epithymum. p. 521. ad 526.

PLANTÆ SALIBUS FIXIS SEU AMARIS CONSTANTES CUM PAUCO VOLATILI SALE. Centaurium minus. Carduus Benedictus. Fumaria. Scordium. Lupulus. p. 526. ad 534.

PLANTÆ PURGANTES. Senna. Soldanella. Gratiola. Nicotiana. p. 534. ad 545.

PLANTÆ CONSTANTES SALE NITROSO LAXANTE. Mercurialis. Parietaria. Violaria. p. 545. ad 548.

PLANTÆ CONSTANTES PARTICULIS OLEOSIS AQUOSIS CRASSIS. Althæa. Malva. Tuſſilago. Verbaſcum. p. 548. ad 552.

PLANTÆ TERREIS CONSTANTES. Equiſetum ſeu Cauda Equina. Muſcus quernus. Pulmonaria. Solidago. Saracenica. ſeu Virga aurea. Burſa Paſtoris. Verbena. Folia quercus. Pyrola. Sanicula. Alchymilla. Piloſella. Polygonum. p. 553. ad 565.

PLANTÆ PARTICULIS TERREIS TEMPERATIS ET BLANDIS VOLATILIBUS CONSTANTES. Herbæ capillares. Phyllitis ſeu Lingua Cervina. p. 566. ad 570.

FLO-

FLORES SALIBUS VOLATILIBUS OLEOSIS AROMATICIS CONSTANTES. Flores Anthos. Lavendulæ. Salviæ. Chamæmeli. Crocus Orientalis. Flores Stœchados. Schœnanthos. Tunicæ. Violarum. Roſarum pallidarum. Tiliæ. Lilium convallium. Primula veris, p. 570. ad 596.

Flores MUCAGINE TENUI pollentes. Meliloti. Sambuci. p. 596. ad 599.

Flores SALE FIXO CUM PAUCIS VOLATILIBUS CONSTANTES. Cheiri. Calendulæ. p. 599. ad 602.

Flores AQUEIS CONSTANTES. Borrago. Bugloſſa. Cyanus. (aliis terreis, ſed toti in mucilaginem abeunt.) p. 602. ad 606.

Flores MUCAGINE CRASSA CONSTANTES. Malvæ roſeæ ſeu hortenſis. Verbaſcum. Pæonia. Papaver erraticum. p. 606. ad 610.

Flores TERREIS CONSTANTES. Balauſtiorum. Nymphææ. Roſarum rubrarum. p. 610. ad 616.

SALINIS VOLATILIBUS OLEOSIS CUM MUCILAGINOSIS TENUISSIMIS SUBTILIBUS conſtant. Camphora. Opium. p. 617. ad 630.

Particulis SALINIS VOLATILIBUS OLEOSIS CUM VIRTUTE LAXANDI conſtant. Ammoniacum. Galbanum. Bdellium. Aſa fœtida. Sagapenum. p. 630. ad 640.

Reſinæ SPISSIORES ET SOLIDIORES ARIDIORES SALE OLEOSO CONSTANTES. Gummi anime & Cancamum. Sandaracha. Maſtiche. Thus ſeu Olibanum. Lacca. Succinum. Elemi. Caranna & Tacamahaca. Benzoe ſeu Aſa Dulcis. Pix. Styrax Calamita. p. 640 ad 664.

Reſinæ LIQUIDÆ SALE VOLATILI OLEOSO CONSTANTES. Therebintina. Balſamum Peruvianum & Tolutanum nigrum. Balſamum Peruvianum album. Balſamum de Copaiva. Ambra liquida. Opobalſamum. Ladanum. Styrax liquida. p. 664. ad 677.

Reſina SALE TAM VOLATILI QUAM FIXO CUM INTENSISSIMA AMARITIE CONSTANS. Myrrha. p. 677. ad 680.

Reſinæ GUMMOSÆ ET SUCCI PURGANTES FORTIORES ET MITIORES. Euphorbium. Elaterium. Gutta Gamba. Scammonium. Aloe. Manna. Sarcocolla. Opopanax. p. 680. ad 703.

Succi CONCRETI MUCAGINOSI DULCES. Saccharum. Succus Glycyrrhizæ. Mel. p. 703. ad 713. ad 716.

GUMMOSA AQUOSA CRASSA. Gummi Arabicum. p. 713. Tragacantha. p. 714. ad 16.

Reſinæ OLEO CRASSO conſtantes. Bitumen Judaicum. Colophonium. Cera. p. 716. ad 719.

Re-

Resinæ & succi TERREIS constantes. Sanguis Draconis. Terra Japonica seu Catechu. Succus acaciæ. Hypocistidis succus. p. 719. ad 726.

Succus SALE SALSO constans, nonnihil laxante. Tartarus albus & ruber p. 726. sqq.

EX REGNO ANIMALI.

PArtes Animales SALE VOLATILI OLEOSO MULTIS TERREIS CONSTANTES. Cornu Cervi. Cranium humanum, Ebur, Unicornu verum, Ungula Alcis, Blatta Byzantina, Mandibulæ Lucii piscis, Dens Apri, Os Sepiæ, Oculi Cancri. Sanguis Hirci. Mumia. Margaritæ. Bezoar orientalis & occidentalis. Dentali. Entali. Umbilicus marinus. p. 1. ad 39.

Partes animales SALE VOLATILI OLEOSO CUM ODORE FRAGRANTISSIMO constantes. Moschus. Zibethum. Castoreum. p. 39. ad 48.

Pars animalis SALE VOLATILI CUM MULTA PINGUEDINE constans. Sperma. Ceti p. 49. ad 52.

Animalia SALE VOLATILI BLANDO constantia. Scincus. Lumbrici terrestres p. 52. ad 54.

Animal CAUSTICUM ET ACERRIMUM. Cantharides. p. 55. ad 58.

Partes Animales OLEOSIS CRASSIS constantes. Ichthyocolla. p. 58. sq.

Animal SANGUISUGUM. Hirudines p. 59. sq.

Pars Animalis TERREIS CUM PAUCO SALE VOLATILI constans. Folliculi serici. p. 61.

EX REGNO MINERALI.

MIneralia SALE VOLATILI SALSO constantia. Sal Ammoniacum. Borax. Chrysocolla Crystallina. p. 62. ad 68.

Mineralia SALE FIXO SALSO constantia. Sal commune, Sal. gemmæ. Nitrum. Alumen rupeum & romanum. Alumen plumosum. p. 68. ad 79.

Mineralia SALE SALSO VOLATILI ET CORROSIVO constantia. Calx viva, Arsenicum album & rubrum. Auripigmentum. Cinabaris factitia & nativa. (nullam habet corrosivitatem) Mercurius sublimatus. Mercurius præcipitatus ruber. Mercurius dulcis. Mercurius viridis. Turbith Minerale. p. 79. ad 92.

Minerale SALE VOLATILI ALCALICIS AFFINI ABSQUE TERRA constans. Mercurius vivus. p. 92. ad 97.

Minerale SALE VOLATILI SULPHUREO CUM TERRA constans. Antimonium crudum. p. 98. ad 103.

Mineralia SALE VOLATILI PURGANTE CUM TERRA ADSTRINGENTE constantia, Lapis Lazuli & Armenus, Vitrum Antimonii, Crocus Metallorum. p. 103. ad 107.

Mineralia SALE ACIDO CUM PAUCO ALCALI constantia. Vitriolum album, Hungaricum & Romanum, Chalcitis. Viride æris. p. 108. ad 113.

Minerale OLEOSIS SEU PINGUIBUS CUM ACIDO VOLATILI conſtans. Sulphur. p. 114. ad 116.

Mineralia FIRMIORIBUS PARTICULIS conſtantia. Aurum foliatum, p. 117. ſq.

Mineralia TERREIS conſtantia. Lapis calaminaris. Cryſtallus. Fragmenta lapidum pretioſorum. Granatus. Hyacinthus. Rubinus Sapphirus. Sardius. Smaragdus. Topaſius. Oſteocolla. Tutia. Pompholyx. Nihil album. Pumex. Spongiæ lapis. p. 119. ad 129.

Mineralia PARTICULIS TERREIS CUM ALCALI conſtantia. Corallia rubra & alba. Unicornu foſſile. Bolus armen. vulgaris & alba. Terra Lemnia & Sigillata. p. 129. ad 137.

Metallum SOLIDUM FLEXILE tamen. PLUMBUM. Ex eo præparata ſunt. Lithargyrium auri & argenti. Ceruſſa. Minium. Saccharum Saturni. p. 137. ad 142.

Metallum SOLIDUM TERRA conſtans. Ferrum. Chalybs. Croc. Martis, p. 142. ad 146.

Subſtantia LAPIDEA AD METALLICAM FERRI accedens Hæmatites. Magnes. p. 146. ſq.

INDEX MATERIÆ MEDICÆ.

Litera a notat partem Secundam & Tertiam.

Abrotanum mas 483
Abſynthium vulgare 491
ponticum 495
Acaciæ ſuccus 723
Acorus indicus 11
vulgaris 8
Adianthum album 566
nigrum 566
Agallochum 228
Agaricus 244
Agrimonia 498
Alcanna 163
Alchymilla 562
Alcis ungula a 12
Alhandal 333
Alkekengi baccæ 318
Aloe. lignum 226
Aloe. Caballina 689
Hepatica 689
ſuccotrina 689
Althæa radix 152
ſemen 417
herba 548
Alumen plumoſum a 79
romanum a 76
rupeum a 76
Ambra liquida 672
Ammios ſemen 268
Amomum 251
Ammoniacum gummi 630
ſal a 62
Amygdalæ amaræ 373
dulces 369
Anacardium 384
Anchuſa Monſpelienſium 163
Anethum 277
Angelica 23
Anime gummi 640
Aniſum Chinenſe 273
vulgare 270
Anonis 92
Anthophylli 248
Anthos flores 570

Antimonium crudum a 98
vitrum a 105
Apium paluſtre 58
ſemen 295
Apri dens a 16
Aquilegiæ ſemen 418
Arabicum gummi 713
Ariſtolochia & ſpecies 100
Armenus lapis a 103
Armoracia 62
Arſenicum album, rubrum a 82
Artemiſia 480
Arum 63
Aſa dulcis 658
fœtida 636
Aſarum 109
Aſparagus radix 88
ſemen 324
Aſplenium 566
Atriplex ſemen 356
Aurantiorum cortex 183
Auricula Judæ 243
Auripigmentum a 83
Aurum foliatum a 117

BAlanus Myrepſica 346
Balauſtiorum flores 610
Balſamum de Copaiva 671
Peruvianum 670
Tolutanum nigr. 668
Bardana, radix 84
ſemen 314.419
Bdellium 635
Been fructus 346
Benzoë 658
Betonica 507
Bezoar Occidentalis, Orientalis a 33
Biſtorta 164
Bitumen Judaicum 716
Blatta Byzantina a 13
Boletus cervi 241
Bolus alba
armena
vulgaris a 134
Bombacis ſemen 361
Borrago 602
Botrys 497
Borax a 65
Boviſta 246
Bryonia 141
Bugloſſa 602
Burſa paſtoris 557

CAcao fructus 384
Calaminaris lapis a 119
Calamintha 471
Calamus aromaticus 12
Calendula 600
Calx viva a 79
Camphora 617
Cancamum 640
Cancrorum oculi a 19
Cannabis ſemen 367
Cantharides a 55
Capillares herbæ 566
Capparis cortex 213
Caranna 656
Cardamomum 260
Carduus Benedictus herba 528
ſemen 312
Carduus Mariæ 313
Caricæ 393
Carlina 53
Carpobalſamum 290
Carthamus ſemen 345
Carvi ſemen 279
Caryophyllata 169
Caryophylli aromatici 248
Caſſia fiſtula 350
caryophyllata 197
lignea 196
Caſtanearum cortex 215
Caſtoreum a 45
Catechu 72
Cataputiæ ſpecies

Cauda equina 553
Centaurium minus 526
Cera 717
Ceraſorum nuclei 377
Ceratonia 404
Ceruſſa a 139
Ceterach 566
Chalcitis a 112
Chalybs a 142
Chamædrys 509
Chamæpithys 496
Chamæmeli flores 573
Cheiri flores 599
Chermes grana 297
China Chinæ utraque radix 201.203
Chocolata 75
Chryſocollo 384
Cicer. ſemen a 67
Cichorium 422
Cinæ ſemen 86
Cinamomum 311
Cinnabaris factitia 191
Citri cortex a 84
Citrulli ſemen 187
Cnicus ſemen 406
Cochlearia 345
Coffee 518
Colchicum 324
Colocynthis 113
Colophonium 333
Colubrinum lignum 717
Conſolida major 234
Saracenica 158
Contrayerva 555
Corallia alba 167
rubra a 129
Coriandrum 300
Cornu cervi a 1
Cortex Winteranus 198
Coſtus 38
Cranium, humanum a 7
Crocus Martis 145
Metallorum a 106
Orientalis 577
Cryſtallus a 120
Cubebæ 258
Cucumis aſininus 131
Cucumeris ſemen 406
Cucurbitæ ſemen 406
Cuminum 279
Cupreſſi nux 443
Curcuma 49
Cuſcuta 524
Cyani flores 605
Cyclamen 111
Cydoniorum ſemen 446
Cynogloſſa 178
Cyperus longus 40
rotundus 40

D
Dactyli 387
Daucus Creticus & vulgaris 292
Dens apri a 16
Dentali a 37
Diagrydium 686
Dictamnus albus 99
Creticus 477
Doronicum 150

E
Bulus 144
Ebur a 9
Elaterium 132.683
Elemi gummi 654
Entali a 37
Epithymum 524
Equiſetum 553
Eryngium 82
Eryſimum 521
Eſula 132
Eupatorium 473
Euphorbium 680
Euphraſia 516

F
Abarum ſemen 425
Ferrum a 142
Ficus 393

Filix 105
Fœniculum radix 56
semen 274
Fœnum græcum 419
Fraxinella 99
Fraxini cortex 210
Fumaria herba 529
semen 311
Fungi 241
Sambuci 243
Galanga major 14
minor 14
Galbanum 633
Gallæ 438
Geniſte ſemen 320
Genſingh 30
Gentiana 95
Gialappa 123
Glandes 438
Glans unguentaria 346
Glycyrrhiza radix 148
ſuccus 709
Goſſypii ſemen 361
Graminis radix 73
Grana paradiſi 267
Granatorum cortex 217
Granatus lapis a 122
Grana tulli 138
Gratiola 540
Guajaci cortex 200
lignum 224
Gummi Arabicum 713
Gutta gamba 684
Hæmatites lapis 146
Halicacabi baccæ 318
Hedera terreſtris 514
Helenium 45
Helleborus albus 138
niger 135
Hermodactyli 113
Hirci ſanguis a 29
Hirudines a 59
Hordei ſemen 363
Horminum 460
Hyacinthus lapis a 122
Hyoſciami ſemen 433
Hypericum herba 518
ſemen 430
Hypociſtidis ſuccus 725
Hyſſopus 475
Ialappa 123
Ichthyocolla a 58
Imperatoria 20
Iris florentina 48
Jujubæ 396
Juncus odoratus 482
Juniperi baccæ 281
Kermes grana 297
Kinkina utraque 201
Lacca gummi 647
Lactucæ ſemen 410
Ladanum 675
Lavendulæ flores 571
Laureolæ baccæ 327
Lauri baccæ 286
folia 498
Lazuli lapis a 103
Leucojum luteum 599
Leviſticum radix 28
ſemen 277
Lignum Moluccenſe 239
ſanctum 224
vulnerarium 210
Lilium album 155
convallium 593
Lingua cervina 569
Linum ſemen 427
Liquiritia radix 148
ſuccus 709
Liquor ſtipticus a 110
Lithargyrium auri, argenti a 138
Lucii piſcis mandibulæ a 14
Lumbrici terreſtres a 53

Lupini ſemen 424
Lupulus 532
Macis 253
Magnes a 146
Majorana 451
Malicorium 217
Malva herba 549
ſemen 418
roſea ſeu hortenſis 606
Mandibulæ lucii piſcis a 14
Mandragora 180
Manna 697
Margaritæ a 30
Marrubium 489
Maſtiche 642
Matricaria 478
Mechoacanna 128
Mel 710
Meliloti flores 596
Meliſſa 457
Melonum ſemen 406
Mentha aquatica 469
criſpa 467
Menthaſtrum 470
Mercurialis 545
Mercurius vivus a 92
dulcis a 89
præcipitatus ruber a 88
ſublimatus a 86
viridis a 91
Meſpilum 442
Meum 27
Mezereum 327
Milium ſolis 322
Minium a 140
Moſchus a 39
Mumia a 29
Muſcus quernus 554
Myrobalanorum quinque ſpecies 348
Myrrha 677
Myrti baccæ 444
Napi ſemen 308
Naſturtium 520
ſemen 305
Nepeta 470
Nephriticum lignum 232
Nicotiana 541
Nigella 302
Ninzin 30
Nitrum a 72
Nux cupreſſi 443
moſchata 255
vomica 235.336
Nymphæa flores 611
radix 174
Oculi cancri a 19
Olea odorata parandi modus 348
Oleris atri ſemen 309
Olibanum 645
Ononis 92
Opium 624
Opobalſamum 672
Opopanax 702
Orchis 77
Origanum 449
Orobi ſemen 421
Oſmunda 107
Os ſepiæ a 17
Oſteocolla a 125
Papaver erraticum 609
Papaveris ſemen 436
Parietaria 546
Parthenium 478
Paſſulæ majoris, minores 400
Panava 239
Pentaphyllum 172
Perſicaria 522
Perſicorum nuclei 381
Petaſites 52
Petroſelinum radix 60
ſemen 295
Peucedanum 97

Phyllitis 569
Piloſella 563
Pimpinella ſanguiſorba 170.516
ſaxifraga 70.306
Pini nuclei 375
Piper album 261
longum 266
nigrum 261
Piſtacia 374
Pix 660
Plantago 410
Plumbum a 137
Pœonia flos 608
radix 176
ſemen 435
Polytrichum aureum 566
Polium 477
Polygonum 564
Polypodium 146
Pompholyx a 127
Portulacæ ſemen 410
Praſſium 489
Primula veris 595
Pruna damaſcena 398
Pſyllium 330
Pulegium 472
Pulmonaria 554
Pumex a 128
Pyretrum 69
Pyrola 560
QUercus cortex 219
folia 560
Quinquefolium 172
RAphanus ſemen 309
ruſticanus 62
Rhabarbarum 115
Rhaponticum 121
Rhodium lignum 231
Ribeſium 511
Ricini ſpecies 341
Roſarum flores 588
Roſæ rubræ 613
Roſmarinus flores 570
herba 461
Rubia tinctorum 93
Rubinus a 123
Ruſcus radix 90
ſemen 323
Ruta herba 485
ſemen 296
Ruta muraria 566
SAbina 487
Saccharum 703
℈ni a 141
Sagapenum 639
Sal commune a 68
gemmæ a 71
Salſa parilla 75
Salvia herba 464
flos 573
Sambucus flores 598
ſemen 357
Sandaracha 641
Sanguis draconis 719
hirci a 29
Sanicula 561
Sandalum album, citrinum 228
rubrum 236
Sapphirus a 123
Sarcocolla 701
Sardius a 124
Saſſafras 222
Satureja 454
Satyrium 77
Scammonium 686
Scariola 410
Schœnanthus 482.583
Scordium 531
Scilla 67
Scincus a 52
Sclarea 460
Scolopendrium 566
Scorzonera 80

Sebesten 397
Senna 534
Sepiæ os a 17
Seseli semen 294
Serici folliculi a 61
Serpentaria Virginiana 36
Serpillum 452
Siler semen 294
Siliqua dulcis 404
Sinapi 306
Smaragdus a 124
Soldanella 539
Sophia chirurgorum 303
Solidago Saracenica 555
Sperma ceti a 49
Spicæ flores 571
Spica nardi 42
Staphis agria 329
Stœchatos flores 581
Styrax Calamita 662
Succinum 649
Sulphur a 114
Sumach semen 441
Symphitum 158

TAcamahaca 656
Tamarindi 353
Tamariscus 212
Tanacetum 296.490
Tartarus albus 726
ruber 664
Terebinthina 664
Terra Japonica 721
Lemnia & Sigillata a 136
Thea 500
Thlaspi semen 304
Thymus 453
Thus 645
Tiliæ flores 592
Tinctura Corallorum 130
Topasius a 125
Tormentilla 166
Tragacantha 714
Tunicæ flores 583
Turbith 129
minerale a 92
Tussilago flores 161
herba 551
Tutia a 126

VAiniglia 300
Valeriana 34
Verbascum flores 607
herba 551
Verbena 558
Veronica 512
Vincetoxicum 43
Violaria 548
flores 585
Virga aurea 555
Viride æris a 112
Vitriolum a 108
Viscus quernus 237
Vitrum antimonii a 105
Umbilicus marinus a 37
Ungula alcis a 12
Unicornu fossile a 133
verum a 10
Urticæ semen 315
Winteranus cortex 198

ZEdoaria 12
Zibethum a 41
Zinziber 17
Ziziphi 396

Irrepsere præter spem plura Errata Typographica. Sic. p. 45. lin. 6 & 7. legendum campaniformi & multifido, p. 80. linea prima postponenda secundæ, hinc inde porro scribendum exolevit, pendat pro pendeat, quæ & similia Ben. Lector haud gravatim, cum ob temporis penuriam eorum enumeratio addi non potuerit, corrigat.